



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



B 649854

878
V9
H6
1819

P. VIRGILII MARONIS

OPERA OMNIA.

VOL. I.

P. VIRGILI M A R O N I S

OPERA OMNIA

33149

EX EDITIONE HEYNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

I N U S U M D E L P H I N I

V A R I I S L E C T I O N I B U S

N O T I S V A R I O R U M

E X C U R S I B U S H E Y N I A N I S

R E C E N S U E D I T I O N U M E T C O D I C U M

E T

I N D I C E L O C U P L E T I S S I M O

A C C U R A T E R E C E N S I T A .

V O L U M E N P R I M U M .



L O N D I N I :

C U R A N T E E T I M P R I M E N T E A. J. V A L P Y, A. M.

1819.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Epistola ad S. Delphinum	1
Præfatio	4
P. Virgilii Maronis Vita	7
— — — Historia Descripta per Consules	20
Testimonia Veterum De Virgilio	30
Bucolicon Liber	33
Georgicon Lib.	153
Argumentum in Aeneida	395
De Natura Poëmatis Epici	396
— — — Aeneidos	397
Aeneidos Lib I.	400
— — — II.	487
— — — III.	559
— — — IV.	641
— — — V.	715
— — — VI.	804
— — — VII.	909
— — — VIII.	992
— — — IX.	1060
— — — X.	1132
— — — XI.	1221
— — — XII.	1304

	Pag.
Procemium in Culicem	1386
Culex	1394
— Probabiliter Restitutus cum Notatione Interpolationum	1441
Procemium in Cirin	1454
Ciris	1462
Procemium in Catalecta	1520
Catalecta	1522
Procemium in Copam	1542
Copa	1544
Procemium in Moretum	1548
Moretum	1552
NOTÆ VARIORUM in Bucolic.	1563
——— in Georgic. Lib. I.	1719
——— II.	1833
——— III.	1948
——— IV.	2055
——— Æneidos Lib. I.	2169
——— II.	2429
——— III.	2595
——— IV.	2735
——— V.	2866
——— VI.	2976
——— VII.	3144
——— VIII.	3285
——— IX.	3439
——— X.	3564
——— XI.	3701
——— XII.	3835
Excursus ad Bucolica. I. Ecloga IV. Græce Versa	
in Orat. Constantini M.	3957
——— II. De Varo	3960
——— II.* De Sileno a Satyris et Nymphis vincto	3963
——— III. De C. Cornelio Gallo simulque de Eu-	
phorionis Chiliasi	3965
——— IV. De Scylla	3970

	Pag.
— ad Georgicon Lib. I. 1. De Aratro Virgiliano	3974
— II.* Ad Locum de Prognosticis Serenæ Tempestatis ex Pluviali	3976
— ad Georgicon Lib. IV. 1. De Pleiade Piscem fugiente	3980
— II. De Nympharum Domo et Penei Regia	3983
— ad Aeneidos Lib. I. 1.* De Ministerio Deorum, in primis Junonis, in Aeneide	3987
— I.+	3991
— I.** Pallas fulmen jaculans	3994
— I. De Insula Aëolia	3997
— II. Nymphæ Junonis Comites	3998
— III.	3999
— IV. Aræ in Mari ex adverso Carthaginis	4000
— V. Neptunus graviter commotus idemque placidus	4003
— VI. De loco Littoris Libyæ, ad quem Aeneas appulit	4005
— VII.* De Antenore	4009
— VII. De Timavo Fluvio	4013
— VIII. De Iuli cognomine	4017
— IX.	4019
— X. Mercurius ad Poenos placandos missus	4021
— XI. Dido a Sychæi Umbra monita	4023
— XII. Pius Aeneas	4024
— XIII. De iis quæ Deorum præsentiam arguant	4025
— XIV. Equi Caput omen Carthaginiensium fortunæ	4032
— XV. Pictura in Templo Carthaginis ab Aenea perlustrata	4034
— XVI. De Rheso	4036
— XVII. De Troilo	ib.
— XVIII. De Hectore circa Trojam raptato	4038
— XIX. De Memnone	4039

	Pag.
— xix.* De Amazonibus auxilium Ilio ferenibus	4040
— xx. Diana et Nympharum Chorea	4043
— xi. De antiquo Italie nomine	4046
— xxii. Auro inclusum Ebur, Marmor, Argentum	4049
— xxiii. Teucri ad Sidonios accessus	4051
— xxiv. De Ilione	4052
— xxv.	ib.
— xxvi.	4053
— ad Aeneidos Lib. II. 1. De Auctoris Rum Trojanarum	4054
— ii. Noctis per coelum transvectio	4082
— iii. De Equo Trojano	4084
— iv. De Sinone	4087
— iv.* De Palamede	4089
— iv.** Palladium a Diomede et Ulysse rap- tum	4092
— v. De Laocoonte	4094
— vi. Laocoontis clamores	4100
— vii. Equus Trojanus in Urbem inductus	4101
— viii. De nocte Trojanis funesta	4102
— viii.* Hector classi Achivorum ignem inferens ; et victor Patrocli rediens	4104
— ix. De Penatibus, Palladio, et Vesta	4105
— x. De Coroebo	4115
— x.* Cassandra raptata	4116
— xi. De Priami nece	4119
— xii. De Helena recepta	4120
— xiii. Anchises humeris Aeneae asportatus	4122
— xiv. De Creusa	ib.
— xv. Praedictio aditus Hesperiae obscura	4123
— xvi. Luciferi ortus ab Ida	4124
— xvii. De Aeneae discessu ex Urbe, ejusque Patre et stirpe	4125
— ad Aeneidos Lib. III. 1. De Aeneae Erroribus	4132

	Pag.
— II. De Errorum <i>Aenæe</i> annis	4144
— III. Polydorus	4152
— IV.	4153
— V. Teucri et Teucrorum e Crete origines	4154
— VI. De Dardani originibus ex Arcadia vel ex Tyrrhenia et urbe Corytho	4155
— VII. De Harpyiis	4158
— VIII. Vaticinium de mensis ambesis	4162
— IX. De clypeo Abantis	4164
— X. Heleni et Andromachæ occursus in Epiro	4165
— XI. Polyxenæ immolatio	4168
— XII. Neoptolemi caedes	ib.
— XIII. De cognatione inter Epirotas et Ro- manos	4170
— XIV. De Herculeo Tarento	4172
— XV. De <i>Ætna</i>	4173
— XVI. Foeda ad sensum a Poëta narrata	4175
— XVII. Anchissæ obitus	4176
— ad <i>Æneidos</i> Lib. IV. I. De Didone ejusque amoribus et ætate	4177
— II. Apollinis accessus ad Delum	4182
— III. De Famæ specie	4185
— IV. Templum Hesperidum	4186
— ad <i>Æneidos</i> Lib. V. I. Super <i>Æneæ</i> ac- cessu ad Siciliam	4188
— II. De Eryce	4191
— III. De Elymo, Eatello, aliisque ex antiqui- tate Sicilie	4192
— IV. Vestis cum Raptu Ganymedis intexto . .	4194
— V. De Ludo Trojæ	4196
— VI. Classis Trojanæ incensa	4197
— VII. Episodium de Palinuro	4198
— VIII. Somnus Palinurum opprimens	4199
— ad <i>Æneidos</i> Lib. VI. I. Necyiæ in Poëta- rum carminibus frequentatæ	4200

	Pag.
— II. Locorum circa Avernū descriptio, seu topographia agri Cumani	4203
— III. Eadem topographia ad mentem Maronis	4207
— IV. De Æneæ accessu ad Italiam	4210
— V. Deiphobe Sibylla et sacerdos	4213
— VI. Ramus aureus	4215
— VII. De Miseno	4217
— VIII. Chorographia locorum inferorum ex Poëtæ mente	4218
— IX. De fluminibus Inferorum	4223
— X. Descensus ad Inferos an ex Imitis Eleusiniis sit adumbratus	4226
— XI. De Judicibus apud Inferos	4228
— XI.* Orgia Bacchica poëtarum usibus inservientia	4231
— XI.** Tempora descensus Æneæ ad Elysium	4232
— XII. De Salmoneo	4235
— XIII. Animarum origines et fata	4237
— XIV. Futurarum rerum prædictiones in epico carmine	4243
— XV. Portæ Somni	4250
— ad Æneidos Lib. VII. I. De Caieta et insula Circes	4254
— I.* Pecten et xxix ; in antiqua textrina	4261
— II. De accessu Æneæ ad Italiam	4263
— III. De locorum, in quæ Trojani escensum fecere, situ : adeoque de agro Laurente et Troja nova, urbibus Laurento et Lavinio, Numicio fluvio, Juturnæ lacu, et urbe Alba Longa	4270
— IV. Veteris Italiæ origines, populi, et fabulæ, ac religiones	4277
— V. Historiæ veteris mythicæ Italiæ capita potiora de Saturno, Jano, Pico, Fauno	4292
— VI. De oraculo Fauni in luco Albuneæ in	

	Pag.
agro Tiburtino	4299
— vii. De fabularum Græcarum usu, et de Italicarum in illarum naturam deflex- arum habitu; tum de Turno	4300
— viii. Ad recensum populorum, qui cum La- tino armorum societatem inierant	4307
— ad Æneidos Lib. VIII. i. Evander Arcas, eiusque sedes in monte Palatino	4322
— ii. De priscis Italiæ incolis et nominibus	4324
— iii. Super Etruscis et Mezentio	4331
— iv. De Æneæ clypeo	4337
— ad Æneidos Lib. IX. i.* Narrata de Ænea et Anchise ante belli Trojani tempora	4347
De Deorum interventu in Ænide; et unde poëtæ acceperint ea signa, quæ præsentiam numinis arguunt	4350
— ad Æneidos Lib. X. i. Auxilia Æneæ ex Etruria	4356
— ii. De Amyclis tacitis	4362
— ad Æneidos Lib. XI. i. De Diomedis se- dibus in Apuliæ littore	4364
— ii. De Camilla	4369
— iii. De Chlamyde in nodum collecta	4370
— ad Æneidos Lib. XII. i. Super temporis spatio, in quod sex posteriorum Ænei- dis librorum res gestæ a Poëta dispe- cuntur	4373
— ii. De Junonis Deorumque interventu in extrema parte Æneidis	4375
— iii. De rebus gestis et fatis Æneæ inde ab adventu in Italiam, et de Poëtæ artifi- cio in his rebus tractandis et ornandis	4377
— iv. De Iapide medico	4387
— v. Censura eorum quæ in Æneidis œcono- mia reprehendi possunt	4389
— ad Cirin. De Carme, Britomartî, Aphæa, et	

	Pag.
Dictynna	4397
Recensus Editionum	4399
— Codicum	4556
De Antiquis P. Virgilii Interpretibus	5587
Loca Veterum Scriptorum, in quibus de Virgilio memoratio fit.	4596
Argumenta operum Virgilii numeris astricta	4604
Epitaphia Virgilii	4620
Index Rerum	i
— Nominum	ccccxiv

P. VIRGILII MARONIS
OPERA.

AD

SERENISSIMUM

D E L P H I N U M

C A R O L U S R U Æ U S

E S O C . J E S U .

ARMA tibi, LODOICE, sinit jam firmior ætas,
Arma ferunt Musæ : blandis illæ artibus olim
Te puerum solitæ molles formare sub annos ;
Bella modo, æratasque acies, animasque superbas
Heroum veterum, et magnæ capita ultima Romæ
Æneamque Ilumque, sacro tibi vertice Pindi
Deducunt alacres, tuaque ultro ad limina sistunt.
Aspicis insignes lauro Parnasside vultus,
Horrentemque comam, et rorantia tela cruento,
Bellatorum habitus ? Non hæc tibi nomina primum
Nota, nec insuetæ percellunt lumina formæ.
Jamdudum faciles oculos per sœcula dicens,
Et seriem, et casus, et fortia mente retractas
Facta virum : nec te tantum excitat æmulus ardor
Nitentem celeri laudum ad fastigia gressu ;
Jussa etiam, et MAGNI stimulant exempla parentis.
Atque is, credo equidem, cœptis te in talibus angit
Interdum timor, Emathium qui Persidis olim

Delph. et Var. Clas.

Ving.

A

Victorem summos inter vexabat honores ;
 Ne deesset factis vox olim digna canendis.
 Forsan, ut hic vatem Pelidæ invidit Homerum ;
 Tu quoque, postgenitis avidus transmittere nomen,
 Æneæ invideas Andini plectra Maronis ;
 Major et Ænea, majorque futurus Achille.
 Ne tamen ille animum metus urgeat : aurea postquam
 Flumina Castaliis fudit REX MAXIMUS arvis ;
 Fertilis in vates omnis se gleba resolvit,
 Qualis in armatos tellus Cadmæa maniplos.
 Jam chorus æqualis procerum, jam Gallica pubes
 Romulidum numeris cantuque assuescit olorum
 Auspice te : mox apti omnes tua dicere bella ;
 Totque tui quondam, quot erunt ea bella, Marones.

Ipse nemus linquens placidum, ripasque beatas
 Elysiae Lethes, Francas Romanus in auras
 Virgilius, vatum dux antistesque tuorum,
 Sponte venit : non ille modos et Franca per artem
 Verba sonans, nostroque recens simulatus amictu ;
 Sed gravis ut quondam, et Latii Luparæa canore
 Tecta replens litui, Versaliaque arva pererrans,
 Ausonia in trabea et Sarrano lucidas ostro.

Non tamen hoc habitu, non hoc se more ferentem
 Dura Palatinæ carpent ludibria turbæ.
 Hæc fuerint prius : insano cum Gallia fastu
 Sermonis Latii probro sibi verteret usum.
 Ex quo autem, invitæ nutricis ab ubere raptus,
 Pieridum in gremio consuesti ducere somnos,
 Regalis puer, et Latiae ridere Minervæ :
 Redditus hinc nostris honor artibus, hinc duce vates
 Virgilio penetrant aulas atque aurea regum
 Atria : turba audax, ignaræ plebis iniquos
 Ulta sales per te, et levium secura jocorum.

Quantus Tænarios fines Ephyreaque tecta
 Lesbius intravit vates, quem fluctibus atris
 Merserat impia gens et surdi ad carmina nautæ :
 At Delphin, blandi CAPTUS DULCEDINE CANTUS,

Ionio e magno terris invexit amicis
Mirantem, et tuto celebrantem e littore munus.

Non aliter, **L**ODOICE, tuo nunc munere prodit
Ille novam in lucem veteri conspectus honore
Virgilius : tantum radios sonitumque refringit,
Audiri vulgo patiens, patiensque videri ;
Et recta vocum serie, numerisque solutis,
Digna rudes fingens olim ad modulamina vates.

Juverit hoc alios : nihil hoc tibi simplice cultu,
Hac nihil arte opus est : pleno dudum ore sonantem
Virgilium, et magnos capis alto pectore sensus.
Ille suas tibi pandere opes, sua furta fateri
Sæpe amat. **A**ugusto qualis Priameia fata,
Tartareamque domum, et Tyrios narrabat amores :
Cum spoliis Arabum gravis, et Ganetide præda,
Baiarum hic fontes lætamque reviseret urbem,
Victrices mulcens Andino carmine curas.

Hunc sequere, et factis, et magni vatis amore :
Utraque digna tuis laus moribus, utraque fatis.
Jamque adeo belli strepitus Martisque labores
Mitibus adjunxi studiis : te Dola frementem
Horruit ad muros, ignesque ac tela minantem ;
Nil tamen hæc mites turbarunt prælia Musas.
Tu quoque, cum magnis ætas matura triumphis
Mox aderit, sive Austriacam tremefeceris Arcton,
Seu magis Hesperiae penetrabis claustra Pyrenes ;
Musarum salibus duros asperge labores :
Martia nil mites turbabunt prælia Musæ.

LUTETIÆ PARISIORUM.

KAL. OCTOB. ANNO M. DC. LXXV.

P R A E F A T I O.

FUIT iis hominibus, qui scripta veterum explanarunt, hoc in omni ætate familiare vitium: ut se primum, auctorem deinde suum, illustrandos ornandosque suscepint; eos, quorum scriberent gratia, nullo admodum in loco ac numero habuerint. Aut enim scribere otiosis videntur voluisse, quibus ad libelli intelligentiam interdum satis exigui multa et magna commentationum volumina placere possent; aut eruditis viris et maximarum rerum cognitione jam imbutis, qui levia et communia fastidirent. Qui vero primos juvenum conatus adjuvare non a sua dignitate alienum duceret, vix e tota interpretum gente unus atque alter inventus est. Idcirco hanc partem, prope depositam a ceteris, tanto studiosius suscipi voluit, qui est ab Rege Christianissimo Serenissimi Delphini institutioni præpositus, Illustrissimus Montauserii Dux; quanto regii alumni indolem ad pernoscenda veterum opera propensiorem videbat: atque ut Princeps optimus prodesse jam tum inciperet suis, et orbis utilitati natum se intelligeret; hæc privatorum ejus studiorum qualiacumque subsidia, publica facere etiam visum est.

His ego auctoribus ac ducibus, in hac Virgilii explanatione, præter brevitatis nitorisque studium, id in primis mihi proposui; publicis commodis, non meæ me laudi servire. Igitur versibus interpretationem, notas interpretationi subjeci. Et eum quidem interpretationis optimum esse duxi modum: primum ut esset continua; ne, dum omitto facilia, nonnulla etiam, ut fit, difficilia præterirem: tum ut expedita poëticis numeris versuum sententia reddeatur, plano rectoque ordine, verbis totidem aliis; ut, præter vim sensumque verborum, etiam eorum copia compararetur. In notis neglexi nihil, cuius in legendo Virgilio usus esse aliquis posset; nihil ad solam literaturæ ostentationem usurpavi.

Atque id quidem mihi a summis viris impositum quanta fide perfecerim, declarabit fructus, ut spero, non mediocris inde percipiendus. Quam sit autem scite prudenterque institutum, ex iisdem ipsis consilii auctoribus existimare jam nunc licet. Qui enim in informandis maximi Principis moribus tantam, non civilis modo militarisque prudentiæ, sed literatæ etiam sapientiæ vim præ se semper tulit, Carolus Sancta-Mauræus Montauserii Dux; potuit is ad eandem sapientiam parum tutum ac facilem ipsi aditum aperire? Potuit ad veram eruditionem non optima quæque præsidia conquerere vir Divinis humanisque doctrinis ex cultissimus, Episcopus Condomiensis, Jacobus Benignus Bossuetius? Horum ego monitis, auctoritati, prudentiæ non decederem, quibus Rex sapientissimus suas regnique sui spes omnes unice commisit? Præsertim cum curis meis consilia plerumque accederent Petri Danielis Huetii, cuius in moderandis Serenissimi Principis studiis secundæ sunt partes. Is, cum et doctrinæ fama multum apud ceteros, et morum suavitate plus apud me aliquid possit; effecit amicitiæ suæ lenociniis, communicatis etiam mecum notis in Virgilium quibusdam suis, ne tanto me operi omnino imparem putarim.

In quo, quid præter alios interpretes præstiterim, facile intelliget, quisquis eos aliquando attigerit: quorum qui-

dem errores notare nolim asperius, qui excusari meos peto. Sane opera non inutilis a me posita est in explicandis ex fide historiæ compluribus locis, obscuris prius, aut parum feliciter enodatis : advocata etiam interdum subsidia aliarum artium ac disciplinarum, ne grammaticum egisse tantum diceret : quibus tamen in singulis si cui videbor nimis presse stricteque versatus, cujusmodi querelæ jam ad me delatæ sunt; is me, non geographum, aut philosophum, aut rhetorem, sed Virgilii interpretem esse intelligat.

Hac secunda editione, tum alia multa, quæ primis curis exciderant, adjecta aut emendata ; tum vero in primis textus ipse Virgilii multis in locis, ex fide Nic. Heinsii, restitutus : cum ille novissimam editionem suam ex MSS. trigiata diligentissime contexuerit. Cujus viri omnibus, qui literas amant, luctuosa mors ; memoria cara semper et jucunda futura est.

V I T A :

INCERTO AUCTORE,

QUEM ALIQUI DONATUM FALSO PUTANT.

PUBLIUS Virgilius Maro parentibus modicis fuit, et præcipue patre Marone: quem quidam opificem figulum; plures, Magi cujusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt: quem cum agricultoriæ reique rustica et gregibus præfecisset sacer, sylvis coëmendis et apibus curandis reculam auxit. Natus est, Cn. Pompeio Magno, et M. Licinio Crasso, primum Coss. Iduum Octobrium die, in pago qui Andes dicitur, qui est a Mantua non procul. Prægnans mater Maia, cum somniasset enixam se laureum ramum, quem compactum terræ coaluisse, et excrevisse illico in speciem maturæ arboris, referat variis pomis et floribus, cerneret: sequenti luce cum maritus propinquum petens, ex itinere divertit, atque in subjecta fossa partu levata est. Ferunt infantem, ut fuit editus, nec vagisse, et adeo miti vultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris geniturae jam tum indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta, ita brevi coaluit, ut multo ante satas populos adæquarit: quæ arbor Virgilii ex eo dicta, atque consecrata est, summa gravidaram et fostrarum religione, suscientium ibi et solventium vota.

Initia ætatis, id est, usque ad septimum annum, Cremonæ egit: et XVII. anno virilem togam cepit, illis consulibus iterum quibus natus erat. Evenitque et eo ipso die Lucretius poëta decederet. Sed Virgilius Cremona Mediolanum, et inde paulo post Neapolim transiit: ubi, cum literis et Græcis et Latinis vehementissimam operam dedisset, tandem omni cura omniisque studio indulxit medicinæ et mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque esset, se in urbem contulit: statimque magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus, multos variisque morbos incidentes equis curavit. At Augustus in mercedem singulis diebus panes Virgilio, ut uni ex stabulariis, dari jussit. Interea a Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus: qui omnium judicio spem portendebat virtutis et celeritatis immensæ. Hunc cum aspexisset Maro, magistro stabuli dixit, natum esse ex morbosa equa, et nec viribus valitulum, nec celeritate: idque verum fuisse inventum est. Quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes jussit. Cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur, et parentes eorum dixit Virgilius, et animum celeritatemque futuram. Quo cognito, mandat iterum augmentari Virgilio panes.

Dubitavit Augustus Octavii ne filius esset, an alterius: idque Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum et equi naturam parentesque cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat: et solum rogat, an sciat quisnam esset, et quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Novi, inquit Maro, te Cæsarem Augustum: et ferme æquam cum Diis immortalibus potestatem habere scio, ut quem vis felicem facias. Eo animo sum, respondit Cæsar, ut si verum pro rogatu dixeris, beatum te felicemque reddam. Utinam, ait Maro, interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus: putant alii me natum Octavio: quidam suspicantur alio me genitum viro. Maro subridens: Facile, inquit, si impune licenterque quæ sentio loqui jubes, id dicam. Affirmat

Cæsar jurejurando, nullum ejus dictum ægre laturum: imo nonnisi donatum ab eo discessurum. Ad hæc, oculos oculis Augusti infigens Maro: Facilius, ait, in ceteris animalibus qualitates parentum mathematicis et philosophis cognosci possunt: in homine nequaquam possibile est. Sed de te conjecturam habeo similem veri, ut quid exercuerit pater tuus, scire possim. Attente expectabat Augustus quidnam diceret. At ille: Quantum ego rem intelligere possum, pistoris filius es, inquit. Obstupuerat Cæsar, et statim, quo id pacto fieri potuerit, animo volvbat. Inter rumpens Virgilius: Audi, inquit, quo pacto id conjicio. Cum quædam enuntiaverim prædixerimque, quæ intelligi scirique non nisi ab eruditissimis summisque viris potuisserent, tu princeps orbis iterum et iterum panes in mercedem dari jussisti: quod quidem aut pistoris, aut nati pistore officium erat. Placuit Cæsari facetia. At deinceps, inquit Cæsar, non a pistore, sed a rege magnanimo dona feres. Illumque plurimi fecit, et Polioni commendavit.

Corpore et statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valetudine varia: nam plerumque ab stomacho et faucibus ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam sæpius ejecit. Cibi vinique minimi. Fama est eum libidinis prioris in pueros fuisse: sed boni ita eum pueros amasse putaverunt, ut Socrates Alcibiadem, et Plato suos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem, et Alexandrum, quem secunda Bucolicorum Ecloga Alexim appellat, donatum sibi ab Asinio Polione. Utrumque non ineruditum dimisit: Alexandrum grammaticum, Cebetem vero et poëtam. Vulgatum est, consuevisse eum cum Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat, ipsum postea minoribus natu narrare solitum, invitatum quidem se a Vario ad communionem mulieris, verum se pertinacissime recusasse. Cetera sane vita, et ore, et animo, tam probum fuisse constat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur: ac, si quando Romæ, quo rarissime commeabat, viseretur, in publico sectantes demonstrantesque se subterfugere solitum in proximum tectum. Bona autem cuius-

dam exulantis efferente Augusto, non sustinuit accipere. Possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitque domum Romæ in Esquilinis, juxta hortos Mæcenatis: quanquam secessu Campanæ Siciliæque plurimum uteretur. Quocunque ab Augusto petret, repulsam nunquam habuit. Parentibus quotannis autem ad abundantem alitum mittebat: quos jam grandis amisit: ex quibus, patrem oculis captum: et duos fratres germanos, Silonem inapuberem, Flaccum jam adultum, cuius exitura sub nomine Daphnidis deflet. Inter cetera studia, ut supra diximaua, medicinæ quoque, ac maxime mathematicæ operam dedit. Egit et causam unam omnino, nec amplius quam semel. Sermone tardissimum, ac pene indocto similiter fuisse, Melissus tradidit.

Poëticam puer adhuc auspicatus, in Balistam ludi gladiatoriæ magistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit:

*Monte sub hac lapidum tegitur Balista sepultus:
Nocte, die, tutum carpe, viator, iter.*

Deinde Catalepton, et Moretum, et Priapeia, et Epigrammata, et Diras: et Culicem, cum esset annorum quindecim: cuius materia talis est. Pastor fatigatus aëstu, cum sub arbore obdormisset, et serpens ad illum prorepereret e palude; culex provolavit, atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contrivit, et visum serpentem interemisit, ac sepulcrum culici statuit, et distichon fecit:

*Parve culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vita pro munere reddit.*

Scripsit etiam, de qua ambigitur, Ætnam. Et mox, cum res Romanas inchoasset, offensus materia, et nominum asperitate, ad Bucolica transiit: maxime ut Asinium Polionem, Alphenum Varum, et Cornelium Gallum celebraret:

qui, in distributione agrorum, qui, post Philippensem victoriā, veteranis, Triumvirorum iussa, trans Padum, dividebantur, indemnum se praestitissent. Deinde Georgica in honorem Marcenatis edidit: cum sibi vixdum noto opem talisset aduersus Claudiī veterani militis, vel, ut alii putant, Arii centurionis violentiam: a quo in altercatione litis agrarie parum abfuit quin occideretur. Novissime autem Aeneidem aggreasus est, argumentum varium et multiplex, et quasi amborum Homerī carminum instar: præterea nominibus ac rebus, Greecis Latinisque, commune: et in quo, quod maxime studebat, Romanæ simul urbis et Augusti erigo contineretur. Cum Georgica scribebat, traditur quotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitus, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere: non absurde, carmen se ursæ more parere dicens, et lambendo demissa effingere. Aeneida prosa prius oratione formatam, digestamque in duodecim libros, particulatim componere instituit, ut quidem tradunt. Alii ejus sententiae sunt, ut existimat eum, si diutius vixisset, quatuor et viginti libros usque ad Augusti tempora scripturum: atque alia quidem percursurum, Augusti vero gesta diligentissime executurum: quippe qui, dum scribebat, ne quid impetum moraretur, quedam imperfecta reliquit: alia levissimis versibus scripsit, quos per jocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dicebat, ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ advenirent.

Bucolica triennio, Asinii Pollionis suasu, perfecit. Hic Transpadanam provinciam regebat: cuius favore, cum veteranis Augusti militibus Cremonensium et Mantuanorum agri distribuerentur, suos Virgilius non amisit. Facta enim distributione suos, Clandio seu Ario datos, recuperavit. Hunc Pollionem maxime amavit Maro, et dilectus ab eo magna munera tulit: quippe qui invitatus ad coenam, captus pulchritudine et diligentia Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Hujus Pollionis filium C. Asinium Cornelium Gallum, oratorem clarum, et poëtam non mediocrem, miro amore dilexit Virgilius. Is transtulit Eupho-

onem in Latinum: et libris quatuor amores suos de Cythereide scripsit. Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit: postea in suspicionem conjurationis contra illum adductus, occisus est. Verum usque adeo hunc Gallum Virgilius amarat, ut quartus Georgicorum a medio usque ad finem ejus laudem contineret: quem postea, jubente Augusto, in Aristæi fabulam commutavit.

Georgica septennio Neapoli: *Æneida* partim in Sicilia partim in Campania undecim annis confecit. Bucolica eo successu edidit, ut in scena quoque per cantores crebra pronunciatione recitarentur. Ac cum Cicero quosdam versus audisset, et statim acri judicio intellexisset non communis vena editos, jussit ab initio totam Eclogam recitari: quam cum accurate pernotasset, in fine ait, *Magna spes altera Romæ*: quasi ipse linguae Latinae spes prima fuisset, et Maro futurus esset secunda. Quæ verba postea *Æneidi* ipse inseruit.

Georgica, reverso ab Actiaca victoria Augusto, atque reficiendarum virium causa Atellæ commoranti, per continuum quatriduum legit: suscipiente Mæcenate legendi vicem, quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronuntiabat autem maxima cum suavitate, et lenociniis miris. Seneca tradidit, Julium Montanum poëtam solitum dicere, involaturum se quædam Virgilio, si et vocem posset, et os, et hypocrisim: eosdem enim versus, eo pronunciante, bene sonare; sine illo inarescere, quasi mutos. *Æneidos* vixdum cœptæ tanta extitit fama, ut Sext. Propertius non dubitarit sic prædicare:

*Cedite Romani scriptores, cedite Graii:
Nescio quid majus nascitur Iliade.*

Augustus vero, cum jam forte expeditione Cantabrica abesset, et supplicibus atque minacibus per jocum literis efflagitaret, ut sibi de *Æneide*, ut ipsius verba sunt, vel primas carminis hypographas, vel quodlibet colon mitteret: negavit se facturum Virgilius. Cui tamen multo post,

perfecta demum materia, tres omnino libros recitavit: secundum videlicet, quartum, et sextum. Sed hunc præcipue ob Octaviam: quæ cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, *tu Marcellus eris*, defecisse fertur: atque ægre refocillata, dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari jussit. Recitavit et pluribus: sed neque frequenter, et ferme illa de quibus ambigebat, quo magis judicium hominum experiretur. Erotem librarium et libertum ejus, exactæ jam senectutis, tradunt referre solitum: quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore: et huic, *Misenum Æoliden*, adjecisse, *quo non præstantior alter*. Item huic, *Ære ciere viros*, simili calore jactatum subjunxisse, *Martemque accendere cantu*: statimque sibi imperasse, ut utrumque volumini adscriberet.

Bucolica Georgicaque emendavit. Anno vero quinquagesimo secundo, ut ultimam manum Æneidi imponeret, statuit in Græciam et Asiam secedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare: ut in reliqua vita tantum philosophiæ vacaret. Sed cum aggressus iter, Athenis occurisset Augusto ab Oriente Romam revertenti, una cum Cæsare redire statuit. At cum Megara, vicinum Athenis oppidum, visendi gratia peteret, languorem nactus est: quem non intermissa navigatio auxit: ita ut gravior in dies, tandem Brundusium adventarit: ubi diebus paucis obiit, decimo Calend. Octobris, Cn. Plautio, et Q. Lucretio, Coss. Qui cum gravari morbo sese sentiret, scribia sæpe et magna instantia petivit, crematurus Æneida: quibus negatis, testamento comburi jussit, ut rem inemendatam imperfectamque. Verum Tucca et Varius monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Vario ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legavit: ne quid adderent quod a se editum non esset; et versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquenter. Voluit etiam ejus ossa Neapolim transferri, ubi diu et suavissime vixerat: ac extrema valitudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon:

*Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.*

Translata igitur jussu Augusti ejus ossa, prout statuerat, Neapolim fuere: sepultaque via Puteolana, intra lapidem secundum: suoque sepulcro id distichon, quod feeerat, inscriptum est. Heredes fecit ex dimidia parte, Valerium Proculum, fratrem ex altero patre: ex quarta Augustum: ex duodecima Mæcenatem: ex reliqua L. Varium, et Plotium Tuccam, qui ejus Aeneidem post obitum, prout petiverat, jussu Cæsaris emendaverunt. Nam nullius omnino sententia crematu Aeneis digna visa fuit, de qua re Sulpitii Carthaginensis extant hujusmodi versus:

*Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem:
Tucca vetat, Variusque simul: tu maxime Casar
Non sinis, et Latiae consulis historiae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamus igni,
Et pene est alio Troja cremata rogo.*

Extant et Augusti de ipsa eadem re versus plures et clarissimi, quorum initium est:

*Ergone supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur musa Maronis?*

Et paulo post,

*Sed legum servanda fides: suprema voluntas
Quod mandat, fierique jubet, parere necesse est.
Prangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Hauserit una dies. Et ea quæ sequuntur.*

Nil igitur auctore Augusto Varius addidit, quod et

Maro praeceperat: sed summaratim emendavit: ut qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquerit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt: ob difficultatem, quod omnia fere apud eum hemistichia, praeter illud, *Quem tibi jam Troja peperit*, sensum videntar habere perfectum. Nissus grammaticus audisse se a senioribus dicebat, *Varium duorum librorum ordinem commutasse*; et qui tum secundus erat, in tertium locum transtulisse: etiam primi libri correxisse principium, his demis versibus,

*Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen; et egressus sylvis, vicina coëgi
Ut quamvis avido parerent arva colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma virumque cano.*

Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt, nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis, innominatus quidam rescripsit Antibucolica, duas modo Eclogas, sed insulsissime, *ταρφδήσας*, quarum prioris initium est:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Sequentis:

*Dic mihi, Damæta, cujum pecus? anne Latinum?
Non, verum Ægonis: nostri sic rure loquuntur.*

Alius, recitante eo ex Georgicis, *Nudus ara, sere nudus:* subjecit, *habebis frigora, febrem.*

Est et adversus Æneida liber Carbilii Pictoris, titulo *Æneidomastix*. M. Vipranius eum a Mæcenate suppositum, appellabat novæ *κακοζηλίας* repertorem: dicebatque neque tumidum esse, neque exilem; sed communibus verbis opus illud confecisse. Herennius vitia ejus taatum contraxit, Perilius Faustinus furta. Sunt et Q. Octavii Aviti volumina: quibus annotatar, quæ et unde versus transtu-

lerit. Asconius Pædianus, libro quem contra obtrectatores Virgilii scripsit, pauca admodum ei objecta proponit: et potissimum quod non recte historiam contexit, et quod pleraque ab Homero sumsit. Sed hoc crimen sic defendere assuctum ait: cur non illi quoque eadem fulta tentarent? verum intellecturos, facilius esse Herculi clavam, quam Homero versum surripere. Et tamen destinasse secedere, ut omnia ad satictatem malevolorum decideret. Refert etiam Pædianus, benignum, cultoremque omnium bonorum atque eruditorum fuisse: et usque adeo invidiae expertem, ut si quid erudite dictum inspicret alterius, non minus gauderet ac si suum fuisset: neminem vituperare: laudare bonos: ea humanitate esse, ut, nisi perversus maxime, quisque illum non diligeret modo, sed amaret. Nihil proprii habere videbatur. Ejus bibliotheca non minus aliis doctis patebat, ac sibi: illudque Euripidis antiquum saepe usurpabat, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, communia esse amicorum omnia. Quare coævos omnes poëtas, ita adjunctos habuit; ut cum inter se plurimum invidia arderent, illum una emnes colerent, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser vero, quoniam Antonii partes secutus est, illum non observasse dicitur. Cornificius ob perversam naturam illum non tulit. Gloriæ vero adeo contemtor fuit: ut cum quidam versus quosdam sibi adscriberent, eaque de re docti haberrant; non modo ægre non ferebat, imo voluptuosum id sibi erat. Cum enim distichon, quod laudem felicitatemque Augusti continebat, fecisset, valvisque non nominato auctore infixisset, id erat ejusmodi:

*Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.*

Diu quæritans Augustus cujusnam hi versus essent, eorum auctorem non inveniebat. Bathyllus vero, poëta quidam mediocris, tacentibus aliis, sibi adscripsit. Quamobrem donatus honoratusque a Cæsare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdem valvis affixit quater hoc principium,

Sic vos non vobis. Postulabat Augustus ut hi versus completerentur. Quod cum frustra aliqui conati essent, Virgilius præposito disticho sic subjunxit:

*Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aves.
Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.*

Quo cognito, aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior. Cum is aliquando Ennium in manu haberet, rogareturque quidnam faceret, respondit, se aurum colligere de stercore Ennii. Habet enim poëta ille egregias sententias, sub verbis non multum ornatis. Interroganti Augusto quo pacto feliciter civitas gubernaretur : Si, inquit, prudentiores temonem tenuerint, et boni malis præponantur; itaque optimi suos habeant honores, nulli tamen aliorum injusti quicquam fiat. At Mæcenas : Quid, inquit, Virgili, satietatem homini non affert ? Omnia rerum, respondit, aut similitudo aut multitudo stomachum facit, præter intelligere. Idem interrogavit quo pacto quis altam felicemque fortunam suam servare posset. Cui Maro : Si quantum honore ac divitiis aliis præstantior sit, tanto liberalitate et justitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere, nullam virtutem commodiorem homini esse patientia ; ac nullam asperam adeo esse fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quam sententiam in quinto Æneidos inseruit :

*Nate Dea, quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur :
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.*

Cum quidam ejus amicus Cornificii in eum maledicta et inimicitias sibi narraret : Quam putas, inquit, esse hujuscce malevolentiae causam ? nam neque unquam Cornificium offendti, et eum amo. An, inquit, Hesiodi sententiae non

Delpk. et Var. Clas.

Virg.

B

meministi, ubi ait, architectum architecto invidere, et poëtam poëtæ? De malis, inquit, Græcus ille intellexit: nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude et gloria vindictam in manu habeo. Majore enim cura virtuti intendam: atque quo elegantior ego fiam, eo vehementius invidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filistus quidam, orator, et poësin mediocriter doctus, cui multiplex variumque ingenium erat: quique omnium omnia dicta reprehendere conabatur: non ut verum dignosceret, quod Socrates facere consuevit, sed ut eruditior videretur. Hic Virgilium, tibicunque convenire dabatur, maledictis salibusque vexabat. Quare ille saepe, aut tacibundus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verum cum, Augusto audiente, elinguem illum diceret, et causam etiam suam, si linguam haberet, defendere nequire: Tace, inquit, rabula. Nam haec mea taciturnitas defensorem causarum mearum Augustum fecit, et Mæcenatem: et ea tuba, cum volo, loquor, quæ ubique et diutissime audietur. Tu loquacitate non modo aures hominum, sed muros rumpis. Augustus vero Filistum gravi vultu increpavit. Tunc Maro: Si tempus Cæsar, inquit, tacendi hic sciret, raro loqueretur. Tacendum enim semper est, nisi cum taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis prosit. Nam qui contendit, et an contentionis finis utilis sit non novit, stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potitus est, venit in mentem, an conduceret tyrannidem omittere, et omnem potestatem annuis consulibus et Senatui Remp. reddere. In qua re diversæ sententiæ consultos habuit Mæcenatem et Agrippam. Agrippa enim, utile sibi fore, etiamsi honestum non esset, relinquere tyrannidem, longa oratione contendit: quod Mæcenas dehortari magnopere conabatur. Quare Augusti animus et hinc ferebatur et illinc. Erant enim diversæ sententiæ variis rationibus firmatae. Rogavit igitur Maronem, an conferat privato homini se in sua repub. tyrannum facere. Tum ille: Omnibus ferme, inquit, rempub. aucupantibus molesta ipsa tyrannis fuit et civibus: quia necesse erat propter odia

subditorum aut eorum injustitiam, in magna suspicione magnoque timore vivere: sed si cives justum aliquem sci-
rent, quem amarent plurimum; civitati id utile esset, si in
eo uno omnis potestas foret. Quare si justitiam, quod
modo facis, omnibus in futurum, nulla hominum facta com-
positione, distribues: dominari te, et tibi conducet, et orbi.
Benevolentiam enim omnium ita habes, ut Deum te et ado-
rent et credant. Ejus sententiam secutus Cæsar, principa-
tum tenuit. Audivit a Syrone præcepta Epicuri, cuius
doctrinæ socium habuit Varum. Quamvis diversorum
philosophorum opiniones libris suis inseruisse, de animo
maxime, videatur, ipse tamen fuit Academicus; nam
Platonis sententias omnibus aliis prætulit.

*Hanc præstantissimi poëta vitam, quod antiquissima sit, non
omisi: quod tamen et scateat erroribus, et aliis fere omnibus
locum errandi præbuerit; ideo non esse absque censura propo-
nendam existimavi. Quamobrem vitam aliam digessi per annos
urbis et consules, quos cum annis Augusti Virgiliique contuli:
ut ex ea comparatione series operum rerumque veritas certius
innotesceret.*

P. VIRGILII MARONIS
HISTORIA
DESCRIPTA PER CONSULES,
A CAROLO RUÆO, S. I.

Annum u. c. 684. Virgilii 1.

CN. POMPEIUS MAGNUS I.

M. LICINIUS CRASSUS I.

PUBLIUS Virgilius Maro nascitur in pago, cui nomen *Andes*, qui ter mille passibus Mantua distat, Idibus Octobris, qui dies est illius mensis decimusquintus. Ita vitæ scriptor. Ita Phlegon apud Photium : Οὐρανίος Μάρος ὁ τοιητὴς ἐγερθεὶς τοῦ ἔτους εἰδοῦς Ὁκτωβρούς : Virgilii Maro poëta natus est hoc ipso anno Idibus Octobris. Ita Martialis Epigr. libr. 12. 68. *Octobres Maro consecravit Idus*. Patrem habuit, ex Pseudo-Donato, Maronem; ex Probo, Virgilium: matrem, Maiam. Pater, ex Servio, civis Mantuanus fuit; ex Probo, rusticus; ex aliis, opifex figulus; ex Pseudo-Donato, mercenarius, a socero Maio gregibus curandis et rei rusticæ præfectus.

Majum illum, avum Virgilii, exemplaria vitæ omnia *Magum* vocant. At cum ejus filia, Virgilii mater, juxta omnes *Maia* dicta sit: omnino *Maia* pater fuit *Majus*, non *Magus*: indeque ortum existimo, ut Virgilius magicis artibus imbutus fuisse creditus sit ab Elinando monacho aliisque sequioris saeculi scriptoribus: quod et Ecloga septima magica quædam sacra descripsisset, et peritus esset multarum artium, et præcipue avum habuisse *Magum* diceretur.

Virgilius an *Vergilium* appellandus sit, magna fuit superiore saeculo controversia. Stabat Angelus Politianus pro Vergilio: pro Virgilio Pierius. Certe neque multitudo veterum lapidum ac monumentorum, quæ Virgilium præferunt, quicquam evincit; cum alia etiam complura Virgilium habeant: nec Græca Suidæ scriptio, *Oberyllos*; cum Stephanus scribat in dictione *Mantua*, *Beryllas*: nec etymon nominis a *Vere* aut *Vergiliis* stellis; cum alii deducant a *virga* laurea, quam prægnans mater in somnis vidit; alii a *virga* populea, quæ post ejus ortum more gentis humi defixa est; alii a *virginali* verecundia, propter quam Neapoli *Parthenias* appellatur est, a *ταρθέρος* *virgo*. Ego cum Pierio existimo, facilem aliquando et promiscuam fuisse commutationem elementorum e et i. Sic, teste Quintiliano, dicebatur apud veteres *Deana* pro *Diana*; *Menerva* pro *Minerva*; *leber* et *magerster*, pro *liber* et *magister*. Sic reperitur adhuc in quibusdam codicibus *Verginius*, pro *Virginius*. Sic etiam scribi potuit *Vergilius* pro *Virgilius*. Sed in iis omnibus litera i denique prævaluit.

Nec mihi videtur *Virgilii* nomen aliunde acceptum quam a patre. Si enim fuit cognomen a *virga* aut *vere*, certe non secundo loco, sed tertio,

que cognominis sedes est, appellans fuit, P. MARO VIRGILIUS. Neque movet me, quod in quibusdam veteribus libris, *Partheniatis* cognomen secundo ferat loco, hoc nimirum ordine, P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS LIBER: id enim ex scriptorum inscritia contra morem Romanum factum esse manifestum est.

Annus u. c. 691. Augusti 1. Virgilii 8.

M. TULLIUS CICERO.

C. ANTONIUS.

NASCITUR Octavius, qui deinde Augustus appellatus est, 9. Kal. Octob. id est 23. Septemb. patre C. Octavio; matre Attia, M. Attii Balbi et Juliae illius filia, que Julii Cæsaris soror fuit. Quare Octavius fuit Cæsaris sororis nepos, non ex sorore nepos, ut male quidam scripserunt.

Annus u. c. 696. Augusti 6. Virgilii 13.

L. CALPURNIUS PISO.

A. GABINIUS.

VIRGILIUS Cremonæ studiis eruditus. Ita Hieronymus in Eusebii chronicis. Alter tamen vitæ scriptor: *Initia statis, id est usque ad septimum annum, Cremonæ egit.* Que verba sic emendat Scaliger in Eusebium; *usque ad sedecimannum annum:* quo fere anno Mediolanum concessit. Studia autem illius fuere Græci præcipue sermonis, tum medicinæ et mathematicarum disciplinarum: philosophiæ quoque, sub Syrone Epicureo, et juxta Jos. Scaligerum sub Catio etiam Insubri, ejusdem sectæ philosopho, qui Mediolani natus erat. Et in eo quidem studio socium habuit Varum illum, cuius gratia sextam eclogam deinde scripsit, Epicureæ philosophiæ placita de rerum origine continentem. De Syrone dicimus in illius eclogæ argumento: de Varo in eadem ecloga, v. 7.

Poësim imprimis dicitur auspicatus adhuc puer: et Cirim, Ætnam, Culicem, Moretum, Copam, Diras, Catalepton, Epi-

grammatam, Priapeia junior scripsisse. At Jos. Scaliger, et post eum docti fere omnes Ætnam Cornelio Severo adjudicant: Moretum, Auli Septimi Severi esse idem suspicatur: Diræ, quin a Valerio Catone scriptas sint, ne dubitari quidem patitur: Copam Virgilio tribuit Priscianus, sed reclamante Scaligero: Priapeia, obscenissimam epigrammatum farraginem, ex Ovidii, Catulli, Petroniique facibus collecta esse manifestum est. In *Catalepton* et *Epigrammatis*, ut multa sunt indigna Virgilio, propter maledicos et inveterados sales; ita paucula quedam eodem adolescente digna possunt videri. De Ciri et Culice major est controversia.

Ac Virgilii quidem esse hoc utrumque opusculum suaserunt multis versus utrique complures aspersi, qui in Georgicis et Æneide, aut iidem omnino, aut paulo accuratius limati reperiuntur. Non esse autem, mihi persuadet stylus enervis ac vagus, obscura sententia, numeri dissoluti: prorsus ut qui tam sordide humilis fuit, non videatur potuisse unquam ad perspicuum illam Bucolicorum tenuitatem, multo minus ad splendidam Æneidos majestatem assurgere. Bene quidem Scaliger falsum demonstrat, id quod in vita Virgilii legitur, scripisse Culicem, quicumque tandem Culex ille sit, annos quindecim natum. Quippe Statius in Genethliaco Lucani, Sylv. l. 2. v. 74, testatur Lucanum scripsisse Pharsaliam, ante annos Culicis Maronianis. At Lucanus post multa opera ultimam condidit Pharsaliam, eamque magna ex parte inemendatam reliquit, anno quo mortuus est, ætatis vigesimalis septimo. Addo ego, Culicem hunc, quem habemus, Octavio dicatum esse. At Octavius tum, cum numerabat Virgilius annum decimumquintum, ipse tantum octavum attigerat: qua seitate, nec ipsi poëmata dicari, nec ea dici de ipso potuerunt; At tu, cui meritis oriatur fiducia tantis; aut ut habent

codices alii, *At tu, cui meritis oritur
fiducia castris, Octavi veneranda.* Igitur scriptum fuisse Culicem probabile est, cum Octavius aliquo in nomine cœpit esse: circa id temporis, quo donatus a Julio Cæsare militaribus donis, eum in Hispaniensia castra secutus est, anno u. c. circiter 700. Octavii 19. Virgilii 26. Quod quis credit? Virgilium ab illa Culicis exilitate ita re-pente convaluisse, ut anno post tertio quartove Bucolica scribere tam æquabili et vivido et paro niture incepit. His adducor ut putem, insulsum illum Culicem, quem habemus præ manipulis, ab incepto aliquo posteriorum ætatum scriptore dictum esse: qui, cum apud veteres laudari passim videret juvenilem Maronis Culicem, amissum illum vitio temporum restituere, per ludum aut per summam audaciam, voluerit; quomodo deinceps a levissimis scriptoribus multa malitiose conficta sunt, ut Cornelii Galli elegia, et nuper Petronii fragmentum.

Idem esto de Ciri judicium, quam Ovidii tempore posteriorem esse indicat Scyllæ, patris et patriæ ruinam meditantis, cum nutrice colloquium; locus omnino exaratus ad similitudinem illius colloqui, quod habet Myrrha, patris amore insaniens, cum nutrice item sua, Metam. l. 9. Nec abstinet Scyllæ nutrix ab exemplo ipsius Myrrhæ proferendo: ut plane existimet factorem illum Virgiliane Ciris, ad Myrrham Ovidianam inter scribendum oculos intendisse. Non est igitur audiendus Scaliger, cum Cirim illam ipsam ultimum esse statuit opus Virgilii, etiam Æneide posterius: quanquam enim fusum est feliciore vena quam Culex, tamen jacent in eo multa, multa horrent, nitent quampau-cissima: nec a Virgilio senescente, et æquo rerum snarum aestimatore, scribitantillo in poëmatico potuit, *Accipe dona meo multum vigilata labore:* nec Virgilium juvenem, et Bucolica, Georgica, Æneida meditantem, tan-

tum rei poëticæ jam tum cœperat tedium, ut in hoc tam levi opere desipere non dubitaret: *In quo jure mense utinam requiescere Musæ, Et leviter blandum licet deponere morem.* Nec juve-nia, itaque, nec senex Virgilius Cirim scripebat.

Annus u. c. 699. Augusti 9. Virgilii 16.

CN. POMPEIUS MAGNUS II.

M. LICINIUS CRASSUS II.

VIRILEM togam sumpsisse dicitur Virgilium apud Pseudo-Donatum, anno ætatis 17. hisdem illis Consulibus, quibus natus erat. Idipsum agnoscit Scaliger, sed minus considerate. Neque enim ab Idibus Octobribus primi Pompeiani Consulatus, ad Idus Octobres secundi, completos annos re-perio plures quam quindecim. Si ergo Virgilius toga virili donatus est Pompeio et Crasso secundum Coss. id anno Virgilii aut decimoquinto completo, aut decimosexto ineunte contigit. Sin ad usque decimum-septimum ineuntem recessendum est: annus siuit u. c. 700. Consulea, L. Domitius Ænobarbus, et Ap. Claudius Pulcher. Si denique decimus-septimus complectus requiratur, annus siuit u. c. 701. Consules, Cn. Domitius Calvinus, et M. Valerius Messala; quem annum consignat his verbis Hieronymus in Eusebio: *Virgilius sumpta toga Mediolanum transgreditur.*

Et vero, etsi Romano jure pueritia anno 17. finiretur, tumque sumeretur toga pura seu virilis: tamen pro arbitrio tempus illud aliquando immutatum reperimus. Augustus ex Suetonio togam sumxit anno 16. Caligula ex eodem, anno 20. M. Antonius philosophus ex Julio Capitolino, anno 15.

Annus u. c. 708. Augusti 18. Virgilii 25.

C. JULIUS CESAR III.

M. ÆMILIUS LEPIDUS I.

JULIUS Caesar mense Octobri qua-ter triumphat, de Gallia, de Asia, de

Agypto, de Africa. Octavius, sororis ejus nepos, **militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est, quoniam expere belli propter statem.** Suetonius in Augusto, 8.

Annus u. c. 709. *Augusti 19. Virgilii 26.*
C. JULIUS CÆSAR IV. *solus.*

CÆSAR proficiuntur in Hispanias adversus Pompeii Magni liberos. Octavius viridum firmus et graci valitudine, per infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, avunculum subsecutus magnopere demeruit. Suetonius ibid. Cæsar redux sub initium Octobris triumphat quintum de Hispaniis.

Annus u. c. 710. *Augusti 20. Virgilii 27.*
C. JULIUS CÆSAR V.

M. ANTONIUS.

CÆSAR expeditionem destinans in Parthos, Octavium præmittit Apolloniām. Ibi ille, dum studiis vacat, audit Cæsarem in senatu occisum esse Idibus Martiis, se ab eo in nomen et familiam adoptatum. Romanum reddit: sed adversante M. Antonio Consule, adjungit se optimatibus, quos ei infensos sciebat.

Annus u. c. 711. *Augusti 21. Virgilii 28.*
C. VIBIUS PANSA.

A. HIRTIUS.

OCTAVIUS mittitur cum Consulibus adversus M. Antonium, qui Decimum Brutum Mutinæ obessum tenebat. Solvit obsidio: Consules tamen bello perirent. Fit agrorum aliqua inter milites divisio per Decemviro, in quibus erat Cicero. Octavius armata manu Romanam ingressus, Coasulatum, mortuo Pansa tunc vacuum, ab invito senatu extorquet 14. Kal. Septemb. seu 19. Augusti, ante annum etatis vigesimum expletam. Initio Consulatu statim in nomen et bona Cæsaria lege transiit, vocatusque est deinceps ab omnibus, Dione teste i. 46. C. JULIUS CÆSAR OCTAVIANUS. Paucis post,

nempe 27. Novembris, ipse ac M. Antonius et M. ÆMIlius Lepidus, triumvires se reipublicæ constituenda in quinquennium renunciant, magistratus absque senatu et populi consilio designant in idem tempus, proscriptionem inimicorum suorum indicunt, qua Cicero 7. Decembris occisus est.

Hiac erroris arguuntur, qui volunt Eclogam Virgilii sextam Romæ auditam a Cicerone fuisse in theatre, cum a Cytheride mima cantaretur: eundemque Romanæ eloquentiae principem, ad suam et novi poëtæ laudem exclamasse: *Magna spe altera Roma:* quæ verba deinceps Virgilius in Æneida retulerit. Tam enim, cum Cicero occisus est, Eclogas scribere nondum Virgilius ceperat: neccum venerat Romanum: sed adhuc, aut Mediolani, aut in rare suo versabatur, ut mox deinde ostendemus.

Annus u. c. 712. *Augusti 22. Virgilii 29.*
L. MUNATIUS PLANCUS.
M. ÆMIlius LEPIDUS II.

KALENDIS Januariis Triumviri, inter caeteros Julio Cæsari habites honores, sacellum ipsi dedicant in foro, ejus simulacrum ludia Circenibus cum Veneris simulacro circumferendum decernunt. Hinc Octavianus se *Divi filium* appellavit. Circa Novembrem pugnatur ad Philippos in Macedonia, perentque Cassius et Brutus, duobus præliis, mensis fere unius intervallo dissipitis, ex Plutarcho. M. Antonius abit in Asiam: Octavianus in Italiam reddit, ut agros suis Antonianisque veteranis dividat.

Annus u. c. 713. *Augusti 23. Virgilii 30.*
L. ANTONIUS.
P. SERVILIUS ISAURICUS.

Fit agrorum divisio, ex optimis quibusque urbibus Italiae, ejectis per vim dominis, non iis tantum qui contra Triumviro steterant, sed etiam aliis, ut habent Appianus et Dio. Pub-

via M. Antonii uxor, et Lucius Antonius Consul, Marci frater, cum divisionis illius administrationem et gratiam apud milites derivare ad se non potuissent, veterum possessorum quarelis in speciem commoti, bellum in Octavianum suscitare. Asinius Pollio, M. Antonii singularis amicus, Galliam Cisalpinam interim copias tenet, et Alpium transitum Octaviani legionibus intercludit, ut constat ex Appiano lib. 5. Idem Lucio Perusie obesse suppetias ferre frustra conatus, sub anni sequentis initium dedita Perusia, cum septem legionibus Venetiam, in qua regione Mantua est, in potestate Antonii diu retinet, ut testatur Velleius.

Atque haec illa est Agraria largitio, qua Virgilius Andino patrimonio suo multatus est. Neque enim est, cur Corradus calamitatem illam accidisse poete suspicetur decemvirali illa divisione, quae Mutinense bellum secuta est, et cui intererat Cicero: tum enim levis erat ac fere nulla Romae Octaviani auctoritas, ut optimates et ipse Cicero de eo occidendo cogitarent. Quare Virgilius dicere tum de illo non potuit id, Ecl. 1. *Dews nobis hæc otia fecit: neque istud: Hic illum vidi juvenem, Melibœ, quotannis bis senas cui nostra dies altaria fumant:* potuit vero hac Philipensi divisione; cum se jam Octavianus *Divi Iuli filium appellaret, summaque polleret triumvirus auctoritate.* Multo minus ferendi Probus et Pomponius Sabinus, qui id ad Actiacam divisionem rejiciunt, et annum u. c. 728. Cum enim e plerisque omnibus Virgilianæ vite scriptoribus certum sit, Bucolica triennia esse perfecta; certum item, ut mox demonstrabitur, Eclogam quartam anno u. c. 714. Pollione Consule, esse editam: certum id quoque habeendum est, spatium illud triennii circa consulatum Pollionis omnino esse numerandum. Adde quod idem ipse Pomponius

Virgilium dicat edidisse Bucolica anno ætatis 23. aut 24.; Probus et Pandianus, anno 28.; Servius, anno 29. Atqui divisionis Actiacæ tempore annos numerabat plenos atque integros novem ac triginta: quod incuriam scriptorum ejusmodi manifestam facit.

Igitur sic statuo. Virgilium Asinio Pollio, tum in Gallia Cisalpina et Venetia, cuius pars est ager Mantuanus, cum imperio versanti, sive per Varum, quocum philosophiae studierat, sive per Cornelium Gallam, sive per seipsum innotuisse: per Pollionem commendatum esse Mæcenati: per hunc ad Octaviani gratiam irrepsisse. Quanquam enim tunc diversarum erant partium Mæcenata et Pollio, similitudo tamen studiorum et aqua probitatis fama sic utrumque sociabat, ut anno proxime sequente administrari Brundusinas pacis una adhibiti sint. Certe Pollionis in Virgilium priora fuisse merita, Mæcenatis potiora, vel ea res probat: quod prior a Virgilio gratia Pollio, major Mæcenati relata sit: Ecloga unica mox in illius honorem edita; Georgicas deinde libria quatnror hujus nomini nuncupatis.

Fretus ea commendatione Virgilius, agros ut reciperet suos, Romam sub anni hujus initia primum venit. Quidni enim Virgilio de se fides habeatur? At Ecloga prima sub Tityri persona testatur, sibi ante amissos agros Romanum ignotam fuisse: *Urbem quam dicunt Roman, Melibœ, putavi stabitus ego huic nostræ similem,* &c. se libertatis obtinendæ gratia eo profectum: *Et qua tanta fuit Roman tibi causa tendi? Libertas, &c.*

Quamobrem inter fabulas puto quicquid habet vite scriptor de ejus ad Octaviani gratiam aditum: quod magistro stabuli carus primum fuerit: quod panes eidem, ut uni e stabulariis, in singulos dies dati: quod Octavianus, de genere ac patre suo aliquando

sollicitus, consulerit ea de re stabularium Maronem; ejusque opera speraverit patrem se posse suum certo intelligere, quia is de canum equorumque genere ac parentibus scite interdum respondebat. Fuerit enim vero Maroni singularis illa, quam re ipsa fuisse libri Georgici declarant, rei veterinariae peritis; fuerint hec omnia quae narrantur temporum rationi accommoda, ut minime sunt: quis tantum Octaviani fuisse stuporem credit, ut veterinariae medicinæ easce vim sibi persuaderet, aut tantam Romani moris inscitiam, ut se regem magnenium appellaret? aut ipsi Virgilio tantam futuron eventuum notitiam, ut Octavianum *Augusti* nomine appellaret, ante annos minimum quatuordecim, quam esset honorifica illa appellatio ejus in gratiam instituta. Quid? jocus ipse quam insulsas, pistoris filium sibi Octavianum videri, quod panes liberaliter erogaret. Cui fabulae locum puto præbuisse quod apud Suetonium legitur, Antonium Octaviano inter cætera probra solitum objicere, quod proavum haberet pistorem.

Hoc itaque anno scripta est Ecloga prima, qua poëta sua in agro recuperando felicitatem sub Tityri nomine representat. Proinde exorsus est Bucolica, cum annum decurreret nonum ac vigesimum; necdum Idus Octobre attigisset, quo tempore trigesimum erat ingressurus. Statimque Roma profectus Mantuam, noscere possessores conatus ex agro ejicere, Arium nempe Centurionem, aut primipilarem Milienum Toronem, aut veteranum Claudiū: ab eo, quisquis fuerit, male habitus, ægre vita sua consuluit, Mincio natatu trajecto. Romanus regressus, ut vim novo Octaviani edicto reprimet, Eclogam quæ ordine nona legitur obtulisse videtur Varo, apud Octavianum gratoso, quasi libellum supplicem indicemque calamitatis; eam-

que, ut res urgebat, subitario impetu e variis carminum, que meditabatur, fragmentis concinnasse: quod legenti persuasum fore facile confido.

Annus u. c. 714. Augusti 24. Virgilii 31.

CN. DOMITIUS CALVINUS.
C. ASINIUS POLLIO.

OCTAVIANUS Lucium Antonium urbemque Perusiam deditione accipit. Marcus in Italiam veniens, maximo belli metu facto, Brundusii pacem cum Octaviano componit; administris, ex parte Octaviani, Mæcenate; ex parte Marci, Pollione. Octavia soror Octaviani, mortuo Marcello priore viro, Marco Antonio conjux datur. Redeunt Romanum Triumviri: sed Sexto Pompeio Magni filio mare Siculum infestis navibus obtidente, famæ in urbe sæviens urbem in Triumviro concitat. Octavianus et Antonius, a plebe tantum non laniati, de pace cum S. Pompeio convenienti ad Puteolos, in littore Campanæ. Ita compositis rebus, letitia communis et rerum omnium copia in urbem reddit. Decedunt e magistratu Consules, Calvinus et Pollio, in paucos qui supererant anni hujus dies, more illorum temporum. Antonius exercitus sui partem, ut per hyemem exerceret, mittit adversus Parthinos, gentem Illyricam, et olim Brutii Cassiique studioam: expeditionemque Polioni suo committit, ut colligitur ex ejus triumpho de Parthinis anno proxime consequente.

Virgilius, cum filius Polioni natus esset, ejus genethliacon canit Ecloga quarta: antequam Pollio magistratum abdicasset, nam v. 11. *Tegue adeo decus hoc avi, te consule, inibit, Pollio:* post Brundusianam pacem Pollionis opera constitutam, nam v. 17. *Pacatumque reget patriis virtutibus orbem:* post pacem etiam Puteolanam, invecta scilicet in urbem abundantia, nam v. 21. *Ipsæ lacte domum referent*

distanta capillas ubera, &c.; igitur sub extremos anni dies. Parum enim sana fuisset illa ætatis aureæ promissio, imminentे, ant Brundusini belli, ant Pompeianæ famis metu.

Annum u. c. 715. Augusti 25. Virgilii 32.

L. MARCIUS CENSORINUS.
C. CALVISIUS SABINUS.

POLLIO bellum adversus Parthinos feliciter gerit, de quibus triumphum agit 8. Kal. Novembris.

Dum inde Pollio Romam redit ad triumphum, perlustratque Illyrici et Venezie littora; Virgilius Eclogam octavam componit, ubi perstringit bellicas ejus laudes, v. 6. *Tu mihi, sen magni superas jam sara Timavi, sive oram Illyrici legis aquoris, &c.*

Nec procul ab eo tempore, nempe cirea medium Octobrem, videtur scripta etiam illa, quæ ordine tertia legitur: cum scilicet victimæ et sacra triumphalia pro Pollio's Victoria pararentur. Ideo commendat poëta, ut vituli taurique Pollio's pascantur v. 84. *Pollio amat nostram, quamvis sit rusticæ, Musæm: Pierides, titulum lectori pascite vestro. Pollio et ipse facit novæ carmina: pascite tauren, &c.* Quam si quis levem conjecturam putet, de illa non admodum pugnabo mecum ut sentiat.

Annum u. c. 716. Augusti 26. Virgilii 33.

APPIUS CLAUDIO PULCHER.
C. NORBANUS FLACCUS.

BELLUM inter Octavianum et S. Pompeium renovatur, adversa primum Octavianæ fortuna.

Virgilius Bucolicis finem imponit, postquam ea triennio ante incepisset. Tunc ergo scripta est Ecloga quæ decima numeratur, quam hac ipse consignat nota: *Extremum hunc Arethus mihi concede laborem. Cæteræ, quas hic omisimus, quo tempore scriptæ sint, nihil certo indicat.*

Annum u. c. 717. Augusti 27. Virgilii 34.

M. VIPSANIUS AGRIPPA I.
L. CANINIUS GALLUS.

DUM adversus S. Pompeium Octavianus bellum instaurat, orditur Virgilius Mæcenatis suas Georgica, quæ septem annis consequentibus exequuntur, maxima ex parte Neapoli.

Annum u. c. 718. Augusti 28. Virgilii 35.

L. GELLIUS POPLICOLA.
M. COCCETIUS NERVA.

S. POMPEIUS ab Octaviano navali pugna vincitur. Octavianus divinis honoribus coli nunc primum incipit, ut habet Appianus, lib. 5. Ciril. M. Antonius, re adversus Parthos male gesta, concedit in Ægyptum ad Cleopatram; ubi se luxui et voluptatibus tradit.

Annum u. c. 719. Augusti 29. Virgilii 36.

L. CORNIFICIUS.
S. POMPEIUS S. F.

S. POMPEIUS se fuga recipit ad Antonium, ejusque iussu in Phrygia occiditur a Titio. Octavianus victor inter Deos tutelares oppidatum consecratur, cum jam annos 28. exegisset, ut habet diserte Appianus lib. 5.

Quicquid ergo hactenus de divinitate Octavianæ apud Virgilium reportatur, id ab eo dictum, aut per adulationem, aut quia jam iude ab anno 712. *Divi Julli* se filium appellabat.

Annum u. c. 720. Augusti 30. Virgilii 37.

M. ANTONIUS II.
L. SCRIBONIUS LIBO.

Annum u. c. 721. Augusti 31. Virgilii 38.

C. CÆSAR OCTAVIANUS II.
L. VOLCATTIUS TULLUS

Anno u. c. 722. Augusti 22. Virgilii 29.

CN. DOMITIUS ENOBAREUS.

C. SOSIUS.

His annis tribus jacta sunt bellum semina Octavianum inter et Antonium.

Anno u. c. 723. Augusti 33. Virgilii 40.

C. CÆSAR OCTAVIANUS III.

M. VALERIUS MESSALA.

DESELLATUR apud Actium, Epiri promontorium, 2. Septembris, M. Antonius ab Octaviano, cum immensis auxiliis, quæ ex Armenia, Media, Ægypto, Arabia, India, totaque ferme Asia collegarat. Mox in Ægyptum cum Cleopatra bellum reparatarus fugit.

Anno u. c. 724. Augusti 34. Virgilii 41.

C. CÆSAR OCTAVIANUS IV.

M. LICINIUS CRASSUS.

REVERSUS in Italiam Octavianus, ut quartum Consulatum acciperet, obvium habet Brundusii Senatum, a quo Consul renunciatur: ibique dies juxta Dionem, triginta cum substitisset, inde statim abit in Asiam, ubi reliquam hyemem traducit, instruendo belli Ægyptii apparatu.

Falsum igitur, quod in vita Virgilii legitur: hunc Cæsari ex Actiaco bello reduci, et ad reficiendas vires Atellæ, quæ urbs est Campaniæ, commoranti, legisse Georgica: Mæcenate suspicente legendi vices, quoties is vocis offensione interpellaretur. Aut id si verum est, non post Actiacum bellum, sed post Ægyptium necesse est accidisse.

Alexandriam, Ægypti regiam, Octavianus capit, mense Sextili, qui deinde Augustus appellatus est. Tum Cleopatra et Antonii obitu solus universi orbis potitus imperio: primum Ægypti præfectum, sub procuratoris

nomine, inatuit Cornelium Gallum, eum de quo decima Ecloga scripta est. Inde Octavianus per Syriam in Asiam revertitur, ibidemque hyemam non longe ab Euphrate: tum Tiridatem et Phraatem de regno Parthia contendentes victoriæ suæ terrore composit: tum denique divinos honores affectavit palam, permisitque sibi templa extrui Nicomedia, Pergami, &c. Quæ omnia contigere per hyemem anni hujus, ex Dione lib. 51.

Interim Virgilius Neapoli ultimam Georgicis manum et clausulam adhibebat his verbis: *Hæc super arorum cultu pecorisque canebam, et super arboreis: Cæsar dum magnus ad alium fulminat Euphratē bello, victorque volentes per populos dat jura, viamque effectat Olympo. Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, &c.* Idem tunc prioribus libris quosdam attinxit versus, hujus ipsius anni et Ægyptianæ victoriæ indices: ut G. 2. 171. *Te, maxime Cæsar, qui nunc extremis Asia jam victor in oris, imbellem avertis Romanis arcibus Indum.* Item G. 3. 28. *Alique hic undantem bello, magnusque fluentem Nilum, et navalì surgentes ære columnas: addam urbes Asia domitas puluque Niphatem, &c.* Qua eadem hyeme statim animum ad Eneida convertit, eamque per annos undecim executus est, ut communiter vitæ scriptores habent.

Anno u. c. 725. Augusti 35. Virgilii 42.

C. CÆSAR OCTAVIANUS V.

S. APPULEIUS.

CÆSAR Romam reversus ter triunphat Sextili mense: de Dalmatis, de Macedonia et Actio, de Cleopatra et Ægypto. Atque ita pace per universum orbem Romanum constituta, templum Jani claudit tertium a Romulo. Quod inseruit Virgilius Æneidos libro primo, quem tunc habebat in manibus, v. 295. *Aspera tunc positis mitescent secunda bellis, Claudenter bellis portæ, &c.*

Eodem anno censuram exercet Cæsar, et collegam sibi assumit M. Agrippam: quo in munere, ad expurgandos ordines reipublicæ moresque ambo multa fecerant. Id quoque significat Virgilius eodem libro v. 296. *Cana fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus, jura dabunt.*

Dicitur et hoc anno Cæsar deliberasse de imperio deponendo, eaque de re consultores adhibuisse Mæcenatem et Agrippam. Et suadebat quidem Agrippa deponendum: negabat Mæcenas, cuius consilio obsecutus est. Id vero perquam absurdum, quod si esset, non fuisset a solo Pseudo-Donato, sed a gravissimis etiam historicis memoratum: Maronem nempe ab Cæsare vocatum etiam in consilium, Mæcenati assensum esse, tantumque principis animum assensu hoc suo confirmasse.

Annus u. c. 726. Augusti 36. Virgilii 43.

C. CÆSAR OCTAVIANUS VI.

M. VIPSANIUS AGRIPPA II.

CÆSAR, perfecta hoc anno censura, solemnibus sacrificiis Romano more lustrum condit: ludos Actiacos quinquemales, ad æternam victoriae suæ memoriam a se prius institutos, primum exhibet, nobilium puerorum equestri decursione et gymnica exercitatione præcipue insignes: ex Dionne l. 51. et 53. Quæ omnia sub Æneæ persona repræsentat Virgilius l. 3. v. 279. *Lustramurque Jovi, cotioque incendimus aras, Actiaque Iliaçis celebramus littora Iudie: Exercent patrias obo labente palæstræ nudati socii, &c.*

Annus u. c. 727. Augusti 37. Virgilii 44.

C. CÆSAR OCTAVIANUS VII.

M. VIPSANIUS AGRIPPA III.

AUGUSTI nomine donatur Octavianus a Senatu, Munatii Planci sententia, Januario mense.

Annus u. c. 728. Augusti 38. Virgilii 45.

C. CÆSAR AUGUSTUS VIII.

T. STATILIUS TAURUS II.

CORNELIUS GALLUS, amicus Virgilii, primus Ægypti procurator ab Augusto constitutus, ob multa ibidem violenter acta eidem invitus, et a Senatu damnatus, seipsum interficit. Aliunt ejus laudes fuse a Virgilio fuisse celebratas Georg. lib. 4. indeque post ejus necem jussu Augusti sublatas, et Aristæ fabulam earum loco substitutas. Sed fidem ii apud me non faciunt: tum quod Aristæ fabula sic cum apum cultura connexa est, ut nata e re ipsa, non huic attexta videatur: tum quod Virgilius tantam operis partem laudando Gallo minime debuit tribuisse, qui non nisi pauculos versus Mæcenati dederat suo, cui totum ipsum opus dedicabat: tum quod Augustus ipse, qui Suetonio teste luxerat Galli necem, non ita videtur infestos ejus fuisse memorie, ut inanes ei laudes invideret.

Annus u. c. 729. Augusti 39. Virgilii 46.

C. CÆSAR AUGUSTUS IX.

M. JUNIUS SILANUS.

AUGUSTUS movet expeditionem in Cantabros: qua dum abasset, supplibus, ut Pseudo-Donatus sit, minacibusque literis partem Æncidos aliquam efflagitat a Virgilio, nec obtinet. Virgilianæ ad Augustum epistola fragmentum profert Macrobius Saturn. lib. 1. cap. ultimo: *Ego vero frequentes a te literas accipio... De Ænea quidem meo, si mehercule jam dignum auribus haberem tuis, liberter mitterem. Sed tanta inchoata res est, ut pene citio mentis tantum opus ingressus mihi videar: cum præsertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus, multoque potiora importiar.*

Annus u. c. 730. Augusti 40. Virgilii 47.

C. CÆSAR AUGUSTUS X.

C. NORBANUS FLACCUS,

MARCELLUS, Octavie sororis Au-

gusti filius, fit *Æditilis*, annos natus 18. Quintilius Cremonensis, Virgilii et Horatii familiaris, moritur, ex Hieronymo in Euseb. Horatius de hujus obita Virgilium consolatur, Od. l. 1. 24. Hunc grammatici, nullo veteri auctore, *Versum* appellant. Sed Quintilium Cremonensem a Quintilio Varo debere distingni, ostendemus Ecl. 6. v. 7.

Annus u. c. 731. Augusti 41. Virgilii 48.

C. CÆSAR AUGUSTUS XI.

CN. CALPURNIUS PISO.

MORITUR MARCELLUS, anno circiter aetatis 20. maximo Augusti et Octaviae totiusque populi Romani luctu, apud Baias. Corpus ejus ingenti pompa crematur in campo Martio. Virgilius non multo post sextum *Æneidos* librum perficit, ornatque pulcherrimis de Marcelli obitu ac funere versibus: quo cum recenti adhuc dolore Augusto recitaret, dicitur Octavia defecisse, et pro singulis hujus argumenti versibus poëta dena sestertia jussisse numerari.

Tiridates, Armenie rex, cui cum Phraate Parthorum rege male conveniebat, Romæ ab Augusto excipitur. Quo tempore accidit, quod inuit Dio, ut captivos et signa, bellis superioribus Romanis erpta, Augustus a Partho repeteret. Hæc Virgilius, cum in Parthicum bellum vergere tum suspicaretur, inseruit libro septimo, cui tunc dabat operam. v. 604. *Sic Getis inferre parat lacrymabile bellum*, &c. *Seu tendere ad Indos, Auro-* ramque sequi, *Parthosque reposcere signa: sunt gemina belli porta*, &c. Igitur annis minus quatuor, sex fere ultimorum operis libros poëta perficit: nec vero tanta in iis eluet, quanta in superioribus, cura.

Annus u. c. 732. Augusti 42. Virgilii 49.

M. CLAUDIOUS MARCELLUS.

L. ARRUNTIUS.

Sub anni hujus finem, antequam

sequentes Consules magistratum ini- rent, ex Dione, iter in Græciam Au- gustus suscepit.

Annus u. c. 733. Augusti 43. Virgilii 50.

Q. ÆMILIUS LEPIDUS.

M. LOLLIUS.

AUGUSTUS perlustrat Græciam et Si- ciliæ civitates, hyememque transigit in insula Samo.

Annus u. c. 734. Augusti 44. Virgilii 51.

M. APPULEIUS.

P. SILIUS NERVA.

TRAJICIT Augustus in Asiam, mule- tat Syriæ civitates: ibique amissas a Crasso aquilas recipit a Parthis. Romam revertitur, iterumque in Sa- mum hyematurus consedit.

Annus u. c. 735. Augusti 45. Virgilii 52.

C. SENTIUS SATURNINUS.

Q. LUCRETIUS VESPILLO.

VIRGILIUS, *Æneide* confecta, pro- ficiscitur in Græciam, ut divinum opus per otium expoliret. Cum ta- men Augusto Romam revertenti occurisset, de reditu cum eo cogitans languore correptus est: anctaque per navigationem valetudine, Tarentum, aut, juxta plures, Brundusium appu- lit, ibidemque decéssit, 22. Septem- bris, annos natus 50. menses 11. dies 7. Dicitur moriens *Æneida*, cum nondum ad eam quam instituerat ani- me formam perduxisset, petiisse com- burendam; negatamque sibi ab ami- cis, per testamentum legasse Plotio Tuccæ et Vario, qui eam aut combi- rerent aut emendarent. Fabulam putat Corradus: sed cum id aperte Gellius, Macrobius, imprimisque Plinius, historiae suæ lib. 7. c. 30. testen- tur, non video contra testes ejus- modi que vis possit esse tanta ratio- num. Plotii Variisque mentio fre- quens apud Horatium, e quibus Va- riusrus Epici carminis ea aetate princeps fuit. Satir. 1. 1. 5. *Postera lux ori-*

ter multo gratissima: namque Platini et Varius Simeone, Virgiliumque, occurserunt: anima, quales noque condiditores terra tulit, nec quis me sit devinctior alter. Corpus Virgilii Neapolim, ut empierat, translatum, via Puteolana

sepultum est. Scripta, sublatis aliquot veribus, nullo addito, dicuntur expurgata. Morum et famae cognitio, e veterum testimonis mox afferendis, potius quam ex Pseudo-Donato repetenda est.

TESTIMONIA VETERUM DE VIRGILIO.

HORATIUS, Sat. I. 1. 10.

*Forte opes, acer
Ut nemo, Varius ducit: molle atque
facetum
Virgilio annuerint gaudentes rure Ca-
mena.*

IDEM, Sat. 6.

*Optimus olum
Virgilius, post hunc Varius, dixere quis
esset.*

PROPERTIUS, lib. II. Eleg. ult.
*Me juret aeternis positum languore co-
rollis,*

*Quem tetigit iactu certus ad ossa
Deus:*

*Actia Virgilium custodis littora Phabi,
Cæsaris et fortis dicere posse rates:
Qui nunc Æneas Trojani suscitat arma,
Jactaque Lavinis mania littoribus.*

*Cedite Romani scriptores, cedite Grazi:
Nescio quid majus nascitur Iliade.*

*Tu canis umbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, et attritis Daphnæ arundi-
nibus, &c.*

*Tu canis Ascrei veteris præcepta poëtae,
Quo seges in campo, quo viret uva
jugo.*

*Tale facis carmen doctu testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.*

OVIDIUS, Artis amat. lib. III.

*Et profugum Ænean, altæ primordia
Roma,*

Quo nullum Latio clarus extat opus.

IDEM, Amorum lib. I.
*Tityrus, et segetes, Æneaque arma le-
gentur:*

Roma triumphati dum caput orbis erit.

IDEM, Trist. I. II.

*Et tamen ille tua felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque
toros.*

*Nec legitur pars illa magis de corpore
toto,*

*Quam non legitimo fædere junctus
amor.*

*Phyllidis hic idem, teneraque Amaryl-
lidis ignes*

Bucoñici juvenis luscerat ante modis.

SILRUS, lib. VIII.

*Mantua Musarum domus, atque ad
sidera cantu*

*Eiecta Andino, et Smyrnæis æmula
plectris.*

STATIUS Thebaida alloquens.

*Vive precor, nec tu divinam Æneida
tent;*

*Sed longe sequare, et vestigia semper
adora.*

JUVENALIS, Satira 11.

*Conditor Iliados cantabatur, atque Ma-
ronis*

*Altisoni dubiam facientia carmina pal-
mam.*

MARTIALIS, Epig. I. VIII.

*Temporibus nostris atus cum cedat ero-
rum,*

*Creverit et major cum duce Roma
suo:*

*Ingenium sancti miraris abesse Maronis,
Nec quenquam tanta bella sonare tuba?*

*Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce;
Marones:*

*Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt,
&c.*

IDEM, lib. xiv.

Accipe secundi Culicem studiose Marenis;

Ne nigris positis arma circumque casas.

SUPPLICIUS CARTHAGINENSIS.

Jusserat hac rapidis aboleri carmina flammis

Virgilium, Phrygium quo cecinere ducem.

Tucca vetet, Variusque simul: tu maxime Cesar

Non sinis, et Latia consulis historia.

In felice genio occidit prope Pergamus igni,

Et pene est alio Troja cremata rogo.

ALCIMUS.

Mesonio vati qui par aut procimus eset,

Consultus Paean risit et haec cecinist:

Si potius nasci quem tu quereris, Homore;

Nassetur qui te possit, Homere, sequi.

VELLEIUS, lib. II.

Inter quae maxime nostri aevi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiniusque, &c.

SENECA, Controv. lib. III.

Virgilium illa felicitas ingenii in oratione soluta reliquit: Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit.

PLINIUS, Hist. I. vii. c. 30.

D. Augustus carmina Virgilii cremari contra testamento ejus verecundiam vetuit: magisque ita vati testimonium contigit, quam si ipse sua carmine probuvisset.

PLINIUS, lib. III. Epist. 21.

Virgili ante omnes (imaginem venerabatur Silius), cuius natalem religiosius quam suum celebrabat: Neapoli maxime, ubi monumentum ejus adire ut templum solebat.

TACITRUS, Dialogo de Orat.

Malo securum et secretum Virgilii secessum: in quo tamen, neque apud D. Augustum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolæ: testis ipse populus, qui, auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus, et forte presentem spectantemque Virgilium veneratus est, sic quasi Augustum.

QUINTILLIANUS, lib. x.

Utar verbis iisdem, quæ ab Afro Domitio juvenis accepi: qui mihi interrogant, quem Homero crederet maxime accedere: secundus, inquit, est Virgilius: propior tamen primo quam tertio.

IDEM, lib. IX.

Vetustatis amatior unice fuit Virgilius.

MACROBIUS ET GELLIUS.

[Totis capitibus, quæ exscribere longum esset.]

LAMPRIDIUS, de Alexandro Severo.

Virgilium, Platonem poëtarum vocabat: ejusque imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo larario habuit, et Achillis, et magnorum virorum.

ARGUMENTUM

IN

BUCOLICA.

BUCOLICUM carmen idem est ac *pastorale*, deducto nomine a *pastoribus*, quorum sunt *præcipui* qui curant boves, sive *bubulci*, Græce βουκόλοι, a βοῦς bos. Quo in genere Virgilius *Theocritum*, *Syracusanum* poëtam, imitandum sibi proposuit.

Carmina ejusmodi sua vocavit *Theocritus idyllia*, Virgilius *eclogas*. Est autem ἔκλογη, ecloga, delectus paucorum aliquot opusculorum e pluribus, quæ fecerit auctor, nec luce digna judicarit: vel, delectus quorumdam versuum quos e *Theocrito* per imitationem expresserit: est enim ἔκλεγειν eligere, secernere. Male autem scribitur a quibusdam *Ægloga*, quasi ab ἀλέξ capra et λόγος sermo: tum quia non ἔκλογη, sed αἰγολογία dicenda esset: tum quia minima pars hujus operis ad capras pertinet; ad oves, cantus, amores, multo maxima; tum denique quia nomen *eclogæ* aliis operibus tribuitur benemultis, in quibus *pastorium* nihil, imo nihil omnino præter *delectum* significat. Tales habemus hodie Polybii, Diodori, Strabonis *eclogas*, sive excerpta e majori opere: odas Horatii vocat Sidonius *Apollinaris*, *varii carminis eclogas*: ejusdem Horatii satiræ quibusdam in codicibus *eclogæ* inscribuntur.

Cœpta sunt bucolica anno Virgilii 29. exeunte, u. c. 713. et triennio perfecta: ut jam in vita, moxque singulis in *eclogis* disseremus.

P. VIRGILII MARONIS

B U C O L I C O N

LIBER.

E C L O G A I.

TITYRUS.

ARGUMENTUM.

CÆSAR Octavianus cum agrum Cremonensem et Mantuanum veteranis militibus in præmium attribuisset, Virgilius Mantuanus inter ceteros agello suo spoliatus est: sed Mæcenati commendatus per Asinium Pollionem, qui tunc in illa regione cum aliquot legionibus versabatur; et per Mæcenatem in Octaviani gratiam inductus, quod amiserat, recuperavit. Hac igitur ecloga laudes Octaviani et Romæ, suam felicitatem, Mantuanorum calamitatem commemorat. Tityrus Virgilium repræsentat, Melibœus Mantuanos.

Scripta est anno Virgilii 29. Urbis conditæ 713. Coss. P. Servilio et Lucio Antonio, Marci fratre: quo anno facta est celebris agrorum divisio, ex qua bellum Perusinum statim erupit: veteribus agrorum dominis confugientibus ad Lucium, et cum eo adversus Triumviros conspirantibus. Accidit autem agraria illa divisio post victoriam Philipensem Octaviani et M. Antonii, de Bruto et Cassio Julii Cæsaris percussoribus, anno proxime präcedente relatam: non vero post victoriam Actiacam Octaviani de M. Antonio,

TITYRUS] Aptum arguento nomen. Est enim Tityrus, Hesychio, *aries major*, interpreti Theocriti, otiosus. *Satyrus, calvus, aries quedam*: Servio,

Delph. et Vir. Clas.

Virg.

C

ut male in Pomponii et Probi commentariis legitur. Cadit enim hæc in annum Virgilii 39. at Bucolica ante annum ejus 32. absoluta sunt; quippe anno 29. incepta, et triennio perfecta. Quos errores in vita Poëtæ fusius emendavimus.

MELIBŒUS. TITYRUS.

MELIBŒUS.

TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi
Sylvestrem tenui Musam meditaris avena :
Nos patriæ fines et dulcia linquimus arva ;
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, latus in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas. 5

Tit. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.

MEL. Tityre, tu jacens sub umbraculo fagi opacæ, modularis cantilenam pastorem cum parva fistula; nos deserimus terminos patriæ et agros amaros; nos eximus e patria: tu, Tityre, otiosus sub umbra doces arbores referre nomen pulchrae Amaryllidas. **TTT.** O Melibœe, deus nobis dedit hanc quietem. Nam habeo semper illum

1. Tytre multi, vitiouse; sed est Tityrus. cf. Burm.—2. Agrestem Quintcil. ix, 4, 85 memorie vitio ex Ecl. vi, 8 landat: recepit Egnat. v. Heins. utrumque apud Lucret. v. 1397. iv, 593, cf. Cerdia, qui sylvas ad rem pastoriam, agros ad rem agricolaram, referri docet; quod hactenus verum est, ut tamen communii agrestium rerum vocabulo et pastorum vita comprehendendi possit, ut v. 10 *calamo agresti*.—3. Nos p. f. nos d. quartus Moret. et fragm. Moret. a pr. *liquimus* Parrhas.—4. *letus* Rottend. h. iætus, solemni variatione. v. Burm.

NOTÆ

MELIBŒUS] Boum curator, δρι μέλει αὐτῷ τὰν βάων, quia curæ est ipsi de bobus.

1 Fagi] Fagus, quæ et æsculus dicitur, arbor glandifera, du hastre, ex qua olim homines victarint: unde dicta Græcis quidem φῆγος *fagus*, a φάγεω sive φῆγει edere; Latinis autem æsculus pariter ab esu. Utramque aliqui non male distinguunt.

2 Avena] Musica instrumenta inter pastores concinnata, primo ex avenis

calamisque triticeis inter se cera compactis: tum ex arundinibus et cavatis buxi fistulis: mox e gruum tibiis, animalium cornibus, metallis, &c. Unde avena, stipula, calamus, arundo, fistula, buxus, tibia, cornu, as, &c. pro musicis instrumentis usurpantur.

5 Amaryllide sylvias] Per sylvas, Echo intellige, quæ frequens in sylvis. De *Amaryllide* infra, v. 31.

6 Deus nobis hæc otia fecit] Octavianus, quem Deum per adulatioinem

Namque erit ille mihi semper deus: illius aram
 Sæpe tener nostris ab ovinibus imbuet agnus.
 Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
 Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti. 10
Mel. Non equidem invideo; miror magis: undique totis
 Usque adeo turbatur agris. En, ipse capellas
 Protenus æger ago; hanc etiam vix, Tityre, duco.
 Hic inter densas corylos modo namque gemellos,
 Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit. 15
 Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuissest,

dei loco : sæpe tener agnus electus ex ovili nostro tinget illius aram sanguine. Ille permisit vaccas meas vagari, ut vides, et me ipsum canere fistula rustica quicquid vellem. MEL. Ego quidem non invideo, immo admiror, cum tantus sit tumultus toto rure. Ecce ego mœrens abigo præ me capellas, et hanc, o Tityre, difficile traho. Modo enim enixa geminos factus, qui erant spes gregis, proh dolor! deseruit eos rigidio in saxo, inter spissas corylos. Memini quercus afflata fulmine sæpe prænun-

h. 1. et passim alii.—7. In *semper—dens* nugantur Grammatici. vid. Pier. Benedictus in Ed. Flor. 1520.—8. *Imbui* Rottend.—9. *meis* Rottend.—10. *promisit* Zulich. solenni errore.—11. *pro totis* Jo. Schrader. in mss. conj. *notis*.—12. *turbanter* multi et ipse Rom. v. Pier. et Heins. sed damnat jam Serv. et alterum confirmat Quintil. I. 4, 28.—13. *Protinus* nonnulli ap. Heins. et Burn. quos vide; *vana disputatio*; utriusque scripturæ vis eadem; antiquior tamen scriptura *Protenus* corrupta per pronuntiationem *Protinus*. vid Not.—14. *Hic* Augustin. de'Gramm. *Hæc* duo. *corulos*: alii *corilos*, vel *corylos*. Nil refert; sed nullus dubito antiquam scripturam in his et similibus fuisse: ex pronuntiatione autem fuisse comparatam cum Gr. *v.*; hincque tot voces per y scriptas invassisse Latinum sermonem. *Conversæ* inde fuere nonnullæ in *t.* *ut lacrimæ* pro *lacra*, cum factum esset *lacrymæ*. *densos* Leid. a m. sec.—15. *a al.* ut fere *semper* in antiquioribus membranis; *seriores ha. in media* Cod. Nonii Marcelli. *conixa sex*

NOTÆ

appellat. Errant quippe qui. sacrificia volunt ejus in honorem jam tum fuisse instituta. Non enim coli cœpit divinis honoribus nisi post ultimam de Sexto Pompeio victoriā, anno ætatis 28. ut habet diserte Appianus l. 5. Civil. hoc est annis tribus post edita a Virgilio bucolica simul omnia.

14 *Corylos*] *Corylus Coudrier.* Nux avellana sylvestris.

16 *Si mens non læva*] *Læva*, seu sinistra pars, ambigue a Romanis accepta: *sepe* in malum omen, ut hic, et v. 18. *sepe* in bonum, ut *Aen.* II. 608. *Intenuit lævum.* Perinde igitur

dextra pars, aliquando boni, aliquando mali ominis fuit. Unde autem vis eidem parti tam diversa? An quod in interpretandis ostentis, aliquando situm Deorum, a quibus illa dabantur; aliquando situm augurum, qui illa petebant, attenderent? Dextra enim dantis, *læva* potentis est. Ita volunt aliqui auctore Plutarcho lib. de quæstionibus Romanis. Aliud quiddam suggerit Cicero de divin. II. 82. Cum enim dicat Græcis quidem et barbaris dextra auspicia, Romania sinistra visa esse meliora: hinc dici possunt Romanii *sepe* suo more, *sepe* Græci

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

* Sæpe sinistra cava prædictis ab ilice cornix.*

Sed tamen, iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

Tit. Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi 20

Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus

Pastores ovium teneros depellere foetus.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos

classe nobis hanc calamitatem, nisi animus imprudens fuisset: sæpe cornix funesta admonuit ex ilice putri. Attamen dic nobis, Tityre, quinam sit ille deus. Tit. Ego demens, o Melibœe, existimari urbem, quæ vocatur Roma, similem esse nostræ Man-

tutæ, ad quam nos pastores consuevimus deducere agnos tenellos. Quemadmodum

sciebam catulos canibus, et hœdos capellis esse similes: quemadmodum solebam com-

MSS. antiquo more. v. Heins.—17. *De cœlo memini tactas Menag.*—18. Versus hic a vetustioribus, etiam a multis senioribus, ut a nostris, fere abest; ejactus a Naugero in Ald. tert. et jam ante ab Egnatio; assutus et adumbratus ex Ecl. ix, 15. v. Heins. et Pier. in cuius binis erat dicebat ab i.—19. *quis sit* septem Codd. ap. Heins. tres. Burm. cum Goth. pr. Sed v. Heins. ad. Ecl. ii, 19 et passim alios.—21. *qua* Moret. un. a. m. sec. *quo* conj. Burm. vid. Not.—22. *deducere* unus ap. Torr. ad Hor. iv. Od. 2.—23. *Sic catulos canibus* nonnulli;

NOTE

more in re divinatoria locuti esse.
Unde autem utrique sinistras dextrasque partes sumerent, dicetur Ecl. ix. 15.

18 *Sæpe sinistra, &c.*] Non quidem a sinistra parte: quippe ex augurum doctrina, *cornix a sinistra, corvus a dextra, ratum facit*; ut docet Cicero de divin. lib. i. 85. et Plautus in Asin. At sinistra hic simpliciter funestam significat, ex quacumque parte venerit. Nam sic ait idem Cicero de divin. lib. ii. 82. *Haud ignoro, quæ mala sunt sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint.* Quæ vox, mala, quanquam suggesta sit a Lambino, ubi prius legebatur bona: tamen constat emendationis veritas ex eo, quod aliquo locus ille totus sensu careat, et alius a Lambino patentissimis erroribus purgatus sit. Porro funesta hæc est Virgiliana cornix. 1°. quia cornix omnis per se funesta. 2°. quia ex ilice, arbores item funesta. 3°. quia ex ilice cava et patri.

18 *Ab ilice*] Ilex, arbor glandifera, e genere quercurum, de l'yeuse.

19 *Da, Tityre*] Dare et accipere pro dicere et audire. Terentius Heant. Nunc quanobrem has artes didicerim paucis dabo. Æn. ii. Accipe nunc Danaum insidias. Audacius etiam sequioris ævi scriptores datur usurpavere pro traditur, dicitur. Statius vii. Theb. Asopus genuisse datur. Claud. iii. de Raptu, *Ilic posuisse cruentam Egida, capitamque pater post prælia prædam adverisse datur.* Quod contra Jul. Scaligerum defendit Barthius, sed male: quicquid enim affert e veteribus eam in rem, probat dare pro dicere active dici, non passive.

23 *Sic canibus, &c.*] Sensus juxta Servium legitimus hic est: Putabam antea Romanum ita similem esse uribus aliis, ut sunt catuli canibus similes, qui sola magnitudine differunt: in quo errabam: nunc enim probavi, eam a ceteris genere etiam et natura distare: nam sedes est Deorum, tamque

- Noram; sic parvis componere magna solebam.
 Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
 Quantum lenta solenti nter viburna cupressi.
Mel. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
Tit. Libertas: quæ, sera, tamen respexit inertem;
 Candidior postquam tondenti barba cadebat;
 Respexit tamen, et longo post tempore venit,
 Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

parare magna parvis. Sed urbs illa tantum eminet inter ceteras, quantum expressi solent eminere inter viburna flexilia. MEL. *Et que tanta necessitas te coegerit Roman petere?* TIT. *Libertas, quæ licet tarda, tamen asperxit me desidem, cum jam eana barba-decideret secanti; tamen asperxit, et venit post multos annos servitutis: ex quo securus sum Amarylliida, et reliqui Galateam.* Scilicet, quandiu amari Gala-

et agnos pro herdos nonnulli ap. Burm.—25. Hæc inter alias tantum Franc. tantum inter alias Goth. pr. altas conj. van Hoven Campens. iii. p. 224.—26. virgulta quartus Moret.—27. Ecqua olim aliquæ vulg. ap. Fabric. Nam Es qua statim ab Aldo editum.—30. R. tandem Cod. Kölner. non male. Sed totus versus tam scaber est, ut vix eum a poëta profectum sed e margine illatum esse

NOTÆ

nostris urbibus antecellit, quam cupressi viburnis: quæ arbores duas, natura inter se, non sola magnitudine differunt.

26 *Inter viburna expressi]* Viburnum, virgulti species, viorne. Cupressus, cypres: arbor nota.

29 *Candidior postquam, &c.]* Grave hic dissidium interpretum. Causa dissidii, quod Virgilinus, qui hic Tityrus, anno ætatis 29. quo scripsit hanc eclogam, canus esse non potuit. Quatuor modis solvitur hic nodus. i. Si candidior referatur ad libertas, hoc pacto: Postquam tondenti barba dare cœpisset, id est, postquam cœpi barbam alere; tum inertem respexit me libertas candidior, id est speciosa et benigna. Ita Servius. ii. Si per candidiorem barbam prima intelligatur lanugo, quæ tenerior est, neendum colorē induit: hoc pacto: Libertas respexit me, tum, cum tondenti cœpit lanugo decidere. Ita Pomponius. Male tamen uteisque, quia deinde Tityro expreſſe dicitur: *Fortunata*

senex, &c. iii. Melius, junior poëta latere sub senili persona dicetur voluisse, ideo, quia servum se fingit esse, deque recepta libertate gloriatur, quam obtainere servi, nisi jam senes et multis laboribus probati, non solebant. Ita Cerdanus. iv. Putem ego non ubique servatam allegoriam, quod mox clarissima patebit. *Igitur, ut ait Probus, eadem licentia senem se dixit, cum sit juvenis; qua pastorem se fecit, cum sit urbanus; aut Tityrum nominat, cum sit Virgilinus.*

31 *Postquam nos, &c.]* Amicarum nomina: *Galatea* quidem a lacte deductum, quod Græce est γάλα, γαλακτος: *Amaryllis* ab incilibus, per quæ in agris aquæ derivantur, hoc enim est ἡ ἀράπα; rusticum utrumque etymon. Qui volunt his nominibus Romam ac Mantuanam adumbrari, multa garriunt. Politianus quidem, Romam dicit arcane nomine Amarylliida vocatam esse: quo id auctore? ut enim constet ex Plinio arcana Romæ nomen fuisse, quod evulgare nefas esset,

Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi:
 Quamvis multa meis exiret victimā sæptis,
 Pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,
 Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.

35

Mel. Mirabar, quid mœsta Deos, Amarylli, vocares;

team (fatebor enim) nec speravi libertatem, nec curari patrimonium: licet educerem ex oculibus meis multas victimas, et coagularem opimos caseos ad usum ingratæ urbis, nunquam referebam domum manus plenas pecunia. MEL. Mirabar cur tristis intro-

putem.—34. *sæptis.* Hanc scripturam h. l. vix duo Reg. et Mentel. in aliis locis antiquiores agnoscunt. Nonnulli distinguunt post *pinguis*, ut sit *victima pinguis*, ut Ecl. vi, 4. erraret *victima Parrhas.* Burm.—37. pro *Amarylli* al.

NOTÆ

sane quid illud nominis fuerit a nomine proditum est. Nanius vero, Fabii Pictoris auctoritate fultus, Argum campum, qui septem collibus includebatur, inundatione Tyberis inhabitabilem aliquando fuisse ait: factis deinde Vertumno sacris exsiccatum: quod per incilia factum esse suspicatur, atque inde tributum Romæ nomen *Amaryllidio*: ut et *Galatea* nomen, Mantua, quod illuc Galatae togati sedes haberent, tractusque ille *Gallia togata* vocaretur. His omissis nugis, ego nullam hic allegoriam agnosco. i. Quia Poëta bis in hac ecl. Romam diserte ac proprio nomine appellat, quam quid esset causæ, cur modo Romam, modo Amaryllida appellaret? ii. Distinguit pariter Mantua a Galatea, cum dicit se, dum serviret Galateæ, sine fructu caseos ingratae urbi pressisse. iii. Si stet allegoria, inextricabilis est versus ille: *Mirabar quid mœsta Deos, &c.* ut mox constabit. iv. Monet Servius in vita Virg. *Illud tenendum esse, in bucolicis, neque nusquam neque ubique, aliquid figurare dici, hoc est, per allegoriam.*

33 *Nec cura peculi]* Pro *peculii*. *Peculium* autem i. Juxta Pomponium, patrimonium universum significat, a *pecc* sive *pecore*; unde et *pecunia dicta*:

sive quod omnia veterum bona olim in pecoribus consisterent, ut habent Varro et Plutarchus: sive quod prima pecunia facta sit ex incisis pecudum coriis, ut volunt Cassiod. et Snidas: sive quod æs antiquissimum, cum signari cœpit, ovis aut bovis capite signatum sit, ut refert Plinius. ii. *Peculium* propriæ est privata pecunia, quam servus, domini permisso, separatum a domini rationibus comparabat, aut ad redimendam libertatem, aut alios in usus. Atque eo quoque modo hic sumi potest, ubi Tityrus servi personam induit.

36 *Gravis ære]* Pecunia quæ primum apud Romanos ære rudi, necdum signato, constituit.

37 *Mirabar, quid, &c.]* Hic versus ita cruciat allegoriæ patronos, ut mendum irrepisse huc velint, et reponi *Galateam pro Amaryllide*, de quo sibi constet allegoria. Fatentur quippe in Romam cadere ista non posse: quia neque Melibœus, Romanarum rerum inscius, Romæ dolorem de absente Virgilio seu Tityro scire potuit, cum doceatur ab ipso Tityro quid sit Roma: *Urbem quam dicunt Romam, &c.* neque Virgilius, poëtarum modestissimus, ita de se sentiebat jam tum ac scribebat magnifice, ut

Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. Ipsæ te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta, vocabant.

40

Tit. Quid facerem? neque servitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere divos.
Hic illum vidi juvenem, Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti :
Pascite, ut ante, boves, pueri; submittite tauros.

45

cares Deos, o Amarylli; cui seruare poma pendentia suis quæque arboribus. Tityrus hinc aberat. Ipsæ pinus, ipsi fontes, haec ipsæ arbores te repetebant. *tit.* Quid fecisti? nec poterum aliter abire e servitute, nec Deos experiri tam proprios in alio loco quam Romæ. Illic vidi juvenem illum, o Melibœe, propter quem area nostra fumant singulis annis per duodecim dies. Illic ipse prior ita respondit roganti mikī :

Galatea, it malit Cerda; inani allegorïæ servandæ studio.—38. *mala* Rom. a pr. m.—39. *Tityrus hinc aberat* ipse Goth. pr. perperam.—43. *quot annis* divinam antiquiores. v. Pier.—45. *primus* Longob. Pierii.—46. *greges* Menag.—

NOTÆ

tantam de se fuisse Romæ sollicitudinem putaret. Planus absque allegoria sensus est, si de amicis puellis intelligatur. Abjecit Galateam Tityrus, amat Amaryllida, proficiscitur Romam: Amaryllis interim, que Mantua relinquitur, absentia desiderio tabescit: Melibœus, qui dolorem Amaryllidis neverat, non item causam doloris; nunc demum a Tityro profectionia causam intelligit, eidemque absentiam exprobrat quasi leviter amanti: unde purgat se Tityrus: *Quid facerem?* inquit: quid aliud remedii malis meis esse poterat, quam Romanam proficisci? &c.

40 *Arbusta]* Non arbusculæ sunt et fruticeta, ut quidam putant. Nam convales et arbores magna erant, inquit Gellius l. xvii. c. 2. ex Q. Clandii animalibus, additique, arbores ignobilias verbum est, arbusta celebratus. Igitur loca sunt arboribus consita fructiferis, vel non fructiferis; ut scite quidem Vale et Ramus colligunt ex auctoribus rei rusticæ. Nec obest

quod legatur Ecl. iv. 2. *Non omnes arbusta juvant humilesque myricæ.* Si caninus sylvas, &c. Sensus enim est, non omnibus placent myricæ, at ne ipsæ quidem arbores: sed sylva altiores, &c.

43 *Juvenem]* Octavianum, annos natum tunc circiter 22. Decreverat enim Senatus, inquit Servius, ne quis cum puerum appellaret, ne majestas imperii miseretur.

44 *Bis senos]* Singulas duodecim anni mensium Calendas aut Idus intellige cum Servio, quibus forte sacrificia fiebant: ad conciliandos quidem Octaviano Deos; non vero tum in ipsis Octaviani honorem, ut diximus advers. 6.

45 *Primus]* Prævenit beneficio preces æneas.

46 *Pueri]* Pueri appellatio tres habet significationes, ex Paulo in verb. signif. Unam qua servi pueri dicuntur, alteram qua pueri pueræ opponuntur, tertiam qua puerilis ætas demonstratur. Addi potest et quarta, qua ad blanditiæ pertinet: quando patro-

Mel. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt!
 Et tibi magna satis; quamvis lapis omnia nudus
 Limosoque palus obducat pascua junco.
 Non insueta graves tentabunt pabula foetas; 50
 Nec mala vicini pecoris contagia laedent.

*Pueri, pascite boves, ut prius, et subligate tauros jugo. MEL. O felix senex! itaque agri
 tui relinquunt tibi, tunc tibi satis ampli; licet nuda sacra tegant ceteros undique,
 et palus operiat pascua cenoso junco. Insolita pabula non viabant gravidae pecudes,
 neque noxia contagio vicini gregis inficiet eas. O felix senex! hic prope annes co-*

48. Ex hoc et v. 52 expressus v. 11 in Epigr. 177 Anthol. lat. I. 1, *Hec tibi semper
 erunt, hic inter flumina nota etc.* Totum carmen ex Virgilianis versibus est con-
 textum.—49. *obd.* omnia ms. Kölner. e sup. versu.—50. *pascua* nonnulli ex
 ante. pro *foetas*, aut ut vulgo male scribitur (est enim a feo) *foetas*, nonnulli cum
 Goth. sec. *fatuus* ut sint agni.—51. *Non Schol.* Juven. II, 81. *Ne mala—laudent*

NOTÆ

nus aut dominus subditos, etiam astate
 grandiores, populariter et amice com-
 pellat. Quarta haec, et prima conve-
 niunt Tityro, qui servum se fingit, et
senex appellatur.

46 *Submittite tauros*] Secuti sumus
 interpretationem Servii, utpote sim-
 pliorem et convenientiorem loco:
 sensus enim erit: *Pascite et arate*, quia
 duplice cura rea fere omnis rustica
 continetur. Alio tamen deduci po-
 test. I. Cum Nannio: *superiaducite ad
 propagationem*: aliquando enim in com-
 positis *sub usurpatum pro super ut* Æn.
 XII, 287, *corpora saltu subjiciunt in equos*:
 hoc est, *superficientur*. II. Cum Cerdano,
proferte et producite in pascua: est enim
 apud Lucret. I. I. *Latiſſicos nequeat
 fatus submittere tellus*, id est, *preferre*. III.
 Cum Erythreo, *supplete gregem*, et
 substituite novos tauros, in locum
 eorum qui bellum tempore perierunt: est
 enim in Justin. instit. I. II. de rerum
 divis. *Si gregis usumfructum quis ha-
 beat, in locum demortuorum capitum ex
 fato fructarius submittere debet.*

48 *Quamvis lapis*] Volunt plerique
 omnes describi his verbis Virgiliani
 sterilitatem agri, qui, ut innui putant
 Ecl. IX. 7. a colle lapidoso ad fluvium

usque Mincium vicinasque paludes
 pertinebat: adeoque nec erat fru-
 mento, nec pascua opportunus. Ego
 iis non assentior: tum quod ejus agri
 descriptio que fit Ecl. IX. non sterili-
 tam sed ubertatem potius notet;
 tum quod hic frequens de Tityri gregi-
 bus, pascuis, et umbraculis mentio
 fiat. Igitur de ceteris Mantuanorum
 agris locum explicabo. Tibi scilicet agri
 tui colendi et exercendi permittentur:
 quamvis reliqua omnis regio, tam culta
 prius, nunc belli calamitate horrescat.

50 *Graves tentabunt pabula foetas*] *Fatas* et *graves* conjungit, ut significet
pragantes: quia *foetas* sine addito de
 iis etiam dici posset, que jam factum
 sive partam ediderant. Et vero *foeta*
 aliquando est *gravida*, plena. Æn. I. 55.
Loca fata furentibus Austris. Æn. II. 288.
Festa armis, machina equi Trojani.
 Aliquando est, *jam enixa*: Æn. VIII.
 630. *Fatam Maxortis in astro Procu-
 buisse lupam, geminos huic ubera circum-
 ludere pendentes pueras.*

51 *Ne mala, &c.*] Quia non cog-
 obris ut ceteri, exul abire in novas et
 insuetas regiones cum gregibus.

51 *Ne mala, &c.*] Quia ex difficul-
 tate pastionis, fames oritur in gregem,

Fortunate senex, hic inter flumina nota
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc, tibi quæ semper vicino ab limite sæpes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe levi somnum suadebit mire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras;
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

TIT. Ante leves ergo pascentur in æthere cervi, 60

grinos, et fontes dicatos Nymphis, frueris umbra frigida. Ex alia partē sæpes limitis propinquai in qua flos salicū carpitur semper a Siculis apibus, serpe tenue murmure apum te invitabit ut somno indulges. Ex alia parte putator frondium excelsis in cōlē cantabit ad auras. Neque tamen interim raucæ palumbes, quæ sunt tuus delicia, neque turtur deinceps queri ex ulmo sublimi. TIT. Prius igitur agiles cervi pascant

Charis. male.—52. *intra* Goth. sec.—53. *frigus captabis, tentabis* unus Rottend. —54. *a limite* Ven. *sæpes* Rom. et Oblong. Pierli: et sic alibi vetustiores. cf. ad v. 84. Haud dubie versus totusque locus contaminatus: quem se non intelligere jam Markland. ad Stat. i. Sylv. 3. 43 professor est; suspectum etiam Burmann. merito habuit. Hæret interpretationem in *qua semper*, quod jejunum, et in defectu verbi in enuntiatione: *qua sæpes semper*: si supposes: *qua semper* suasit, nihil potest esse exilius et poëta magis indignum. Burm. tentabat: *Hic tibi qua surgit vel serpit v.* Multa possunt alia conjectari: ut *hinc tibi vicino prætentā* (s. *prætexta*) *ab limite sæpes*.—*Sæpe l. s. suadebit i. s.* nisi hæc et alia longius receperent. In ms. Kölner. erat: *Hinc tibi vicino q. semper ab limite sæpes*. Lenioremod etiam esse vidi, si *Hic, tibi qua refingeretur*; ut sit: *hic inter flumina nota frigus captabis opacum*: *hic, inquam, tibi qua sæpes suadebit etc. h. e. qua apes susurro ad somnum te invitabunt*. Verbo: sedes vulneris manifesta est: *Hinc . . . vicino a limite sæpes etc.*—55. *salicta* Prisc. ed. Putsch. laudat, virtio operarum.—56. *suadebat* Goth. pr.—57. *alte* unus Heins. *ad aures Parrhas*. cf. Burm.—58. *rauci* apud Pier. nonnulli.—59. Serv. h. l. laudat: *turtur cessabit ab u.*—60. *in æthera* Gud. et duo alii: quartus Moret. pro diversa lect. in *aquore*, quod ad justas oppositionis leges accommodatus foret; itaque placet Burm.

NOTE

ex fame morbus, qui semper in grege contagiosus est.

52 *Flumina nota*] Mincium, Menzo, de quo Ecl. vii. 18. et Padum, le Po, de quo Georg. i. 482.

54 *Hinc, tibi, &c.*] Sensus hujus loci satis intricatus, his notis explanabitur. 1. *Sæpes quædam Virgilium inter ejusque vicinum agri limes ac terminus fuit.* II. *Sæpes illa salicibus, constabat.* III. *Delectantur flore salicū apiculæ, et levi susurro soporem conciliant.* IV. *Apes Hyblæa figurate dicuntur pro apibus optimis: Hybla*

enim oppidum est Siciliæ, et mons oppido vicinus; loca melle commen-datissima. V. *Familiaris* est Græcis hæc loquendi forma, *florem depasta*, ut Æn. i. 593. *Os humerosque Deo similis, &c.* id est, secundum *florem*, secundum *os et humeros*. VI. *Salicti dicitur*, pro *Saliceti*. *Salicetus* locus est salicibus consitus, ut *arbustum arboribus*.

58 *Palumbes*] *Columbae sylvestres, pigeons ramiers.* Dicitur etiam palumbus et palumba.

61 *Freta*] *fretum, synecdoche pro*

Et freta destituent nudos in littore pisces :
 Ante, pererratis amborum finibus, exul
 Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim :
 Quam nostro illius labatur pectore vultus.

in aere, et maria deserent in littore pisces defectos aqua: prius extorris Parthia potabit Ararim, aut Germania Tigrim, regionibus mutuo permutatis, quam forma illius

et Trillero Obs. Crit. c. 27 et olim Cerdæ; (et Schrader Ob. p. 33.) malim et ipse, modo non correctorem redoleret.—61. *nudo in littore unus Ven. debet saltem nudato.*—63. Ingeniose tentabat Jo. Schrader. *Aut Albini.*—64. *cultus*

NOTÆ

mari: *fretum* enim proprie est angustum mare inter duas terras: *ut fretum Siculum, Gaditanum, &c.* a fervendo dictum, quod in eo mare compressum effervescat, ac veluti ebulliat.

62 *Ante pererratis, &c.]* Parthi oriundi e Scythis, eam Asiae regionem occupavere, que ab occasu, Media; a septentrione, mari Caspio; ab oriente, Bactriana et Ariana; a meridie, Germania desertis terminabatur. Mox in imperium prope immensum evasere sub Arsacidis regibus, regna duodeviginti complexi, juxta Solinum c. 59. Romanum jugum nunquam omnino subiere, sagittis formidolosi præcipue, quas inter fngendum in insequentes retorquebant, mira arte versis eqnis et instaurata pugna. *Germani.]* Rheno ab occidente; Oceano et mari Balthico, a septentrione; Vistula, ab oriente; Danubio, a meridie, olim circumscripti: nunc terminis ab oriente paulo angustioribus utuntur: a meridie vero latioribus, nempe Alpibus ab Italia divisi. *Aravis.]* non Germaniae, sed Galliæ fluvius, *la Saone,* oritur ex Vogeso monte, *Vange,* et placidissime fluens, ad Laganum Rhodano rapidissimo amni commixtns, cum eo in mare Mediterraneum fluit: unde Claudianus, *lentus Arav, Rhodanusque celer. Tigris.]* Non est in Parthia proprie dicta: sed ortus ex Armeniæ montibus, aliquanto post spatio in terras mergitur, mox erumpens auctior,

per Assyriam ac Mesopotamiam in Euphratem influit, quo cum in Persicum sinum defertur. *Amborum.]* Insule Pomponius explicat de Ambis Arabiæ populis, qui nihil hic ad rem. Melius Ramus de utroque fluvio: sed optime Servius de utrisque populis, Parthis et Germanis. Porro quidam sugillant Virgilium, quod videatur Tigrim in Parthia, Ararim in Germania perperam collocare. Excusant errorem aliqui ex decoro inscritæ pastoralis. Alii melius animadverunt, hoc esse Virgilio familiare, non ex inscritia, sed potius ad majorem dignitatem, regionum limites, quantum sine veritate dispendio fieri potest, extendere: quod sæpius deinde videbimus: G. i. 490. et G. iv. 287. Atqui verum est Ararim ac Tigrim, non in Germania quidem aut Parthia proprie dicta; sed saltem in subditis Germanorum et Parthorum imperio regionibus tunc fuisse. Sane Parthos longo spatio Tigrim esse prætergressos, patet ex clade Crassi: qui paulo ante cæsus fuerat ab iisdem, ad Carrhas Mesopotamia urbem, non procul ab Euphrate. Germani autem, ut constat ex Cæsare l. i. de bello Gal. ad cxx. millia, considerant in Sequania, quos Araris interfluit: ac licet inde pulsi ab eodem fuissent ultra Rhenum, id tamen de Ario visto duntaxat ejusque exercita, non etiam de pacatis et inermibus familiis, intelligi potest.

Mel. At nos hinc alii sittentes ibimus Afros;
Pars Scythiam et rapidum Cretæ veniemus Oaxem,

juvenis excidat miki ex animo. MEL. *Nos vero hinc pulsi partim ibimus in Africam aridam, partim petemus Scythiam, aut celerem Oaxem Cretæ, aut Britannos omnino*

conj. vir doctus apud Burm.—66. *Oaxem, Oaxis, Eazem.* Oaxes Cretæ fl. nemini memoratus, præter Vibium Sequestrem, forte ex hoc ipso loco; de urbe tamen Cretæ, *Oaxo*, non dubitatur, forte eadem, quæ Axis est ap. Herodot. IV, 154, ubi v. Wessel, p. 348, 53, neque illud ignotum, Cretam *Eazem* dictam esse. v. Apollon. I, 1131, cuius versus ab Varrone Atacino expressos Servius recitat. Mirantur porro sagaciiores, cur tam obscuri nominis fluvius h. l. a pastore nominetur, neque illud satis assequuntur, quomodo post Africam et Scythiam, cum remotissimorum finium terra expectaretur, *Cretæ* mentio facta sit. *Oaxim* itaque jam veteres modo Mesopotamiae modo Scythia fluvium haberi maluerunt; nulla tamen nominis commemorata auctoritate. Fuere, qui *Arazem* reponi malent; et sane apud Claudian. B. Gild. 31 inter *Oazem* et *Arazem* Codices fluctuant. Possit etiam confirmatio hujus emendationis et Theocrito peti, ut eum noster ante oculos habuerit. Is enim, Hieronis landes ultra pontum *Scythicum et Babylonem* ut extendantur, precatur Idyll. XVI. 99, 100. Eodem itaque modo Virgiliius Scythiam et Araxem diversarum Orientis regionum fluvium memorare potuit. Verum, etiamsi hoc liceret, vel sic *rapidas cretæ* jungendum esset, qui rapit terram albam, radendo littus, b. intulentus: atque hoc dñrum. Multo minus ferendi, qui Oxum inferunt nunc Oaxum dictum, qui *limum cedit turbidus semper sec.* Curt. vii, 10. Excusemus poëtam, quem defendere equidem non suscipiam. Sufficit fluvium hujus nominis in insula Creta esse, cuius mentionem hic fieri minus mirabitur, qui, uti *Afros*, seu Libyas, et *Scythes*, sic insulas ab Italia remotas *Cretam et Britanniam* sibi opponi, observet. Probabile mihi fit, Maronem ante oculos habuisse locum ex antiquiore aliquo poëta, quem nimis docte et alieno loco expressit.—

NOTÆ

65 *Sittentes Afros]* Africa mundi quarta pars, *sittens* dicta quia zones torridæ magna ex parte subjecta: maribus undeqnaque alluitur tribus, Mediterraneo ad septentrionem, Oceano ad occidentem et meridiem, Erythræo ad orientem: plane triangularis insula, nisi eam continentii Asiae conjungeret aliquot leucarum Isthmus, inter Erythræum et Mediterraneum mare interjectus: *Isthme de Suez.*

66 *Scythiam]* Scytharum nomine septentrionales omnes Asiae populos antiqui complexi sunt, qui vagi, sine urbibus, tectis, et legibus, opes in armamentis habebant omnes, uxores et liberis planstris corio tectis hinc inde circumferabant: Martem sub specie actinacis adorabant, ex Herod. I. IV.

Tartari regionem illam nunc occupant, quæ monte Imao, qui Tauri pars est, fere dividitur duas in partes: quarum quæ ad occidentem est, Scythia sive Tartaria citerior, et intra Imaum; quæ ad orientem vergit, ulterior et extra Imaum dicitor.

66 *Creta veniemus Oaxem]* Extat fluvius hujus nominis non in Creta, sed in Mesopotamia, de quo sermonem hic esse contendit Servius, eumque *rapidum Cretæ* vocari ait, quod cretam, seu terram albam cursu secum rapiat, unde sit turbulentus. Quod vix cuiquam sano placeat. Volunt alii Oaxem reipsa fuisse in Creta: quod etsi in Geographis veteribus diserte non habatur, tamen conjicitur ex eo, quod Apollonius Argon. I. v. 1131. Cretam vocat tellurem *Oaxida*; tum Hero-

Et penitus toto divisos orbe Britannos.
 En, unquam patrios longo post tempore fines,
 Pauperis et tuguri congestum cespite culmen,
 Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas? 70
 Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

separatos a ceteris populis. Nunquamne post diuturnum tempus, post aliquot annos, revixam cum admiratione patriam regionem, et tectum case pauperis extractum e gleba, quæ tota erat mea possessio. Sceleratus miles possidebit hæc arva tam culta, pere-

67. *Britanos e libb. notat Ge. Fabric.*—68. *En patios numquam Ven. En nun-*

NOTÆ

dotos l. rv. *Oazi*, urbis in Creta olim regiæ, meminit: cui quidem tributum nomen ab *Oaze* quodam Apollinis filio refert ex Varrone Servius. Quidni fluvius ejusdem cum urbe nominis fuisse ibidem dicatur? quod malum vel uno auctore Virgilio affirmare, quam ad vanum inscitæ pastoralis effugium cum aliis recurrere.

67 *Divisos orbe Britanos*] Britan-
nia, olim Albion, insula Europæ max-
ima in Oceano, Galliæ obversa, duas
divisa in partes, Angliam et Scotiam.
Divisos orbe quia orbem antiqui vo-
cabant terram continentem, quæ
Oceano alluitur: unde, ut notat Vi-
ves, insulae Oceani extra orbem di-
cuntur esse, non item insulae Medi-
terranei maris, ut Sicilia, Cyprus, &c.

68 *En, unquam*] Servius explicat,
unquamne, aliquid donec. Fruterius, *at unquam*. Non satis diligenter: sunt enim ista omnia dubitantis tantum et interrogantis: Virgiliana autem vox, etiam optantis, qui affectus per nega-
tionem aptius exprimetur, *nunquamne*: ut manifestum est ex Ecl. viii. 7, *En erit unquam Ille dies, mihi cum liceat, &c.*

69 *Tuguri*] Pro tugurii, ut supra
peculi pro peculii: estque omne ædi-
ficium rusticæ rei custodiendæ conve-
niens, a tegendo dictum. *Cespite.*] Cespes herba est cum propria terra
excisa, *du gazon*. *Culmen*] Tectum,

quia apud antiquos tecta fiebant e
culmis, seu paleis, inquit Servius.

70 *Post aliquot, mea regna, &c.*] Locus difficilis. I. *Ariæ* hic communi-
niter pro messibus, et messes pro ani-
mis capiuntur: quo exemplo dixit
Claudian. rv. Cos. Honorii, *decimas
emensus aristas*. Non placet Germano
et Cerdano: si enim, inquit, rix
unquam et longo post tempore; quomodo
post aliquot aristas sive annos, quod
breve tempus notat, rura sua revi-
surus est? II. Itaque iidem illi *post*,
non præpositionem, sed adverbium
esse volunt; et interpretantur *deinde*,
hoc sensu: Nunquamne, ne longo qui-
dem post tempore, dabitur hoc, ut
videam me regna, pauculas *deinde* aristas;
id est, ex florenti messe, qualis
erat cum ibi regnarem, pauculas jam
ac steriles aristas superstites? Sed
hoc extortum videtur. III. Conjice-
rem ego cum Germano, *post aristas*,
eadem forma dictum esse, qua Ecl. iii.
20. *post carecta latebas, derriere les bleds,
derriere les roseaux*, et esse descrip-
tionem agelli Melibœi, cuius regnum
constiterit in pauculis aliquot jugeri-
bus, adjacentibus panperi casulae:
cujus quidem tectum ita humile foret,
ut vix emineret grandioribus aristis;
adeoque inter eas, sive post eas, latere
dici posset.

71 *Novalia*] Dicitur *hæc novalis*, et
hoc novale; estque terra, vel, juxta

**Barbarus has segetes? en, quo discordia cives
Produxit miseros! en, quis consevimus agros!
Insere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, felix quondam pecus, ite capellæ.
Non ego vos posthac, viridi projectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo;
Carmina nulla canam; non, me pascente, capellæ,
Florentem cytisum et salices carpetis amaras.**

75

Tit. Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem

grinus has messes? Ecce quo calamitatis dissensio adegit cives infortunatos! ecce propter quos seminarimus arva! Nunc, o Melibœe, insere pyros, digere vineas in ordinem. Ite, ite mea capellæ, grex olim fortunata. Non ego deinde stratus viridi in spelunca aspiciam vos procul spinosa e rupe pendere; cantilenam nullam modulabor; non tondebitis, o capellæ, cytisum florentem et salices amaras, me custode. TIT. Tamen

quam unus Heins.—72. Wall. apud Heins. distinguebat: *Impius—miles habebit Barbarus? has segetes?* ut et erat in cod. Franc.—73. *Produxit.* Ita ex Heins. et Pierii Codd. edidit Heins.; vulgo, *Perduxit*, quod gravis auctoritas Vatic. et Longob. tuetur. Verum haec voces fere permuntantur. Sic inf. Ecl. vi., 60 *perducant* alii *producant*. *en quis vel quis consevimus agros;* ita optimæ edd. et codd. At Rom. Codd. quo Pierius usus erat: *bis nos consevimus agris*, sed expuncto primo *u* in *consevimus*. Arreptum tamen hoc a nonnullis: v. Burm. *en quis consevimus agris* Zulich. *en quis consevimus agris* Gnd.—75. *quondam felix* alii ap. Heins. et sic vulgo editum, usque ad Pulmann. Meliorem ordinem jam Pierius docuerat e suis.—77. *Frondosa Medicus Pierii, et Pompon. Sab. de rupe procul pendere Parphas.* Serv. ad Ecl. ix., 50, et edd. ante Pierium.—78. *sec me ms. Lengnich. pastore unus Mentel.* pro var. l.—79. *anatas conj. Vlit.* ad Gratii Cyneg. 390.—80. *hinc—noctem.* Sic jam inde ab Aldo editum. Occurrit tamen in scriptis et edd. *hac—nocte;* sed illud tuentur Heins. Burm. Martin. poteras editum jam a Nauger. in Ald. tert. firmavit e Rom. et Medic. Pierius, et ex optimis Heins. Alii *potoris*, ut fere Codd. in his temporibus variant; illud elegantius. cf. Ovid. Met. i., 679.

NOTÆ

Servium, ex qua sylva recens eradicata est: vel potius in qua satum jam aliquid fuit, et quæ, prius quam alia satione renovetur, cessat per annum et requiescit: idque saepè fit alternis annis. Ita Georg. i. 71. *Alternis idem tonsus cessare novales.*

74 *Insere nunc]* Apostrophe ironica Melibœi ad seipsum, qua indignatur se frustra laborem colendis hortis et vitibus impendisse, cum in barbarorum commoda cessurae sunt. *Nunc]* particula ironia et insectationi apta. Ju-

ven. Sat. XII. 57. *I nunc, et ventis vitam committe, &c.* *Inserere* est surculum, vel diversi, vel ejusdem generis, sylvestri arbori inmittere, ut fructus mitiores ferat, enter. Vide Geo. II. 73.

79 *Cytisum]* Genus fruticis sive herbeæ, cuius species multiplex, et descriptio apud diversos diversissima. Constat greges inde in primis pinguecere et augeri lac. In insula Cythno, quæ Cycladum una est, primo inventus memoratur, ex eaque nomen accepisse.

Fronde super viridi; sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, et pressi copia lactis:
Et jam summa procul villarum culmina fumant;
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

poteris hac nocte quiescere hic mecum super foliis virentibus; habemus matura poma, castaneas molles, et multum coacti lactis: et jam summa pagorum tecta procul fumant, et umbrae grandiores porrigitur ex altis montibus.

NOTÆ

82 *Castaneæ molles*] Servio, *matura*; aliud genus est densiore, aliud molliore cortice, ex Nicandri interpr. Καστάνων τὸ μὲν λόπικον, τὸ δὲ μαλακόν. Unde et Ecl. VII. 53. *Castaneæ hirsutæ*; hic, *castaneæ molles*.

E C L O G A II.

ALEXIS.

ARGUMENTUM.

AMABAT Virgilius puerum: hunc Alexidis, se Corydonis nomine dissimulat, et i. Duritiem ipsi exprobrat. ii. Jactat apud eum suas opes, musicæ peritiam, elegantiam formæ. iii. Invitat eum in sylvas, commendatione vite agrestis. iv. Promittit munuscula. Agnoscit insaniam suam, et ad curam rei familiaris redit. Puerum hunc innuit Apuleius *Apologia* i. fuisse Pollionis; *Martialis* l. 56. fuisse Mæcenatis: nihil prohibet quominus ita sit. Prohibet vero blanditiarum ejusmodi levitas, quominus eas Octaviano dictas putem, in quem sane orbis dominum cadere ista non possunt, *delicias domini*: immo ne in Cornelium quidem Gallum, virum, ut Ecl. 10. videbitur, muneribus gravem. Quarum opinionum primam Servius, secundam Lud. Vives perperam tinentur. De tempore quo scripta est, nihil conjici potest.

NOTÆ

ALEXIS] Ab ἀλεξίῳ αρέω, ὀπίτιοι: nem; seu quia voluptas erat ac solatium domini.

FORMOSUM pastor Corydon ardebat Alexia,
Delicias domini; nec, quid speraret, habebat.
Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos
Assidue veniebat; ibi haec incondita solus
Montibus et sylvis studio jactabat inani: 5
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
Nil nostri miserere? mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant;
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos;
Thestylis et rapido fessis messoribus aestu 10
Allia serpyllumque herbas contundit olentes:

Pastor Corydon amabat pulchrum Alexim, qui erat voluptas domini; nec erat ipsi spes illa. Solummodo veniebat frequenter ad spissas fagos, quarum cacumina opacum est; illic solus fundebat inutiliter montibus et nemoribus haec verba incomposita. O dure Alexi, nullomodo curas meas cantus, nullomodo miserescis mei, denique coges me mori. Nunc ipsa pecora fruantur umbra et frigore; nunc lacerti ipsi virides latent in sepribus; et Thestylis conterit herbas odoriferas, alia et ser-

1. *Formosum* Rom. de qua scriptura v. Pier. *Corydon*, Κορύδων. Male *Coridon* et *Choridon*. *Alexia*: alii *Alexim*. v. Heins. hic, et quoties eadem varietas reddit, v. c. *Daphnium* et *Daphnif*. Tum in cod. Rom. *Corydon pastor ardebat*.—2. *nec quod sp.* edidit Brunckius sine libro: ex usu Ciceroniano, quod jam maluerat Nodell. Obss. Crit. p. 39 et Jo. Schrader.—4. Drakenb. ad Sil. Ital. iii. 429 malebat *solis Montibus*. Sed et *solis* satis se tuetur. v. Burn. Pro *ibi* Goth. sec. *ubi*; nec male.—7. *coges* Rom. et Heinaii meliores, et defendant ex Theocr. ἀνθρώποι μη νοσήσεις. Sed praesens, quod et ipsa una boni codd. Pierii et aliorum agnoscent, majorem vim habet. v. Cerda, Burn.—9. *Nunc etiam virides* Ven. ap. Burn. et Goth. sec. *incultant* Moret. *frag. lacertos* idem frag. Moret. et codd. plures ap. Burn. it. Goth. sec.—10. *rabido* emend. Clericus, rustice a Burmanno exagitatus.—11. Nonnulli *Allia*; anti-

NOTÆ

1 *Corydon] a κορύδος vel κορυδαλλὸς alauda, alouëte.* De *fagis* Ecl. i. 1.

4 *Incondita] Incomposita, sine arte, sed quasi naturali impetu. Quo sensu Dónatus interjectiones, quales sunt *Ah! o!* vocavit *inconditas*; quia natura, non hominum instituto, proferuntur.*

8 *Nunc etiam pecudes, &c.]* Commendat vim amoris sui a labore, laborem *ex comparatione alienæ quietis. Pecudes*, inquit, *lacertique vilissimi frumentum umbra: messores aestu defessi cibò reficiunt vires; ego aestuans et*

impransus te quaro; nec ullus ardorem hunc meridianum tolerare mecum potest, præter cicadas, quibus undique strepitant arbores.

9 *Spineta lacertos] Lacertus, et lacerta, un laizard.*

10 *Thestylis] Hic famulæ nomen, veneficæ apud Theocritum, Idyl. ii. 1. Unde insulse derivat Servius a Latina voce *testa*, quia herbas ad cibam messorum in testaceis poculis tun-debat.*

11 *Allia, serpyllumque] Allium oleris et bulbi species, de l'ail. Serpylhum.]*

At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
 Sole sub ardent resonant arbusta cicadis.
 Nonne fuit satius, tristes Amaryllidis iras
 Atque superba pati fastidia? nonne Menalcan?
 Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eses.
 O formose puer, nimium ne crede colori.
 Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

15

pyllum, messoribus fatigatis ob gravem aestum. Interim, dum sequor tua vestigia, mecum ad solem fercientem rauces cicada strepitant per loca consita arboribus.

Nonne fuisset melius tolerare graves iras et imperiosa fastidia Amaryllidis? Nonne fuisset melius tolerare Menalcam? Licet ille fuscus sit, licet tu albus sis. O formose puer, ne nimis confidas colori; ligustra jacent humi, quamvis candida;

quus mos consonas geminas una tantum scribendi. In talibus hærere nihil attinet. Porro alii *serpillum, serpallum, serpetium*; sed est ἔρυθλον, quod Latine scribi debuit *serpulum*: cf. pref.—12. Ac Rom. Heinius malebat distingue: *At me, cum raucis — cicadis, resonant arbusta*, ut Ecl. I, 5.—14. *melius* Zulich. ex interpretatione.—15. *Menalcan* a Pierio ex optimis commendatum, a Pulmann. Commelin. aliis receptum; alii *Menalcam*.

NOTÆ

Herba odorata serpens humi ramusculis tenuibus, du serpote.

11 *Olentes*] Ambiguum vocabulum, tam ad bonos quam ad malos odores pertinens. Ad bonos quidem, qualis est serpylli; ad malos, qualis est alliorum. Sit apud Horat. I. 1. Sat. 2, 27. *Pastilos Rufillus olet, Gorgonius hircum: Nil medium. Contra olidus malam in partem ubique sumitut.*

13 *Cicadis*] *Cigalle*, insecti genus, stridulum potius quam canorum. De *urbustis* Ecl. I. 40.

14 *Amaryllidis, &c. Menalcam*] De nomine *Amaryllidis*, Ecl. I. 31. *Menalca*, Ecl. III. 1.

17 *Ne crede colori, alba, &c.*] Ut enim lignistra, quamvis alba, ne humo quidem colliguntur, quia nihil habent utilitatis; vaccinia vero, quamvis nigra, in pretio sunt, quia utilia tingendis vestibus: ita tu, quamvis candidus, negligenter propter superbiam; Menalcas, quamvis niger, propter ingenuam indolem amabitur.

18 *Ligustra*] *Ligustrum, du tro-*

eae, arbor flores Maio mense racematis ferens candidissimos.

18 *Vaccinia*] Volunt aliqui baccas nigras, sive acinos esse ligustri, quasi *baccinia*, quæ scriptorio atramento inservant. Alii mora agrestia, quæ e rubo sentis producta, ad tingendas servorum vestes olim legebantur. Tamen constat, vel florem esse, vel plantam, ex hoc hujus eclogæ, v. 50. *Mollia luteola pingit vaccinia caltha.* Melius igitur cum Turnebo et Salmasio dicemus hyacinthum esse: tum ob alia, tum quia Virgilius hyacinthum Theocriti, per vaccinium Latine redditum, Ecl. x. 39. *Et nigrae violæ sunt et vaccinia nigra:* plane ex illo Idyllii x. καὶ τὸ τὸ μέλαν ἐστι καὶ ἡ γραῦτὴ ὄδοινθος. Adde quod et vaccinium tingendæ servorum purpuræ usui erat, ex Plinio; et hyacinthus hygino colori, qui purpureæ species est, conficiendo parabatur, item ex Plinio. Sic Salmas. in Solin. p. 272. et 1225. qui vaccinium ad eam hyacinthi speciem refert, quæ *gladiolus*

Despectus tibi sum, nec, qui sim, quæris, Alexi;
 Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans. 20
 Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
 Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.
 Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,

vaccinia colliguntur, quamvis nigra. Me contemnis, o Alexi, nec consideras quis ego sim, quam multas possidam oves, quam multum habeam lactis candidi. Mille oves meæ vagantur in montibus Siciliae: lac non deest mihi per æstatem, nec recens per hyemem. Cano ea que Amphion Thebanus solebat canere in Aracyntho mari-

19. *nec, qui sim*: ita meliores ap. Pier. et Heins. conf. ad Ecl. I. 19. Vulgg. cum aliis codd. *quis sim*. Primum mutatum video in Pulmann. et Commelin. Est qui mollius et doctius. vid. Heins.—20. *nivei* et ad *pecoris* et ad *lactis*, nam utrumque recte dicitur, referri potest. Prius Serv. et Mart., posterius Heins. sequuntur. In pecore epitheton majorem vim quam in lacte niveo habet. Si tamen poëticum morem, si porro aurem, consilias, non dubitabis eo modo distingui, quo nunc fecimus.—22. *Hic mihi Menag. alt. nec frigore* alii ap. Burm. *debet* Goth. pr. *Lac mihi non æstate, novum non frigore defit*: ita distinguit Burm. Hyeme enim *lac novum* (v. Ecl. v. 67) suppetere, id demum esse gloriosum. Sed quis rusticanus hac audiens non subrideat? inuenire enim hyeme partum eduat oves. Verum, etiam post *novum* distinguas, repetendum utique idem voc. in altero membro de hyeme. Non vero de *colus* accipi potest. v. Martin.—23. *si quanto arm. vocabant* ms. Barth. Burm. conj.

NOTE

dicitur *glaycul*. Ruellius tamen fre-
 tus similitudine nominis, ad eam spec-
 ciem quam vocamus *raciet*. Vide
Ecl. III. 62.

18 *Nigra*] Non proprie nigra; sed ferruginea sunt: unde Ge. IV. 183. *ferrugineos hyacinthos*. Ferrngineus autem color est, non rubiginosi qui-
 dem ferri, ut quidam volunt; sed
 politi ac levigati ferri, postquam can-
 defactum refixit, Gallice dicimus
brunisseure. Is autem color non ad-
 modum a violaceo diversus est: vide-
 turque e rubro, nigro, ac cœruleo
 temperatus: unde pro tribus his col-
 oribus passim usurpat: pro rubro
 quidem Æn. XI. 772. *ferrugine clara*
 et *estro*; pro nigro Æn. VI. 303. de
 Charonte, et *ferruginea subiectat cor-*
pora cymba; pro cœruleo apud Plaut.
 in Mil. IV. 4. 43. *pallidum habeas ferru-*
ginosum; nam is color *thalassicus* est: id
 est, marinus et cœruleus. Talis est
 hyacinthi et vaccinii color.

Delph. et Ver. Clas.

21 *Siculis in montibus*] Vel quia
 scena hujus eclogæ forte in Sicilia
 constituitur; vel quia poëta imitatur
 Siculum Polyphemum, qui iisdem
 fere verbis Galateam apud Theocritum
 alloquitur Idyl. XI. vel potius
 quia Sicilia fertilissimis abundant pa-
 bulis; unde olim Romaoi imperii hor-
 reum vocata est, ob vina, frumenta,
 et pascua. De *Sicilia insula*, Italize
 adiacente, fuse *Aeneid.* III. 687.

24 *Amphion Dircaeus*] Jovis filius
 et Antiope, quæ Lyci Thebarum
 regis uxor fuerat, ab eodemque repudiata,
 et a Dirce, cum qua Lycus
 secundas nuptias contraxerat, car-
 cere inclusa; instante partus tem-
 pore a Jove liberata est, et in Cythere-
 onem montem fugiens, ibi gemellos
 edidit in bivio. Hos inventos pas-
 tores educaverunt: et alterum qui-
 dem appellaverunt Zetum, a ζετού,
 querere; alterum Amphionem, quod
 ἀμφὶ δύο cœciter viem editus esset.

Virg.

D

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis staret mare; non ego Daphnus
Judice te metuam, si nunquam fallat imago.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura
Atque humiles habitare casas, et figere cervos,
Hædorumque gregem viridi compellere hibisco !

25

30

timo. Nec sum tam deformis: nuper vidi me e littore, cum mare tranquillum non moveretur vento. Ego non timerem Daphnus, te ipso arbitro, nisi aliquando forma me decipiat. Utinam velis tantummodo mecum incolere agros tibi viles, domoque pervas: et transfodere cervos, et ducere gregem hædorum ad hibiscum virentem. In

vocabant.—24. Sribitnr Arachinctus, Arachintus, etc.; item Arctheo, lapsu vario. Item Dirceus. At est Δίρκαιος. Pindar. p. 9. 153. Δίρκαλον διάτρων. Toton versus ex Græco factus est: Αὐρήλων Δίρκαιος ἐν Ἀκταὶ τὸν Απαύρθη, ut adeo manifestum sit poëtam Græcum esse expressum.—25. Non Ven. et Parrhas, et in nonnullis deest in.—26. Dum placitum quatuor ap. Burm. Daphnus multi Pieriani et Rnfinian. cum pluribus Burm. Si Menalcan scribas, debuit et Daphnus scribi cum Pulmann. Commel. Conf. Heins. ad v. 73. Conficitur res ex v. 52. Daphnus ad astra feramus. Itaque Daphnium expunxi. Daphni Rnfinian. p. 272. quod ornari posset, si tanti esset.—27. fallat melliores Pier. et Heins.; et sic elegantior sermo. Ante Heins. vulgatum fallit. Mentel. pr. et Ven. fallet.—28. O libeat tuntum duo Burm.—31. Meque una

NOTÆ

Hi postea adulti matrem ulti sunt suam, occisa Dirce, quam Bacchus in fontem hujus nominis mutavit, non procul Thebis. Amphion citharæ sono, quam a Mercurio dono accepérat, Thebarum muros extruxit. *Dirceus*, vel a Dirce occisa, vel a fonte ipso Thebano dictus.

24 *Actæo Aracyntho*] Mons Aracynthus Vibio quidem in Attica est, quæ ἄκρη vocata est, unde et mons ille *Actæus*: Sed Vibio plerique omnes repugnant, et Aracynthum in Bœotia communi ferme suffragio collocant, prope Thebas, in mare prominentem: his adhærendum est. At unde hic vocatur *Actæus*? Probus ab *Actæone* Thebanus deducit, qui circa hunc montem forte venabatur, cum a canibus, ob visam in lavacro Dianam, laniatus est. Servius *Actæum* vocatum pntat, quasi littoralem: est enim ἀκτὴ λίτη. Qua voce usus est Virgilius. *Æn.* v.

613. *At procul in sola secretæ Troades acta.*

26 *Non ego Daphnus*] Alius pastor, forma nobilis. Nomen a δαφνὶς lau-reata.

30 *Compellere hibisco*] *Hibiscus*, planta e genere malvarum sylvestrium, folio major et caule pilosior, grosse manu. Hanc Scaliger in notis ad Varr. refert inter pascua purgantia, unde greges ait ad eam plantam medicinæ causa compelli solitos: atque ita *hibisco*, erit *ad hibiscum*: ut, it *clamor celo*, pro *ad cætum*. Stephanus vero ait in Seminario, ita interdum *hibiscum* grandescere, ut ex herbacea natura velet in arborem transeat, unde pastores conficere baculos possint: et ita *compellere hibisco*, erit *deducere baculo*. Servius *compellere* interpretatur, a *lacte depellere* et *ad passionem herbarum cogere*, *hibisco* proposito.

Mecum una in sylvis imitabere Pana canendo.
 Pan primus calamos cera conjungere plures
 Instituit; Pan curat oves oviumque magistros.
 Nec te peoniteat calamo trivisse labellum:
 Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas? 35
 Est mihi disparibus septem compacta cicutis
 Fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim,
 Et dixit moriens: te nunc habet ista secundum:
 Dixit Damoetas; invidit stultus Amyntas.
 Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti, 40
 Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
 Bina die siccant ovis ubera; quos tibi servo.

sylvis simul mecum imitaberis Pana cantando. Pan primus in morem induxit nec tere cere multas arundines: Pan protegit oves et pastores ovium. Nec pigeat te labra atterere fistula. Quid non faciebat Amyntas, ut disceret hec eadem a me? Habeo fistulam conflatam e septem cicutis inequalibus, quam Damoetas quondam donavit mihi; et dixit moriens: Tu nunc istam secundus possides: Damoetas hoc dixit, Amyntas stolidus invidit. Insuper duo capreoli inventi a me in valle, non sine periculo: quorum pelles sunt adhuc distinctæ maculis candidis, quotidie exhaeriant

fragm. Moret. Deest versus in Zulich.—32. *primum* Rom. et Goth. sec. *cera* Leid.—33. *ministros* Franc.—41. Pierii Vatic. *vetusissimus* distinguebat: *sp. e. n. pellibus. ambo Bina die siccant. ambo B. d. siccant* Goth. pr. Sic et in nonnullis Heins. Sed *ambo* otiosum, post duo. vid. Burm.—42. *quod* Rom.—

NOTE

31 *Pana*] Pan rusticæ et pastoritiae rei præses Deus, quem babuerit patrem haud satis constat: Mercurium plerique dicunt. Sic appellatus a πάν omne: vel, juxta Homerum in hymnis, quia Deorum omnium delectaverat mentes cum citharam recens natus scite pulsasset: vel, juxta alios, quia naturam omnem repræsentabat; cornibus, radios Solis et Lunæ cornua; rubicunda facie, ætherem; caprini pedibus, terræ soliditatem; pilis hispidis, terræ arbores, et feras, &c. Fistulam compiegisse dicitur primus ex arundineis calamis, cum Syringem nympham, quam deperibat, sociarum precibus mutatam vidisset in arundinem, unde fistula Græcis σόργη dicta.

35 *Amyntas*] Ab ἀμύνω succurso.

36 *Disparibus, &c.*] Fistula continebatur olim septem calamis, apud Theocritum etiam novem, Idyl. viii. ut vocum discrimina totidem imitaretur. Calami porro cera inter se conjuncti ea proportione decreasebant, ut in summo, qua inflabantur, æquales essent; inæquales in imo, qua exibat spiritus. *Cicutam*] Scaliger vult hic plantam illam esse venenatam, cuius succo Athenienses ad publicum mortis supplicium; caule antem cavo ad musicam ntebantur, *de la cigüë*. Servius putat esse calamorum quorumlibet internodia, sed sine teste.

39 *Damoetas*] Dorice pro Δημοτης, quasi δημοτης popularis: α δῆμος populus.

Jam pridem a me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet; quoniam sordent tibi munera nostra.

Huc ades, o formose puer: tibi lilia plenis 45
Ecce ferunt Nymphæ calathis; tibi candida Nais,
Pallentes violas et summa papavera carpens,
Narcissum et florem jungit bene o lentis anethi;
Tum, casia atque aliis intexens suavibus herbis,

*gemina ovis ubera: hos servo tibi. Jamdudum Thestylis conatur precibus obtinere
illos a me, et obtinebit, siquidem dona mea tibi vilescent. Huc veni, o formose puer.
En Nymphæ offerunt tibi lilia plenis canistris: alba Nais tibi colligens violas pal-
kidas et capita papaverum, addit narcissum et florem anethi odoriferi: deinde miscens
cum casia et aliis herbis dulcibus, ornat mollia vaccinia calthis croceis, ego vero*

48. ipos a me Rottend. a me illos Leid.—47. Palantes Leid. a m. pr.—48.
bene jungit Phagm. Moret.—49. Cum casia Ven. et Parrhas. Tunc multi.—

NOTÆ

46 *Nymphæ*] *Nympha*, quasi *vén* enim l. III. od. 10. 14. *Et tinctus viola*
φαύρων νότα apparens: et significat, *pallor amantium*.
tum *νορᾶν κυπτάν*; tum *φεμινεῖ* illa
numina, quæ juxta Pausaniam, non
immortalia quidem, sed longissimi et
pene innumerabilis ævi putabantur.
Prærant autem aquis fluvialibus
Naiades, sive *Naides*, a *vđeu* *fluere*;
marinis *Nereides*, *Nerei* et *Doridis*
filie; montibus *Oreades*, ab *bps mons*;
sylvis *Dryades*, a *δρῦς arbor*, *quercus*;
singulis arboribus *Hamadryades*, ab
δρῦa simul, et *δρῦs arbor*, quia cum
iisdem arboribus occidebant; hortis
et lucis *Napæa*, a *νάρη saltus*, *viretum*;
pratis *Limonides*, a *λεμὼν pratum*;
stagnis *Limnades*, a *λίμνη stagnum*.

46 *Calathis*] Græcum est καλαθος, Latine *canistrum*, *quatum*, *quatus*, *qua-*
silbum, *quasilbum*. Calathi forma patenti
lilio similis. *Lilium* enim ita descri-
bit Plin. l. xxi. c. 5. *Efigie calathi,*
remarginis per ambitum labris.

47 *Pallentes violas*] Plin. l. xxi. 6.
violæ ait alias esse purpureas, alias
luteas, alias albas: ad albas revocan-
tur pallentes, quas elegit Corydon,
ut amantium tinctas colore. Horat.

48. ipos a me Rottend. a me illos Leid.—47. Palantes Leid. a m. pr.—48.
bene jungit Phagm. Moret.—49. Cum casia Ven. et Parrhas. Tunc multi.—

47 *Papavera*] Papaver, Narcissus,
et Anethum de *l'anet*, pulcherrimi
pueri fuerunt, qui, juxta Servium, in
flores suorum nominum conversi sunt:
quos dum offert Corydon, Alexim
quasi admonet, ne ipse tale aliquid
ex amore olim patiatur. De *Narciso*
quidem nota est fabula. Fuit Ce-
phisi Beotie amnis, et Liriope *nym-*
phæ filius: quem predixerat Tire-
sias tamdiu victurum, quamdiu a sui
conspictu abstineret. Is cum Eches
nymphæ amorem sprevisset, suam-
que in fonte imaginem conspexisset,
amore sui contabuit, et in florem cog-
nominem est mutatus. De *Anethi*
autem et *Papaveris* metamorphosi
nihil apud veteres legi.

49 *Tum casia*] Casia multiplex. I.
Frutex *cinnamomo affinis*, *odorato*
cortice, *de la canelle*. II. Fistula cuius
medulla medicinalis est, *de la casee*.
III. Herba *coronaria*, quam etiam
Cneorum ex Hygino Plinius vocat
l. xxi. c. 9. *Cneorum* autem album,
Lavendulam; nigrum, *Rosmarinum* esse

- Mollia luteola pingit vaccinia caltha. 50
 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
 Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
 Addam cerea pruna; honos erit huic quoque pomo;
 Et vos, o lauri, carpam, et te, proxima myrtle:
 Sic positee quoniam suaves miscetis odores. 55
 Rusticus es, Corydon; nec munera curat Alexis;
 Nec, si muneribus certes, concedat Iollas.

colligam poma albentia molli lanugine, et nuces castaneas, quas mea Amaryllis diligebat. Adjungam pruna flava, et laus erit quoque huic fructui. Et vos decerpam, o lauri, et te, myrtle lauris vicina: quia illa juncta emittitis gratos odores. Agrestis es, o Corydon, et Alexis non moveret tuis donis: et si contendas donis,

50. *Pinguia l.* Nonius Marcellus in *cattula*.—53. *poma Ven.*; porro *et ante honos* in vulgg. edd. et in nonnullis libris ad evitandum hiatum; male. vid. Pier. Heins. h. l. qui primus ejecit, et ad Ge. i. 4. 221. Wasium de Senar. c. 4. Ad Græcorum imitationem, quibus aspiratio sonum consonæ similem reddebat, r. vel w. f. poëta et hoc accommodavit.—56. *est Rom.*—57. *certet* idem, et *concedat*, quod præstantiores Heinsii tuentur; idque editum inde ab Aldd. At Pierius editum laudat *concedet*, sique multi codd. *concedit* pr. Moret. *Iollas* in plerisque. *Iolla* Rottend. sec. ut Ecl. III. 79. Est 'Ιόλη, 'Ιόλας, 'Ιόλα.

NOTÆ

putat Dalecampius. De hac tertia specie solum hic sermo est.

50 *Vaccinia caltha*] De *Vacciniis supra v. 18. Caltha* flos lutei sive crocei coloris, *le soucy*, quasi *solequum*, quia, præsentim cum tenuior est, ad solem inflectitur.

51 *Cana legam*, &c.] Mala intelligit *Cydonia* sive *Cotonea*, *des coins*, ut ex canitie et lanugine colligitur: item ex fragmento Petronii, quod ex hoc loco manifeste expressum est.

Sordent velleribus hirsuta Cydonia canis,
Sordent hirsutæ munera Castaneæ:
Nolo nuces Amarylli tuas, nec cerea pruna;
Rusticus haec Corydon munera magna putet.

52 *Castaneasque nuces*] Nux, genus est fructuum omnium qui duriore corio muniti sunt: species sunt, *avellanæ*, *amygdalæ*, *juglandes*, *castaneæ*, &c.

53 *Cerea pruna*] *Cerea*, vel ob mol-

litem, ut Horat. de A. P. 163. *Cereus in rituum flecti*. Vel ob colorem croceum, ut in *Priapeis*, *magis que cera luteum nova primum*.

53 *Honus erit huic pomo*] Commendatione accipientis *Alexidis*; sicut *castaneis*, ob amorem *Amaryllidis*.

54 *Proxima myrtle*] *Myrtus* perpetuo virens, *Veneri* sacra, vel quia propter odorem accommodata est ad delicias; vel quia maris littoribus gaudet, unde et *Venus* orta. *Proxima lauro*, vel *situ*, vel *odore*, vel *etiam dignitate*, quia laureæ coronæ Romæ usui fuerunt in triumpho; *myrtle* in ovatione, quæ minor triumphus erat, in equo, non in curru.

56 *Rusticus es*] Tria amoris impedimenta, *Corydon* ignobilis et rusticus, *Alexis* munerum negligens, rivalis *Iollas* muneribus potentior.

57 *Iollas*] Forte ab interjectione *la-*,

**Heu, heu, quid volui misero mihi ! floribus austrum,
Perditus, et liquidis immisi fontibus apros.**

**Quem fugis, ah demens ? habitarunt dī quoque sylvas, 60
Dardaniusque Paris. Pallas, quas condidit, arces
Ipsa colat : nobis placeant ante omnia sylvæ.
Torva leæna lupum sequitur ; lupus ipse capellam ;
Florentem cytisum sequitur lasciva capella ;**

Iollas non cedet tibi. Heu, miser, quid feci ? immisi Austrum floribus, et apes paris fontibus, imprudens ! ah, stulte, quem fugis ? Dii ipsi incoluerunt nemora, et Paris Trojanus. Pallas incolat ipsa urbes quas extruxit : sybra autem placeant nobis præ ceteris rebus. Ferox leæna sectatur lupum, lupus ipse capellam, petulans capella

—58. *Heu ! heu !* Rom. et alii vetustiores : itaque recepit Burm.; vulgo editur et scribitur *Eheu*, ut et apud alios. v. h. l. Muson. et Burm.—59. *immisi* Parrhas. *Proditus* quart. Moret. *Perditis* Lutat. ad Stat.; at satis notum, *perditus* pro miser, ut, amore.—60. *Quam f.* Menag. sec. a, ah, ha, o alii, ut fere in libris variatur scriptura.—61. *qua condidit* Pier. ex Rom.—62. *colit* duo Burm. *colant* Rom.—63. *capellas* Rom.—64. Hic versus abest a Ven. et

NOTÆ

quæ modo lætitiam, modo luctum signat.

58 *Eheu ! quid volui, &c.]* Multiplex explicatio. I. Lud. Vivis : Inanem operam sumo, fundo earmina surdis auribus; perinde ac si flores ventis rapiendos exponerem, aut puram aquam suibus proculcandam. II. Nannii : Res meas florentes hoc amore corrupi. Quam sententiam hic duplice proverbio, ventorum et porcorum, deinde expressis verbis exponit : *qua te dementia cepit ? Semiputata tibi, &c.* III. Abrami : Quænam vox excidit mihi, cum Iollam nominavi, et munerum feci mentionem ? Alexis enim, si me audierit, Iollam diorem sane mihi præponet. Perinde igitur feci, ac si *floribus austrum*, &c.

58 *Austrum*] Auster sive Notus, ventus a meridie flans magnos humores colligens, quibus infert floribus et valetudini perniciem.

60 *Dī quoque sylvas*] Apollo scilicet, cum Admeti gregem pavit, cœlo pulsus ob cœdem Cyclopum, qui ful-

mina Jovi fabricaverant, ad occidendum Phæthonta filium Apollinis.

61 *Dardaniusque Paris*] Priami et Hecuba filii : a patre expositus in sylvis, quia cum Hecuba facem ardenter parere se somniasset, conjectores responderant, infanteum, quem in utero gestabat, Trojani excidii causam futurum. Itaque educatus inter pastores, in agonali certamine, quod ad Trojam celebrabatur, cum Hectorum viciasset, et ab eodem irato prope esset occidendus, pro ejusdem fratre agnitus est. Cetera passim in *Æn. Dardanis*] id est Trojanus, a Dardano Electra Jovisque filio, uno e Trojæ conditoribus.

61 *Pallas, quas, &c.]* Pallas, nata e cerebro Jovis, armata et hastam quassans : unde nomen habuit a πάλλω *quatio*. Artium Dea, prima seditionum inventrix : et apud Athenenses conditrix. habita ejus arcis, *qua ἀκρόπολις* est dicta, quia in summa urbis parte posita erat. De *Cytis.* Ecl. I. 79.

- Te Corydon, o Alexi:** trahit sua quemque voluptas. **65**
Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci,
Et sol crescentes decedens duplicat umbras :
Me tamen urit amor; quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit!
Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est. **70**
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
Viminibus mollique paras detexere junco?
Invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.

sectatur cytum; te Corydon sectatur, o Alexi: unusquisque rapitur sua voluptate. Vide, en juvenci referunt domum aratra sublevata jugo: et sol occidens auget crescentes umbras: me tamen amor inflamat: nam quis potest esse finis in amore? Ah Corydon, Corydon, quænam insania te occupavit! Habis in ulmo frondosa vitem media ex parte recisam: cur non potius conaris saltem texere vimine, aut junco flexili, aliquid earum rerum, quarum eget vita rustica? reperies alium Alexim, si hic te despici.

Rottend.—66. *jugo ut referant Leid.* et ali quidam. Sic Ecl. IV. 52. v. 6. *Æn.* x. 20 et al. v. Burm. *Aspice, ut* Goth. pr. paulo inscritius; idem referant. —67. *descendens* pr. Ed. et Vossian. a pr. m. *decedens* Pier. ex nonnullis solenni lapsu.—70. *tibi est f. vitis in ulmo unus Heins.*—71. *potior quorum indiget usus* elegans est emendatio Marklandi ad Statii Sylv. p. 341. Sed μᾶλλον etiam in Thocr. loco XI. 74.—72. *para* tres Burm.—73. *hic abest* a Rottend. sec. *fastidat* Rom. *Alexin* Heins. reposuit e melioribus, in quibus *Alexin* et *Alexim*, vulgo *si te hic fastidit Alexis*.

NOTÆ

66 *Aspice, aratra, &c.]* Colligit animum Corydon, et ex occasu solis, et cessatione operum rusticorum, agnoscit jacturam temporis et insaniam amoris sui: Mox illud quasi exprobrando sibi objicit, *Me tamen urit amor: quis enim modus, &c.* Tum negligientiam sibi suam ponit ob oculos: *Semiputata tibi, &c.* Denique ad sanniora consilia præ desperatione mentem revocat. *Quin tu aliquid, &c.*

71 *Quorum indiget usus]* Quæ postulat usus, et consuetudo quotidiana

vite rusticæ: ut sunt nasse, crates, calathi.

72 *Detexere]* Non minuendi, sed angendi verbum: estque perfecte texere. Sic Plautus in Pseud. I. 4. 7. *Negue exordiri primum unde occipias habes, neque ad detexundam telam certos terminos.*

73 *Alexim]* Ad exemplum Theocriti Εὐφρέτος Γαλδρεως τος καταλλοι πλάνων. *Invenies Galateam forte et pulchriorem aliam.* Idyl. XI. 76.

ECLOGA III.

PALÆMON.

ARGUMENTUM.

EST amoebæa contentio inter Menalcam et Damoetam pastores: ac primo continet jurgia, deinde musicum certamen, denique judicium Palæmonis de utroque: unde a judice Palæmone nomen habet. Vives allegoricam hanc Eclogam putat; et Virgilium, sub persona Damoetae: poëtam ex ejus obrectatoribus aliquem, sub persona Menalcae agnoscit.

Amœbæum vero carmen, *alternum*, sive *reciprocum* est, ἀμοιβαῖον: hujus lex est: ut, qui posterior dicit, aut majora dicat, quam qui prior; aut certe paria: sensu, vel eodem, vel diverso: alioqui victus habeatur.

Tempus editæ hujus Eclogæ erui potest ex his ejusdem versibus: *Pollio amat nostram, quamvis sit rustica, musam: Pierides vitulam lectori pascite vestro. Pollio et ipse facit nova carmina, pascite taurum, &c.* Hæc enim tauri et vitulæ mentio facit, ut credam scriptum hoc opus fuisse tum, cum Asinius Pollio, missus a M. Antonio ad expeditionem Dalmaticam adversus Parthinos, inde reversus esset victor, et jam triumphi apparatus fierent. Hujus autem pompa pars erat non ultima, deductio taurorum, aliarumque victimarum, pendentibus vittis, deauratisque cornibus: quæ Jovi Capitoline mactandæ a triumphante offerebantur. Præscribit igitur poëta bucolicus, ut taurus et vitula ad sacrificia Pollionis triumphalia saginentur: idque præscribit Musis ipsis: quia Pollio non solum bello, sed literis etiam et poësi clarus fuit. *Ecl. IV. in Argum.* Porro cum triumphus ille notetur in Fas-tis, ad 8. Kal. Nov. A. U. C. 715. scripta fuit hæc Ecloga circa medium Octobrem illius anni; qui fuit Virgilii 31. de-sinens, aut 32. incipiens. Hæc quanquam levis conjectura, non inutilis tamen quibusdam videbitur.

NOTÆ

PALÆMON] A verbo παλαιῶν λεκτοὶ: pro quo poëte dicunt παλαιμονέων.

MENALCAS. DAMETAS. PALÆMON.

Men. Dic mihi, Damæta, cujum pecus? an Melibœi?

Dam. Non; verum Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.

Men. Infelix o semper, oves, pecus! ipse Nearam
Dum sovet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,

Hic alienus oves custos bis mulget in hora: 5

Et succus pecori, et lac subducitur agnis.

Dam. Parcius ista viris tamen objicienda memento.

MEN. O Damæta, dic mihi, cuius est grec iste? an Melibœi? DAM. Minime, sed est Ægonis: Ægon mihi nuper illum commisit. MEN. O oves, pecudes semper infastæ! dum Ægon ipse demulces Nearam, ac timet ne illa me anteponat ipsi: mercenarius iste paster Damætas exprimit lac oviis, bis singulis horis; et succus subripitur gregi, et lac agnis. DAM. Memineris tamen ista cautius esse exproban-

1. *ain' M.* unus Leid.—3. *oves* jam Ald. sec. Steph. et aliæ, firmavitque Heins. ex Pier. Rom. Oblong. aliquis Codd. *ovis* vulgo, quod secundo cassu capiebant.—4. *ille* teretur Leid. Servii. Sic et Rom.—5. *Hic* alienus. Sic Marius Victorin. in Grammat. monet legendum. Scilicet ubique ante vocalem ita erit scribendum; enimvero jam ubique conventum est in hoc, ut *Hic* producta syllaba fit pro hicce. *ovis* vett. edd., Marius Victorinus et potiores scripti cum edd. sed jam Alidd. *ovis*: tum *mulgit* Mentel.—6. *sucus* ubique antiquiores: a angendo.—7. *Parcius*: *ista*, ita distinguunt Codd. nonnulli et

NOTÆ

Menalcas] A μένων robur, vel μένων duro, maneo; et ἀληθινό auxiliū. *Dametas]* Ecl. II. 37.

1 *Cujum pecus?* Antiquum nomen, cuius, cuja, cujum. Terent. in Eun. II. 3. 29. *Virgo cuja est!* Plaut. in Curcul. II. 1. 14. *Cujam vocem audio?* Idem in Rud. III. 4. 39. *Argentum pro istiæ ambabus, cuiæ erant domino dedi.*

2 *Ægon*] Pastor rivalis Menalcas in amore Nearæ, et herus Damætæ. *Ægon* ab alij aīyōs capra. *Neara*] a νεαρα sumen, abdomen. *Melibœus*] Ecl. I. sub initium.

3 *Infelix o semper, oves, pecus!* Legunt aliqui, *ovis*. Quod Servius pesante interpretatur: O infelix pecus, semper ovis, id est, semper imbecille futurum. Ramus vero sic: O semper infelix pecus ovium; ita ut *ovis* in genitivo sit singulari, pro plurali

ovium. Sed sincerissimi codices habent, *oves*: piano sensu: O oves, pecus semper infelix! Quare autem infelix? et propter pastorem, qui, ut vacet amoribus, curam ejus abjecit; et propter custodem, a quo exahauritur et explatur.

6 *Et succus pecori, et lac*] Idem lac, qui matribus quidem nativus est succus; fætibus autem, sive agnis, alimentum. Notetur hic defectus synalephæ.

7 *Parcius ista viris, &c.*] Scito moderatus et cautius ea esse exprobrandia viris, et pudicis; iis præser-tim, qui té mollem et corruptum sciunt. Servius non insulse explicat, et interpungit aliter: *Parcius*: *ista viris tamen objicienda memento.* Novimus, &c. hoc est: Parce quicquam mihi exprobare: si tamen exprobres,

Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis,
Et quo; sed faciles Nymphæ riscre; sacello.

Men. Tum, credo, cum me arbustum videre Miconis 10
Atque mala vites incidere falce novellas.

Dam. Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti et calamos: quæ tu, perverse Menalca,
Et, cum vidisti pueru donata, dolebas;
Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses. 15

Men. Quid domini faciant, audent cum talia fures!
Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?

da viris. Scimus et qui te corruperint, hedis oblique spectantibus; et quo in delecto, sed bone Nympha riserunt. MEN. Tunc, puto, riserunt, cum videbant me amputare improba falce arbores, et novas vites Myconis. *DAM.* Vel potius hic prope fagos antiquas, quando rupisti arcum et sagittas Daphnidis: quæ tu, maligne Menalca, quando vidisti data esse pueru illi, et invidiebas; et perirebas, nisi dannum aliquod ipsi intulisses. *MEN.* Quid faciet herus Agen: siquidem servus furax audent tali mihi dicere? Nonne ego te ridi, nequissime, dolo furari caprum Damonis, Lycisca multum latrante? Et cum clamarem: Quem in locum fugit ille? Tityre

Servius: atqui sic esse debebat: ista viris te objicere memineris.—8. hirquis Grammatici è pars codd., sive ut sit pro hircis, diversa scriptura, sive ut sint ἄλοι, oculorum anguli. Sed vid. Not.—10. Miconis nunc scripsit e Theocrito hoc ipso loco, quem expressit; Mikawos Idyll. v. 112. Vulgo Myconis.—12. Daphnidos Valer. Prob. in Arte Gramm. agnoscit.—15. aliquid Ven. et Parthus. aliquem Rottend. alter. ex aliisque Voss.—16. facient Heins. ex optimis codd. iterum revocavit; ediderat jam idem Naenger. in Ald. tert. Vulgo facient. facerent unus Moreti. Quid facient domini, audent Scalig. et Gifan., evitandi ingratii soni causa.—17. Nonne ego Menag. et Goth. pr.; idem mox

NOTÆ

memineris ea esse ejusmodi, quæ viro objici possint: at novimus tua scelera viro indigna.

8 *Transversa tuentibus hircis]* Servius *hirquis* legit, et *hirquos* explicat, angulos oculorum, in quos retorti oculi, libidinem notent. Alii simplicius de *hircis* intelligunt, libidinosis eo nomine animalibus, ut iis etiam dicantur invidere, quos libidini indulgentes videant: transversa autem tueri invidie signum est.

9 *Sacello]* Sacellum, locus sacer numini, parva aedicula: saepè, præsertim apud rusticos, antrum erat. *Nymphæ]* Vel Dryades, vel Napææ.

Nemesian. Ecl. II. 20. Quæ colitis syllvas Dryades, quæque antra Napææ.

10 *Tum credo, cum, &c.]* Ironice loquitur, et scelus alienum quasi de se narrat; sed eo vultu et nutu, ut reipsa Dametas ejus auctor esse intelligatur. *Arbustum]* Non arbuscule est, sed locus arboribus consitus, præsertim hoc loco ad fulciendas vites, quæ ideo arbustive a Columella dicuntur. Ecl. I. 40. *Mycon]* Pastoris nomen a pueris magio. *Daphnis]* a δάφνις corona laurea.

17 *Damonis]* Quasi δαμων peritus.

18 *Lycisca]* Canis ex lupo et cane editus, a λύκος lepus, et κάνε canis.

Et cum clamarem : Quo nunc se proripit ille ?

Tityre, coge pecus ; tu post carecta latebas.

20

Dam. An mihi cantando victus non redderet ille,

Quem mea carminibus meruisset fistula, caprum ?

Si nescis, meus ille caper fuit ; et mihi Damon

Ipse fatebatur ; sed reddere posse negabat.

Men. Cantando tu illum ? aut unquam tibi fistula cera 25

Juacta fuit ? non tu in triviis, indocte, solebas

Stridenti miserum stipula disperdere carmen ?

Dam. Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim

Experiamur ? ego hanc vitulam (ne forte recuses,

Bis venit ad mulctrum, binos alit ubere foetus) 30

collige gregem : tu delitescebas post carecta. *DAM.* An ille, canendo superatus, mihi non reddidisset caprum, quem arena mea meruerat cantilenis ? si ignoras, caper ille erat meus, et ipse Damon id fatebatur, sed dicebat se non posse reddere. *MEN.* Tu illum viciasti canendo ? an unquam habuisti arenam cera compactam ? Nonne tu, imperite, solebas rauca cicuta spargere in plateis miserabilis cantilenas ? *DAM.* Viane igitur ut privatum videamus, quid uterque nostrum valeat alterno carmine : ego de pignori hanc juvencam : ne fortasse rejicias eam, bis mulgetur, educat lacte

correcta.—19. Et dum multi.—23. quem mihi Rottend. sec.—25. haut unquam Goth. pr. pro aut ; nonnulli haut apud Burm. et Pierii Medicens.—26. Vincta Rom. et aliis, solenni lapsu. Sed vid. Heins. Nonnulli nem tu, et v. 27. unus

NOTE

20 Carecta] Locns ubi multæ sunt carices. *Carex* planta est ex arundineo genere : Gallico nomine caret. *De Tityro.* Ecl. i. in argum.

25 Cantando tu illum] Supple *vici-
ti* : reticentia ad subannotationem : ut ista ad furorem et impetum *AEn.* i. 189. *Quos ego, supple si corripiuero.*

25 Aut unquam tibi, &c.] Negat eum habere fistulam illam nobilem, septiforem : non negat habere ignobilem, simplicem, atque unius calamis, e circuta, e stipula, de quo genere. Ecl. ii. 36. Ait enim, non tamen trivias, &c.

26 In trivias] *Bivium, trivium, quadriuum*, locus in quem duæ, tres, quatorve concurrunt viæ. Rustici per trivias ululare certi diebus solebant, et flebile aliquid cantillare in honorem Dianaæ, sive Proserpinæ : idque ad imitationem Cereris, eam a Plutone

raptam per trivias cum clamore vestigantis. Unde Diana dicta *Trivia* ; sive ex illis clamoribus ; sive, ut ait Varro, quod ejus simulacrum in trivias apud Graecos poneretur.

29 Vitulam] Proprie *juvencam*, siquidem jam foetus binos enixa est. Sic Ecl. vi. 47. *Pasiphæn virginem* vocat, pro muliere quæ jam viro sit conjuncta.

29 Ne forte recuses] Vel sensus est : Ne forte recuses mecum gratis certare, vitulam in pignus depono ; ut saltem lucri spe ad certamen movearis. Vel : ne forte, quia vitulam nominavi, pignus quasi leve rejicias ; binos foetus alit, &c.

30 Ad mulctrum] *Mulctrum, mulctrum, mulctrale*, var rusticum excipiendo lacti comparatum. *Mulctra* etiam dicitur pro ipsa actione mulgendi.

Depono : tu dic, mecum quo pignore certes.

Men. De grege non ausim quicquam deponere tecum :

Est mihi namque domi pater ; est injusta noverca ;

Bisque die numerant ambo pecus, alter et hædos.

Verum, id quod multo tute ipse fatebere majus,

35

(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam

Fagina, cœlatum divini opus Alcimedontis :

Lenta quibus torno facili superaddita vitis

geminos vitulos : tu dic quo pignore contendas mecum. MEN. De grege non ausim collocare quicquam in sponsoine tecum : habeo enim domi patrem, habeo novercam difficultem ; et bis quotidie recensent uterque gregem, alteruter vero hædos. At, si quidem tibi placet stultum esse, opponam id quod tu ipse fateberis esse longe pretiosus, calices e fago confectos, opus incisum a prestantissimo Alcimedonte : in quibus vimen hederæ superadjectum ope torni facilis, implicat frondibus hederæ pal-

Heins. *misere, dispergere* ms. Lengnich.—33. *injusta*. Jo. Schrader. malebat infesta, χαλεψη, ut ap. Theocr. χαλεψδς δ πτωχο μον χ & μάτηρ.—35. *tute* multo ipse Leid. *tu ipse* Ven. Ed. 1472.—36. Distinxere alii, ut jam in scriptis, post libet, alii post *quoniam*, sive eodem sensu, sive ut ipse Menalcas de se dicat, se insanire, qui depositurus sit contra vitulum poculum (poëticæ dixit plur. *pocula*), multo majoris rem pretii.—37. *Alcimedontis*. Multis modis aberrant librarii ; est Ἀλκιμέδων.—38. *facilis* fuisse a prima Virgilii manu testatur Serv. ad Æn. II. 592, agnoscit quoque Donatus, estque idem illud in quibusdam Codd. parum commode post *lenta*. Etiam *fragilis* Rom. et al. v. ad Ovid.

NOTÆ

34 Bisque die, &c.] I. Servius sic explicat, ut *alter* ad novercam referatur : et sic recensio totius pecoris videatur uni patri attribui. Male, tum quia *ambo* pecus numerant, ergo non solus pater : tum quia *alter* ad masculinum genus pertinet, ergo non ad novercam. II. Cerdanus sic : Ambo pecus numerant; *alter*, id est pater, seorsum hædos. III. Nannius vero, quem sequimur, sic : Ambo pecus, id est, matres numerant: *alter*, id est alteruter, hædos, id est fœtus ; eo quod ad majorem numerum bini custodes adhibendi sint ; ad minorem unus sufficiat.

36 Insanire] Mecum certando, quicte multo doctior sum.

37 Fagina] Vasa e fago, *de hestre*, juxta Plinium, I. XVI. 38. fuere aliquan-

do in honore, et in usu sacrorum : recensentur tamen a poëtis in pauperum supellectili. Ovid. Fast. v. 522. *Terra rubens, crater ; pocula, fagus erat.*

37 Cœlatum] Impressum, incisum, per cavitatem exsculptum, αὐλῶν ταῦτα : unde et cœli nomen per αscribendum : sive pro superiore illa et concava mundi parte, sive pro scalpis sumatur.

37 Alcimedontis] Sculptoris nomen, ab ἀλκὴ auxiliū et μέθω rego, curro : nomen heroi, quam sculptori, aptius.

38 Lenta quibus, &c.] Salmasius et Cerdanus duplice hic artem agnoscunt, tornaturam et cœlaturam : aiunt quippe, vitem, corymbos, hominum figuræ torno fieri non posse, quo ligna teruntur tantum et levigantur ; sed solius cœli sive scalpi opus esse, quo

Diffusos hedera vestit pallente corymbos.

In medio duo signa: Conon, et, quis fuit alter,

49

hidae corymbos suos dispersos. In medio duæ sunt effigies, Conon: et quis fuit alter,
.....

Met. xv. 169. B.—39. *palante* Rottend. sec. et qu. Moret., ut Ecl. II. 47.—

NOTÆ

sive ligna, sive metalla incidentur et excavantur. Hi locum istum ita explicant, ut velint *quibus* esse ablative casus, *torno* dativi, hoc pacto: *in quibus lenta vitis per cælaturam addita est torno, sive materia jam tornata.* Ego. I. vix putem *tornum* pro materia tornata, Latine dici. II. Video, *toreumata*, quæ proprie in veteribus gloss. exponuntur, *opera torno rasa*, sumi proximice a probatissimis scriptoribus pro cœlato opere: cuiusmodi sunt calices, crateres, signa hominum ac ferarum exenntia extantiaque. Sic Martialis, l. iv. 39. *Solus Phidiaci torreumæ cœli.* Sic Cicero frequenter in Verr. eodem sensu. III. Plinius, l. xxxiv. 8. artis toteutices inventorem memorat Phidiam, consummatorem Polycletum: quos sculptores ac statuarios, non solum tornatores, fuisse constat. Unde existimo, licet exacte tornus a cœlo et scalpro distinguatur: usu tamen esse factum, ut proximice haberentur. Favet insuper etymon, *torno* enim a *repæ*, vel *relpa*, *rētopa*, *tero*, *trici*: teritur autem materia non solum cum versaudo raditur, sed et cum repetita scalpri impressione, includitur.

38 *Torno facili]* I. *Facile* alii explicant, *rude*, et *facili* nec longiori opera elaboratum. II. Alii, *versatile*, quemadmodum Virg. Æn. VIII. 310. *facilesque oculos fert omnia circum.* III. Alii, *facile obsequens*, et ad ligni tenacitudinem referunt, quemadmodum Tibul. I. 1. 40. *Pocula de facili compo- mitique luto.*

39 *Diffusa hedera]* Multi vitem et

hederam hic implexas fuisse volunt. Ego cum Nannio solam hic hederam agnosco: vitemque accipio pro ipso hederæ vimine, quod *riticula* vocatur a Plinio; hederam vero pro foliis, hoc sensu: vimen hederaceum implicat foliis pallentibus corymbos suos. *Hedera] du lievre*, ideo poculis insculpta, quis Baccho sacra.

39 *Corymbos]* κόρυμψος Isidoro est annulus in hedera, quo proxima quæque comprehendit atque alligat: sed Plinio, est racemus hederæ in orbem circumactus. Corymbus primo appellatus est subrectio quædam et suggestus capillorum in Atticorum capite: quare derivat Vossius a κάρπα caput, unde et κάρπος galea.

40 *Conon]* Non dux ille celebris Atheniensium, sed nobilis Mathematicus, patria Samius, qui in gratiam Ptolemaei Energetæ Ægypti regis, co-mam Berenices ejus conjugis inter sidera finxit esse relatam: ut habeat Callimachus in epigr. quod a Catullo Latine redditum extat. Equalis et amicus fuit Archimedis: immo, ut opinatur Pomponius, etiam in Mathem. magister.

40 *Et quis fuit alter, &c.]* Oblitus pastor Mathematici alterius, seipsum interrogat; et non occurrente nomine, personam describit ab operibus, iis maxime quæ ad agrestem uiam pertinent: qualis est divisio temporum sationis et arationis. Alter autem ille, vel Aratus est, poëta Solensis, qui scripsit Graece *Phænomena*, sive motum situmque stellarum: quo quidem opere sic Romani delectati sunt, ut

**Descriptsit radio totum qui gentibus orbem;
Tempora quæ messor, quæ curvus arator haberet?
Necdum illis labra admovi, sed condita servo.**

Dam. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum est ansas amplexus acantho; 45
**Orpheaque in medio posuit sylvasque sequentes.
Necdum illis labra admovi, sed condita servo.
Si ad vitulam spectas, nihil est, quod pocula laudes.**

Men. Nunquam hodie effugies: veniam, quo cumque vocaris.

qui virga distinxit populis totum mundum, et tempora quæ essent apta messori, quæ curvo aratori? Neque adhuc illos calices attigi labiis, sed servo abditos. *Dam.* Miki quoque idem Alcimedon fabricavit duos calices, et circumambivit annas acantho flexili, et locavit in medio Orpheum et arbores sequentes. Neque adhuc illos attigi labiis, sed servo abditos. Si tamen ad juvencam respicias, non est cur extimes calices. *MEN.* Nullatenus hodie evitabis certamen, descendam ad quascumque condi-

42. *haberet arator duo Burm.*—43. *Nondum Goth. pr. hic et 47.*—46. *in medium Goth. pr. sequaces alter Rottend. quod illustrat Heins.; nam ponitur et ipsum pro sequentes.*—48. *spectas repositum Heins. e potioribus: idem jam Ald. pr. dererat; sed Nangerius et ceteri spectas; in compluribus etiam laudas. quo pocula laudas Menag. cur p. laudes Ven.*—49. *Non hodie Zalich. vocabis Goth.*

NOTE

illud Cicero adolescens, Claudius item, et Germanicus, Latinum reddiderint. Vel Hesiodus est poëta, ex Ascre Boëotiae oppidulo, qui inter alia scripsit *Opera et dies*, sive *Georgica*. Vel denique probabilius Archimedes, Cœnonis vel discipulus vel saltem amicus, celebris ante alios Mathematicus et bellicarum machinarum inventor: qui in expugnatione Syracusarum, ab ignoto Marcelli victoris milite interfactus est, cum figuræ in arena describeret.

41 *Radio]* Radius hic virga est, sive baculum mathematicus, quo variae cœli terrarumque partes assignantur, et figuræ in arena describuntur.

45 *Acantho]* Herba est acanthus longo latoque et flexuoso folio, *branche urine*: capitulis columnarum, in ordine Corinthio adhiberi solita ad ornatum: unde Romanis *Marmoraria dicta* est, auctore Fuschio.

46 *Orpheaque]* Orpheus Thrax, Apollinis et Calliopes filius: lyram a patre, aut a Mercurio acceptam ita suaviter impellebat, ut fluminum sistere cursus, et sylvas ferasque trahere dictus sit. Ejus cum Eurydice amores, protectionem ad inferos, et mortem lege Georg. iv. 454.

49 *Nunquam hodie effugies, &c.]* Deponerat juvencam: negaverat Menalcas se ob patris metum posse juvencam depônere, et pocula obtulerat: hærebat tamen in sponione juvence Dametas, si ad vitulam spectas, nihil est, &c. atque adeo videbatur certamen subterfugere, quod hac sponione admitti a Menalea non poterat. Ergo Menalcas, ne adversarius effugiat, admittit juvence conditionem, deposito, per spem victoriae, patris et novicæ metu. *Veniam, quo cumque vocaris.* Unde arbiter Palæmon, de præmio deinde judicium ferens, nul-

Audiat hæc tantum, vel qui venit, ecce, Palæmon. 50

Efficiam posthac, ne quenquam voce lacessas.

Dam. Quin age, siquid habes, in me mora non erit ulla;
Nec quenquam fugio: tantum, vicine Palæmon,
Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.

Pal. Dicite: quandoquidem in molli consedimus herba;
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos, 56
Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.
Incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.
Alternis dicetis; amant alterna Camcenæ.

Dam. Ab Jove principium, Musæ: Jovis omnia plena. 60

tiones me adduxeris. Tantummodo, idem ille qui venit, ea audiat. En Palæmon. Faciam ne deinceps ullum provokes canti. DAM. Ergo age, si habes aliquid, ego nullomodo morabor: neque recuso ullum judicem. Unum precor, o Palæmon mi vicine: id penitus deflige animo, rex est non levis. PAL. Canite, siquidem sedimus in tenero gramine: et nunc omnis arbor, nunc omnis campus parit: nunc nemora virecent: nunc annus pulcherrimus est. Incipe, o Damoeta; tu deinde succedes, o Menalca: canetis viciassim, viciassitudo placet Musis. DAM. A Jove ducamus initium, o

sec.—50. *Palat. et Reg. distinguunt post vel qui?* At vero: *Audiat hæc aliquis Ven. et Parrhas.; hic quoque vel quis.* Tandem Moret. quartus *Audiat—tpe P.*—55. in abest a nonnullis Pier, et Heins. *consedimus umbra Ven., perpetua librorum aberratione.* vid. Burn. conf. ad Tibull. II. 5, 95.—59. *alterni Menag. et ed. Ven., etiam hoc bene.*—60. *A Jove alii: sed solenni poëtarum*

NOTÆ

lam poculorum, sed juvencæ dumtaxat mentionem facit. Et vitula tu dignus, et hic.

50 *Audiat hæc tantum]* Adsumus hic uterque, adsunt pignora, deest tantum judex: audiat ille qui venit. *Vel qui venit?* Menalcas viso eminus pastore, nequid inspecto vultu, huic se subjicit arbitrio, quicumque tandem ille sit: inest quippe ea vis huic voci: *vel qui venit.* Mox agnito Palæmone, ipsum nomine compellat, et æmulum audacius alloquitur, *efficiam posthac ne, &c.*

59 *Camena*] *Museæ:* prius dictæ *Carmenæ*, et *Carmenæ:* ex Varr. *Radic, carmen, quod prius dictum est, carmen:* sicut *arbor, arena, janitor;* prius *arbæ, arena, janitor,* ex eodem

Varr. Alii scribunt *Camena*, et deducunt a *cantu ameno.*

60 *Ab Jove principium, Musæ]* Ex illo Theocriti 'Ex Διδούρχησθα, καὶ εἰς Διὰ λάγηρε μοῦσαι: a Jove incipiamus, et in Jovem desinante, o musæ!' Idyl. xvii.

1. Unde male quidam hic legunt *Museæ* in genitivo: Quasi esset, *Ab Jove principium Museæ*, id est, carminis. *Jovis omnia plena]* Tum quia Deorum ille princeps, et rerum omnium anima: tum quia Jovis nomen aëri tributum est, undique diffuso. Ge. II. 325. *Tum pater omnipotens facundis imbris aether Conjugis in extremum late descendit, et onus Magnus ait magno commixtus corpore fatus.*

60 *Museæ]* Jovis et Mnemosynes filiae novem, artium præsides: Cul-

Ille colit terras ; illi mea carmina curae.

Men. Et me Phœbus amat : Phœbo sua semper apud me
Munera sunt, lauri, et suave rubens hyacinthus.

Dam. Malo me Galatea petit, lasciva puella ;
Et fugit ad salices, et se cupit ante videri.

Men. At mihi sese offert ultro, meus ignis, Amyntas ;
Notior ut jam sit canibus non Delia nostris.

65

Muse : omnia plena sunt Jove : ille fecundat terras, ille curat meos versus. MEN. Phœbus quoque me amat : sunt semper apud me dona sacra Phœbo, lauri, et hyacinthus suaviter purpurascens. DAM. Galatea, jocosa puella, me serit malo, et fugit ad salices, et optat se videri a me priusquam fugiat. MEN. Amyntas vero, meus amor, se sponte exhibet mihi ; ita ut jam Delia ipsa non sit familiarior canibus meis.

usu alterum dicitur. v. Burm.—62. *At me tres Heins. nt 66. Et Menag. cum Goth. pr.*—65. Burmannus ad Anthol. lat. p. 37. rectius legi putabat : *sed se*

NOTÆ

liope, Clio, Erato, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Euterpe, Polymnia, Urania ; natae in Pieria regione Macedoniae : sedem habere dicuntur in Hellecone Bœotiae, et Parnasso Phocidis, montibus inter se vicinis.

62 *Phœbus*] Idem qui Apollo et Sol, Jovis et Latona filius, eodem partu cum Diana editus in insula Delo : medicinæ repertor : divinationis, musicæ, et poëseos Deus. Phœbus dictus, quasi *φῶς θεοῦ lumen vita*.

62 *Sua semper apud me Munera*] Sacra munera Phœbo, laurus et hyacinthus : de *lauro* quidem. Ecl. ii. 54. *Hyacinthus* flos ortus e vulnere pueri cognominis, qui Zephyro et Apollini cum placeret, et aliquando disco luderet cum Apolline, Zephyri invidia inter ludendum periit : disco, quem Apollo libraverat, in pueri caput maligne deflexo. Quis autem flos ille sit, queritur. Certe non is est, qui vulgo sic nominatur, cœruleus totus, et absque ullis literarum notis. Certissime is est, qui Græcis *ξύπειρος* vel *ξύπηρος* dicuntur, hoc est, *acutus* : Latinis autem, *gladiolus*, ob acutorum utrimque longorumque foliorum cum gladio similitudinem : Gallis vero, *glaius* ; et

communi Græcis, Latinis, Gallisque vocabulo, *Iris* ; vel ob colorum diversitatem ; vel deformato nomine a *ξύπειρος*. Hoc multis probat Salmasius in Solin. p. 1224. i. Ex Columella, l. ix. 4. *Cœlestis nominis hyacinthus*, non *numinis*, ut multi habent codices : quid porro cœlestis nomen, nisi *Iris*? ii. Ex Palladio, l. i. 37. *Hyacinthus*, qui *Iris*, vel *gladiolus*, dicitur. iii. Gladiolus habet in folio discurrentes lineas, que multa A, et multa I, confusa saltu exprimunt : at *hyacinthus*, *ai* non *Flos habet inscriptum*. Ovid. Met. x. 215. iv. Gladiolus magnitudine et specie accedit ad lilium : at *hyacinthus*, *formamque capit quam lilia, si non Purpureus color his, argenteus esset in illis*. Ovid. Met. x. 212. v. Gladiolus purpureus est ; unde et ferrugineus, et niger, et rubens, ut explicuimus, Ecl. ii. 18. Qui omnes colores tribuuntur *hyacintho* a poëtis. Reliqua infra v. 107.

67 *Delia*] Diana, Luna, venationis Dea, cuius in tutela canes : Latona filii : soror Phœbi, Delia dicta, ut ille Delius. Vel quod luce sua *omnia δηλα*, id est, *manifesta* faciunt. Vel ab insula Delo : quæ cum antea lateret,

Dam. Parta meæ Veneri stnt munera ; namque notavi
Ipse locum, aëriæ quo congessere palumbes.

Men. Quod potui, puero sylvestri ex arbore lecta 70
Aurea mala decem misi ; cras altera mittam.

Dam. O quoties, et quæ nobis Galatea locuta est !
Partem aliquam venti divum referatis ad aures.

Men. Quid prodest, quod me ipse animo non spernis,
Amynta,

Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo ? 75

Dam. Phyllida mitte mihi ; meus est natalis, Iolla :

DAM. *Dona jam parata sunt amica meæ : nam observavi ipse locum, in quo palumbes aëriæ nidificaverunt.* MEN. *Misi Amyntæ decem mala flava, electa ex arbore sylvestri : quod unum potui facere : cras mittam totidem alia.* DAM. *O quoties, et quæ verba mihi dixit Galatea ! O venti, ferte ad aures Deorum aliquam eorum partem.* MEN. *Quid prodest mihi, o Amynta, quod tu me non aspernaris animo ; si ego servio retia, dum tu apros insequeris ?* DAM. *O Iolla, mitte ad me*

cupit a. Idem malebat Drakenb. ad Liv. Epit. l. XLVIII.—68. *jamque Voss.*—69. *quo concessere conj.* Heins. *concedere* Jo. Schrader.—70. *Quot quatuor ; sed vulgatum tuerit Burn.* *Quæ potui Franc.*—73. *auras Menag.* et ed. Ven. 1472, ut Ecl. l. 57.—74. *ipso animo nonnulli codd.* et edd. *Amyntas* alii cum Goth. pr.—75. *Si, tu dum Goth. pr. r. cerno Ven.*—76. *meus et Mentel. pr.*

NOTE

aut juxta alios erraret mari, Latone locum ad partum quærenti subito emersit, et sese obtulit : unde in præminu affixa est uni loco, et conspicua deinceps ac stabili facta : dicta Delos, quasi *θῆσος manifesta*. Tamen hic *Delia* forte non Dea, sed Menalca famula, ex insula Delo : cui sane multo quam Dea convenit magis illa cum canibus familiaritas. De Amynta. Ecl. II. 35.

68 *Meæ Veneri*] Amatorum blanditiae : amicas Veneres vocant. Lucret. IV. 1178. *Nec Veneres nostras hoc fallit.* Mariti autem, uxores suas Jumentes ; uxores vicissim, maritos Joves appellant. Plaut. in Cas. II. 3. 14. *Eja, mea Juno, non decet te esse tam tristem tuo Jovi.*

69 *Aëria quo, &c.*] Palumbes, pi-geons ramiers : Veneri sacrae, cuius trahendo currui addicantur. *Aëria*] Vel quæ aërii sunt coloris, inquit Ser-

vius, et *licie* appellantur : vel potius, quia editis in arboribus nidificant. *Congessere*] Accumulavere festucas, floccos, alia id genus : quæ Plautus in Rud. III. 6. 51. *nidamenta* nuncupat.

73 *Divum referatis ad aures*] Vel quia inest his verbis tanta suavitas, ut beatissimos Deos beare possint ; vel ut Dii testes sint promissorum Galatæ.

74 *Quid prodest, quod, &c.*] Damætas ostendit antea gaudium suum de colloquii cum amica presente. Nunc Menalcas majori amoris testimonio dolorem suum testatur, primo de amici absentia : secundo de ejusdem periculo ; *sectari aplos* : tertio de sua securitate, *ego retia serro*. In quo sic hæret, ut Amyntæ amorem inutilem putet, nisi societatem pariat etiam periculorum.

76 *Phyllida, &c. Iolla, &c.*] Iollas paster, ab interjectione *io* *ha.* Iolla

Delph. et Var. Clas.

Virg.

E

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Men. Phyllida amo ante alias : nam me discedere flevit ;
Et, longum formose vale, vale, inquit, Iolla.

Dam. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbris, 80
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

Men. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.

Dam. Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam :

Phyllida, mens est dies natalis. Quando immolabo vitulam pro terra fructibus, tu ipse veni. *MEN.* O Iolla, diligó Phyllida præ alii, me enim abente ploravist, et dñs dixit : Vale, vale, o formose. *DAM.* Lupus funesta res est gregibus, phœnic segetibus maturis, venti arboribus : nobis ira Amaryllidis. *MEN.* Humor grata res est tenebris segetibus, arbutus hædis a lacte depulsis, salix flexilis gregi prægnanti : mihi solus Amyntas. *DAM.* Pollio diligit mea carmina, licet sint agrestia : o musa, nu-

~~~~~  
*Iolas conj.* Burm. At vid. Notam. De scriptura *Iolla* v. ad Ecl. II. 57.—77. *vitulam* Rom. et Medic. Pierii, Reg. et Voss. cum ed. Ven. Burmanni; etiam Non. Marcelli, in *facore*. Sed istud etiam Priscian. et Macrobi. Porro Alcuin. Gramm. vet. ipsa *venito* ; ac si *Iolla* scimiatæ nomen esset : male : v. Ecl. II. 57.—80. *imber* tres vetusti et Franc., quod Burm. præfert, cum omnes fere hujus versus voces in sibilum exeat. — 81. *Amaryllidos* unus Moret. pro var. lect.—84. *quamvis* est Heins. e Rom. suisque melioribus : quod decet poëtam. *Vul-*

#### NOTÆ

familia *Phyllis*, communis amica Da-  
metæ et Menalcæ : a φύλλον *folium*.

76 *Meus est natalis*] Natali in sa-  
crificio licebat voluptati indulgere :  
non item in ambarvali, quod pro terra  
frugibus Cereri offerebatur ; ter duc-  
ta circum agros, aut agna, aut vitula  
immolata. Unde puella invitatur ad  
natale, solus pastor ad ambarvale. De  
ambarvali G. I. 345.

77 *Cum faciam vitula*] Facere et  
operari sine addito, est *sacra facere*,  
*sacris operari*. Et *facere vitula*, est *sa-  
cra facere ex vitula*.

79 *Vale, inquit, Iolla*] Illa vox *Iolla*,  
non est Phyllidis ad *Iollam*, cui vale  
dicat ; sed Menalcæ ad *Iollam*. Ut  
enim Dametas compellaverat prius  
*Iollam* : *O Iolla, mitte mihi Phyllida*.  
Ita nunc Menalcas eundem compellat :  
*O Iolla, amo Phyllida, nam dixit mihi  
longum vale*.

81 *Amaryllidis iræ*] Cum videat  
Dametas Menalcam in amore Phylli-

dis rivalem sibi obstare, imo præferri ;  
ad alium amorem deflectit, et jam  
Amarylliidi dicit blanditiæ. De no-  
mine *Amaryllidis* Ecl. I. 31.

82 *Arbutus*] Arbor foliis lauro affi-  
nis, sed rariss, arboisier : in deliciis  
ejus umbra fuit apud antiquos. Ho-  
rat. Od. I. I. 1. 21. *Nunc ciridi mem-  
bra sub arbuto Stratus*. Fructus pro-  
fert instar cerasorum, aut fragorum,  
eum aliqua dulcedine asperos. Vo-  
cantur a Plinio *medones* ; quod, in-  
quit, plures edi non possint propter  
asperitatem : a Virgilio *arbuta*. G.  
I. 148. *Cum jam glandes, atque arbuta  
sacra Deficerent sylva*. Et G. II. 520.  
*Dant arbuta sylos*.

83 *Mihi solus Amyntas*] Ut ostendat  
Menalcas, quicquid a se de luctu  
Phyllidis, deque suo in eam amore  
dictum est, per jocum dictum esse,  
quo Dametam aliqua invidia stimula-  
ret : nunc ultra profitetur se prætes  
Amyntam, amare neminem.

**Pierides, vitulam lectori pascite vestro.** 85

**Men.** *Pollio et ipse facit nova carmina : pascite taurum,*  
*Jam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam.*

**Dam.** *Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet :*  
*Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.*

**Men.** *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi !* 90  
*Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos.*

**Dam.** *Qui legitis flores et humi nascentia fraga,*  
*Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.*

**Men.** *Parcite, oves, nimium procedere ; non bene ripæ*

*trite juvencam Polionis, qui vos legit.* **MEN.** *Ipsa etiam Pollio componit novos*  
*versus : nutrit illi taurum, qui jam cornibus ferat, et spargat arenam calcibus.* **DAM.** *Quisquis te diligit, o Pollio, perueniat ad ea, ad qua iacetatur te quoque per-*  
*venisse : illi mel fluat, et vespes rigidi producant amomum.* **MEN.** *Quisquis non*  
*odit Bavium, amet tuos versus, o Maevi ! idemque subliget jugo vulpes, et exprimat*  
*lac ex hircis.* **DAM.** *O pueri qui colligitis flores, et fraga nascentia humi, hinc fu-*  
*gite : serpens letalis occultus est sub gramine.* **MEN.** *O oves, abstinet longius ire,*

-----  
*go sit : nt pedestris ratio postulat. Alli et.—87. Idem versus Æn. ix. 620, et*  
*sane epicō poēta dignior. Qui e. Parrhas. Qui jam cornupetat Ven. cornum*  
*Rom.—88. qui te quoque ed. Ven. et Mediol. quo te quoque laudet conj. Burn.*  
*At v. Not.—89. fluant Mentel. pr. robus Leid. rubus aspera conj. Heins., sed*  
*vid. Burn.—90. Meni Ven. Maevi Rom.—91. mulgeat Rom. et duo tresve.—*  
*94. ante pr. Zulich. producere Rottend., ut pueros appetet; quod illustrat*

## NOTÆ

**85 Pierides]** Musæ novem, de qui-  
bus v. 60. Sic dictæ, vel a Piero  
Thessalite monte, ubi ex Jove et Mne-  
mosyne natae dicuntur : vel ex victo-  
ria, in Pieri Macedonis novem filias,  
relata; que Musas ausæ ad cantum  
provocare, et ab iisdem superaretæ, to-  
tidem in picas ab iis mutatae sunt.

**86 Pollio et ipse]** Quis fuerit, fuse  
habetur in argum. Ecl. iv. peruenit ad  
summam oratoria, historici, et poëta-  
laudem; ad consulatum anno u. c.  
714. ad triumphum anno 715. E qui-  
bus laudibus poëticam solam hoc loco  
ei tribuit aperte Virgilii: *Pollio et*  
*ipse facit nova carmina : ceteros hono-*  
*res, ut pastoritii modulis graviores,*  
*tantum innuit his vocibus : veniat quo*  
*te quoque gaudet : nempe ad consula-*  
*tum, et triumphum.*

**89 Mella fluant illi, &c.]** Vota sunt

ejus in gratiam, quicunque Pollionem  
amaverit.

**89 Amomum]** Parvus est frutex,  
magni inter aromata nominis, ex lig-  
nō sese convolvens in racemi modum :  
aureo colore, flore exiguo, ceu violæ  
albæ ; ligno subrufo et valde odorato :  
in Assyria, Armenia, Ponto, et Media  
optimum. Ita fere a Dioscoride de-  
scriptum. Plerique tamen ab ea de-  
scriptione dissentunt.

**90 Qui Bavium non odit, &c.]** Ba-  
vins et Maevis, poëtae peccimi, Vir-  
gilio pariter et Horatio infesti. Im-  
precatio est respondens e contrario  
votis Damætæ pro Pollio : si quis  
non odit Bavium, ita stultus fiat, ut  
et amet Maevium, et jugo supponat  
vulpea.

**94 Parcite oves, &c.]** Sensus est jux-  
ta Servium et Farnabium : O pueri,

Creditur : ipse aries etiam nunc vellera siccatur. 95

*Dam.* Tityre, pascentes a flumine reice capellas ;  
Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.

*Men.* Cogite oves, pueri ; si lac praeceperit aestus,  
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis. 99

*Dam.* Heu, heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo !  
Idem amor exitium pecori, pecorisque magistro.

*Men.* His certe neque amor causa est; vix ossibus haerent.  
Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

*non tuto fiditur ripa : ipse aries siccatur adhuc villos.* DAM. O Tityre, remore a  
*fervio pascentes capellas : ego parvabo eas omnes in fonte, cum erit opportunum.* MEN. O pueri, colligithe oves in ovile : si eis caloris corruperit lac, ut ante patuos dies :  
*incassum prememus mammas manibus.* DAM. Heu ! Heu ! quam macilentes habeo  
taurus in fertili agro : idem amor perdit gregem, et dominum gregis. MEN. Non  
certe amor id importat his ovibus meis : tamen vix stant ossibus. Neactio quis

\*\*\*\*\*

Burm. nam bene ed. Dan. Heins., vitiouse.—95. etiam sua Menag.—96. perceperit Ven. et Parrhas. astas Rom.—99. pressabimus Zulich. pulsabimus Moret.—100. Heu ! Heu ! Burm. ex nonnullis. conf. ad Ecl. II. 58. in ervo ab Heins. reductum et firmatum e libris permultis, et Plinii ac Columellæ auctoritate ; vulgo ervo, quod Manutius invexisse videtur ; nam Ald. recte ervo. Tuentur ervo Rom. Longob. et alii.—101. Ante Burm. est ante pecori : in Codd. modo post pecori, modo post magistro ; itaque Burm. sustulit ; a Goth. utroque abest.—102. Elegans Heinsii et jam Stephani conjectura est : *Hi certe (neque amor causa est) vix ossibus haerent;* eamque recepero Cuningh. et Brunck. Gulielm. eodem modo dispungetab, ut tamen *his ossibus* retineret. Moreti quartus omittit est.—103. oculis Marins Victorin. Pro agnos habet

#### NOTÆ

cavete ne oves longius procedant :  
quod durius et absque exemplo est.  
Nostra interpretatio, tum inititur exemplis, est enim apud Catull. in Argon. 146. *Nil metuntur jurare, nihil promittere parcant :* tum conformis est Theocritæ exemplo Idyl. V. 100.  
*Ἄλλ' ἀπὸ τῶν κοτίων, ταὶ μηδέδεις ἄδε νύμφες, &c.* dicendite ab oleastro, capella : hic pacide.

94 *Nom bene ripa Creditur]* Quia periculum est, ne, vel oves lapsæ in profluente rapiantur ; vel ripa ipsa, fluctuata allapsu subtus exesa, ruinam faciat.

95 *Reice capellas]* Est hic primo syncope, *re-ice* in *re-ice*; tum contrac-  
tio gemina vocalis brevis in diph-  
thongum longum : *re-ice* in *reice*. Sic

*cicit pro ejicit, apud Lucret. III. 891.*  
*Ne radicibus e vita se tollit et cicit.*

96 *Si lac præceperit aestus]* Vel ex-  
siccaverit ; vel ita corruperit, ut va-  
nescat, et nimis liquecat.

100 *In ervo]* Alii legunt in *ervō*.

101 *Pecorisque magistro]* Dameæ  
mercenario pecoris custodi, qui dum  
amat Phyllida, Galateam, Amarylli-  
da ; videtur pecus e tam multiplici  
magistri sollicitudine maciem contra-  
here.

103 *Oculus mihi fascinat agnos]* Fas-  
cinans species incantationis : sic dic-  
tum. I. Vel a fascia, sive licii et  
filis, quibus ad illigandos et incanta-  
dos homines magicis in sacris uteban-  
tur, de quo more Ecl. VIII. 74. II. Vel  
a fando, ut vult Festus : quia verba,

*Dam.* Dic, quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,  
Tres pateat coeli spatium non amplius ulnas. 105

*Men.* Dic, quibus in terris inscripti nomina regum  
Nascantur flores; et Phyllida solus habeto.

*oculus corruptus mihi juniores agnos.* *DAM.* *Dic qua in regione caeli spatium apertum sit ulnis non plusquam tribus, et eris mihi magnus vates.* *MEN.* *Dic qua in regione orientalis flores notati regum nominibus, et possidebis solus Phyllida.*

-----  
*hados* Goth. pr.—105. *ulnis* Ven. et ed. Ven. *ullas* Rom.—107. *Nascantur*

## NOTÆ

ac præsertim laudatione immoda, perficiebatur: de qua specie Ecl. VII. 27. III. Vel, ut probat Vossius in Etym. a *Baσταλεν* invidere: quod est, quasi φέρει καλύψει oculis occidere, quia oculorum intuitu præcipue fit fascinatio: cum scilicet maligni spiritus, ex invido aut male affecto pectorre emissi per oculos, aërem circumsum inficiant; idemque sic infectus aér eos inficit, in quos, vel ore, vel oculis, vel naribus commeat. Ita fere Heliod. *Æthiop.* I. III. Junioribus vero, utpote teneriori naturæ, sæpius fascinum adhærescit.

104 *Dic, quibus in terris, &c.]* Uterque, quasi de victoria desperans, ad senigmata configit.

*Apollo]* Vatum Deus, de quo supra v. 62. Cur sic appelletur, docet Macrob. Saturn. I. 17. I. Quia radios ἀεὶ τάλας, id est, *semper vibrat*. II. Quia radiorum vi morbos frequenter excitat, quibus mortales ἀπολλύει, id est, *enecat*. III. Quia caloris benignitate morbos omnes ἀπελάνει, id est, *fugat*. IV. Quia ἀνατολεῖ, id est, *inter utrumque mundi polum vertitur*. V. Quia unus est, non multiplex: idem enim aliquando est atque Sol. Ab a privativo, et πολλοὶ multi.

105 *Tres pateat, &c.]* Ænigma difficile, in quo Virgilium crucem fixisse Grammaticis, refert Servius ex Asconio, qui hoc ipsum e Virgilio audisse

se professus est. Servius interpretatur. I. De Cœlio quodam Mantuanus: qui dilapidato patrimonio sepulcrum sibi duntaxat trium ulnarum, seu pedum sex, reservaverat: idque mire, placet Salmasio in Solin. p. 1222. II. De Syene urbe in confinio Ægypti et Æthiopie, sub tropico Cancri: quem locum ita recto lumine soi irradiare putabatur, medio solstictii die; ut ne altissimo quidem in puto, eam in rem a philosophis effuso, umbram ullam efficeret. III. Alii de Ajacis clypeo, qui cœli figuram præferebat, eratque trium ulnarum, id est, trium cubitorum: sic enim aliquando ulna sumitur, ut ostendit Vossius in Etym. IV. Alii de specu in Sicilia, ubi rapta fertur a Plutone Proserpina. V. Ciacconius et Cerdanus de fossa quadam Romæ in conflito facta more Etruscorum: quæ mandus dicebatur, et toto anno clandi solita, patebat certis duntaxat diebus tribus: hi autem *cœtem* pro mundo accipiunt, ulnas tres, pro diebus tribus. VI. Pomponius de Cœlio quodam, cuius statura trium duntaxat esset cubitorum. VII. Alciatus de clibanio, cuius ostium ad ulnas tres apertum sit. VIII. Alii de quolibet puto: in quem qui descenderit, spatium cœli tantum conspiciat, quantum puto latitudo permisserit. Elige.

107 *Nascantur flores, &c.]* Cerdanus

- Pal.* Non nostrum inter vos tantas componere lites :  
 \*Et vitula tu dignus, et hic ; et quisquis amores\*  
 \*Aut metuet dulces, aut experietur amaros.\* 110  
 Claudite jam rivos, pueri : sat prata biberant.

*PAL.* Non meum est dirimere tantam contentionem inter vos. Tu mereris vitulam, et hic quoque : et quicumque aut diffidet amoribus prosperis, aut experietur tristes. Nunc odstruite rivos, o juvenes : prata satis irrigata sunt.

\*\*\*\*\*

multi et Pier. et Burm. Sed est paulo ante pateat.—108. *Non vestrum inter nos Parrhas.* *inter nos Voss.* pr.—109. *dignus es,* et Goth. pr.—110. *metuat et experietur Ven.* *metuat et experietur Leid.* duo cum Goth. sec. *metuat et experietur Moret.* quartus. Ebertus V. C. conj. *et quisquis amaros—amores.* Non dum me pœnitet eorum, quæ ante hos xx annos in Notis moxque in Addendis To. IV. p. 215 adscriperam : ne dom, et si discendi valde cupidus, vidi ullam rationem aut grammaticæ aut sententie satis consentaneam, qua scabri hi versus defendi possint. Nam que tandem hæc est sententia : *Et vitula tu dignus et hic, et quisquis* ; ut eterque vitula remunerandus sit (atqui alter poculum ferre debebat) ; multo minus ferri potest, ut et tertius aliquis vitulam ferat, et omnes alii præmium idem ferant, qui, etc. Sin sententiam ab antecedentibus sejunctam facias, ut sit : *Et vel At quisquis amores Aut metuet—aut experietur,* prima sententia est contorta, obscura, et, si expeditam dederis, a loco aliena ; quorū enim repente amores? de cantu agebatur ; præmium debebatur ei, qui canto superior esset ; nunc autem ambo cantu erant pares, non amore felices aut infelices ; tum vero grammaticæ adversatnr hoc, ut quisquis sit unusquisque. Nam quisquis relativam vim habet, nec absolute ponit potest ; nisi addito aut subintellecto verbo : *quisquis ille fuerit, quicquid illud est :* multo minus quisquis de duobus pro sterque dictum esse potest. Mihi itaque satis liquere videtur, duo hos versus esse fœtum Grammatici, qui supplere volebat sententiam breviter a poeta enuntiatam : *Non nostrum inter vos tantas componere lites.* Forte plures interpolationis auctores fuere. Adscriperat prior : *Et vitula tu dignus et hic poculo.* Casu appinxerat aliis versum paræneticum in margine : *Aut metuet dulces aut experietur amores.* Fuit librarius, qui utrumque versum male consarcinatum intexeret.

#### NOTÆ

explicat de argenteo nummo qui extat, cuius altera pars Augusti effigiem cum his verbis : *Augustus Caesar* ; altera florem præfert, cum hoc elogio *Lucius Aquilius Florus triumvir.* Sed non advertit vir doctissimus, Augusti cognomen Octaviano non tributum esse nisi anno u. c. 727. Virgilii 43. Octavio VII. et Agrippa III. Coss. ut habet Censorinus. Edita antem sunt Bucolica, anno Virgilii circiter 32. Igitur ad vulgarem et pastoralem sensum configio, qui est de hyacintho flore, in quem Hyacinthus primum, Phœbo dilectus puer ; tum

Ajax Græcorum post Achillem fortissimus, mutati sunt. Videntur enim in illo scriptæ quodammodo literæ, *au*, quæ prime sunt in Ajace ; et, si retrorsum legantur, primæ etiam aliquo modo in Hyacintho, si, ut vult Nannius, per *j.* non per *y.* scribatur, contra communem Græciæ totius fidem. Atque illa difficultas Hyacinthi nominis Ovidium movit, ut floril illius literas ad Ajacis quidem nomen referret ; ad Apollinis vero gemitus, mortem Hyacinthi deplorant. Quippe *au* gemitus notat, unde est *alidæ gemitus*. Ita Met. X. 215. *Ipsæ suæ gemitus*

*follio inscripsit, et ai ai Flis habet inscriptum.* Tum. l. XIII. 397. *Litera communis metris, puerisque, viroque, Inscripta est folia;* *hac nominis, illa querelæ.* *Ajax porro et Hyacinthus, non reges,* *sed regum filii fuere:* *Ajax quidem Telamonis, Hyacinthus Amyclarum regis.* Reges tamen vocat Virgilius, eo more, quo Laviniam et Ariadnen reginas alibi vocavit.

109 *Et quisq[ue] amores, aut, &c.]* Non uni digni estis vitula pro præmio, sed etiam quicunque vobis similes ita

belle expriment affectus amantum: sive ejus qui felix in amore felicitati sua diffidit, qualis Menalcas: *Dules sati humor, &c.* Quid prodest, si me ipse, &c. sive ejus qui amaritatem in amore experitur, qualis Dametas: *Triste lupus stabulis, &c. nobis Amarylli dis ira.*

111 *Claudite jam, &c.]* Allegoria est. Jam cantare desinite: satis enim aurea nostræ cantu vestro delectatæ sunt, quemadmodum aquarum humore prata reficiuntur.

## ECLOGA IV.

POLLIO.

### ARGUMENTUM.

CONFECTO bello Perusino, de quo dictum est in argum. Ecl. 1. M. Antonius multis de causis infensus Octaviano, cum ingenti exercitu venerat in Italiam. Reconciliati tamen circa Brundusium: administris L. Cocceio communi amico; et ex parte Octaviani, Mæcenate; ex parte Antonii, Asinio Polione, tum consule: ambo cum ovationis honore Romam ingressi sunt. Sed paucis post diebus: cum Sext. Pompeius, Magni filius, occupata Sicilia commatum intercluderet; ideoque Roma fame premeretur: Octavianus et Antonius, lapidibus palam appetiti a populo, coacti sunt pacem cum Sext. Pompeio componere. Pax composita ad Puteolos. Sublato igitur famis metu, cibariis in urbem confluentibus, civilibus bellis tanto post tempore extinctis, quædam aureæ species ætatis affulsit. Hæc autem omnia cum accidissent sub extremum Pollionis consulatum, et ipso Polione administro, cui tunc temporis filius natus erat: huic Pollionis filio genethliacon Virgilius cecinit; ejusdemque, et temporum illorum in laudem de-

torsit, quicquid in Cumanæ Sibyllæ libris, de Christi ortu, ejusque matre atque aetate legerat.

Scripta est anno Virgilii 31. ineunte: U. C. 714. exeunte: sub ipsum pacis Puteolanæ tempus: Coss. Domitio Calvino, et Asinio Polione: paulo ante quam hi consules magistratum abdicarent; quod more illorum temporum fecerunt, ad paucos qui supererant ex illo anno dies: in gratiam L. Cornelii Balbi Gaditani, et P. Canidii, qui consules in annum reliquum appellati sunt.

## NOTÆ

**POLLIO]** C. Asinius Pollio, a Julio Cæsare, paulo ante cædem, Hispaniæ ulteriori praefectus; post ejus cædem amicissimus fuit M. Antonio, ut ipse profitteret suis in epistolis, quæ extant apud Ciceronem. l. x. *Famil.* In ejusdem Antonii partes cum duabus legionibus transiit, paulo ante triumviratum. Triumviratu instituto, et triumviris urbanos magistratus in quinquennium assignantibus: ipse in an. u. c. 714. Consul destinatus est: adiutante, ut credibile est, amico Antonio. Quo eodem tempore Fescenninis versibus ab Octaviano laceratus dicitur. *Macrob. Saturn.* 11. 4. Ei tunc in Gallia Cisalpina versanti videtur Virgilius innotuisse, et per eum commendatus esse Mæcenati: ut aditum haberet ad Octavianum, qui agrorum dividendorum in suos et Antonianos militare negotium unus in se susceperebat. Orto deinde Perusino bello: L. Antonio, Marci fratri, suppetias tulit Pollio contra Octavianum. *Appian. l. v. Civil.* Sed victo Lucio, ipse tum Consul, diu retenta in potestate Marci Venetia, ejus in partes Domitium Ænobarbum ejusque classem allexit. *Velleius lib. II.* Consecuta est pax Puteolana: statimque in Parthinos, Illyricam gentem, et Bruti olim Cassiique studiosissimam, auspiciis M. Antonii expeditionem duxit: triumphavitque anno sequente

715. Reliquam statem traduxit in Italia, et licet post exercitum amore Cleopatræ Antonii animum, partibus ejus nunquam se miscerit: ad bellum tamen Actiacum proficii noluit cum Octaviano, propter notiora in se Antonii beneficia, ait *Velleius l. II.* Historiam scripsit bellorum civilium, item tragedias: accusavit juvenis Catonem orator egregius, sed Ciceronis eloquentiae infestissimus. *Quintil. l. VIII. l. et l. x. 12.* fortasse ob memoriam M. Antonii, quem ille Philippicus laceraverat. Vixit ferme ad extremum Augusti principatum, et an. u. c. 757. obiit octogenarius, ut colligitur ex *Eusebii Chron.*

Filium habuit nullum, *Saloninum* nomine, sed nepotem: qui certe, cum edita est haec Ecloga, nondum ortus erat; quippe qui annis, post editam hanc Eclogam, 60. juvenis obiit, Tiberio progener destinatus, inquit Tacit. *Annal. II. 75.*

Filius autem Pollionis dictus est C. Asinius Gallus, non *Saloninus*; diris deinde suppliciis a Tiberio Cæsare necatus anno u. c. 789. Ille igitur Pollionis *Saloninus*, qui a Servio dicitur inter ipsa primordia periisse; aut Servii commentum est, aut certe tunc, cum scripta est Ecloga, *Saloninus* dici non potuit: cum *Salone* a Pollione non captæ sint nisi anno editionem Eclogæ consequente. Vide Ecl. viii. 12.

**SICELIDES** Musæ, paulo majora canamus;  
Non omnes arbusta juvant humilesque myricæ:  
Si canimus sylvas, sylvæ sint consule dignæ.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas;  
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.

5

O Musæ Siculae, canticus paulo grandiora: arbores et parva myrica non placent omnibus. Si canamus sylvas, sylva deceat consulem. Nunc attigimus extremum sacerdotum vaticinii Cumæa Sibyllæ! Magna series temporum oritur de

1. *Sicelides* passim codd. Pier. et Burm. Verum est Σικελίς, Σικελίδες ex Σικελο. — 2. *humilesque genetæ* Pierii Medic. μύρικα, μύρικας Theocritus; at Homer. Il. I. 467 medium corripit: μύρικας τ' ἐριθέλας δέους. — 3. *sunt* Goth. sec. cum al., et sic Pierius in plerisque esse ait. — 4. *Cumæi* plerique ap. Pier. tem-

## NOTÆ

1 *Sicelides*] A Graeco nomine Σικελίς: a Latino enim *Sicilia*, esset *Sicelides*: absone vox, propter exiguitatem literæ i sepius repetitæ. Eas invocat Musas, quia Theocritus Siculus, ex urbe Syracusis, bucolicorum princeps fuit. Unde et *Syraconium terræ* dicit, pro *bucolico* Ecl. vi. 1. et *Aretium Siciliae* fontem invocat Ecl. x. 1.

2 *Myrica*] Myrica, frutex humilis: hanc alii Tamaricen vocant; alii Bruyam sylvestrem, *de la Bruyère*. De arbustis Ecl. i. 40.

3 *Sylvas*] Per *sylvas* hic, et per *sylvestrem musam* Ecl. i. 2. bucolicae pastoritæ carmina intelligit. Cælius Rhodig. auctor est tamen, per *sylvas consule dignæ*, allusum ad sylvarum curam: quæ minima erat prævisiarum illarum, quæ consuli e magistratu abeundi mandabantur. Unde apud Suetonium legimus, optimates ex invidia conatos esse, ut ea Jul. Cæsari provincia committeretur, quasi minimi negotii; hunc vero contra perfecisse, ut sibi Gallia daretur.

4 *Ultima*] Vel *postrema* est; vel *prima*, et ab ætate nostra remotissima: utroque enim sensu dicitur *ultimum*. Hæc autem ætas, de qua hic Virgilius, *postrema* dici potest: quod

eam Sibylla quasi quinto loco constituerit, post alias quatuor per metalla designatas, auream, argenteam, æream, et ferream. *Prima* vero dici etiam potest: quod hæc eadem instauratio sit primæ ætatis aureæ, et eadem veluti ætas rediviva.

4 *Cumæi carminis*] Sibyllini. *Cumæam* vero Sibyllam aliqui distinguunt a Cumana, ut altera Italica, altera Æolica sit. *Cumæe* enim duæ per celebres, inter urbes alias ejusdem nominis: aliae in Ælide Asiae; aliae in Campania Italiæ. Utrumque tamen nomen confundi debet. De Sibyllarum nomine, numero, auctoritate, dicimus *Æn.* vi. 36. De *Cunis*, *Æn.* vi. 2.

5 *Magnus ab integro, &c.*] *Sæclorum pro sæculorum*. *Sæculum* vulgo centum annorum spatium est; hic *ætas et tempus* indefinite. *Magnus sæclorum ordo*, et postea *magni menses* explicantur a plerisque de magno anno Platonico, qui ex Cicerone II. de Nat. Deor. tum efficitur, cum Solis, et Lunæ, et quinque errantium, ad eandem inter se comparationem *confectis omnium spatiis est facta conversio*; id est, redditus ad eundem situm, unde primo cursum incepit. Quo tempore *quidam volent*, inquit Clavius in c. I. sphæræ, tunc omnia

Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna;  
 Jam nova progenies cœlo demittitur alto.  
 Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum  
 Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,  
 Casta fave Lucina: tuus jam regnat Apollo.

10

*novo. Nunc Astræa revertitur, regnum Saturni revertitur: nunc novum genus hominum mittitur e summo cœlo. Tu tandem, o pudica Diana! adiis nascenti puero: sub quo ferrea ætas primum finietur, et aurea per totum orbem orietur: tuus frater Apollo jam imperat. Porro sub tuo consulatu, o Pollio, gloria illa ætatum*

*poris Menag. jam venit Leid.—7. dimittiuit ali sp. Burma, solita variatione.—9. et*

## NOTE

quæcumque in mundo sunt, eodem ordine esse redditura, quo nunc cernantur. Ad-dunt autem fabulosi hujus anni au-tores, hunc spatio contineri 49,000. annorum: alii tantum 23,760. alii etiam plurim. Quicquid sit, de hoc anno Virgilium loqui vix putem: ma-limque *magnum* hic, esse *illustrem*: quomodo heroes Alexander, Pompeius, magni dicti sunt. Multa tamen erudite docet Jos. Scaliger de magno anno, magnisque mensibus Chaldaicis, que huic loco convénire possunt. In Canon. Isagog. p. 252.

6 *Virgo*] Astræa, seu Justitia, Jovi et Themidis filia: quæ finito auro seculo, quo Dii cum hominibus habi-taverant, Diis propter hominum ini-quitatem abeuntibus, terram quoque reliquit, sed omnium ultima.

*Saturnia regna*] Felicissima, au-reæ, qualia fuerunt Saturno imperante: sub Jovis enim ejus filii impe-ri, deflexerunt omnia in pejus. Georg. I. 125. *Saturnus*, Cœli et Vestæ filius a Titane fratre ob regni contentio-nem carcere inclusus, a Jove filio li-beratus: deinde ab eodem Jove, cui struebat insidias, regno pulsus: in Italianam aufugit ad Janum regem. Unde regio in qua latuerat, *Latianum* dicta. Hæc omnia fabulis poëtarum corrupta sunt.

8 *Tu modo nascenti puero*] Quasi dicat: novum genus hominum orietur,

dummodo Lucina faveat huic puero nascenti: qui princeps illius novi generis, id est, primus esse debet.

10 *Lucina*] Dea certe fuit partui præsidens: dicta sic, a face, quam infantibus dabat. Quænam vero fuerit, ambigitur. Alii Junonem fuisse col-ligunt ex hac solenni parentium for-mula: *Juno Lucina, fer opem*. Alii Dianam, e plurimis poëtarum locis. Alii distinctum ab utraque nomen, ex hymno in Apoll. apud Homerum: ubi Lucina dicitur a Junone impedita, quominus Latona, Diana matri par-turienti opem ferret. Virgilius ad-hæret secundæ opinioni: cum eam Apollinis sororem hic dicat: *tuus jam regnat Apollo*: id est, *tuus frater*.

*Apollo*] Multi de Octaviano in-terpretantur: nt et Lucinam de Oc-tavia ejus sorore: quæ, et multum apud fratrem poterat; et pudicitiae laude insignis fuit; et mortuo priore conjuge Marcello, hoc ipso tempore vinculum fuit pacis illius, que hac Elogia celebratur: ab Octaviano con-jux Antonio tradita. Cur autem Oc-tavianus Apollo dicitur? An quod in cœna quadam convivis duodecim Deorum habita discombentibus, ipse Apollinem repræsentaverit? Certe Antonius deinceps id ei quasi impie factum objecit: videturque cœna illa cadere in hoc ipsum tempus, ut ex Suetonio colligitur. Melius tamen

Teque adeo decus hoc ævi, te consule, inibit,  
Pollio; et incipient magni procedere menses.  
Te duce, si qua manent, sceleris vestigia nostri  
Irrita perpetua solvent formidine terras.  
Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit  
Permixtos heroas, et ipse videbitur illis;  
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

15

*inchoabitur, et magni menses incipient currere. Te auctore, si aliquæ nocti crisi-  
nis reliquæ supererint, tunc delecte liberabunt mundum extero metu. Ipse puer  
particeps erit vita divine, et videbit heroas sociatos Diis, et ipse videbitur ab illis,  
et gubernabit mundum pacatum patris virtute. Terra autem ubique sine cultura*

Menag. at Goth. sec.—13. primi vel nostri Kölér. ms.—14. *panas* Ven.—  
15. *dicoesque* Rottend.—17. *patriis* Mentel. pr. et in vetustissimis aliquot

## NOTÆ

Virgilium hic explicandum puto de  
Lucina ipsa, quæ ad pueri ortum in-  
vitatur: deque ipso Apolline, qui  
regnare dicitar ac triumphare, quia  
jam constat veritas vaticiniornm, quæ  
per Sibyllam suam ediderat, de redditu  
aestatis aureæ.

11 *Inibit*] Incipiet, orietur. Sic  
fuerante anno, id est, *incipiente*, dicitur  
absolute.

12 *Magni menses*] Quintilis et Sex-  
tilis, aiunt Servius et Pomponius.  
*Magni* ideo, quia *Julius* et *Augustus*,  
ex Imperatorum nominibus appellati sunt. Male. Licet enim hoc de  
Julio verum sit, de Augusto mense  
tamen falsum: cui nomen illud, non  
ante mortuam Cleopatram, et tres  
Octavianii triumphos, a senatu tri-  
butum est: immo non ante an. u. c.  
727. *Magni ergo menses* dicendi, quo-  
modo supra *magnus ordo sæclorum*. v. 5.

13 *Sceleris vestigia nostri*] Scelus  
illud: vel sunt perjuria Trojanorum,  
quibus omnes posteriorum Romanorum  
calamitates tribuuntur. Georg. i. 501.  
Jampridem sanguine nostro *Laomedontea*  
*huius peruria Trojæ*. Vel bella ci-  
vilia Cæsaris et Pompeii. Vel cœdes

ipsa Cæsaris, spectante senatu pa-  
trata: cuius in panam atrocissima  
bella Octavianii principatus initium  
infestarunt.

15 *Ille Deum vitam, &c.*] Alludit ad  
auream ætatem, qua Dii cum homi-  
nibus familiariter degebant: innu-  
itque puerum in eadem, qua pater est,  
futurum quoque gratia apud Trium-  
viros et alios deiude reipublicæ ad-  
ministratores: quos per adulatioñem  
Deos vocat, ut Octavianum vocaverat.  
Ecl. i. v. 6.

17 *Pacatumque reget patriis, &c.*] Addit endem puern rectorem or-  
bis, id est, consulem futurum. Sic  
enim loqui tunc adhuc potuit poëta,  
nondum scilicet extincta republika:  
immo spe tum vigente maxima resti-  
tuendæ mox a Triumviris antiquæ  
libertatis, ut ex Appiano constat.  
*Patriis virtutibus*] Vei refertur ad  
reget: Reget orbem, usu et exemplo  
virtutum omnium patriarcharum, id est,  
Romanarum. Vei refertur ad *pac-  
atum*: Reget orbem, pacatum virtute  
atque industria Pollionis patria: qui  
cum Mæcenate minister fuit pacis,  
inter Octavianum et M. Antonium.

At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,  
 Errantes hederas passim cum baccare, tellus,  
 Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho. 20  
 Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ  
 Ubera; nec magnos metuent armenta leones;  
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.  
 Occidet et serpens, et fallax herba veneni  
 Occidet; Assyrium vulgo nasctetur amomum. 25  
 At, simul heroum laudes et facta parentis  
 Jam legere, et quæ sit poteris cognoscere virtus;  
 Molli paullatim flavescent campus arista,  
 Incultisque rubens pendebit sentibus uva;  
 Et duræ quercus sudabunt roscida mella. 30

*producet tibi parva munera, o puer! nempe vagas hederas passim cum baccare et colocasia mixta grato acantho. Ipsæ capræ reportabant in stabulum mammæ lacte tumentes, nec greges timebunt magnos leones: ipsæ cuna proferent tibi jucundos flores: angues quoque morientur, et morientur plantæ venenata, quæ colligentem decipiunt: amomum Syriacum orientur ubique. Sed statim atque poteris jam legere laudes herorum, et gesta tui patris, ac percipere quid sit virtus; tunc agri sensim flavescent spicis maturis, et racemi rubentes pendebant e rubis agrestibus, et durae quercus stillabant mel instar roris. Tamen latebant nonnullæ reliquæ malitia*

Pierii.—18. *At tibi Rom. primo Parrhas.*—20. *fundat ap. Macrob. Sat. vi. 6. fundat Gud. a m. pr., et mox referant. fundat Schol. Horat. ii. Carm. 6.*—22. *metuent Mentel. et Menag.*—25. *Assyrium et v. Pierii Longobard. Versus deerat Leid.*—26. *Ac multi. Et unus qu. Moret. facta parentum fragm. Moret. et Gud. a sec. manu, et Rom. Pierii.*—27. *et poteris, quæ sit unus Heins.*—28. *flavescit Gud. a m. pr. Rottend. tert. et qu. Moret.*—30. *Edere*

## NOTÆ

19 *Hederas passim cum baccare]* *Bac-*  
*car, herba est radicis odoratæ, quæ*  
*vim ad fascinationem depellendam*  
*habere putabatur. Nomine Gallico*  
*caret: quibusdam videtur esse, nar-*  
*dus rustica; quibusdam vero, digitalis;*  
*gand de Notre-Dame. Despauterio*  
*feminini generis: at vero, ut probat*  
*exemplis veterum Vossius, semper*  
*neutrius: hoc baccar. Hederam pueru*  
*promittit, ut futuro poëtæ, quemad-*  
*modum Ecl. vii. 25. Pastores heder*  
*crecentem ornate poëtam; baccar, ut*  
*puero formoso, qui proinde fascina-*  
*tioni invidentium magis obnoxius sit,*  
*quemadmodum ibid. 27. Buccare fron-*

*tem Cingite, ne vati noceat mala lingua*  
*futuro.*

20 *Colocasia fundet acantho]* *Coloca-*  
*sium, ii, vel colocasia, ♂, faba est*  
*Ægyptia: cuius radix et caulis, ad*  
*cibum; flos ad coronas adhibebatur.*  
*De acanto Ecl. iii. 45.*

24 *Fallax herba veneni]* *Generatim*  
*ommem herbam intelligit latenterioris*  
*veneni. De Amomo Ecl. iii. 89.*

26 *At simul heroum, &c.]* *Prosecu-*  
*tus puerilæ ludos, nunc tria studia*  
*adolescentiæ enumerat. i. Poësim,*  
*heroum laudes. ii. Historiam, facta*  
*parentis, quæ vide in arg. iii. Philosophiam,*  
*et quæ sit poteris cognoscere vir-*

Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,  
Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris  
Oppida, quæ jubeant telluri infindere sulcos.  
Alter erit tum Tiphys, et altera quæ vehat Argo.  
Delectos heroas; erunt etiam altera bella;  
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

35

*veteris: quæ cogant adire navibus mare, et claudere urbes manibus, et seducere terram. Tunc erit alter Tiphys, et altera Argo, quæ portet electos duces: erunt quoque bella alia, et ingens Achilles rursus ibit adversus Trojam. Deinde postquam*

*conj. Vossius, ut Ge. rv. 145. rosida et hic scribitur in bimis, ut alibi.—32. Thetis duo ap. Heins.—33. infundere tres, aberratione solita. tellure Rottend. tertiem infundere sulco Rom. unus. sulcis Vatic. oblong., quod et ipsum bene se haberet.—34. Argos duo, male; mox duo Achilles.—37. Hic Parrhas.*

## NOTÆ

tus. Deinde ad virilis ætatis laudes ascendit. *Hinc ubi jam firmata, &c.*

31 *Pauca tamen, &c.]* Gradus quosdam ponit ætatis aureæ, simul cum pueri ætate procedentis: ita ut in ipsius ortu reflorescere natura videatur, *fudent cunabula flores:* in ejus adolescentia fructus ferre, *aristas, vos, mella;* cum aliquibns tamen priscae fraudis, et ætatis ferreæ vestigia: firmata denique ejus in ætate, quasi plena pace gaudere, bellis et laboribus extinctis, *omnis foret omnia tellus.* Quod exprimit abundantiam rerum omnium, qua gaudebat Roma post pacem Puteolanam.

32 *Thetim] Est et Thetis, Graece Θέτις, genitivo Thetidis, prima breve. Et θῆθος Tethys, genitivo Tethyos, prima longa. Ista Tethys, uxor Oceanii, sive Neptuni, Nympharum marinorum mater. Hac vero Thetis Nerei et Doridis filia, quam cum amaret Jupiter, uxoremque ducere decrevisset; monitus est a Prometheo sic esse in fatis, ut qui ex eanaseretur, patre major eset futurus: quo auditio Jupiter ab ejus nuptiis abstinuit. Hanc itaque duxit Peleus, Æaci filius, ex eaque Achillem suscepit.*

34 *Tiphys]* Gubernator navis quæ dicta est Argo. *Argo]* navis, sive prima juxta fabulas, sive apparatu et mole maxima omnium, quæ prius in usu fuerant: constructa ad expeditionem Colchicam, ex pinis Pelii, montis in Thessalia: inserto e querubus Dodoneæ sylvæ malo, qui oracula reddebat. Nomen, vel ab architecto, quem *Argum* nominat Valer. Flaccus; Vel ab *Argitis*, id est, Graecia ducibus, quos vehebat: ut ait Eanius apud Cic. i. Tuscul. Vel a celeritate: ἀργός enim velox est. Inventrix ejus Minerva. Locus fabricationis, *Pagææ*, promontorium et oppidum Thessaliam, non procul a Pelio monte. Unde *Pagææ navis* dicta est.

35 *Delectos heroas]* Argonautas, nobiles Graecos, e Thessalia præcipue: qui numero circiter quinquaginta navi Argo vecti sunt in Colchidem, ad diripiendum vellus aureum, a tauris ignivomis, et draconem custoditum. Dux Jason: post eum notissimi, Castor, Pollux, Hercules, Theseus, Orpheus, Zetes et Calais.

36 *Achilles]* Thetidis et Pelii filius, de quo *A. i. 34.* Per Achillem vero, quemcumque virum fortem: per

Hinc, ubi jam firmata virum te fecerit *etas*,  
 Cedet et ipse mari vector; nec nautica pinus.  
*Mutabit merces*: omnis feret omnia tellus.  
 Non rastros patietur *hamus*, non *vinea* falcem;  
*Robustus* quoque jam tauris juga solvet arator.  
 Nec varios discet mentiri lana colores:  
*Ipse* sed in pratis aries jam suave rubenti  
*Murice*, jam croceo mutabit vellera luto;  
*Sponte* sua *sandyx* pascentes vestiet agnos.

40

45

*etas* jam robusta te reddiderit virum, *ipse* etiam nauta recedet e mari, nec naves e pina fabricatæ transferent merces, omnis terra product omnia: nec ager scindetur rastris, nec vitis falce. Tum quoque fortis agricola auferet jugum bobus, nec assuetus lana simulare diversos colores: sed aries ipse in pascuis tinget vellus purpurea suaviter rubenti, et croco luteo: *Sandyx* ultro induet agnos inter pascendum.

et Ven.—38. *maris* Goth. sec. a m. pr. *victor* Mentel. et Dan. Heins. ed.—40. *Nec Vratil.* et Franc.; alter et mox *nec vinea f. falces* Menag.—41. *Robustus* Ven. et Parrhas., sed et illud epitheton ornat.—44. *fucabit* conj. Jo. Schrader, ut Ge. II. 465. IV. 335. Virgilium expressit Claudian. 29, 73 *roeis formosus Duria ripis Vellera purpureo passim mutavit orli*.—45. *sandyx* multi apud Burm. Fuit vir doctus, qui nascentes coniceret: adversus quem disputavit Burm, ad h. I. et ad Ovid. III. Art. 26 et ad Calpurn. Ecl. II. 37. Scilicet fuit is Bentleius (in *Bibliothèque Angloise* T. I. p. 186) [et ad Lucan. IV. 125.] Hoc erat autem ille in voce *pascentes*: si enim inter pascendum mutatum est vellus: pubuli ea vis esse debuit, ut fucus accederet lanæ. Enimvero fraudem fecit non animadversa poëticæ orationis indeoles: *pascentes*, epitheton, ornat tantum agnos; nihil amplius. Idem hoc non animadversum adduxerat veteres, et ipsum Plinium (v. in Not.), ut Virgilium crederent *sandyx existimasse herbam esse*. In quo injuriant faciunt poëtæ. Quod si vel maxime id se ita haberet, jejenum esset: repente inter pascendum sandyce gustato mutari vellus. Interea tamen fatendum, *nascentes* melius scriptum

## NOTÆ

Trojam, quamcumque civitatem: per Argo, quamcumque navem: per Tiphym, quemcumque gubernatorem significari, bene admonet Servius: et est expositio illius, quod ante dixerat; futura nempe bella et navigationes.

38 *Vector*] Tam active dicitur pro eo qui velhit, quam passive pro eo qui vehitur.

39 *Mutabit merces*] Ante numeros repertos, commercia omnia per rerum commutationem fiebant, ut adhuc sit cum peregrinis multis gentibus.

40 *Rastros*] *Rastrum*: plur. *rastri*, vel *rashtra*: instrumentum quo fran-

guntur glebae: a radendo dictum.

44 *Murice*] Murex, piscis est marinus e concharum genere, paululum a purpura diversus: caro in escam, sanguis in colorem assumitur, ex Martiale epig. I. XIII. 87.

45 *Croceo luto*] Alii pro croco luteo dictum volunt: crocus autem, le saffran, lutei coloris est, id est, flavi rubescens. Alii lutum herbam agnoscunt: quæ vel glastum sit, pastel de Languedoc; vel calthæ quædam species, du soucy.

45 *Sandyx*] Vel color est compositus, ex æqua sandarachæ et rubricæ

Talia sœcla, suis dixerunt, currite, fusis  
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.  
Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores,  
Cara Deum soboles, magnum Jovis incrementum !  
Aspice convexo nutantem pondere mundum ; 50  
Terrasque tractusque maris cœlumque profundum ;  
Aspice, venturo lætentur ut omnia sœclo.  
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,  
Spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta !  
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, 55

*Parcæ firmo fatorum ordine unanimes dixerunt suis fusis : o talia tempora, currite. Accede o ad magnos magistratus, mox veniet tempus accedendi : o dilecta proles Deorum, magne Jovis alumne ! Vide mundum rotundum mole vacillantem, terramque, et spatia maris, et altum cœlum. Vide, ut cancta exultent, ob adventum atatis aurea. Utinam restet mihi pars extrema tam prolixa vite, et anima, quantum sufficiet ut tua gesta celebrem. Non me cantu superabit, aut Orpheus Thracius,*

fuisse a poëta.—46. *currere Parrhas.* et Pierii Mediceus. Jo. Schrader. conj. ducite.—48. *Adgredere :* scripturam e libris firmat Burm., nescio cur hoc potissimum loco. Tuenda erat eo, quod tenorem et constantiam sequi consenteum est.—49. Clara Moret. quart. et Scheff. recentiss. Idem versus in Ciri v. 399. *soboles* vetus scriptura.—51. *Terrasque et tractusque Menag.* alter, scilicet ad fulciendum versum. *Terramque nonnulli ap.* Pier.—52. *lætantur* Rom. Pierii. conf. Burm. ad Ecl. ii. 66. Bentl. ad Horat. Epist. i. 1. 91. et hoc præferendum in poëta arbitror.—53. *longe aliquot vett.* edd. ut Flor. Egnat., et hinc recentiores nonnullæ. Sed jam Alld. et ex his ductæ *longæ*, quod firmat Heins. post Pier., nam et libri variant. In multis etiam *tum.*—54. *sua* Heins. unus. *jata* Rottend.—55. *Thracem nonnulli.*—56. *atque deest in uno*

## NOTE

commixtione ex Plin. l. xxxv. 6. *flammeæ*, vel minio concolor: *vermillon*, *couleur de feu*. Vel frutex, aut herba, cuius dicitur a quibusdam *flos similis coco, a l'ecarlate.*

47 *Parcæ*] Erebi et Noctis filie: sic dictæ vel a parti, quasi *Partæ*, juxta Varronem; quia nascentibus bonum malumque in parti conferunt. Vel per antiphrasim a parcendo, juxta alios; quia nemini parcent. Tres singuntur, quia tria sunt tempora: *cole* instructæ, *qua* vitæ humanae stamina deducunt. Prima est *Clotho*, a νέαθει volvo. Secunda *Lachesis*: a λαγχάνει sortior. Tertia *Atropos*, ab α privativa, et τρέψιν verto, quia inflecti non potest.

49 *Jovis incrementum*] Jovis filius,

*alumnus*; ideo incrementum et augmentum: quia patres prole dicuntur augeri. Jovis autem Deorumque *sobolem* vocat et *alumnū*: eo modo, quo Homerus heroes suos, διοτρέψεις, et θρέμματα Δίὸς, nutritos a Jove.

50 *Nuantem convexo, &c.]* Gestientem et pre latitia commoventem se. *Concursum*, est curvatura exterior cœli: *concavum*, curvatura interior: utrumque promiscue sumitur a poëtis. IEn. iv. 451. *Tædet cœli convexa tueri*, id est, *concava* quæ sola intuemur. *Convexus* dixit pondus, quia mundi pondus et gravitas rotundum illum, adeoque convexum efficit: omnibus ejus partibus æqualiter ad centrum intitibus.

Nec Linus ; huic mater quamvis, atque huic pater adsit :  
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Pan etiam Arcadia mecum si judice certet,  
Pan etiam Arcadia dicat se judice victum.

Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem ;  
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Incipe, parve puer ; cui non risere parentes,

60

*aut Linus : licet huic Orpheo mater fareat Calliopea ; et huic Lino pater pulcher Apollo. Si Pan ipse contendat mecum, Arcadia arbitrio ; ipse Pan fatebitur se superatum esse, Arcadia arbitrio. Incipe, parve puer, agnoscere matrem ex ipsius risu : decem menses attulerunt matri diuturna tædia. Incipe, parve puer : cui*

-----

Rottend.—57. *Orphi, Orpheo, Orpheia, Calliopea.* Sic variant libri edd. et Grammatici. *Orphi* Rom. et Priscianus agnoscunt : 'Ορφεῖ, 'Ορφεῖ. Et Καλλιώπεια.—58. *Pan etiam, Arc.* firmata ab Heinsio omnium libb. lectio, excepto uno Oblongo Pierii : in quo *Pan deus*, quod hinc irrepsit in edd. Pümann., et hinc in alias. *et j. cantet Aurel.* Vict. de Orig. gent. Ro. 5, memorie vitio. —59. *dicit nonnulli ap. Heins.* —61. *tulerunt agnoscunt Grammatici, Probus et Donatus, cum libris, inpr. Rom. et Gud.* Male metuentes metro alii : *tu-lerint, tulerant, abstulerint* legi, addit Servius. —62. *qui emendarant viri docti, uti jam Quintilianus IX. 8. legerat, v. Pier. Cod. Burm.*, receptum quoque in Alld., et in tertia interpunctum : *qui non risere : parentes Nec.* Disscessit Manutius et repetit *cui*. Senuo aut nullo aut parum commodo : at cui indubitate vera lectio : antiquiores etiam *qui*. In Parrhas. cur. Jo. Schrader.

## NOTÆ

56 *Linus*] Apollinis et Terpischores filius, pastor idem et musicæ peritissimus, Orphei et Herculis ea in arte præceptor. Hunc ab ipso Hercule occisum ferunt, impacta in caput cithara, quod ipsum Herculem rusticis canentes irriteret.

57 *Orphei*] Dativus Græcus ; hic dissyllabus : 'Ορφεύς, ἄος, ἄι vel αί. Sic apud Catilium est *Petei*, τῷ Πηλεῖ. De Orpheo Ecl. III. 46. *Calliopea*] vel *Calliope* : ut *Penelopea*, vel *Penelope*. Una e novem musis, mater Orphei, heroici carminis præses : αἱ λλός pulchritudo ; et, δψ, δρὸς vox.

58 *Pan etiam Arcadia*] De Pane Ecl. n. 31. *Arcadia*] Peloponnesi regio intima, a mari undique remota, ubique in montes assurgens ; unde pastioni pecorum, quam agriculturæ aptior : ideoque Pana pastorum Deum singulari cultu venerata.

61 *Longa decem*] Vulgo mense

nono nascentur infantes : unde hic Vives, et Turnebus decem Lunæ menses agnoscunt, qui breviores. Alii mensem decimum ineuntem intelligunt, vel etiam completum : cum ad hoc usqne tempus partum differri posse constet ; immo etiam ulterius. *Tulerunt*] penultima brevi, cum vulgo habeatur longa. Sic Æn. II. 774 et III. 48. *Steteruntque comæ*, Georg. II. 129. *Miscueruntque herbas*. Lucret. III. 86. *Prodiderunt*. 1042. *Occiderunt*, &c.

62 *Cui, &c. parentes, &c.*] De hac duplice voce controversia est. *Cui*] Quintilianus I. ix. 3. legit, Qui, plurali nominativo, hoc sensu : *qui pueri non risere* ; *hunc*, id est, *hos* (per enallagen, sive commutationem numerorum) *nec Deus mensa dignatur, nec, &c.* Servius legit, *Cui*, dative singulari ; *sive, Quo*, quomodo veteres Latini scripserunt, usque ad ipsius Quintiliani pueritiam, ut ait ipse, l. I. 7. Et hic

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

*parentes non arrisere; hunc, nec Deus ad mensam, nec Dea in lectum, excipere dignata est.*

*conj. qui non risere parenti, Nec Deus hos m.—63. est abest a nonnullis. cubile est duo, ex cubilest.*

#### NOTE

igit sensus: *Cui puer parentes non arrisere, hunc nec Deus, &c.* Qui quidem sensus ut constet magis, haec superiora verba, *risu cognoscere matrem*, de risu matris, non de pueri risu accipio: cum Erythræo et Bembo. Solent enim parentes ante ceteros a liberis agnoscit ex blandiore risu, et est in liberis omen ingenui bonaque indolis, ex illo risu citissime parentes agnoscere. Quare poëta puerum invitat, ut ex risu cito parentes agnoscat. *Parentes]* Qui legunt cum Servio, *Cui, nihil hic habent negotii: et, parentes, nominativo plurali, intelligunt.* Qui vero cum Quintiliano legunt, *Qui, i. vel parentes easse volunt in vocativo: o parentes:* ita Politianus, Miscell. 89. II. Vel in accusativo: *pro, qui non risere ad parentes:* ita Jos. Scaliger, in Catull. 62. 208. quomodo Plautus in Capt. III. 1. 21. *Quasi muti silent, neque me rident:* pro, *niki arrident.* Servium sequor, quia figura Quintiliani durior hoc loco videtur.

63 *Nec Deus hunc, &c.]* Certe commixatio est imminentis puero calamitatis: si matrem risu non agnoscat. Quae antem sit illa calamitas, dubium est. I. Servius explicat de Vulcano, cui puer similis sit futurus: *Vulcanus vero, cum ei nascenti parentes Jupiter et Juno propter deformitatem non arrisissent, ab iis in Lemnum insulam dejectus est: quo ex casu claudus factus, deinceps, nec a Jove ad mensam Deorum; nec a Minerva in maritum admissus est.* Obstat tamen Servio Homerus, qui Vulcanum dat locum in coelesti convivio, Iliad. I. 595. II. Politianus, Miscell. 89, explicat de *Genio et Junone*, qui puero propitiis

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

non sint futuri. Constat enim ex Seneca Ep. 110. ex Plin. I. II. 7. veteres hominibus singulis Genium et Junonem, tuteares Deos, ab ipso ortu attribuisse. Sed constat etiam apud eruditos omnes, Genium solis masculis, Junonem solis feminis fuisse attributam: atque ita uni eidemque Pollio in filio Genius et Juno non convenient. Minime autem constat id, quod hoc loco Philargyrius commentatur: nempe pueris nobilibus editis, in atrio Junoni Lucinæ lectum sterni solitum, et mensam Herculi; sive juxta alios, Genio. Refert quidem Politianus duplitem Varromis locum: quorum alter docet, initiori *pueros Educa, Potine, et Cuba;* diuis edendi, potandi, et cubandi: alter docet, *natus si erat sublatus, Diis conjugalibus, Pilumno et Picumno, in cibis lectum sterni.* At ex iis locis nihil erni potest; nisi quod mensa Deabus, lectus Diis poneretur: cum Virgilius contra, mensam Deo, lectum Deæ attribuat. Quare ego duplici modo nodum solvo. I. Per *mensam*, educationem et nutritionem pueri intelligo, cui rei fattentur omnes præfuisse Genium; per *cubile*, conjugium intelligo, cui constat præfuisse Junonem. Atque ita sensus erit: *Hunc puerum Genius ait non permittet, nec per cibum incrementa capere; aut si permiserit, certe non permittet Juno ad felices nuptias percire.* II. Sic præterea commode potest explicari. *Si non agnoscas matrem risu, infelix eris, neque ad illam poteris Deorum vitam et consortium pervenire, quod prius tibi promiceram,* versus 15. Illa autem Deorum vita, sive apotheosis, gemino capite preci-

*P*

pue continebatur: convictu Jovis, et  
Deæ alicuius conjugio. Sic apud  
Horatium l. iv. Od. 8. Herculis divini-  
tas inde statuitur, quod, *Jovis interest*  
*Optatis epulis impiger Hercules*. Idem-  
que, ut notum est, Heben juventutis  
Deam accepit in conjugem. Sic et  
Virgilius Ge. I. 31. immortalita-

tet, quam promittit Augusto, ita ex-  
primit: *Teque sibi generum Tethys*  
*emat omnibus iudeis*. Eo itaque reci-  
dent Virgilii minæ in puerum: *Non*  
*frueris Deorum vitæ, quia te nec Jupiter*  
*admittit ad mensam, nec Dea illa in*  
*cubile*.

## E C L O G A V.

DAPHNIS.

### ARGUMENTUM.

PASTORES duo funebres ac divinos honores amico Daphnidì exhibit: Mopsus illius epitaphium; Menalcas apotheosim canit. Quis autem sit ille Daphnis ambiguum est. I. Aliqui pastorem esse putant Siculum, de quo Diodor. lib. 4. Mercurii fili m, natum laureo in nemore, unde nomen habuerit a δαφνὶς *laurea*: peritum illum quidem musices; et Bucolici carminis apud Siculos inventorem. Qui cum amaretur a Nympha, eique datam fidem fecellisset, ob amorem filiae Regis; oculis in poenam captus, carminis argumentum deinde pastoribus fuit. Nec sane vero absimile Virgilium, qui toties in Bucolicis rerum Sicularum meminit, juvenis illius laudes esse prosecutum: exemplo Theocriti, qui videtur ejus in memoriam scripsisse Idyllum primum. II. Alii Pollionis filium esse conjiciunt: cuius genethliacon Ecloga superiore, hic mors immatura celebretur. At si inter ipsa, ut volunt, obiit primordia: quomodo *curru subjungere tigres instauit, et thiasos inducere Baccho?* III. Sentit Vives a Virgilio, quanquam inscio et imprudente, mortuum atque redivivum Christum esse laudatum. Sed pius magis, quam verus ille sensus est. IV. Pierius vult esse Quintilium Cremonensem Virgilii atque Horatii familiarem. At ejus obitus hac Ecloga posterior est, annis circiter quindecim: caditque in

an. U. C. 730. ut patet ex Euseb. Chron. V. Alii de Quintilio Varo interpretantur, illo, qui in Germania cæsus est an. U. C. 762. post obitum ipsius Virgilii, 27. Quam scite, ipsi viderint. VI. Jul. Scaliger Poët. l. i. 4. suspicatur Flacum esse quemdam, ipsius Virgilii fratrem: idque alii probant hoc incerti auctoris veteri disticho: *Tristia fata tui dum fæs in Daphnide Flacci, Docte Maro, fratrem Diis immortalibus aquas.* Non putem tamen a modestissimo poëta tam superbe defletum fratrem fuisse, obscurum hominem ac semi-paganum; nec fidem habeo versiculis incertis. VII. Melius Jos. Scaliger in Euseb. Chron. p. 143. et alii, de cæde et apotheosi Julii Cæsaris rem explicant. Quam commode, constabit ex notis.

Scripta est, forte quibusdam ludis, aut sacrificiis, in honorem Julii celebratis. Quo præcise tempore, non liquet. Certe post secundam ac tertiam Eclogam: siquidem extremis hujus versibus mentio fit secundæ et tertiae.

### MENALCAS, MOPSUS.

*Men.* CUR non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo,  
Tu calamos inflare leves, ego dicere versus,  
Hic corylis mixtas inter considimus ulmos?

*Mop.* Tu major; tibi me est æquum parere, Menalca:  
Sive sub inoertas Zephyris mutantibus umbras, 5

*Men.* Mopse, siquidem una sumus; periti uterque, tu fistula canere, ego canere  
versus: cur nondum hic procubuimus, inter ulmos mixtas corylie? *Mop.* Tu natu  
major, justum est ut tibi obediam, o Menalca: seu subimus umbracula fluctuantia

\*\*\*\*\*

1. *consedimus* Pierii Oblongus.—3. *considimus* Heins. e Gud. Mentel. pr. a m. sec. Mentel. sec. a m. pr. prætul. upote in poëta. *considimus vulgo.* inter *considimus agros* Menag. prior.—4. *tibi me æquum est* Leid. et Rottend. alter. —5. *Zephyris mutantibus*; hoc ab Heinsio e binis Moret. alt. Rottend. cum Voss.

### NOTÆ

4 *Tu major*] Ambo tamen juniores. Et vicissim Menalcas ad Mopsum 4. Sic enim deinde v. 19. Mopsus ad 49. *Fortunatus puer, tu nunc.*  
Menalcam: sed tu decine plura, puer. 5 *Zephyrus*] *Zephyrus*, ventus flaps

Sive antro potius succedimus; aspice, ut antrum  
Sylvestris raris sparsit labrusca racemis.

*Men.* Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

*Mop.* Quid, si idem certet Phœbum superare canendo?

*Men.* Incipe, Mopse, prior: si quos aut Phyllidis ignes,  
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri. 11  
Incipe; pascentes servabit Tityrus hædos.

*Mop.* Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi

*ventis agitantibus, seu potius cavernam.* Vide quomodo vitis agrestis præterit co-  
vernam uis raris. *Men.* Amyntas unus tecum potest contendere in montibus  
nostris. *Mop.* Quid mirum, cum ipse contendat vincere Phœbum cantu? *Men.*  
*Mopse,* incipe primus: si habes, aut aliquos amores Phyllidis, aut laudes Alconis,  
aut rixas Codri. *Incipe,* Tityrus custodiet hædos pascentes. *Mop.* Meditabor po-

-----

alt. commendatum, accedente Franciano et fragm. Antwerp., cum præterea  
alter Mentel. a m. pr. et pr. Voss. ~~motantibus~~ haberent, reponuit Burm. Vulgo  
ubique *motantibus:* quod equidem haud deseruisse. Etiam Ecl. vi, 28 *rigidas*  
*motare cacumina quercus.* Nunc cum alterum et ipsum locum tueri possit, re-  
tinetur illud, ne iterum variet vulgata lectio.—6. *antra* Parrhas. *subsidium*  
Zulich.—7. *paucis* Leid. e glossa. *varii conj.* J. Schrader. Opposita sunt:  
*rarum—continuum.*—8. *certas* antiquiores fere omnes cum Arnsiano Messio, v.  
Pier. et Heins., quod equidem præferam. Accommodatus etiam sic vs. sq.  
sententiae dictum. E nostris idem habet Goth. sec., sicque Edd. Aldd. et  
hinc aliae. *certet* tamen præsidium habet in Oblongo Pierii, tum in multis  
aliis. In edd. preceps Flor. ex emend. Angelii: tum Fabric. *solum tibi certet*  
Franc.—9. *certet Phœbum;* hoc ordine plures Pier. et Heins., et inter edd.  
Ald. tert. et hinc aliae. Alli *Phœbum certet.*—11. ut Leid. Mentel.—13. *Immo*

#### NOTÆ

ab occasa sequinoctiali: dictus quasi  
*σεντόφορος νήσια ferens.* Latinis *Faconius.* *Hic est genitalis mundi spiritus,*  
*a facendo dictus:* inquit Plinius, lib.  
xvi. 25. sive ut habent quidam codi-  
ces, *a facendo.*

7 *Labrusca*] *Vitis sylvestris:* sic  
dicta, vel quia circa macerias et se-  
pta, in terræ marginibus et labris na-  
scitur; vel quia sapore acerbo labra  
hædit. De *Amynta.* Ecl. ii. 35. De  
*Phœbo.* Ecl. iii. 62.

10 *Phyllidis ignes*] *Phyllis* Lycurgi  
Thraciæ regis filia: quæ Demophoona-  
ta Thesei regis Atheniensis ex Phœ-  
dra filium amavit; exceptique e Tro-  
jano bello redeuntem. Is cum Athenas  
ad componenda regni negotia rever-  
sus, illic longiores contra fidem datam  
traheret moras; *Phyllis* spretam se

rata, amoris impatientia vitam laqueo  
finivit, et in arborem amygdalum  
foliis carentem est conversa. Rever-  
sus deinde Demophoon cum arborem  
amplexus esset, illa sponsi adventum  
veluti sentiens emissit folia: unde folia  
quæ ante *τέραλα* dicebantur, ab ejus  
nomine dicta sunt φύλλα.

11 *Alconis*] Alcon celebris sagitta-  
rius Cretensis: qui in serpente Pha-  
leri filii sui corpori circumPLICATUM  
tam industrie sagittam direxit, ut  
eam in serpente desigeret, nec filium  
tangeret. *Jurgia Codri*] Codrus rex  
Atheniensium fuit: qui bello adver-  
sus Laconas, ut ait Servius; aut Do-  
rienses, ut Justinus; aut Thracas, ut  
Plutarchus: cum ab oraculo respon-  
sum esset, eum populum victorem  
fore, cuius rex periret; atque adeo

Carmina descripsi, et modulans alterna notavi  
Experiar: tu deinde jubeto certet Amyntas. 15

*Men.* Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ,  
Puniceis humiliis quantum saliunca rosetis:  
Judicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

*Mop.* Sed tu desine plura, puer; successimus antro.  
Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnium 20  
Flebant: vos coryli testes et flumina Nymphis:  
Cum, complexa sui corpus miserabile nati,  
Atque Deos atque astra vocat crudelia mater.

*tuis illa carmina, que super scripsi in cortice fagi, et per vices canens insculpsi: tu poeta fac ut contendas Amyntas.* MEN. Quanto salix flexilis inferior est oliva, quanto parva saliunca rubentibus rosis; tanto tibi inferior est Amyntas, mea quidem sententia. MOP. At tu, puer, omite plura loqui, ingressi sumus in aurum. Nymphæ lugebant Daphnium, defunctum sera morte: vos, o coryli et flumina, testes suistis Nymphaeum luctus: dum mater amplexu miserandum cadaver filii sui, et

etiam viridi Zulich. in viridi a. qua in c. Parrhas. Heinsius adscripsit: in viridis—fagi.—14. destrixi Goth. pr. an destrixi? Sed vitium est; sic idem Ecl. vi, 12 praestrixi: modulansque alterna Zulich. notavit vitium est Ald. 1527.—15. jubeto, ut certet A. Rom. Longob. Medic. Pier. cum quatuor Heins. et Lengnich. Omittitur tamen melius ut.—18. mihi Zulich. cedet tres ap. Burm. cum Goth. sec.—19. Tu sed d. Rottend. succedimus tres cum Goth. pr.—20. Daphnium. Etiam hic alii scripti et editi: at inf. Daphnium ad astra feremus. conf. ad II, 26.—22. Est complexa unus Heins.—24. Nonnulli fragm. Mo-

## NOTÆ

edictum fuisset ab hostibus, ne quis regem Atheniensem laederet: ipse sumpto lignatoris habitu, jurgiis aliquos ex hostibus lacessivit, ab iisque occisus est: hostes re cogniti sine prælio victi domum abierunt. *Phyllis* tamen, *Aikon*, et *Codrus*, fortasse hic pastoritia nomina sunt. Fuit et *Cordus* poëta, de quo Ecl. VII. 22.

14 *Modulans alterna notavi*] Ita ut modo canerem, modo que cantavaram, describerem in fagi cortice. De fago Ecl. I. 1.

17 *Puniceis*] *Puniceus*; sive pharicenus color splendide rubet: quales fructus palmae arboris non admodum sojœ incœci: unde spadix et pharicci nomen est: inquit Gellius I. II. 26. ὅρδης enim Dorice significat, οὐδὲν εὶ palma terminata cum fructu: et communiter, φῶνει palma est et palma fructus. *Selasson*]

Ex Plinio I. xxi. 7. foliosa quidem est, sed brevis et qua neci non possit: radici numerosas coheret, herba verius quam flos. Vestibus interponi eam gratissimum. Alii Lavendulam esse putant; alii nardum Celticam.

20 *Crudeli funere Daphnium*] Aptum mihi videtur Julio Cæsari nomen: Laaream enim significat. At Cæsar, ex Suet. c. XLV. Calvitii sui deformitatem cum iniquissime ferret: ex omnibus decretis sibi a senatu populoque honoribus, non aliud, aut recepit, aut usurparit libenter, quam jus laareæ corona perpetuo gestanda. Bene item, crudeli funere. Quia Cæsar medio in senatu, tribus et viginti pugionum ictibus occisus est, ducibus conjurationis Bruto et Cassio, ejusdem familiaribus, idibus Martiis.

23 *Mater*] Cerdanus transfert hunc affectum ad uxorem Julii Calpurniam,

Non ulli pastos illis egere diebus  
 Frigida, Daphni, boves ad flumina; nulla neque amnem 25  
 Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.  
 Daphni, tuum Pœnos etiam ingenuisse leones  
 Interitum montesque feri sylvaeque loquuntur.  
 Daphnis et Armenias curru subjungere tigres

*Deos et sidera fera appellaret. O Daphni, nullus boves deduxit e pastu ad fluvio frigidos, per illos dies: nulla quadrupes, nec degustavit aquam nec attigit herbam graminis. O Daphni, et montes inculti, et sylvæ, dicunt leones ipsos Africæ doluisse mortem tuam. Daphnis etiam induxit morem subligandi tigres Armenias ad currum, et*

ret., male.—25. *ulla nec nonnulli vid. Heins. ad flumina nota, nec amnem* Zulich., non infelici aberratione. *ad flumina nulla* jungebat Longob.—26. *quadripes* codd. etiam hic. vid. Pier.—27. *genuisse* Rom. Pierii.—28. *feræ* Parrhas. Mentel. tert. a m. sec. et unus Heins. que alludunt Menag. sec. et Ven., in quibus *fere*. Hactenus nihil interest, seu *sylva* *fere* seu *montes* *fere* dicantur. *montes feræ*, *loca feræ* h. inculta et alibi occuruntur. Markland. ad Stat. II Sylv. 5. 18 conj. *montesque*, *feras*, *syloaque loquuntur* scil. homines; ingeniose quidem. Verum vid. Notam. Tum parum placent *feræ* inter *montes* et *sylos*. [Ino Marklandus legit *montesque feras*, sed errore typorum *feras* excusum est in ed. Burman.]—29. *currui* unus Moreti pro var. lect. *Armenia* Rom. et Leid.—30.

## NOTÆ

qua pando ante diem cœdis, somniavit maritum in gremio suo confudi: ex Suet. lxxxi. Egomatrem Romanum puto: qua corpus ejus, medio in foro, pro rostris, insolito tumultu et gentium omnium comploratione combussit: igne ex ipsis tribunalibus ac subsellis excitato: ut est apud Suet. lxxxiv.

24 *Non ulli pastos, &c.*] Huc refereo Suetonii verba, c. lxxxi. de prodigiis qua mortem Cæsaria præcesserant. *Proximis diebus equorum greges, quois in tragiendo Rubicone flumine consererat, ac vagos et sine custode dimiserat, compertit pertinacissime pabulo abstinere, ubertinque fere.* Equi per Quadrupedem hic significantur, ut En. XI. 714. *Quadrupedemque citum ferrata calos favigit.*

26 *Liberis*] gustavit, attigit. En. I. 740.

27 *Pœnos leones*] Panicos; id est Carthaginienses, seu Africanos. Carthago enim urbs Africæ præcipua,

cujus incolæ Pœni dicti, quasi Phœni: quia e Phœnicia profecti, duce Elisa, sive Didone. En. I. 348. Ferox autem leonum et monstorum est Africa. In qua Cæsar Catonem, Scipionem, et Jubam vicebat.

29 *Daphnis et Armenias, &c.*] *Hoc aperte ad Cœarem pertinet, quem constat primam sacra Liberi patria transiisse Romanum, et Liberalium instituisse;* inquit Servius. Quo tamen id auctore dicat, ignoratur: immo sacra Liberi multo ante nota fuisse Romæ manifestum est. Nisi forte dicater magnificentius ea deinceps a Julio celebrata: eo quod periculosisimo certamine Pompeii filios ad Mundam viciasset, ipso Liberalium die, & Auro-olos, inquit Plutarchus in Cassare: quo eodem die, ante quadriennium, Pompeius ad bellum extisse quoque dicebatur. Præcipua autem Bacchi insignia fuere, Tigres: quibus curru subligatis circumvehi solitus est.

- Instituit; Daphnis thiasos inducere Bacchi,  
Et foliis lentaſ intexere mollibus hastas. 30  
 Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ,  
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis:  
Tu decus omne tuis: postquam te ſata tulerunt,  
Ipsa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo. 35  
 Grandia ſæpe quibus mandavimus hordea ſulcis,

*celebrandi choreas in honorem Bacchi, et induendi flexiles hastas teneris frondibus. Ut vitis est ornementum arborum, ut racemi vitium, ut tauri armamentorum, ut meses agrorum fertilitum: sic tu eras ornementum omne tuorum: ex quo mors te abstulit, ipsa Pales atque ipſe Apollo deseruit arva. Sape miserum loliū, et infundibula arena regnant in ſulcis, quibus commixtissimus magna hordea. Carduus, aut palinurus*

Baccho ubique editum video. *Bacchi ex antiquioribus Pierii et Heins. probatum Heinatio reponit Burm., memor versus Aen. VII, 390 *elemin molles tibi amare thyros;* iterum ejecit Brunck., cum Baccho exquisitus sit, thyros Parrhas. Cum inducere thiasos obſcurum eſet Heinsio, conjiciebat: thiasos indicere Bacchi. indicio enim ſacra ſolennia et festi dies ſolent: quod copioſe adſtruit Heins.; forte multo magis hoc ex uſo loquendi foret; ſed et hoc Daphnidis laudibus conuenit, ut ipſe duxiſſe choros dicatur.—32. eſt abeaſ a Menag. sec. eſt et vitibus Moreti quartus, qui et mox: Et gregibus t. a. et p. In Theocr. VIII, 79. τὸ δρυτὸν τὸ βάσαρον κόσμος. Accommodatus hoc quam: Vitis ut arboribus decori eſt. Arboribus ornataſ ex pomis et frondibus eſt. Jo. Schrader. conj. Fetus ut arboribus decori eſt. Ut Ge. II, 390 Ergo omnis largo pubescit vinea fetus. Sic ſæpe fetus: Arborci fetus. Quid tamen? ſi poëta de ulimis et populis cogitavit, quibus junctæ ſunt vitea? Ornata ulimous vitiis, vitea uva.—34. fulere noſtus Heins. et Goth. uterque.—36. quidem noſtulli apud*

## NOTÆ

*Thyrsus, hasta erat, veftitā pampinis et hedera, armata cuspide in coni formam deſinente: Bacchi gestamen et comitum ejus foeminarum, quas Bacches vocabant. Thyrsus quippe dici- tur, quicquid ita ſurgit, ut in gra- cilitatem tenuetur: quemadmodum caulis medijs fruticum et plantarum. Thiasus eſt chorus, ſive ſacra ſodalitas canentium, saltantium, conviviantium: non ſemper ad Bacchum, ſed ad alia etiam divina pertinenſ. Diciturque, a ſea ðra, divina canere. De Baccho iuſtra v. 60.*

29 *Curru ſubjugere tigres]* Curru per curvæ. Veteres enim in nomini- bus quartæ, genitivum extulere per iug, curvæ: et dativum per iu, curru. Unde poſtea ſicut genitivum contrax-

ere in u, curvus, curvus; ita aliquando contraxere dativum in u, curvæ, curv. Hoc innuit Gellius, I. IV. 16. qui multa congerit exempla Virgilii et aliorum. Sic Aen. I. 261. parce metu. VI. 465. teque aspectu ne subtrahere. IX. 606. venatu invigilant pueri. Tigres] Bene Arme- nias. Tigris enim vox eſt Armena, ex Varr. aut Medica, ex Plinio: quæ celeritatem ſignificat. Unde apud eos, feram illam, sagittam, et ſlumen celebre ſignificat.

35 *Ipsa Pales, &c.]* Pales Dea paſtorum et pabuli: quam tamen Varro vult eſe masculi generis. Apollo] Hic Apollo Nomius intelligitur: ſic dictas a roach, paſſau; quia greca olim Admeti regia pavit. Ge. III. 2.

36 *Grandia hordea]* Speciem pro

*Infelix lolium et steriles nascuntur avenæ.*

*Pro molli viola, pro purpureo narciso,*

*Carduus et spinis surgit palurus acutis.*

*Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,*

40

*Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.*

*Et tumulum facite, et tumulo superaddite carmen:*

*Daphnis ego in sylvis, hinc usque ad sidera notus,*

*Formosi pecoris custos, formosior ipse.*

*Men. Tale tuum carmen nobis, divine poëta,*

45

*Quale sopor fessis in gramine; quale, per æstum*

*Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.*

*armatus spinis acutis, nascitur pro dulci tiola, et narciso purpureo. Spargite frondes per terram, tegite fontes umbraciles, o pastores! Daphnis jubet haec sibi præstari: et statuite sepulcrum, et adjicite sepulcro epitaphium: Ego Daphnis hic jaceo, celebris in sylvis hinc usque ad celum: magister pulchri pecoris, ipse pulchrior. MEN. Tales mihi sunt versus tui, o divine poëta, qualis res est fatigatis somnus in herba, et qualis res est æstuantibus sedare sitim scaturiente rivo*

-----

Pier.—37. dominantur vulgo editum. Est tamen nascuntur omnibus fere in vetustis. Jam alterum istud: *steriles dominuntur avenæ extat etiam in Ge. 1, 154*; docuit vero Heins. ad h. l. et ad *Æn. v. 466. ix, 814*, Virgilium, si hemitichio versuote eodem bis utatur, vocem fere unam alterarvme immutare solere. Itaque hic nascuntur verius visnm.—38. *tiola et p.* Rom. Zulich. Diomedem Grammat. *purpureo legisse suspicatur Heins.*—39. *aut spinis* Zulich. *orecxit palurus* Menag. pr. e glossa.—40. *montibus* Goth. pr. *frondibus* Voss. et fragm. Moret. cum Goth. sec. *frontibus* unus Leid. ut tertis tempora cingant; probatum Klotzio Opusc. p. 300. *aras* Pierii Rom. unde ille legit: *inducit frondibus aras*, ut Manibus aras tertis cinctas ponantur. Sequitur hoc Catreus. Nec per se improbum. Sed tuetur vulgatam locus Ecl. ix, 19 *quis humum florentibus herbis Spargeret aut viridi fontes induceret umbra: quamquam ad sententia rationem reddendam nihil inde auxillii accedit, de qua vid. Not.* Alio modo dicitur *fontes inducere*, ubi de satis agitur; ut Columella x, 143 et primus monachus largas inducere fontes. At in nostro est *inducere fontibus*, h. obducere umbra fontes.—42. *et ante tumulo deest in Moret. quarto.*—45. *nobis carmen ap.* Probum Grammat.—46. *lassis* Rom. *per gramina* apud Priscian. VII.—47. *restringere* seriores tres, ex more.—48. *exsuperas scriptum*

#### NOTE

genera, hordeum pro quolibet frumento.

37 *Infelix lolium, &c.]* Lolium, de l'yoraye: Græcia fijávior. *Avena]* duplex: altera sativa, et ad equinum pabulum utilis; altera plane inanis ac sterilis, de qua hic sermo. In hanc ultimam et in lolium dicuntur frumenta degenerare.

38 *Purpureo narciso] Duplex narcissi species præcipua, ex Dioscoride, l. rv. 161. Flos albus, inquit, intus crevces, krombeler; in quibusdam purpureus, torporosus.*

39 *Carduus et, &c.] Carduus agrestis. chardon. Palurus] herba, vel juxta alios frutex asperrimus: quidam sp. sam album patant.*

Nec calamis solum æquiparas, sed voce, magistrum;  
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.

Nos tamen hæc quocumque modo tibi nostra vicissim 50  
Dicemus; Daphnime tuum tollemus ad astra;  
Daphnis ad astra feremus: amavit nos quoque Daphnis.

*Mop.* An quidquam nobis tali sit munere majus?  
Et puer ipse fuit cantari dignus; et ista  
Jam pridem Stimicon laudavit carmina nobis. 55

*Men.* Candidus insuetum miratur limen Olympi,

*dulcis aqua.* Nec tantum æquas magistrum fistula, sed etiam voce. *Felix juvenis,*  
*tu modo eris primus post eum.* Nos tamen vicissim tibi qualicumque modo canemus  
hæc nostra, et Daphnis tuum tollamus in cælum: *Daphnem tollamus in cælum,*  
*Daphnis nos etiam dilexit.* *MOP.* An illa res mihi sit pretiosior, quam hoc munus?  
et puer ipse meruit celebrari, et jamdudum Stimicon laudarit mihi tuos istos versos.  
*MEN.* *Daphnis splendens* miratur portas cæli a se non ante vias, et despicit sub

in vetustioribus. v. Heins.—53. *An quicquid Gud.* *tali nobis* Voss. et fragm.  
Moreti.—55. *Stimichon, Stimycon,* varie scribitur. *Sthymacon* et *Stimethon*  
Gothani. In Servianis confunditur Στίμιχος. Στίμιχον ap. Theocr.—56. *lumen*  
*Menag.* alter et Franc. Sicque Gifan. et Canter. et post illos Klotzius

## NOTÆ

49 *Alter ab illo]* Secundus; non dignitate quidem, quia doctrina par utriusque esse dicitur, nec calamis solum æquiparas, sed voce, magistrum: sed ordine tantum temporis: ita ut alter alteri sit similis, sed magister primus et antiquior, Mopsus vero secundus et junior. *Magister* autem ille Mopsi, videtur ipse fuisse Daphnis.

53 *Amavit nos quoque Daphnis]* At, inquit, Menalcas Virgiliius est, si quidem deinde dicit de sua fistula: *Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexim:* *hæc eadem docuit,* &c. Virgilium autem non amavit J. Caesar, quippe ignotum adhuc tunc temporis: atque adeo Daphnis non est J. Caesar. Sed nihil obstat, quominus diem amatos a Cesare Manuanos, et ceteros Galliæ Cisalpiniæ populos: utpote ex ea provincia, quam Caesar tantopere expetiisset. Virgiliius autem Manuanus fuit.

54 *Et puer ipse]* Negat Servius

posse id convenire J. Cesari, qui non puer, sed annos natus 56. interfectus est. Ego existimo Cæsarem consulto hie vocari puerum; quia relatus fuerat inter cœlestes Deos: Dii vero censebantur vigorem semper habere juvenilem; nec aliam ob causam *Heben*, sive *Juventam*, Diis ad pocula ministranda adhibebant. *Contra Se-*  
*nectus* inter inferna numina numerabatur. *En.* vi. 275. *Primitus in*  
*faucibus Orci, &c. Pallenteaque habitant*  
*morbis, tristisque senectus.* Sic Ovid.  
Met. l. iv. 17. de Baccho canit: *tibi*  
*enim inconsueta juventa: Tu puer alter-*  
*num, tu formosissimus alto Conspiceris*  
*cario.*

56 *Candidus]* Color Diis superis adictus, ut niger inferis et mortuis, Tibul. l. iii. 6. 1. *Candidus Liber ades.* Ovid. Trist. v. 514. ad Natalem Deum; *Candidus lucis venias.* Adde quod heros in lacteo circulo credorent habitare, ex Cicer. in Somnio

Sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis.  
 Ergo alacris sylvas et cetera rura voluptas  
 Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.  
 Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis      60  
 Ulla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.  
 Ipsi lætitia voces ad sidera jactant  
 Intonsi montes; ipsæ jam carmina rupes,  
 Ipsa sonant arbusta: Deus, Deus ille, Menalca!  
 Sis bonus o felixque tuus! en quatuor aras:      65  
 Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phœbo;

*pedibus nubila et astra. Ergo lata voluptas occupat nemora, campoque omnes, et Pana, et pastores, et Dryadas virginis. Neque lupus struit insidias gregi, neque ville plaga moluntur fraudem cervis. Daphnis bonus diligit pacem. Ipsi montes inculti emitunt clamores ad astra præ gaudio, ipsæ rupes modulantur versus, ipsæ arbores modulantur hoc: Deus, o Menalca, Deus ille est. Utinam sis commodus, et propitius tuus: ecce quatuor aras, ecce duas tibi, et duo altaria Phœbo erecta.*

Opusc. p. 301. *nomen Menag.* prior.—58. *et cetera rura.* Quam vim cetera h. L. habeat, non video. Erat tamen epitheta quæ adjungi poterant: *flores, roccida.* Nunc video, etiam Jo. Schrader. conj. *secretaque, securaque.*—59. *pastoresque simul Menag.* alter. *videt Ven.* *Dryades* Rom. et Leid.—61. *maches* alii apud Pier. et Heins. *mediatur Menag.* pr.—62. *lætitiae* voces Mentel. pr. *jactant rel tollant ms.* Köler.—63. *ipsaq et jam Rom.*—64. *Deus ipse* Longob. et Medic. *Menalcas* Goth. pr.—65. *an Menag.*—66. *duoque altaria vulgo ante Heins.* *duo altaria in nonnullis.* *duas altaria jam e Longob.*

## NOTÆ

Scip. qui circulus non male cœli vestibulum et limen vocari potest. *Limen* est transversum in ianua lignum, inferius vel superius. Sic dicitur, vel a *limen*, quia terminatur hic dominus; vel a *limen*, id est, *obliquus* et *transversus*, ut vult Festus.

56 *Olympij* Montes duodecim hoc nomine insigniti sunt. Præcipuis in ea parte Thessalæ, quæ ad Macedoniæ vergit: cuius vertex ita editus, ut nubes penetrae, et ad cœlum usque pertinere dicatur; immo et pro cœlo sumatur a poëtis. Dictus quasi ἀλλεπιθης totus hodiernus, quia nubes excedit, et sole semper illustratur. De *Dryadibus*. Ecl. II. 46. De *Pene*. Ecl. II. 81.

64 *Deus, Deus ille, &c.*] Constat ho-

nores divinos J. Cæsari a Triumviris decretos esse, paulo post Triumviritum constitutum, anno u. c. 712. Lepido II. et Munatio Plancus Cosa. Hi autem honores præcipue fuerunt: ut sedes ei in foro, ubi crematum ejus cadaver fuerat, construeretur: ut, si malacrum ejus Iudis Circensibus una cum simulacro Veneris circumferretur: ut, si qua victoria nuociaretur, ei seorsum quasi victori sacrificaretur: ut qui in ejus ædem configisset, ab injuria tutus esset. Et ab eo tempore Octavianus se *Dioi filium* appellavit.

65 *Felixque tuus*] Felix dicitur, tam is qui habet felicitatem, quam is qui facit alios felices. *Aen.* I. 334.

Pocula bina nevo spumantia lacte quotannis  
Craterasque duo statuam tibi pinguis olivi;  
Et multo ia primis hilarans convivia Baccho,  
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra,  
Vina novura fundam calathis Ariusia nectar.  
Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;  
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.  
Hæc tibi semper erunt, et cum solemnia vota

70

*Singulis annis offeram tibi duo vasa recenti lute undantia, et duo vasa pinguis olei. Presertimque letificans epulas copioso vino; ad ignem, si fuerit hyems; sub umbraculis, si fuerit aestas: effundam e calicibus vina Chia, quæ sunt nunc nectar. Damoetas, et Aegon Cretensis mihi canent: Alphesibœus exprimit choræas Satyrorum. Hæc in honorem tuum semper flent, et cum solvemus Nymphis vota annua, et*

probabat Pier., ex Gud. et aliis adstrinxit Heins.—68. *Craterasque* jam inde ab Aldo editur; in aliis *Crateresque*. Contra vulg. duos. At duo jzm. e Rom. commendavit Pier., nunc Heins. recepit, aliis assentientibus. *olivæ* duo Moret. et fragm.—69. *altaria* Medic. Pierii.—70. *sin aestus*, in umbra conj. Waddel. p. 1.—71. *infundam* Menag. et Moret. quart. it. Pier. Obl. nova infundam Moret. sec. Aberrations in *Ariusia* vid. apud Pier. et Burn. it. max in *Lyctius*. Est ἡ Ἀπουσία χάρα, et Λάθερος, urbe Cretæ.—74. *dona*

## NOTE

68 *Crateresque*] Crater Graeca vox, κρατήρ, a κράννῳ μίσχοι; istud autem a κέρας cornu: quod veteræ cavis cornibus, aut effectis in figuram cornuum poculis biberent, in hisque vinam aqua miscerent.

69 *Baccho*] Vino cuius inventor Bacchus a poëtis dicitur: Jovis ex Semele filius: διάδροπος bimater dictus, quia ex utero matris fulminatæ translatus in Jovis femur, inde matnro partus tempore iterum prodit. Orbem terrarum peragravit, Indos domuit, primus omnium triumphavit invectus elephanto: turba stipatus temulentus et vociferantum fœminarum, quas ab eo *Bacchus* dixere. Supra v. 29.

71 *Ariusia nectar*] Ab Ariuso, promontorio Chii insulae, in mari Ægæo, ubi vinum exquisitissimum. *Nectar*] Potus Deorum, ut *ambrosia* cibus: sepe tamen promiscue sumuntur: utrumque immortalitatem significat. *Nectar* enim a re privativa particula,

et κτεῖν occido; *ambrosia*, ab a privativo, et *θρόδες mortalis*. Utrumque ministrarunt dii Hebe, sive Juventa; et Ganymedes. *Calathis*] Pocalis ad speciem calathorum formatis. Ecl. II. 46. Et Martialis Apophor. 107. de calathis ait: *Nos Satyri, nos Bacchus emat*: unde patet calathum poculum quoque esse, non tantum canistrum.

72 *Damoetas, &c.*] Ecl. III. I. *Aegon*, ab ἀξιος capra: dictus *Lyctius*, a Lycto Cretæ insula civitate.

73 *Alphesibœus*] Ab ἀλφέω inventio, et βοῦς bos. Hoc loco nomen pastoris proprium est: sed apud Homerum II. XVIII. 593. epithetum est puellarum, quæ propter formam reperiebant multos juvenes, a quibus bovea accipiebant munerum loco: quia opes omnes illis temporibus in gregibus sitæ erant. De *Satyris*, Ecl. VI. in arg.

74 *Et cum solemnia vota*] Sacra Nymphis fieri solita; vel in agris, ut Turnebo placet; vel etiam in domi-

Reddemus Nymphis, et cum lustrabimus agros.  
 Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,  
 Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ:  
 Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.  
 Ut Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis  
 Agricolæ facient; damnabis tu quoque votis.

75

*Mop.* Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona!  
 Nam neque me tantum venientis sibilus austri,  
 Nec percussa juvant fluctu tam littora, nec quæ  
 Saxosas inter decurrunt flumina valles.

*Men.* Hac te nos fragili donabimus ante cœuta;  
 Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexim:

80

*cum circuibimus campos cum hostia.* Quamdiu aper amabit culmina montium,  
 quamdiu piscis annes: et quamdiu apes alentur thymo, quamdiu cicada rore: semper  
 gloria, et nomen tuum, et laudes durabunt. Agrestes singulis annis sic tibi vota  
 facient, quemadmodum Baccho et Cereri. Tu quoque adiges eos ad vota solvenda.  
*Mop.* Qualia tibi, qualia munera reponam pro tali cantu? Neque enim susurruis  
 Austri ingruentis, nec ripe undis verberata sic me delectant, neque fluvii qui inter  
 lepidosas valles volvuntur. *Men.* Prius tibi dabo hanc tenuem fistulam: qua ego

Parrhas. et pro var. lect. unus Leid.—75. et collustrabimus tres. conlustrabimus  
 unus Burn.—76. amarit Gud. a m. pr.—77. pascuntur Gud., quod tucter Cort.  
 ad Plin. 11 Epp. 9, f.—79. tibi sua Moreti quartus.—80. damnabis—votis. Pla-  
 cebat Heinsoi voti. Sed utrumque recte.—81. pro manere Leid. alt. digna  
 Parrhas. vota unus Leid.—82. nec mentis s. fragm. Moret.—85. donavimus ap.  
 Probum in Institutio art. et in pr. Mentel. et Reg., quod de parate Menalce  
 ad donandum animo accipit Mason., parum apte. ante, antequam discedimus.  
 Paulo jejunius hoc a poëta insertum. Præstabat saltem ecce. Conjicit hoc

## NOTÆ

bus, ut Victorio. Solennia sunt quæ  
 solum in anno fiunt, id est, semel singu-  
 lis annis.

75 *Et cum lustrabimus agros]* Sacri-  
 ficium innuit dictum *Ambarvale*. De  
 quo Ge. i. 345.

79 *Cererique]* Ceres Saturni et Opis  
 filia, mater Proserpinæ, quam a Plu-  
 tone raptam fertur laboriosissime toto  
 orbe quævisse: frugum, et cultus  
 terre, magna ex parte repertrix.

80 *Dannabis tu quoque votis]* Qui  
 vota suscipit, postulat aliquid a Deo,  
 eidemque aliquid promittit. Si Deus  
 promissa annuat: tum vovens quai  
 damnatur, et judicio tenetur promissa

exsolvere. Unde Deus dicitur dam-  
 nare votis vel toti, cum postulata an-  
 nuit, et sic adigit voventem ad exsol-  
 venda promissa. Livius, dec. III. l. 7.  
*Deos, Deosque precabantur, ut illis*  
*faustum iter felisque pugna esset: et*  
*damnarentur ipsi votorum, quæ pro iis*  
*suscepissent.* En. v. 237. eodem sensu  
 dicitur, voti reus.

82 *Venientis sibilus Austri]* Venien-  
 tis, id est, nascentis: tunc enim potius  
 est aura, quam ventus. Sic En. v.  
 344. *Gratior et pulchro veniens in cor-*  
*pore virtus: id est, nascentis et crescentis.*  
 De Austro, Ecl. II. 58.

86 *Hæc nos formosum, &c.]* Hac ea-

Hæc eadem docuit, Cujum pecus? an Melibœi?

*Mop.* At tu sume pedum, quod, me cum sæpe rogaret,  
Non tulit Antigenes, et erat tum dignus amari,  
Formosum paribus nodis atque ære, Menalca. 90

*didici canere: Formosum Corydon amabat Alexim: eademque didici: Cujum pecus? an Melibœi? Mor. Tu vero, Menalca, accipe pedum insigne nodis æquatior distantibus, et ære: quod Antigenes non obtinuit, ticut sape a me peteret; et tunc tamen meredatur amari.*

idem Jo. Schrader. et laudat vi, 69 *Hos tibi dant calamos, ex accipe, Muse.*—88.  
*Ac Moreti quart. me dum sæpe Ven.*—89. *erat cum pr. Moret. tunc qu. Moret. et Ven.*

## NOTÆ

dem fistula cecinimus Eclogam II. quæ incipit: *Formosum pastor Corydon, &c.* Item Eclogam III. quæ incipit: *Dic niki Damata, cujum pecus? an Melibœi?*

88 *Pedum] Virgam pastoralem incurvam: formosum ære, quo suppeditum est; et nodis paribus, id est, nodis qui æquali intervallo a se invicem distant.*

## E C L O G A VI.

SILENUS.

## ARGUMENTUM.

SILENUS pueros Chromim et Mnasimum docet primam rerum originem, juxta doctrinam Epicuri; additque varias fabulas. Per Silenum, Syronem Epicureum philosophum; per Chromim et Mnasimum, Virgilium et Varum, Syronis ea in philosophia discipulos, intelligunt interpres. Certe Romæ tunc temporis vigebat hæc secta plurimum. Et *Virgilium* quidem ostendit hæc Ecloga disciplinæ huic aliquando adhæsisse.

Nam consequentibus annis videtur ad Pythagoram aut

## NOTÆ

*SILENUS]* Senex, Bacchi nutritius et paedagogus; semper asino vehi, semper ebrius describi solitus; cornuto capite, simis naribus: magnæ tamen solertiæ: unde dicitur multa sapienter edisseruisse regi Midæ: memoratnrque rex Antigonus vertisse sibi laudi, quod ab hostibus propter

Platonem deflexisse, cuius philosophiam sequitur. *AEn.* vi.  
**724.** *Varum* autem illum, de quo hic sermo, ab Epicuri disciplina, etiam in moribus, non abhorruisse conjicio, ex Ode Horatii 18. libr. 1. quæ ad eum scripta est, et plane Epicurum sapit. De *Syrone* utriusque præceptore habemus apud Ciceronem, et quod ipsius Ciceronis amicus fuerit, *Epist. famil.* l. vi. 11. et quod vir optimus, doctissimusque Epicureus, *Definib.* l. ii. 119. Quo eodem ex opere facile colligitur, eum in Italia floruisse ultima Ciceronis ætate: qua ætate Virgilius, tum juvenis, operam ei dare potuit.

Ex hoc primo Eclogæ versu, *Prima Syracosio*, &c. sunt qui probent, hanc inter ceteras ordine temporis primam esse; eamque a Cicerone fuisse auditam in theatro, cum a Cytheride sive Lycoride mima cantaretur: unde ad suam et Virgilii laudem Cicero exclamarit: *Magnæ spes altera Romæ.* Sed hæc Donati somnia sunt, qualia multa somniavit. Videtur quippe poëta profiteri Ecl. 1. venisse se primo Romanum, ut agros recuperaret suos: at Cicero annis ante divisionem agrorum ferme duobus obiit, nempe sub initium Triumviralis proscriptionis, anno U. C. 711. cum agri divisi non sint nisi anno U. C. 713. ineunte. Immo probo ego ex iisdem versibus, hanc non esse primam: *Prima Syracosio dignata est ludere versu*: igitur non jam primum, sed antea etiam luserat; idque unum significat, se primum omnium inter Latinos, Bucolicum scribendi genus e Græcia seu Sicilia, transtulisse. Quo autem ordine ac tempore hæc scripta sit, incertum est.

## NOTÆ

deformitatem quasi Silenus rideretur, ut est apud Senec. *De Ira.* l. iii. 22. Nomen a σιλενοῖς σομματα ja-care, cavillari, ex Eliano, l. iii. var. hist. c. 40. Sileni autem dicuntur omnes Satyri seniores, ex Pausania in Attic. Quanquam aliqui pingunt Silenum pedibus humanis, Satyros caprinis.

Satyri autem e Bacchi comitibus etiam fuerunt, salacitate insignes. Plutarchus in Sylla refert, unum ex illo genere ad Syllam esse adductum.

Hieronymus in vita Pauli Eremitæ unum quoque a S. Antonio visum esse testatur: itemque alium ab omni Alexandrino populo, Constantini temporibus. Alii tamen hoc inter spectra aut naturæ monstra referunt, totumque id genus revocant ad fabulas. Nomen deducit Alianus a σερπίναι, quod est, *se hubere in modum rictus canini conformatum*: Casaubonus a Dorica voce σέρπα, jocari: aliunde alii.

Panes his non absimiles, quorum

**primus Pax,** Mercurii filius, a **wāv,**  
**omne:** de quo multa. Ecl. II. 31.

**Fauxi,** a *fando* dicti: quia sylvestri-  
bus in locis affari homines et alloqui  
putabantur: quod aiant in prælio  
Romanos inter et Etruscos de resti-

tuendis in regnum Tarquinij acci-  
disse: voce e sylvis erumpente, quæ  
Romanos bono esse animo juberet.

**Sylvanus** et **Sylvani,** a *sylvis* dicti.  
Ecl. X. 24.

**PRIMA** Syracosio dignata est ludere versu  
Nostra, nec erubuit sylvas habitare, Thalia.  
Cum canerem reges et prælia, Cynthius aurem  
Vellit, et admonuit: Pastorem, Tityre, pingues  
Pascere oportet oves, deductum dicere carmen. 5  
Nunc ego; namque super tibi erunt, qui dicere laudes,

*Musa mea, prima omnium, dignata est canere Sicula carmina: nec eam puduit incolere nemora. Cum canerem reges et bella, Apollo mihi vellicavit aurem, et me sic admonuit: Tityre, debet pastorem pascere pingues oves, et componere tenues versus. Ego nunc, o Vare, exercebo fragili fistula rusticam musam: siquidem multi*

1. **Syracosio.** Ita Romanus Pierii. Συρακοσίων δόμα. Vulgo *Syracusio*, mendose: quod jam Benedictus monuit. *Syracuso* Moreti alter, Menag. alter et Pharras.—2. *neque* e scriptis reposuit Heins. pro *nec. sylvis* Rom. Pierii. cf. Heins.—4. *admonuit* Rottend. ex more librar. *Pastorum Tityre* vitium ed. Rob. Steph.—5. *ducere* Moret. quart. et Ven.—7. *Vare* Parrhas., hic et

## NOTE

1 *Prima Syracosie]* Primus e La-  
tinis non sum dignatus scribere  
carmina bucolica, ad imitationem  
Theocriti Syracusani. *Syracosio:* ut  
brevis esset syllaba tertia quæ alio-  
qui longa est in *Syracusio*, Συρακοσίων.  
*Syracuse,* urba Sicilia tunc amplissi-  
ma: urbes olim quatuor, ex Cice-  
rone; quinque, ex Strabone ambitu  
suo complectens. Nunc *Saragusa*.

2 *Thalia]* Una e novem Musis,  
comœdise et ludicrorum præses: a  
*θάλλη, τιρενο, φορε, εχιλερο.*

3 *Cum canerem reges]* Dicitur Vir-  
gilius res Albanas primo tractandas  
suscepisse, sed abjecisse deinde opus,  
et ad bucolica studiina convertisse.

*Cynthius]* Et Cynthia, nomina Apol-  
linis et Diana: quia nati ambo

in insula maris Ægei *Dale*, ubi mona-  
est *Cynthia*.

4 *Aurem vellit]* Proverbialiter  
dictum, pro *admonuit*, sive quia, ut  
vult Erasmus, in jus ituri vellicabant  
aurem illius, quem esse testem vole-  
bant: unde Horat. Sat. I. I. 9. 76.  
*Licet antestari? ego vero Oppono auricu-  
lam, rapit in jus.* Vel quia, ut vult  
Servius, auris memorie consecrata  
est; quemadmodum frons Genio, et  
digiti Minervæ. *Tityrum* hic se ap-  
pellat Virgilius, ut Ecl. I. 1.

5 *Deductum carmen]* Id est, te-  
nue: a lana, quæ ad majorem tenui-  
tatem vendo deducitur. Horat. Epist.  
I. II. I. 225. *Tenui deducta poëmatica  
fio.* Tibul. I. I. 3. 86. *Deductat plena  
stamina longa colo.*

Vare, tuas cupiant, et tristia condere bella;  
 Agrestem tenui meditabor arundine Musam.  
 Non injussa cano. Si quis tamen hæc quoque, si quis  
 Captus amore leget: te nostræ, Vare, myricæ,10  
 Te nemus omne canet; nec Phœbo gratior ulla est,  
 Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

*sppetent tibi, qui optabunt celebrare laudes tuas, et scribere funesta bella canto ea, quæ a Phœbo fuisse sum cantare. Si tamen aliquis, si aliquis hæc etiam legat, horum amore percitus; te nostræ myricæ, te omnis oylea resonabit, o Vare: nulla pagina magis placet Apollini, quam quæ sibi præfixit Vari nomen. Pergite, o Muse.*

in sqq. cupiunt duo Moreti et fragm. Antwerp.—10. legat Menag. sec. et Moret. sec., utrumque dici solet. vid. Burm.—11. est a Leid. alt. abest.—12. per-

## NOTÆ

7 *Vare, &c.]* De illo magna lis spud interpretes. Alii enim laudes illas attribuunt *P. Alpheno Varo*; alii *P. Quintilio Varo*; alii *Quintilio Cremonensi*, quem item *Varum* vocant. Constat hoc tres Virgilii aequales fuisse. Et *Alphenus* quidem *Varus*, Servii Sulpicii jurisconsulti discipulus, jurisconsultus ipse fuit celebris: qui ex arte sutoria, sūt, ut volunt alii, tonsoria, ad consulatum adrepigit, an. u. c. 755. Digestorum libros scripsit quadraginta. Laudatur a Gellio propter studium antiquitatis, lib. vi. 5. Ab Horatio memoratur propter vafritiem, Sat. l. i. 3. Ab interpretibus Horati, Cremonensis dicta. Tamen huic non puto dicatam esse hanc Eclogam; tum quia nulla lande bellica, sed una forensi claruit: tum quia, cum sutor dicatur fuisse, nec ad consulatum nisi diu post obitum Virgilii pervenerit; non videtur ejus fortuna tum, cum Eclogæ scriberentur, satis Virgilii fortunæ præstisset, ut hic illi tam effusis laudibus adularetur. *Quintilius vero Cremonensis*, de quo sic Eusebii Chron. ad annum primum Olymp. 189. qui respondet anno u. c. 730. *Quintilius Cremonensis*, *Virgilii et Horatii familiaris*, moritur. Idem ille est,

quem Servius Virgilii cognatum appellat; et cuius in morte Horatius Virgilium consolatur, Od. l. i. 24. Sed huic a nemine, præterquam a Grammaticulis *Vari* cognomen tribuitur. Omnino igitur laudes istæ ad *P. Quintilium Varum* referendæ sunt: qui magnis muneribus sub Augusti imperio perfunctus est. Consul. an. u. c. 741. Syriæ deinde praeses per annos octo. Denique missus in Germaniam cum tribus legionibus; quas ingenti clade amisit, insidiis ab Arminio circumventus, an. u. c. 762. tanto suo dolore, ut sibi conciverit mortem; tanto Augusti luctu, ut caput illidens parieti exclamaret, *Vare, legiones rede.*

Et *tristia bella*] Miror hic Nannium et alios, qui bella intelligent Germanica, Varo tam funesta: illa enim anno post obitum Virgilii septimo circiter et vigesimo gesta sunt. Bella igitur significantur alia, quibus Varus per Triumvirales tumultus interfuerat: *tristia*, non illi, sed ejus hostibus, et patriæ generatim.

9 *Si quis tamen, &c.]* Quanquam Apollo me deterruerit a tuis factis heroico versu describindis: si quis tamen hæc legat bucolica; is nomen tuum nostris in sylvis, seu bucolicis,

Pergite, Pierides. Chromis et Mnasilus in antro  
Silenum pueri somno videre jacentem,

Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho : 15

\* Serta procul tantum capiti' delapsa jacebant; \*

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Aggressi (nam saepe senex spe carminis ambo  
Luserat) injiciunt ipsis ex vincula sertis.

Addit se sociam, timidisque supervenit, Aegle ; 20

Aegle, Naiadum pulcherrima ; jamque videnti

*Chromis et Mnasilus pueri viderunt Silenum in caverna prostratum somno; venis tunentibus hesterno vino, ut mos est. Erant procul humi corona, tantum lappa e capite. Et grande poculum suspensum erat per ansam attritam. Hunc invadentes, injicunt vincula confecta ex ipsis coronis: saepe enim ille senex utrumque deceperat spe versum. Aegle adjungit se sociam, et accedit pavida: Aegle formosissima Nai-*

scripsit multi, male. præscribit Parrhas.—13. Errores in his nominibus v. ap. Burm. *Cromis* et *Cronis* Goth. Χρόνας. Μέδουλος.—16. capiti' tantum Rottend. Saltem hoc malim a poëta profectum. Quod nunc habemus, procul tantum capiti' d., vix habet quonodo satis bene jungas (vid. Not.), aut expediias. Poterat tamen tum facile epitheton substitut et apponi capiti, v. c. madido, tumido, fesso. Potest quoque in capite versus mox excidiisse videri *Vitea* *serta* *procul* *capiti' delapsa*, male et importuno loco suppleta. Omnino jejuno est versus, et multo magis rō jacebant post v. 14. *videre jacentem*.—17. At gracis Moret. quartus.—18. *ambo*; ita Pierii et Heins. meliores et plures; alii *ambos*. v. Heins.—19. *ex ipsis* Voss. pr. et *vincula* Menag. sec.—20. *tumidisque* Leid. sec. a m. sec.—21. *namque* aliquot antiqui Pier, tum Moreti unus et ed.

## NOTÆ

undique sparsum reperiet: quod quidem ideo undique sparsi, quia scio, scripta Phœbo placere magis nulla, quam quæ nomen tuum præferunt. Et vero etiam nona ecloga mentionem Vari crebram facit. De *Myricis*, Ecl. iv. 2. De *Pieridibus*, Ecl. iii. 85.

13 *Chromis et Mnasilus*] Juniores Satyri. *Chromis a χρόνη λίτην*; *au-dacia*.

*Mnasilus*] a μῆδος meminisse facio: et οὐλλος sconna.

15 *Iaccho*] Bacchū nomēn, ab λαχ, clamor: ob vociferantes in ejus comitatu ebrias mulieres.

16 *Serta procul tantum*, &c.] Sic explicat Turnebus hanc vocem, *tantum*: *serta procul jacebant*: tantum delapsa e capite, non rupta, non calcata. Sic Celdanus: Jacebat, dormiebat, vinni inhibebat, omnes habebat' ebrietatis

*Delph. et Var. Clas.*

notas; hæc una tantum nota deerat, quod *serta* non gereret in capite. Hic enim erat ebriorum mos. *Capitā coroham mi in caput, assimilabo med eborum*. Plaut. in Amphit. III. 4. 16. *Capiti]* pro capite. Sic Ge. i. 267. *Nunc torrete igni fruges*.

17 *Cantharus*] Vas vinarium, in formam Scarabæi, qui κανθάρος dicitur. Baccho sacer est: unde notatus superbia C. Marius, quod post victoriā Cimbricam cantharis potare Liberi patris exemplo ausus fuerit, ex Plin. I. xxxiii. 11.

18 *Ambo*] *Ambos* Latina forma; *ambo* Græci, ἀμφοι. Sic duos, et duo, δύο. Ecl. v. 68. Craterasque duos statuam. Æn. xi. 286. *Si due præterea tales Idæa tulisset terra viros*.

21 *Aegle Naiadum pulcherrima*] Ab αἴγλῃ splendor. Nymphæ nomen, Né-

*Virg.*

G

Sanguineis frontem moris et tempora pingit.  
 Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.  
 Solvite me, pueri; satis est potuisse videri.  
 Carmina, quæ vultis, cognoscite; carmina vobis,  
 Huic aliud mercedis erit. Simul incipit ipse. 25  
 Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres  
 Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.  
 Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes;  
 Nec tantum Rhodope mirantur et Ismarus Orpheo. 30  
 Namque canebat, uti magnum per inane coacta

*dum: et ipsi, jam oculos aperienti, linij frontem et tempora moris rubris. Ille ridens fraudem: Cur, ait, implicatis mihi vincula? expedite me ex iis, o pueri: sufficit quod potuerim deprehendi a vobis. Audite versus quos petitio: vobis versus; huic Regel, aliud præmium erit: simul ipse incipit. Tunc vero aspicere Faunos et feras saltare ad cantum, tunc duras quercus cacuminibus nutare. Nec mons Parnassus adeo latet Apollin; nec Rhodope et Ismarus adeo mirantur Orpheum. Cantabat enim quomodo semina terrarum, et aëris, et maris, et simul puri ignis, congregata fuerint in*

-----  
 Mediol. Est et in ed. Ven. 1472 et Goth. sec.—23. Quid ed. Ven., et Pier. in antiqu. aliquot codi. esse memorat; scilicet ex interpretatione.—26. ille Ven. et Parrhas.—27. *Fauus sylvaque Vratisl.*—28. *mutare* Longob. Pierii, quod ille exponit, ut mutant arboreos montium cacumina, transeant de monte in montem. *nutare* Parrhas, cf. Ecl. v. 5.—30. *Ismarum urbem* ex Homero bene novimus: nuue montem memorari ne dubites; etiam Ge. ii. 37. *jurat Ismara*

## NOTE

æræ et Solis filiæ. De *Naiædibus*, Ecl. ii. 46. Dicuntur *Na-i-ades*, quadrisyllaba voce, ut hic; vel *Naiædes*, aut *Naiædes*, trisyllaba voce, ut Ecl. x. 10. *Naiædes indigno cum Gallus amore* periret.

22 *Sanguineis frontem moris*] *Morū*, fructus arboris mori: *mewe*. *Vocat sanguinea*: quod, candida cum easent prius, e sanguine Pyrami et Thysbes ruborem induerint. Ovid. Met. iv. 54.

23 *Satis est potuisse videri*] Supple, ad impetrandum quod vultis: *quia*, inquit Servius, *semidei*, cum volunt tantum, videtur: atque adeo, si videri volunt, signum est eos velle videntibus postulata concedere. Vel sensus est: solvite me, satis enim ludji est, quod is visus sim vobis, qui ligari possem.

27. *In numerum ludere*] Saltare ita,

ut motuum ratio et mensura, cantuum rationi et mensuræ respondeat. De Fauis, in notis ad argumentum hujus Ecl.

29 *Parnassia rupes*] Mons in Phœcide, Cythæroni et Heliconi vicinus; gemino vertice: quorum alter *Nisa* vocatur, Baccho sacer; alter *Cirrha*, Phœbo Musisque dicatus.

30 *Rhodope*] Mons Thraciæ, nivibus semper horrens, ad Euxinum mare protensus, ex quo Hebrus profluit. *Ismarus*, plnr. *Ismara*: mons alter, in maritima regione Thraciæ, non procul ab ostiis Hebri. Hæc loca peragravit Orpheus vates, de quo Ge. iv. 454. De *Orpheo*, Ge. iv. 454.

31 *Namque canebat uti, &c.*] Origo mundi, juxta opinionem Epicuri philosophi Atheniensis, ex oppido Gargetto: qui natus anno ante Christum

Semina terrarumque animæque marisque fuissent,  
Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis  
Omnia, et ipse tener mundi concreverit orbis;  
Tum durare solum, et discludere Nerea ponto  
Cœperit, et rerum paulatim sumere formas;

35

*immenso vacuo: ut ex his primis omnia principia, et ipsa moles recentis mundi coauerit. Deinde quomodo terra caperit solidari, et aquas dispellere a se in mare, et accipere sensim species rerum. Postea quomodo terra miraretur Solem recentem*

.....

Baccho Conserere; quod unde poëta acceperit, non constat. Fuit etiam Ismaria palus, Herodoto memorata Maroneam vii. 119. mirantur e Rom. aliisque melioribus Heins. Vulgo miratur. tanto Leid. Post hunc in nonnullis libb. et edd. supposititiis, et jam a Benedicto damnatus, versus: *Quantum omnia mundus gaudet cantante Sileno*; habet etiam Goth. uterque, alter ab alia manu, que metrum vapulare nolebat, adscriptum habet alium versum: *Quantum Sileno sylva latentur ovante*. Priorem versum ex Servii verbis consarcinatum esse vidit Jo. Schrader. in schedis mss. Non autem semper *quod quantum subjicitur tantum*. Similis ratio erat Ecl. v. 82. sq.—32. terrarum, animæque Ven. et ed. Ven. marisque quatuor cum Goth.; et sic in edd., usque ad edd. Pulmann., in quas re temere inductum miror ab Heinsio et Burm. esse servatum. Post v. 32. Goth. sec. subjungit versum: *Hinc hominum quondam genus et primordia rerum*.—33. in his tres scripti cum ed. Ven.—34. concreverat Mental. uterque. *mundus* Rottend.—35. ponti Zulich.—37. *notum* ut

## NOTÆ

circiter 341. regnante in Macedonia Philippo Alexandri patre: ex calculo senex obiit. Cujus philosophiam de rerum natura versibus persecutus est Lucretius. Statnebat igitur duo rerum principia, plenum et inane: quia quicquid est, vel continetur, et est plenum; vel continet, et est inane. Inane vocabat, spatium usquequoque diffusum, carentis corporibus; plenum appellabat, atomos, sive minuta corpuscula, toto inani volitantia; quæ hic a Virgilio *semina* vocantur: quorum ex fortuito concursu coauerint illa quatuor, que dicimus elementa, ignis, aqua, terra, et aer. Aërem hic animam vocat, post Lucretium l. vi. 577. *Ventus ubi, atque anima subditus maxima quedam*. Quia animabilis et spirabilis est, ex Cicer. De nat. Deor. ii. 91. Ex his porro elementis, inter se ordinatis ac temperatis, cœlum, sol, animalia, ceteraque deinde formatæ sunt.

35 *Solus*] Primo dicitur de planta pedis. Sic Lucr. l. i. 924. *Avia Pteridum peragro loca, nullius ante trita solo*. Hinc solea dicta, que partem illam pedis obtagit. Hinc et *solum* pro terra vulgo sumitur, ex Varr. l. iv. de L. L. quia solo, id est, planta pedis teritur. Neque pro terra tantum, sed pro unaquaque re, quæ alteri supponitur, eamque sustentat. Pro mari, Æn. v. 198. *Vastis tremit ictibus aera nippis, subtrahiturque solum*. Pro celo etiam, Ovid. Met. i. 73. *Astra tenent caeleste solum*. Frequentius tamen pro terra, tam in singulari, quam in plurali numero. Ge. i. 80. *Ne saturare finis pingui pudeat sola*.

36 *Discludere Nerea ponto*] Pontus hic usurpatur, non pro aquis, sed pro loco, sive cavitatibus terrarum, in quibus aquæ segregatae sunt. *Nereus* vero sumitur pro aquis ipsis. Is juxta Orpheum, Deorum antiquissimus est: juxta alios, Oceanus et Tethys filius.

Jamque novum terræ stupeant lucescere solem,  
 Altius atque cadant submotis nubibus imbræ:  
 Incipient sylvæ cum primum surgere, cumque  
 Rara per ignotos errent animalia montes.  
 Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna,  
 Caucasiasque refert volucres, furtumque Promethei.  
 His adjungit, Hylan nautæ quo fonte relicta.

40.

*emicare, et quomodo pluriæ deciderent e nimbis alte remotis a terra: cum nemora tunc inciperent crescere, et cum animalia adhuc rara vagarentur per montes nondum cognitos. Deinde narrat saxa projecta a Pyrrha, tempora Saturni, et ares Caucas, et ignem subreptum a Prometheo. Addit his rebus, quem ad fontem Argonautæ alte*

\*\*\*\*\*

terræ erat ante Heins.; sustulit ille ut ad fidem vetust. codd.—38. *utque c.* Rom. Pierii. *utque cadunt* Mentel. pr. a m. pr. et Leid. *submotis ignibus* idem Rom. cum ed. Ven. 1472.—39. *Incipiunt Moreti quart.* Leid. sec.—40. *errant Moret. quart. et Mental. tert.* currant Ven. et Parrhas. *per ignaros—montes* Rom. Pierii, it. ed. Ven. 1472, quod commendat et passive pro *ignotus* dici ostendit Heins., qui etiam Medic. laudat; atqui is ante v. 48 deficit. Tuetur vulgatam Burm.; proprium enim *notus* de sedibns ferarum. Quod quidem verum est; *ignarus* tamen doctius est altero: adeoque ad criticam rationem præferendum erat.—41. In Cod. Franc. *Hinc lapides Pirre jactos, primordia rerum, Hinc hominum pecudumque genus, Saturnia regna:* in Voss. et Zulich. a sec. m. *Hinc hominum quandam genus et primordia rerum;* ita etiam in Fragn. Moreti, nisi quod *regum*. Videtur interpolatio deberi iis, qui videbant, *Saturnia regna* non bene post Pyrrhamponi.—42. *Caucasiasque:* sic vestitiores Pier. et Heins. *Caucaseasque alii, Caucaseasque Reg.* *Caucasea refert* Leid. *Promethi Franc.*, sieque Serv. ad v. 78, ubi *Teri*.—43. *Hylan Pier.*

## NOTE

**Idem ex Doride, sorore et uxore sua,**  
**maximam Nympharum marinaram**  
**turbam suscepit, que Nereides dictæ.**  
*Nessa*, accusativus Græcæ.

**41 Lapidæ Pyrrhæ, &c.]** Pyrrha Deucalionis uxor fuit, quo apud Thessalos regnante, contigit diluvium: ex quo servati dumtaxat hi duo, et nivala delati in Parnassum; qui monitum omnium unus aquis submersus non fuerat. Ibi Thessalidis oraculum consulerunt de reparatione generis humani: acceptoque responso, ut magna matris ossa post tergum projecterent, lectos e terra omniparente lapides projecere: quorū qui sunt a Deucalione projecti, in mares; qui a Pyrrha, in fœminas continuo mutati sunt. Ovid. Met. i. 318. De *Saturni regno*, Ecl. IV. 6.

**42 Caucaseasque, &c.]** Promethæus, Japeti filius ex Asia conjugé, Deneanionis pater: cum ignem e cœlo furatus esset, admota solis currui face-eferulis confecta: eoque igne, vel hominem a se e luto formatum amissset; vel, ut narrant alii, plurimas artes ad usum hominum repperisset: a Mercenrio iussu Jovis in Caucas scopolu ligatus est: *vultar*, aut aquila-jecori ejus assidue pertundendo adhibita. *Caucasus*, Asie mons notissimus, inter mare Euxinum et Caspium, *mont de Circassie*.

**43 Hylan nautæ quo fonte, &c.]** Hy-las puer, delicie Herculis, ejusque comes in Argonautica expeditione. Is cum e navi descendisset ad aquationem, in ripam fontis incumbens urue pondere demersus est: a Nym-

- Ciamassent, ut littus, Hyla, Hyla, omne sonaret;** 45  
**Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,**  
**Pasiphaëni nivei solatur amore juvenci.**  
**Ah, virgo infelix, quæ te dementia cepit!**  
**Proctides implerunt falsis mugitibus agros:**  
**At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est**  
**Concubitus, quamvis collo timuisset aratrum,** 50  
**Et sæpe in levi quæsisset cornua fronte.**  
**Ah, virgo infelix, tu nunc in montibus erras:**  
**Ille, latus niveum molli fultus hyacintho,**  
**Illice sub nigra pallentes ruminat herbas;**

*ocassent Hyлан amissum: quomodo ripa omnis referret: Hyla, Hyla. Et ob anno-rem tauri condoleat Pasiphaë; felici, si nunquam tauri fuissent. Ah, mulier misera, quæ insania te occupavit? Filiæ Præti repleverunt campos falsis mugitibus: nulla tamen earum quæsisivit tam infames amplexus pecudum; tictet metueret suo collo jugum aratri, et sepe exploraret cornua in fronte polita. Ah, mulier misera, tu jam vagaris per montes! taurus vero reclinans candidum latus in teneris hyacinthis, sub umbroba*

et Heins. e melioribus. Vulgo *Hylam*.—44. quo littus ex aliquot mss. landat Pier.—48. *uras* duo Moreti, quod et ipsum bonum esset. *falsas*—*uras* unus Mentel, et fragm. Moreti.—49. *est* abest a Medic.—60. *collo quamvis unus* Francii, eleganti ordine. *tenuisset* tres libri; unde Heins. conjicit renuisset, frustra; mox *quæsisset* tres scripti.—53. *fulto* Gnd. a m. pr. *suffultus* Leid. Acute quærit Jo. Schrader., an in *syria hyacintho* locus sit? et an *tam parvo flore fulciatur bos?* conjicit itaque: *suffultus acantho*: scilicet in pratis quoque

## NOTE

*phis, ut fabulanter, raptus; ab Hercule et Argonautis diu frastra inclamatus. Unde in ejus memoriam solennes eo in loco institutæ sunt in-clamationea, et curmitationes populi, ex Solino, c. XLII.*

*Quo fonte] Quis enim fuerit am- bigiter. Solinus *Hylam* fontem et lacum assignat, qui Prosiaden Bi-thyniæ urbem alluit. Alii *Accanum* ejusdem regionis fluvium, &c.*

*44 Hyla, Hyla omnes] Greci vocalem longam ante aliam vocalem raro eli-dunt, et sepe corripiunt: ita hoc loco Virgilius.*

*46 Pasiphaëni] Filia solis fuit: no-men a patre deductum, qui τάν φέα, omniibus lucet: nixor Minois regis Cre-tæ: que tauri amore capta, et Dredali artificie ope vaccæ lignæ inclusæ,*

*Minotaurnum e tanro peperit, semi-ho-minem et semibovem. Reliqua Æn. vi. 26. Virginem vocat, etbi jam Phædre, Ariadna, et Androgei matrem: Plauti, Terentii, et Euripidis exem-plio; qui sic appellant corruptam etiam quamlibet foemiuam, modo junior sit.*

*48 Præties] Filia Præti regis Argivorum, et Antæ, vel Sthenobœæ. Haæ cum se Janoni forma æquipara-rent, ab illa in eam rabiem actæ sunt, ut vaccas se putarent: postea sanare sunt a Melampo. *Falsos* magitus vocat, quia re ipsa non erant vacce, sed vano errore deceptæ sepe frontem tentabant, explorabantque num cornuta essent.*

*54 Rhamnæ] Rhamnæ est pars emi-nens gettaria, cajus in cavitatem de-*

Aut aliquam in magno sequitur grege : Claudite, Nymphæ,  
Dictææ Nymphæ, nemorum jam claudite saltus,        56  
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris  
Errabunda bovis vestigia ; forsitan illum  
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum,  
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.        60  
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.

*ilice regustat herbas pallidas : vel consecutatur aliquam vaccam in numeroso armento.*  
*O Nympha, Cretenses Nympha ! claudite jam, claudite saltus sylvarum : ut videamus,*  
*an fortasse alicubi raga vestigia tauri se nostris oculis offerant obviam.* *Forsitan aliquæ vaccæ allicent illum ad stabula Gortynia, aut sectantem greges, aut cupidum viridis herbae.* *Deinde cantat virginem admiratam poma Hesperidum.*

.....  
passim arbores visuntur, et in saltibus loca sunt libera herbosa, *clauaræ*. Et, fultum esse, ornatus inservit, si de recubante agitur.—55. in deest in Zulich.—56. *Dirceæ* Rottend. *nemori* fragm. Moreti. Distinguunt multi post *Dictææ* et jungunt *Nymphæ* *nemorum*, quo spectat Zulich. *Dictææ*, et *Nymphæ*, minus suaviter.—57. Si qua Leid. a m. pr. *fata pro forte* Goth. pr. *ferent* ed. Dan. *vestris* quinque Codd. cum Goth. sec. quod et ipsum ferri possit. Verum *Siqua* ut *ērws*. &c. ap. Homerum, dictum est pro *ut*: *occludite sylvarum aditus*, ut ille mihi in conspectum veniat, evagandi licentia adminta.—59. *herbam Medic.*, forte *herba* in addit. Burm. Sed est ex *vito* *scriptionis*. cf. in eod. Cod. Ecl. VII. 8. 13.—60. *Producant* fragm. Moreti. v. ad Ecl. I. 73. *Gortynia* passim codd., male.—61. Tunc tres ap. Burm. Parum suavis est junctura horum versuum : *Tum canit* v. 61. *Tum P.* v. 62. *Tum canit* v. 64. Jo. Schraderum video eo devenisse, ut v.

## NOTÆ

missi cibi, a quibusdam animalibus revocantur, et regustantur; quod *rūminare* dictum est.

*Pallentes herbas*] quia calore stomachi viriditatem amiserunt, cum remanduntur. De *hyacinthis*, Ecl. III. 63. De *ilice*, Ecl. I. 18.

55 *Claudite Nymphæ*, &c.] Verba sunt, vel *Pasiphaës*, quam Silenus loquenter inducit ad *Nymphas*: vel ipsius Sileni *Pasiphaën solantis*, et *Nymphas* precantis, ut ei in inveniendo tauri opem ferant.

*Claudite*] Retibus, sive indagine; quomodo feræ clauduntur in ventione, ne aufugiant. *Saltus*] A saliendo: pars est sylvarum, vel in qua spissa arborea exsilium et a-surgunt altius, ut Isidoro placet; vel potius, ut Varroni, pars vacua et expedita ab arboribus, ubi pecudes libere pas-

cant et exaliuant. Ita Ge. III. 143. *Saltibus in vacuis pascant.* *Dictææ*] a Dictæ, qui mons est in Creta celebris, enjus in antro apes Jovem infantem aluere. Ge. IV. 152.

58 *Forsitan illum*, &c.] Fortasse, nisi clanditis sylva, effugiet *stabula* ad *Gortynia*. *Gortyna*, vel *Cortyna*, oppidum Cretæ mediterraneum, latioribus pubulis insigne, ubi propterea Solis armenta fuerunt.

61 *Hesperidum miratam mala puellam*] Atalanta est, filia Schœnei regia in Scyro, maris *Ægæi* insula: quæ cum procis cursu contendebat ea lege, ut victori nuberet, victimum occideret. Victa tandem est ab Hippomenè, Martis, vel Neptuni nepote: dum aureis malis, quæ ab illo projecta inter currendum fuerant, colligendis occuparetur. *Mala Hippomeni de-*

Tum Phaëthontiadas musco circumdat amaræ  
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.  
Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum  
Aonas in montes ut duxerit una sororum; 65  
Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis;  
Ut Linus hæc illi, divino carmine pastor,  
Floribus atque apio crines ornatus amaro,

*Deinde cingit sorores Phaëthontis musco corticis amaræ, et attollit e terra excelsæ alnos. Deinde cantat quemadmodum una e Muis deduxerit in colles Boeotia Cornelium Gallum, deambularem circa fluente Permessi: et quemadmodum totus chorus Apollinis assurrexerit huic viro. Quemadmodum Linus pastor, coronatus floribus et acri apio, hæc illi dixerit divinis versibus: En sune, Musæ dant tibi*

61 retraheret supra ante v. 54. *Et fortunatum.* — 62. Male *Phaëthontiadas* scriptum in ed. Burm. et al.; est enim *phaëth* Sol. *phaëthras*. — 63. *aque solo* Gudian. a m. pr. ita variatur fere; hic tamen non male. — 64. Tam importuna est Galli commemoratione in mediis fabulis, cum mox v. 74 ad alias fabulas de Scylla et Philomela procedat, ut semper molestum sensum in his vers. habnerim. Facilius tamen modela est, si versus transpositos esse intellexeris; quod si nequam, saltem h. l. factum arbitror; neque aliter Scaligerum sensisse constat. Scilicet versus 74—81 Quid loquer etc. usque ad *Inflex sua tecta supervolitaverit* alii retrahendi sunt in unum locum ante hunc 64, utque post illos sequatur: *Tum canit, errantem.* — 65. *Aonias* unus Pierii et Heinsii tres cum edit. Mediol. ex interpretatione. *Ionas* ed. Ven. 1472. *dixerit Medic.* — 66. *Atque e. non-nulli et ap. Arusian. Measum.* — 67. *hoc illi Ven.* — 68. *armatus duo.* — 69. *Dixe-*

## NOTÆ

derat Venus, ex horto Hesperidum. *Hesperides* fuere tres, Ægle, Arethusa, et Hesperthusa: filiae Hesperi, qui frater Atlantis fuit. Haec ad Lixum Mauritaniæ oppidum, hortos incolebant aureis arboribus pretiosos, et a pervigili dracone custoditos; quem Hercules occidit, fructusque deprædatus est.

62 *Phaëthontiadas*] Sorores Phaëthontis, filiae Solis, a quo dictæ quoque sunt *Heliaades*, Phaëthusa, Lampetie, et Lampethusa: quæ nimio luctu ob fratrem dejectum e curru Solis in Eridanum, mutatae sunt, vel in alnos, ut hic narrat Virgilinus, vel in populos, ut *Æo.* x. 190. Ovidius vero *M. II.* 366. ait ex earum ramis electrum, sive succinum, in Eridanum, lacrymarum instar stillare. *Mucus*, est quicquid extimo arborum cortici quasi lanuginosum et villosum adhæ-

ret. *Cortex* masculini et foemini generis.

64 *Permessi ad flumina Gallum]*  
*Permessus* flavus Boeotia, ex Helicone profluens. *Gallum]* De eo, Ecl. x. in argumento.

66 *Aonas in montes]* Heliconem et Citheronem, montes Boeotia; quæ primo Aonia dicta est, ab Aone Nettuni filio, qui montanis ejus regionis gentibus imperavit: deinde Boeotia, a bove; cuius ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi Thebas condidit. Ovid. Met. III. 14. Hinc Musæ *Aenides* appellatæ, quia sacer est ipsis Helicon.

66 *Phœbi chorus]* Musæ novem, vel poëtæ. *Assurrexerit* Surrexerit e sedibus, honoris causa. *Linus]* Apollinis et Terpsichores filius. Ecl. IV. 56.

68 *Apio]* *Apium, persicæ:* herba cornaria, qua et sepulcra spargi sole-

Dixerit: Hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ,  
 Ascræo quos ante seni; quibus ille solebat  
 Cantando rigidas deducere montibus ornos.  
 His tibi Grynei nemoris dicatur origo:  
 Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo.  
 Quid loquar, ut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,

70

*hanc fistulam; quam prius dederant Ascræo seni; qua ille canendo solebat evocare duras ornos e montibus: hac fistula celebretur a te origo Gryneæ sylvæ; ut nulla sit sylvæ, qua magis Apollo gloriatur. Quid dicam ut memoraverit, aut Scyllam Nisi*

erat fragm. Moret. *qja a. conj.* Heins. *en aspice* Goth. sec.—70. *ante solebat* Ven. Parrhas.—71. *rigidos fragm.* Moret.—72. *Grynei et Grynei aberrant.* Sed est *Γρύνειον*.—73. *Nec Goth. uterque.* *Nec qui sit lucus* Rottend. et Mentel. alter a m. pr. *quo plus se* Ven. et Zulich. cum Goth. pr.—74. *Quid loquar aut Scyllam Nisi quam f.* Sic Medic. cum aliis vet., nt et Goth., sicque edd. Alld. pr. et sec., ut tamen interpongant: *Quid loquar?* aut. At Nauger. in tertia emendavit *ut Scyllam*: estque ei electioni auctoritas e cod. Rom. et suffragantur viri docti, in his Brunck. V. C.; et fatendum est, orationem ita fieri leniorum. Gronov. Obas. I. 22 etiam ingeminat: *Quid loquar, ut Scyllam Nisi, ut quam f.* Supplici quidem potest *ut*, toto sententiarum ordine recte instituto, ex v. 78 *Aut ut m.* Altera tamen ex parte non minus proclivis fuit lapsus, ut mutaretur *ut* in *aut*: nec minor auctoritas est Romano quam Medicco Codici. *Quid loquar? an Sc. N. aut unus Pier. in Scyllam Nisi Parrhas.* Porro *ut Sc. N. aut quam f. a.* in Pulmannianas illatum: nec constat auctoritas. Recte itaque Heinsius secundum codices expulit alterum *aut*. Idem observat, interpolationem hinc ortam, quod duas Scyllas, Nisi alteram, alteram Phorei et Crateides (apud Homer. Od. M. 124. cf. Ciris 65 sq. et ibi notata. Hygin. f. 199 et Muncker), confundi sic nobleant viri docti; quod tamen passim factum. vid. Hæns. Ovid. Epist. L. 83. Perizon. *Animadversa*. hist. c. 9. et

## NOTÆ

bant, ex Suida; et victores Isthmicis Nemeiaque ludis, itemque epulantes coronari, ex Horatio Od. I. II. 7. 23. *Quis udo deproperare apio coronas, curate myro? Quem Venus arbitrum dicet bibendi?* Ergo ad luctus et delicias idonea.

70 *Ascræo quos ante seni]* Hesiodo, cuius patria *Ascre*, vicus Beotie, in dextro Heliconis latere situs: qui, nt ipse de se fabulatur initio Theogonie, cum agnos in Helicone pasceret, accepit a Musis non calamos quidem, sed lauri virentis ramum. Strabo Cumam Æolicam illi patriam assignat, unde cum Dio patre commigravit Asram. Hunc alii Homero antiquorem, alii æqualem, nonnulli juniores putant. Lis adhuc pendet.

71 *Ornos]* *Ornus, Fraxinus sylvestris et montana. Frenæ sauvage.*

72 *Grynei nemoris]* *Gryniæ juxta Strabonem, oppidum fuit Æolidis: ubi templum Apollinis candido e lapide, et lucus eidem sacer fuit: locus oraculis insignis. Gallos autem, de quo fuse dicemus Ecl. x. fertur redidisse Latinis versibus quedam ex Euphorione poëta Chalcidensi: Suidas vero, inter illius Euphoronis opera, memorat *Mopsopia*, sive *Confusa*; in quibus varias historias, in primis que multa de oraculis, narrabat. Quo in opere probable est originem Grynei oraculi suisse descriptam, eamque partem a Gallo Latine redditam esse.*

74 *Quid loquar aut Scyllam, &c.] Duplex vulgo Scylla distinguitur:*

|                                                 |    |
|-------------------------------------------------|----|
| Candida succinctam latrantibus inguina monstris | 75 |
| Dulichias vexasse rates, et gurgite in alto     |    |
| Ah! timidos nautas canibus lacerasse marinis?   |    |
| Aut, ut mutatos Terei narraverit artus;         |    |
| Quas illi Philomela dapes, quæ dona parazit,    |    |
| Quo cursu deserta petiverit, et quibus ante     | 80 |
| Infelix sua tecta supervolitaverit alis?        |    |

filiam; quam rumor tulit, cinctam latrantibus monstris circa alba crura, disturbasse naves Ulysses, et in profundo mari lauiasse, heu! nautas pavidos canibus marinis? Aut ut memoraverit corpus Terei conversum in upupam; quos cibos, quæ munera Philomela illi preparaverit; qua accelerat abiurit in deserta; et quibus penitus miser valacerit super domum prius suam. Silenus certe omnes fabulas quæ felix Eurotas

-----

passim alii; et si non tam confundere dicendi sunt poëte fabulas, quam potius varijs narrandi modos sequi; quod bene monuit doctiss. Ouwens Noct. Hagan. p. 389 sqq. en Scyllam Nisi an quam fuere qui emendarent, apud Taubmannum. Fama loquuta est tres ap. Burm., sed male post quid loquer. A Medic. abest es; Rom. narraverat. Ceterum in Voss. et Reg. ante v. 74 erat vacuum spatum, quo apponi scilicet alio pigmento fabulæ argumentum posset.—75—77. idem versus in Ciri 59. 60. 61.—76. gurgite vasto Goth. sec. a m. sec.—77. At Menag. canibus nautas unus Moreti et Leid. vexasse Rottend. alter pro lacerasse.—78. Teri Voss. prior et Scru., ut 42 Promethi.—79. parare Menthel. pr. pararut Rottend. sec.—80. Quo cursu deserta Ven. et Parrhas., non mule, sed Quo cursu melius respondet quibus alis. patierit

## NOTÆ

altera Nisi Megarensium regis filia, quæ patrem, execto fatali ejus capillo, prodidit hosti Minoi, cuius amore flagrabat; et in avem ceirum est conversa. Ceiris quibusdam, est l'aignette; quibusdam, l'aluette. Altera Phorci filia, quæ cum amaretur a Glauco, per Circes invidiam mutata est inferiori parte corporis in caninos rictus, fonte quo lavari soletabat, veneficiis infecto: cuius deformitatis horrere Siculum in fretum se præcipitem dedit, ibique in scopulum est conversa; non longe à celebri voragine, cui Charybdis nomen est: de qua Aen. III. 420. Hoc loco valida tempestate jactant sunt naves Ulyssis, regis Ithacæ et Dulichii, insularum in Ionio mari. Igitur plerique Virgilium accusant, quod utramque fabulam confuderit; tribueritque Scyllæ Nisi, quæ ad Scyllam Phorci pertinent.

Iudemque notis male versum emendant ex fide MSS. leguntque: Quid loquer, as Scyllam Nisi, aut quam sema, &c. Vel: Quid loquer, aut Scyllam Nisi, aut, &c. Cerdanus tamen vulgarem lectionem tuetur exemplo Ovidii, Amorum l. III. 12. 21. qui Scylla Nisi canes quoque tribuit: Per nos, Scylla, patri cano furata capillos, pube premittit rubidos inquinibusque canes. Item Propert. l. IV. 4. 4. Quid mirum in patrios Scyllam servisse capillo, candidaque in aevos inguina versa canes?

78 Terei, &c.] Philomela et Progne filie fuerunt Pandionis, Atheniensium regis. Tereus rex Thracie Prognei uxorem duxit, ex eaque suscepit Itym filium. Postea Philomelæ stuprum intulit, eique linguam abscondit, ne scelus evulgaret: quo tamen in tela descripto, utraque soror Itym jugulavit, et Tereo dedit epa-

Omnia, quæ, Phœbo quondam meditante, beatus  
 Audiit Eurotas, jussitque ediscere lauros,  
 Ille canit: pulsæ referunt ad sidera valles:  
 Cogere donec oves stabulis, numerumque referre  
 Jussit, et invito processit Vesper Olympos. 85

*olim audiit, Phœbo canente; et jussit ut lauri discerent: valles repercussæ referunt cantus ad cœlum: quo usque Hesperus apparuit, cœlo invito, et coegerit pastores colligere oves in stabulis, et recensere numerum earum.*

Parrhas, et Reg.—81. *supra volitaverit ales Rom.* *ales* etiam Medic. a m. sec. Chris 50 de altera Scylla: *ut tenuis concendens sidera pennæ Carrulæ sua tecta supervolitaverit alis.*—82. *quodam* Medic. *qua* quondam *Phœbo* m. Goth. sec.—83. *ediscere* Parrhas. *edicere* Pierius exhibet, et laudat ex vet. ramos, quidni *ruras?* *laurus* Medic. et Ven. Heinsei. At *myrtos* ad Eurotam plantaverat Catull. Epith. Thet. 89. Statius autem *oleas* iv. Theb. 227. Monuit Jo. Schrader.—85. *referri* optimus quisque cum Medic. a m. sec., ut videbatur, qua exquisitiore ratione usus interdum Virgilinus, ut Ge. I, 180. II, 816. *Æn.* III, 61. vid Heins. Sed et vett. Grammatici laudant *referre*. Regius etiam: *nummeroque referri*.

## NOTÆ

laudum: prolato deinde sub finem epularum capite pueri, cum Tereus stricto ense in ultionem raperetur, ipse in upupam avem mutatus est, *hæpe*; Philomela in luciniam, *rossignol*; Progne in hirundinem; Itys in phasianum, *faisan*.

82 *Omnia quæ, &c.]* Quas omnes fabulas audiit Eurotas fluvius ab Apolline; cum Apollo ejus in ripis versaretur, ob amorem Hyacinthi, Laconis pueri.

83 *Eurotas]* Laconiae fluvius nobilis, ortus in Arcadia, lauris frequenter inumbratus. Nunc *Basilopatano*.

86 *Invito processit Vesper Olympos]* *Vesper*, sive *Venus*, e septem planetis unus, Sole fore comitatur. Et mane quidem dicitur *Lucifer*; Græce φωσφόρος, qua etiam voce Latine usus est Martialis Epig. l. viii. 22. 1. *Phœbore redde diem.* Dicitur et *Eous*, id

est, matutinus, Ge. I. 288. *Aut cum Sole novo terras irroraat Eous.* Sero cum apparet, vocatur *Vesper*, *Hesperus*, apud Plantum *Vesperugo*. Hunc unico equo vehi putabant, ut Solem quadrigis, et Lunam bigis: sed equo mane albo, sero fusco: unde, quia ex equo in equum deasiliebat, equos ei dicabant *desultorios*, ex Isidoro et Cassiodoro. Stellam hanc alii Venerem ipsam dixerunt, alii Aurora filiom, alii fratrem aut filium Atlantis, Hesperum nomine: qui cum altissimum concedisset montem, ut inde sidera melius contemplaretur, in cœlum raptus creditur, et in stellam mutatus.

*Invito Olympos]* Quia cantus suavitate quasi captus ægre ferebat noctem cum Vespero procedere, quæ cantum abrumperet. De *Olympos*, Ecl. v. 56.

## ECLOGA VII.

MELIBÆUS.

## ARGUMENTUM.

NARRAT MELIBÆUS pastor contentionem amœbæam, sive alternam, Thysidis et Corydonis; se coram et Daphnide judicibus, qui Corydoni palmam addicunt. In Corydone possumus agnoscere Cornelium Gallum, aut Asinium Pollio, utrumque poëseos laude florentem: in Thyrsidem poëtam aliquem ex eorum æmulis: in Daphnide, communem eorum amicum, apud quem illi contenderent: in Melibœo, Virgilium, qui dum amicos consultit, de recuperandis agris et pecoribus sollicitus; assumitur ab iis in judicem, jubeturque de re sua securus esse. Certe sub his pastoribus non infimæ sortis homines latere, vel ex eo conjici potest, quod aureas marmoreasque Diis voveant statuas. Virgilium vero nihil prohibet hic *Melibœum* vocari, qui non unam in Eclogis personam, sed multiplicem induit. *Tityrum* enim se, in prima Ecloga; *Corydonem*, in secunda, *Menalcam*, in nona nuncupat. De scriptoris tempore, nihil certum. Affinis est Idyllo Theocriti octavo.

## MELIBÆUS, CORYDON, THYRSIS.

*Mel.* FORTE sub arguta conserderat ilice Daphnis,  
Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum;

*Mel.* Forte Daphnis recubuerat sub ilice susurrante, et Corydon atque Thyrsis

1. sub antiqua Schol. Horat. Epop. II. considerat Mentel. a m. pr. et Regius, exquisitiore forma; sed tuentur h. l. Grammatici antiqui vulgatam.

## NOTÆ

MELIBÆUS] A cura boum dictus: μέλαι κυρε εστι, βούς δος. Corydon a κορηδος, αλαυδα, aloüette. Daphnis, a δαφνης λαυρα. Thyrsis, α θύρσος καστα παπυνις vestita in Bacchi sacris.

1 Illice] Arbore glandifera, de l'yeuse. Ecl. I. 18. Arguta, seu stridula; vel ob avium in ea sedentium concentus; vel ob ventorum inter folia susurrum.

Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas;  
 Ambo florentes ætibus, Arcades ambo,  
 Et cantare pares, et respondere parati.  
 Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,  
 Vir gregis ipse caper deerraverat; atque ego Daphnim  
 Aspicio; ille ubi me contra videt: Ocyus, inquit,  
 Huc ades, o Meliboe: caper tibi salvus, et hædi;  
 Et, si quid cessare potes, requiesce sub umbra;  
 Huc ipsi potum venient per prata juvenci;  
 Hic viridis tenera prætextit arundine ripas

5

10

*conjuraverant simul greges: Thyrsis oves, Corydon capellas fumentes lacte. Uterque in flore atatis, uterque ex Arcadia: et pares cantu, et parati ad certandum. Circa hunc locum aberraverat a me hircus ipse dux gregis, dum munio teneras myrtos contra frigus. Ego vero statim Daphnim video. Daphnis ubi me videt e regione, dixit: Veni huc cito, o Meliboe: hircus et hædi tui sunt in toto: et si potes aliquantulum morari, quiesce sub hac umbra. Juvenci tui venient ipsi huc per prata ad potandum: hic Mincius virens tegit ripas tenera arundine, et apes surserant e*

\*\*\*\*\*

—2. Compulerat Rottend. gregem alter Rottend. cum Pierli ant. Cod.—5. certare pares Leid. et respondere periti conj. Jo. Schrader., ut in Theocr. ἡρός οὐ πλέον δεδαμένος, ἡρός δεῖσθε. Scilicet et hoc bene scriptum esset; poeta maluit alterum.—6. Huc mihi revocavit Burm., ut in Medic. et aliis antiquis libris, it. Goth. sec. a m. pr. *Hic mihi erat in A'd. pr. et hinc descriptis. Huc a Nau-*gerio receptum; quod iterum ejectum in Pnlmannianis et aliis hinc per Belgium ductis. Interpretatur tamen *Hic* Servius. teneras Voss. myrtus Gud. cf. Not. Cum *frigus*, quod myrtos exurat, per aestivum tempus parum bene memoratum videatur: Vossius deleto & explicabat: *defendo myrtos frigore h. umbra, ne aestu exurantur.* Burm. conj. *Hic ego dum teneras defendo a frigore fetus*, ut hædus intelligat, qnos in aprico loco posuerit. Ita vero eadem difficultas manet, unde tantum frigus per aestivum calorem veniat. Nec aliter se res habet, si cum alio viro docto *matres* substituas. Jo. Schraderus inter alia tentabat: *defendo & sidere, h. sole.* Nunc vid. Not.—7. at *ego* Leid. atque *Daphnis* alter. *Daphnis* multi, Heins. v. ad II. 26.—8. ipse Zulich. ubi contra Leid.—9. ut *hædi* conj. Burm., qui in h. l. argutator.—10. potest fragm. Moreti. velis Leid.—11. veniens Leid., quod placet.—12. pertexit Voss. prior. protexit Zulich. et Leid. sec. *virides etiam protexit* Franc. *viridis ripas jungere*

## NOTÆ

4 *Arcades*] Vel ex Arcadia oriundi, vel Arcadibus arte canendi similes. Scena enim hujus Eclogue, non in Arcadia, sed in Gallia Cisalpina statuitur, ad Mincii ripas, non procul a Mantua. De *Arcadibus*, Ecl. IV. 58. *Myrtis*, Ecl. II. 54.

7 *Vir gregis ipse caper*] Caper pro hirco dictus: et *vir* per translationem:

nam *vir* proprie hominum est. Sic Ge. III. 126. de tauro: *Quem legere ducem, et pecori dixere maritum.* Horat. Od. I. I. 17. 7. de capellis et hirco: *Olenitis uxores mariti.* Auctor hujus licentiae Theocritus. Idyl. VIII. 49. *Ο τράγε τῶν λευκῶν αἰγῶν λεπ:* O hircus albarum caprarum *vir*.

Mincius, eque sacra resonant examina quercu.

Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida, habebam,  
Depulsos a lacte domi quae clauderet agnos; 15

Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.

Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Alternis igitur contendere versibus ambo

Cœpere: alternos Musæ meminisse volebant.

*quercu sacra. Quid egisset? Namque non habebam Alcippen, nec Phyllida, quæ domi separaret a matribus agnos ab ubere. Præterea magna erat contentio, Corydonis cum Thyrside. Attamen postposui mea negotia cantui illorum. Itaque caput uterque certare versibus alternis: Musæ enim volebant per vices ut*

.....

nemo dubitabit.—13. atque Longob. sec. Moreti. et Zulich. hic que quart. Moreti. Pierius memorat a viris nonnullis doctis recitari: *eque cava*.—14. neque Ph. fragm. Moreti.—15. que clauderet *herdos* Medic. Sic conveniret cum v. 7 et 9, sed in marg. agnos. *pasceret agnos* frag. Moreti.—18. A. ergo c. Rottend. sec.—19. alternis Musæ cecinisse volebant nusquam legitur: quod magis expeditum esset. *alternos M. m. volebam* Medic. cum Menag. et pro var. lect. in Moreti, uti Serv. alios legere ait, ut sit sensus: *Optabam, o Musæ, meminisse alternos, h. omnia, que dixerunt, tenere*; nam et in fine dicturus est: *Hæc memini*. In vulgari lectione, quam tamen Messius Arusianus et Nomius Marcellus agnoscunt, jejuna est sententia, quocunque te vertas: sive ut ad duo pastores referatur, ut in Nota feci, sive ut ad Melibœum, ut vulgo acci-

#### NOTÆ

13 *Mincius*] Fluvius Galliæ Cisalpinae lenissime fluens, *Menzo*: e Benaco lacu emissus, Mantuanum alluens, indeque influens in Padum.

*Eque sacra, &c. quercu*] Sacra apud Græcos, qui eam dicabant Jovi, et singulis addicebant Dryadas et Hamedryadas; quæ cum illis, et vive-rent, et occiderent: ab *ape simul*, et *ape quercus*. Apud Romanos item: qui Nymphas sive *Viras querquetulanas* colebant, presides illius quereti, quod Romæ intra portam fuit, appellatam ideo, *querquetulanam*: ex Festo. Apud Gallos etiam: quoniam sacerdotes Druidæ, inde quoque appellati, sacra nulla faciebant sine querneo visco, *guy de chêne*: ex Plinio, l. xvi. 44.

*Examina*] Apum coloniæ, ad novas sedes querendas emissæ: dictæ sic, vel ab *excendo*, quia ab alvearibus exennt; vel melius, ut probat Vossius

in Etym. quasi ἄρνητρα σιμιλι λιγατα. *Apes* enim dictæ sunt ab antiquo verbo, *apo*: hoc autem deductum ab ἄρνη λιγο: quia sape apes colligatae in cumulum videntur. Ge. iv. 257. *Aut illæ pedibus connecta ad limina pendent*. Et adhuc Latine aptum dicitur, quicquid ligatum et conjunctum est. G. III. 168. *Ipsis e torquibus aptos junge pares, &c.*

14 *Alcippen, nec Phyllida, &c.*] Famularum Melibœi nomina. *Alcippe*, ab ἀλκή subsidium, et ἄλπες equus; *quasi*, curans equos. *Phyllis*, a φύλλον folium.

16 *Et certamen erat, Corydon, &c.*] Antipatos hic Ramus agnoscit, casum pro casu, *Corydon*, pro *Corydoni*: Erat *Corydoni* magnum certamen cum *Thyrside*. Alii certamen accipiunt, quasi *certator*: qua figura dicitur Æn. v. 339. *Nunc tertia palma Diores*: id est, *tertius vitor*. De *Musis*, Ecl. III. 60:

Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

20

*Cor. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen,  
Quale meo Codro, concedite ; proxima Phœbi  
Versibus ille facit ; aut, si non possumus omnes,  
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.*

*Thyr. Pastores, hedera crescentem ornate poëtam, 25  
Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro ;  
Aut, si ultra placitum laudarit, baccare frontem*

*cantarent. Hos Corydon, illos Thyras dicebat, sua quisque vice. Cor. Nymphæ  
Bœotie, nostra delicia : vel inspirate mihi carmina, quælia inspiratis meo Codro  
(ille componit proxima carminibus Apollinis) vel si non omnes possumus id assequi,  
hoc loco canora mea tibia suspendetur e sacra pinu. Th. Pastores Arcadiæ, coro-  
nate hedera me poëtam crescentem, ut Codro rumpantur viscera præ invidia : aut  
si laudaverit me ultra quam volo, coronate mihi frontem baccare ; ne lingua maligna*

pitur; ut sit: *Musæ rolebant me meminisse alternos; h. jubebant. Musæ jubent  
canere, non vero meminisse ea, quæ ab aliis caneabantur ; etsi nemo dubitet,  
carmina auditæ pastorem memorie mandare potuisse, ut Ecl. ix. 38, 45, 58.  
Equidem totam versum insituum esse arbitror ; supplere vetus poëtaster  
voluit id, quod provide Maro omiserat, cum scripsisset : Alternis igitur con-  
tendere versibus ambo ; Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyras.*—20. *Hæc  
Corydon Franc.—22. concedunt Menag. proxima Phœbo alter Rottend. et Leid.,  
male.—24. His a. Ven. pendebat Voss. queru Zulich. a m. pr. pro pinu pinu  
Gud. pro div. lect., ut Ecl. VIII. 22.—25. nascentem Medic. a m. pr. cum  
nonnullis aliis ap. Pier., Heins. et Burm., forte ex interpretatione.—26. Codri  
Moret. sec. et Gud. a m. sec.—27. placidum Longob. Pier. et Goth. pr.—28.*

## NOTE

21 *Nymphæ, &c. Libethrides]* Primum hoc amœbæum continet vota  
pro poësi: petitque Corydon a Musis,  
ut sibi dent vim condendi carminis,  
qualem Codro concesserant: aliquin  
se artem depositurum. *Nymphæ]* Musæ.  
*Libethrides]* Præsidæ Libe-  
thri fontis: quem Solinus, c. VIII. in  
Magnesia locat, vocatque *præsidium  
poëtarum*; cæteri in Bœotia, ad Heli-  
conem, auctore Pausania in Bœotia,  
qui addit, signa ibidem eas Nymphæ-  
rom et Musarum.

22 *Codro]* Codrus poëta fuit Vir-  
gilii temporum æqualis: ut probat  
Servius ex elegi Valgii quæ peri-  
erunt.

24 *Hic arguta sacra, &c.]* Mos fuit  
emeritorum aliqua in arte, ut artis  
instrumenta Diis ejus præsidibus sus-

pendent. Sic Vejanus gladiator  
apud Horat. Ep. I. 1. 4. *Vejanii  
armis Herculis ad postem fixis latet  
abditus agro. Sacra pinu]* Sacra mag-  
næ Deorum matr Cybele, propter  
amicum Atyn in piuum commuta-  
tum.

25 *Pastores hedera]* Hedera, non  
tantum lauro, coronantur poëtæ. Vel  
quia, sicut lauri, sic hederae semper  
virent: ideoque carminibus porten-  
dunt æternitatem. Vel quia poëtæ  
Baccho etiam sacri sunt, propter fu-  
rem, quo interdum Bacchantum  
instar corripuntur. Unde et duobus  
Parnassi jugis, alterum dictum Cirrha,  
sacrum est Apollini; alterum dictum  
Nisa, sacrum Baccho.

27 *Laudarit, baccare frontem, &c.]*  
Erat in laude immodica species quæ.

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro,  
*Cor.* Setosi caput hoc apri tibi, Delia, parvus  
 Et ramosa Micon vivacis cornua cervi.  
 Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota  
 Puniceo stabis suras evincta cothurno.

30

*fascinet poëtam crescentem. Cor. O Diana, puer Mycon offert tibi hoc caput pilosi apri, et arborea cornua cervi longævi. Si hoc sit mihi stabile, statueris inter-*

ne puer noceant mala signa *Glossator Barthii Adv. 37, 5. futuro in Voss. altero ab eadem manu superscriptum sursum.—29. Setosi scripturam Burm. e libris emendavit. Setosi vulgo.—30. Micon reposui: vid. sup. ad III. 10. Vulgo Mycon. Myco alter Menag. parvus (a m. pr.) Et rarus Amycon Medic.—31. leni duo, ut solent.—32. suras stabis evincta Goth. pr.—33. hac tibi liba multi*

## NOTE

dam fascinationis: quia *Nemesis*, Dea scelerum ultrix, et bonorum remuntratrix, inde iram concipere putabatur; et ab eo qui sic laudatus fuerat, poenas repetere. Ait et Plinius I. vii. 2. esse in Africa familias quasdam effuscinantium: quarum laudatione intereant probata, crescent arbores, emoriuntur infantes. Ad avertendum igitur fascinum, vel baccaris corona quasi amuleto utebantur: vel landi praemittebant voculam, *præfiscini*, sive, *præfascine*, hoc est, *sine fascino*: ut innuerent se landare sincere, non animo fascinandi. Ita Plaut. Asin. II. 4. 84. *Præfiscine hoc nunc dixerim:* nemo etiam me accusavit merito meo: negue me Athenis est alter hodie quisquam, cui credi recte æque putent. Sensus igitur Eclogæ est: Coronate me, aut lauro, ut invidia rumpatur *Codrus*; aut baccare, ne me fascinet maligna, id est, immodica laudatione. *De baccare*, Ecl. iv. 19. *De fascino*, Ecl. III. 103.

29 *Setosi caput hoc apri, &c.] Secundum amœbæum habet vota pro venatione, reque rustica. Ac primo Corydon offert Dianæ, per Mycomem amicum, caput apri, et cervi cornua; vel apri, vel fani valvis aut parietibus angenda: tum statuam integrum pro-*

mittit e marmore. *Thyrsis* primo jocose agit cum Priapo ludicro numine: mox ei, vincendi studio et inani jactantia, marmoream, aureamque statuam vovet. *De Delia*, Ecl. III. 67. *De Mycone*, Ecl. III. 10.

31 *Si proprium hoc fuerit]* Si hoc mihi proprium, et quasi meum ac perpetuum addicas. Sic enim Æn. I. 76. *Connubio jungam stabili, propriamque dicabo. Et Æn. III. 86. Da propriam Thymbræ domum.* Item Æn. vi. 871. *propria hac si dona fuissent.* Quid autem est illud, *hoc?* Ut talia carmina faciam, qualia Codrus, inquit Servius. Male: quid enim Diana, aper, et cornua ad poësim? Melius: ut quod in apri hujus et cervi venatione mihi contigit, hoc mihi sit proprium; nempe feliciter venari.

32 *Puniceo]* Hujus quoque sive rubri coloris, marmor est, *porphyrites*: in Ægypto frequens ex Plinio I. xxxvi. 7. *Suras]* Sura pars est tibiaz maxime carnosa et mollis, quæ solis inest hominibus. *Cothurno]* Cothurnus est calceamenti genus utrique aptum pedi, et utrique sexui. Non multum difieret videtur ab ocreis, siquidem alte suras includit. Æn. I. 341. *Purpureoque alte suras vincire cothurno.* Fuit in usu, tam in venatione, ut hinc

*Thyr.* Sinum lactis, et haec te liba, Priape, quotannis  
Exspectare sat est : custos es pauperis horti.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus ; at tu,      35  
Si foetura gregem suppleverit, aureus esto.

*Cor.* Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,  
Candidior cycnis, hedera formosior alba;  
Cum primum pasti repetent præsepio tauri,  
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.      40

*gra e polito marmore, ligata calceamento purpureo circa tibias.* Th. O Priape,  
sat is est te singulis annis expectare a me vas lactis, et has placentas : tu es custos  
horti pauperis. Nunc te ponimus e marmore, iuxta presentem facultatem. Sed  
si factus reparaverint gregem, tu eris ex auro. Cor. Galatea Nerei filia, gratior.  
mihi quam thymus Hyblæ, candidior quam cycni, pulchrior quam alba hedera : statim  
atque saturati tauri redibunt in stabula, accede, si habes aliquam curam tui Cory-

-----

*apud Heins. et Burm. cum Goth., pr., quod magis vulgare esset.—35. et tu Rottend. ac tu Menag.—36. greges Goth. sec.—37. Nunc Galatea thimo—nisi Parrhas., aperta aberratione. Nerine: ex Nepetyn. Alias est Nymptyn.—38. cigno alter Rottend.—39. repetunt multi ap. Heins. præsingia fragm. Moreti, vitiouse.—40. tibi Ven.—41. Sardois ex gr. Σαρδών. v. Intt. ad Sammonic. de*

#### NOTÆ

patet; quam in theatro, quo primum a Sophocle inductus est. Sed tragicus a venatorio in eo differt, quod tragicus spissiori subere suppactus esset, ad augendam dicentes staturam; ut innuit Juvenalis, Sat. vi. 504. *Breviorque videtur virgine Pygmaea, nul- lis adjuta cothurnis.*

33 *Sinum lactis*] *Sinum, sini, vas est a sinu dictum, quod majorem caratio- nem quam pocula habeat*, inquit Varro. Sed cum prima syllaba, in *sino*, sit longa, in *sina* brevis: videtur Vossio deducendum a δύναις, verso, circunago: quia in eo butyrum versando conficiebatur. *Liba*] *Libum, placenta genus, ex farina, melle, et oleo: sic dictum, quia pars ejus in ignem sa- crificiorum injecta Diis libabatur:* *Libare autem pro sacrificare sæpe su- mitur, etsi proprie de liquidis tantum debeat dici, quæ paulatim effundun- tur: λείψω enim est stillo.* *Priape*] *Priapus Veneris et Bacchi filius;* Lampsaci, quæ urbs est ad Helles-

pontum, natus et in primis cultus: custos hortorum, quorum in limine statuam ei rudem et quasi informem ponebant.

36 *Si factura gregem suppleverit*] Si damnum, quo grex meus affectus est, factus novi reparaverint. *Fœtura* enim, sunt agni novi. *Supplere*, est, quod deest sufficere: talia sunt in exercitu *supplementa*, novi milites.

37 *Nerine Galatea*] Tertium ame- bænum continet amicæ desideria. Co- rydon invitat eam tribus mollissimis blanditiis, ut sub noctem ad se veniat. Thyrsis tria imprecatur sibi, quo testetur diem sibi anno esse longiorem: et juvencos incusat suos, quasi diu- tius pascendo producerent diem, et noctem removerent. *Nerine*, id est, Nerei filia et Doridis. Nympha fuit a Polyphemio amata, qui cum Acim, Siculum pastorem, Fauni filium, sibi ab ea preferri intelligeret, eum rupe impacta interfecit. Galatea mortuum pastorem miserata, mutavit in flu-

*Th.* Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,  
Horridior rusco, projecta vilior alga:  
Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est.  
Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci.

*Cor.* Muscosi fontes, et somno mollior herba, 45  
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra,  
Solstitium pecori defendite; jam venit æstas

*denis.* *Th.* *Ego vero appaream tibi asperior quam herba Sardonica, spinosior quam ruscus, objetior quam alga ad littus ejecta: si hoc dies non mihi jam videtur prolixior quam annus integer.* *Abite in stabulum, o boves jam saturati: abite, si vobis est aliquis pudor.* *Cor.* *Fontes muscosi, et gramen dulce ad somnum, et virens arbutus quæ vos inumbrat ruris foliis, protegite pecus contra calorem solsti-*

Medic. pag. 481, sicque editum statim in Ald. sec. Sed Medic. cum aliis Heins. Longob. et Medic. Pierii, et Goth. sec. *Sardonis*, ut et ipsi Gr. Σαρδώνιος. Σαρδώνιος καὶ κύμα Theocrit. xvi, 86. nec aliter expressum in edd. antiquis et Ald. pr. *Sardonis* Gud. bini Leid. et Ven. *Sardinis* Pierii duo. vid. Heins. videor alter Menag. et ed. P. Dan. videat fragm. Moreti. *tibi vitherior Menag.* a m. pr., aberratione calami ex seq. *herbis*.—42. *rusto* Giph. ind. Lucret. ex mss., ut Ge. II, 413. *vicio* Parrh.—43. *totoque Voss.* est deest Parrhas. anno et Medic. a m. pr.—45. *mollior alba* Parrhas., forte pro *alga*, quod repetitum ex v. 42. Burn.—46. *Et quæ nos rura fragm.* Moret. *nos* etiam conjiciebat Jo. Schrader. *Et quæ rura tegit viridis* vos Goth. sec.—

## NOTÆ

vium cognominem, qui in Ætna monte ortus in mare Siculum defertur. *Corydon Galateam suam rusticulam, Nerinen Galateam* hic vocat, quasi Nymphæ illi forma supparem.

37 *Thymo mihi dulcior, &c.] Dulcior odore, non gustu. Hybla] mons in Sicilia, thymo abundans, atque apibus.*

41 *Sardois herbis]* Sic dictis, quia nascuntur in Sardinia insula: et mandentium ora sic contrahunt, ut ii quasi ridentes earum veneno emoriantur. Unde proverbium: *Sardonius ruscus.* *Ruscus* virgultum acutis foliis et pungentibus, *de horæ.* *Alga]* herba vilis, foliis lactuca similis, in mari nascens, unde ad littus ejactatur.

45 *Muscosi fontes]* Quartum amictuum continet commendationem agrorum et tectorum: agrorum quidem a fontibus, gramine, et umbra; tectorum autem, a foco et igne. De *musco*, Ecl. vi. 62.

*Delpk. et Var. Clas.*

*Somno mollior]* Mollis et comoda ad somnum. Sic dixit Propert. l. III. 15. 29. *Et durum Zetum, et lacrymis Amphiona mollem,* id est, mollem ad lacrymas.

47 *Solstitium pecori defendite]* Solstitium duplex est, unum æstivum, in 1. gradu Canceris, de quo hic agitur; tunc æstas est summa, diesque nobis longissimus: brumale alterum, in 1. gradu Capricorni; et tunc hyems summa, diesque brevissimus. Solstitia dicta non quod ibi Sol stet immotus, sed quod alterius non progredivit, et iter suum incipiat relegere: unde quia eundo et redeundo bis eidem viæ videtur insistere, ideo nobis quasi immotus appetit. Solstitia tamen, et solstitia, præter Columellam veterem omnes de æstivo tantum intelligunt, ut hic Virgilii; hyemale vero *brumam* vocant. Ita Cerdanus in Ge. I. 100. Dicitur porro:

*Virg.*

H

Torrida, jam læto turgent in palmite gemmæ.

*Th.* Hic focus, et tædæ pingues, hic plurimus ignis  
Semper, et assidua postes fuligine nigri. 50  
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum  
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

*Cor.* Stant et juniperi, et castaneæ hirsutæ ;

*tialem : ætas nunc imminet calidissima, nunc gemmæ tument in secundo palmite.*  
*Th. Hic semper est focus, et tædæ pingues, et multis ignis, et limina perpetuo*  
*funo nigrantia : hic non magis timemus frigus Boreæ, quam lupus timet multitudinem ovium, aut fluvii rapidi timent ripas.* COR. *Hic sunt juniperi, et casta-*

.....

48. *lento Medic. a m. sec.—49. et plurimus Menag. pr.—51. Hinc tantum Servii tempore nonnullos legisse colligas e scholio ad v. 49.—53. Hunc versum sequenti subjicit Moreti quart. At doctus Britannus, qui mox Corydonis amicam Phyllidem laudari meminerat v. 63, ne nunc ipsi amica eripiatu*r*a Thysride v. 59, versuum ordinem mtabat, et post v. 52 subjiciebat tetrastichon 57—60 et Corydoni asserebat; alterum vero : *Stant et juniperi, Thysidi.* Ita vero Thysain tanto manifestius inconstantiae reum facit, qui intra paucos versus Alexidis et Lycidae amorem profitetur. Scilicet fugiebat virum doctum, quod supra monuimus, non ex sua persona pastores hac*

#### NOTÆ

Defendere aliquem ab aliqua re, supra, v. 6. *tereras defendo a frigore myrtos;* et defendere aliquam rem alicui, ut hic, et apud Horat. Od. l. i. 17. 3. *igneam Defendit æstatem capillis.*

48 *In palmitæ gemmæ]* Palmes proprie de vitibus dicitur, id quod in arboribus *arculus*: nempe lignum illud quod ex ipsa stirpe quotannis emergit, gemmasque producit; qua deinde abeunt in virgulas: virgula autem veluti palmæ digitos exhibent. *Gemmæ]* Nodi sunt palmitum, qui corticem rumpunt, et in pampinos aut racemos evadunt. Dicuntur quoque *œciliæ*, ob figuram.

49 *Hic focus, et tædæ]* Focus locus est continens et forens ignem. Tæda ligna quælibet, materies ignis. Proprie tamen *tæda* arbor est, a picca non admodum diversa, ignem facile concipiens propter pinguedinem: in sacrificiis pro face adhiberi solita: unde sepe apud poëtas, *tæda* pro *facibus*.

51 *Boreæ]* Ventus est flans a septentrione, frigidus et siccus: a *bœda clamo*, et *pœo decurro*; quia flat cum sonitu. Vocabur et *Aquilo*, a vehementiori flatu et volatu: quasi *Aquila*, inquit Festus. Strymonis Macedonie fluvii filius, Orithiam Erechthei Athenarum regis filiam rapuit, ex qua suscepit Calaim et Zetem, quibus deinde ex patria origine alæ sucreverunt.

53 *Stant et juniperi]* Quinto amorebæ describuntur effectus varii praesentie et absentie amici et amicæ. *Stant hirsutæ*, nempe nucibus, quæ cum hirsutis echinis inclusæ sint, arborem ipsam, si multæ sint, amœna quadam hirsutie spectabilem reddunt. Ita Æn. vi. 300. *stant limina flamma.* *Juniperus]* Arbor foliis, spinarum in modum, angustis, et acutis: baccis parvis rotundis, et odoratis, *genivere*. De *castaneis*, Ecl. i. 82. Versus gravitate insignis, propter spondænum quinti pedis, et hiatum geminum syllabæ longæ, absque synalœpha, more Græco.

- Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma ;  
 Omnia nunc rident : at, si formosus Alexis 55  
 Montibus his abeat, videas et flumina sicca.  
*Th.* Aret ager ; vitio moriens sitit aëris herba ;  
*Liber* pampineas invidit collibus umbras :  
*Phyllidis* adventu nostræ nemus omne virebit :  
*Jupiter* et læto descendet plurimus imbri. 60  
*Cor.* *Populus Alcidæ* gratissima, vitis Iaccho,  
 Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo :

*neæ hirsutæ* : jacent hinc inde sub arbore sui quique fructus : nunc omnia pulchra sunt : sed si pulcher Alexis discedat ex his collibus, videbis fluvios ipsos arentes. *TH.* Campi arecent, gramina pereunt exusta cœli æstu nimio, Bacchus abstulit montibus pampinos umbriferos : sed omnis sylva revirescet ad adventum nostræ *Phyllidie*, et multis aër solvetur in pluriam fertilem. *Cor.* *Populus acceptissima* est *Herculi*, vinea Baccho, myrtus pulchræ Veneri, Apollini sua laurus : *Phyllis*

canere, sed esse parva carmina in medium allata.—54. Quod jam antea Heinsii et Gronovii ad Liv. III. 22 aliorumque emendatione repandum esse visum est : *sua quæque sub a.*, nunc receipimus. Ita enim sermonis ratio postulat, ut aut sit : *jacent poma sub sua quæque arbore*, aut : *sub quæque arbore poma sua*, h. nativa ejus arboris, ut Ge. II. 82. Contra adversante sermonis genio legebatur : *sua quæque*.—55. *flamna* cœca Ven. Heinsii, quod Heins. illustrat. Est tamen alienum ab h. l. *cæcæ fossæ* sunt opertæ, obstructæ ; non, siccatae. *siccæ* Gud.—56. *ross* Voas. alter a m. sec.—59. *adventum* Ven. nostrum nemus Leid. C.—60. *descendit* quinque Burm. *imbre* aliquot.—64. Nec

## NOTÆ

54 *Sua quæque sub arbore poma*] Multiplex est interpretatio. I. *Quæque poma* jacent, *sua sub arbore*. At *tum sua* vel contrahitur unum in syllabam, ut in *suavis*, *aureus*; vel *sa*, non *sua* dictum est, more veterum, qui *sue*, *sa*, *sua* dixerunt : in primis Ennius, cuius in fragmentis extat; *Postquam lamina sis oculis bonus Ancus reliquit.* II. *Quæque sub arbore, sua jacent poma*. At tum legitur *quæque* non *quæque*, ut ad arborem referatur : sed sine veterum librorum auctoritate. III. Absque his tricis, quidni dicas : *Sub arbribus jacent sua quæque poma?*

55 *Liber*] Bacchus de quo Ecl. V. 30. sic dictus ; vel quia Bœotiam, in qua natus erat, liberam fecit, ut ait Plutarch. vel quia vinum liberat animum curis, aut loquendi libertatem inducit.

60 *Jupiter et læto, &c.*] Jovem veteres aërem dixerunt ; eundemque Vestæ, sive Terræ conjugem, quam imbre fecundat. Ge. II. 825.

61 *Populus Alcidæ*] Sextum et ultimum amœbæum laudes prosequitur amici et amicæ, easque laudes a variis arboribus petit. *Populus*, *le peuplier*, sacra Herculi, quia is populo coronatus adiit inferos : unde pars ea foliorum, que capiti appressa erat, ex capitis sudore palluit ; que pars ad auras obversa erat, loci fuligine nigram quandam viriditatem contractit. De *populo*, Ge. II. 13. De *Alcidæ*, Æn. V. 414. *Vitis*] Baccho sacra, quia vini inventor apud profanos auctores habetur. De *Iaccho*, Bacchi nomine, Ecl. VI. 15.

62 *Myrtus*] Veneri sacra, vel properter odoris delicias ; vel quia frequens

Phyllis amat corylos ; illas dum Phyllis amabit,  
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.

*Th.* Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis, 65  
Populus in fluviis, abies in montibus altis :  
Sæpius at si me, Lycida formose, revisas :  
Fraxinus in sylvis cedat tibi, pinus in hortis.

*Mel.* Hæc memini, et victimum frustra contendere Thyrsim  
\* Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.\* 70

amat corylos : quandiu Phyllis amabit illas ; nec myrtus, nec laurus Apollinis supererat corylos. *TH.* Fraxinus formosissima est in nemoribus, pinus in hortis, populus in fluminibus, abies in montibus excelsis : sed si me saepe invias, o pulcher Lycida ; fraxinus in nemoribus, pinus in hortis, cedat tibi. *MEL.* Recordor illum carminum, et quod Thyrsis supererat frustra pugnaverit. Ab illo tempore Corydon, habetur a nobis vere Corydon.

myrtus vincet Veneris. Sic præfixum verbis Servii ad h. v., quod et ipsum habet suavitatem.—67. ac Medic. a m. pr.—68. cedat e Medic. et aliis Heins. reposit. Laudabat idem e Longob. Pierius. Vulgo lectum: cedat.—69. Hæc memini: victimum et f. Oblongus Pierii. Thyrsim multi: at v. ad Ecl. II, 26.—70. nobilis conj. Nannius. Dedi versus interpretationem qualemcumque in Notis. Fateor tamen, non nisi ægre eam ex verbis excuspi: totumque versum esse tam inertem, ut vix eum a Virgilio profectum esse mihi persuadeam.

## NOTE

in littore maris, cuius e spuma Venus orta fingitur. Ecl. II. 54. *Laurea]* Sacra Phœbo, propter Daphnen in laurum mutata. Sumitnr sepius pro corona e lauro: hic tamen pro ipsa arbore: ut et apud Hor. Od. I. II. 15. 9. *Tum spissa ramis laura.* De lauro, Ecl. II. 54. De corylia, Ecl. I. 14.

65 *Fraxinus, &c.] Fresne. Abies, sapin, &c.*

69 *Et victimum frustra, &c.] Victoria penes Corydonem. Quia Corydon in primo amœbæo, orditut a pietate in Deos; Thyrsis a rabie, qnia inimicum incessit. In secundo Corydon invocat Dianam castum numen; Thyrsis Priapum, obsecrum Deum. In ter-*

tio Corydon blandissima vota facit: Thyrsis dira imprecatur sibi. In reliquis Corydon læta; Thyrsis tristia ut plurimum canit.

70 *Ex illo, &c.]* I. Servius vult hic sensum abruptum esse, ex decoro pastoralis rusticitatis: et sic supplet: Ex illo tempore Corydon est nobis, habetur a nobis, victor nobilis supra omnes. Sed hoc durum. II. Nannius unus omnium legit, non quidem nobis, sed nobilis, sen nobilis per contractionem: sed hoc durius et absque auctoritate. III. Simplicius: ex illo tempore Corydon habetur a nobis vere Corydon, id est, vere dignus ea fama qua floret apud omnes.

## E C L O G A VIII.

## PHARMACEUTRIA.

## A R G U M E N T U M.

DUAE sunt hujus Eclogae partes. Prima e tertio, secunda e secundo Theocriti Idyllo fere deponita. In prima, juvenis, Nisae pueræ procus, Mopsum rivalem sibi prælatum dolet. In secunda, venefica Daphnim, a se aversum, incantationibus magicis ad se suumque amorem pellicit. Primam canit Damon, secundam Alphesibœus: neuter in sua; sed hic in veneficæ, ille in proci persona. Utrumque pastorem inducit Virgilius. Tum opus dicat Asinio Pollio; non, ut multi putant, Octaviano Cæsari: quemadmodum notæ docebunt.

Scripta est anno U. C. 715. Virgilii 31. L. Marcio Censorino, et C. Calvisio Sabino, Coss. cum Pollio, subactis Parthinis, et perlustratis oræ Illyricæ populis, per Venetiam et Timavi fluvii ostia, Romam ad triumphum rediret.

## NOTÆ

**PHARMACEUTRIA]** Id est, *veneficia*: φάρμακεύτρια *veneficia*. Titulus autem φάρμακον enim ambigua vox est: et ad secundam tantum Eclogæ partem modo remedium, modo venenum significat, quæ canitur ab Alphesibœo. unde φάρμακος *veneficus* et

## DAMON, ALPHESIBŒUS.

PASTORUM Musam Damonis et Alphesibœi,  
Immemor herbarum quos est mirata juventa  
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,

*Narrabimus carmen pastorum Damonis et Alphesibœi, carmen Damonis et Alphesibœi, quos canentes admirata sunt vacca oblitæ pabuli: quorum ad cantum obstu-*

-----  
3. *carmina* Leid. sec. Mentel. pr. et a m. pr. Reg., sicut ms. Lengnich., ut

## NOTÆ

**DAMON]** Ecl. III. 17. **Alphesibœus]** visus, e luporum cervariorum genere, maculosa et varia pelle.

**3 Lynxes]** *Lynx*, animal acutissimi

**Et mutata suos requierunt flumina cursus ;  
Damonis Musam dicemus et Alphesiboci.**

5

**Tu mihi seu magni superas jam saxa Timavi,  
Sive oram Illyrici legis æquoris ; en erit unquam**

*puere lynces, et flavii turbati cohiberunt suos cursus. Tu mihi fave o Pollio ! sive  
jam transcendis rupes Timavi, sive veheris circum littus maris Illyrici. Nunquamne*

*sit Græcismus.—4. Et mirata suos ed. Ven., quod sane placere potest. suo  
Medic. a m. pr. liquerunt nonnulli Pier. et Heins. cum Goth. sec., ex indocta  
interpolatione.—6. jam magni superas seu Parrhas.—7. regis quartus Moreti et*

## NOTÆ

**4 Requierunt, &c.]** Vel neutrum est, hoc sensu : Flumina mutata secundum suos cursus, id est, mutato cursu deflectentia ab alveo, ut ad pastores currerent ; quiieverunt et steterunt, postquam ad eos pervenere. Vel activum est, hoc sensu : flumina stiterunt cursum ; *mutata*, id est, *turbata* : undis quæ affinebant, in eas quæ jam steterant, in currentibus. Sic Propert. l. II. 22. 25. *Jupiter Alcmenæ geminas* requieverat *Arctos*. Et Seneca in Herculeo CEtaeo, 1586. *Quan tuas laudes populi quiescant.*

**6 Tu mihi seu, &c.]** Pollionem hic appellat, non Octavianum : bellum enim Illyricum et Dalmaticum ab Octaviano Cæsare non gestum est, nisi post devictum occisumque Sextum Pompeium. Pollionis autem expeditio in Parthinos, Illyrici populos, omnino in hoc ipsum tempus cadit : ut constat ex fastis Capitol. et annadversionibus Jos. Scaligeri ad Euseb. Errat tamen in eo Scaliger, quod per *saxa Timavi*, res intelligat ab eodem Pollione gestas circa Altinum, urbem in Venetia : quibus de rebus ita Velleius l. II. postquam Lucii Antonii Perusinam deditiōnem descripsit. *Pollio Asinius cum septem legionibus, diu retenta in potestate Antonii Venetia, magnis speciosisque rebus circa Altinum aliasque ejus regionis urbes editis, Antonium petens, tagum adhuc*

*Domitium et propriæ classis factum ducem, consiliis suis illectum ac fide data, junxit Antonio. Unde manifestum est res illas a Pollione, contra Octavianum, et pro M. Antonio Lucii fratre, gestas esse : neque Virgilii adeo expers fuit bona mentis, ut in ipsis Octaviani oculis Pollionem laudaret, ob ea ipsa quæ adversus ipsum præclare gesserat. Igitur melius hæc intelligo de reditu Pollionis e Dalmatia Romanum : non recto quidem itinere ; sed oram Illyricam, et ipsa Venetiae littora lustrando.*

**Timati, &c.]** *Timarus*, Fluvius Carnorum, qui populi sunt in Foro-juliensi ditione, *dans le Frioul*. Latissimus, sed brevissimus ejus decursus : quippe novem fontibus e monte erumpens, ad fanum Diomedis, nunc S. Giovanni ; non longo post spatio in mare Hadriaticum devolvitur. Ad ejus ostia insulæ parvæ quædam sunt, insignes calidis fontibus, qui maris æstu increscunt. Has forte insulas vocat hic Pocta, *saxa Timati*.

**7 Illyrici]** *Illyricum*, regio amplissima, in longitudinem obversa Italiæ, a qua per mare Hadriaticum dividitur : universim hodie dicta, *Eclavonie*. Vulgo duas in partes apud veteres divisa, *Liburniam*, quæ ad occasum ; et *Dalmatiam*, quæ ad ortum est. *En erit]* Ecl. I. 68.

Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta ?  
 En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem  
 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno ?  
 A te principium ; tibi desinet ; accipe jussis  
 Carmina copta tuis, atque hanc sine tempora circum  
 Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

10

*aderit illud tempus, quo permittetur mihi narrare tua gesta ? Nonne aderit illud tempus, cum potero laudare per totum orbem tuas tragedias : quæ solæ dignæ sunt cothurno Sophoclis ? A te incepi, in te finiam : excipe versus inchoatos ex mandato tuo ; et permitte ut hæc hedera repat circum caput tuum, inter lauros tri-*

\*\*\*\*\*

Leid. et erit Medic. a pr. m.—8. liceat mihi cum tua duo Moret. mihi ut liceat primus Moreti. mihi quo l. Goth. sec.—9. liceat mihi totum alter Rottend.—11. desinit Schol. Horat. Cruqu. ad Epist. 1, 1, 1 cum Leid.—12. tempore alter Rottend.—13. laurus Charis. lib. 1, f. cum aliis Grammaticis apud Pierium.—

## NOTÆ

10 *Sophocles, &c.]* Scriptit quidem Augustus tragediam *Ajacem*; sed posterioribus, ut verisimile est, pacatisque temporibus. Adde quod in lucem non edidit; ac ne perfecit quidem, sed delevit: unde dicere solitus erat, *Ajacem suum in spongiam incubuisse*, ut est apud Suetonium. At ex Horatio Od. I. II. 1. constat Pollioñem, triumphi sui tempore, tragediarum scriptorem fuisse nobilem. *Pausan. severa Musa tragedia Desit theatris, &c.* Per cothurnum, altiore calceum, tragedia ipsa intelligitur: ut per soccum, calcum humilem, commedia, versusque humiles. Horat. de A. P. 89. *Indignatur enim privatis ac prope socco Dignis carminibus narrari causa Thyestæ.* Sophocles Atheniensis, tragicæ poëses princeps, exhibuit fabulas 128. in quibus ter et vices victoriam retulit; quarum postrema cum ei præter spem contigisset, repentino gaudio expiravit. Cothurnum primus induxit in theatrum. De cothurno, Ecl. VII. 32.

11 *A te principium ; tibi desinet, &c.]* Videri potest hoc ad Augustum spectare: cuius in honorem primam Eclogam, et ultimum opus *Aeneida*

conscripto. Melius tamen ad Pollioñem, cuius gratia recuperavit agros, indeque scribendi occasionem arriput. Quod si non desinit in ejus laudibus, ut promiserat; memineris multa poëtas promittere, quæ non exsolunt.

12 *Hederam, &c.]* Permitte ut cingam tibi caput hac hedera poëtica; dum te milites tui triumphantem coronant lauro victrici: id est, ut te laudem poëtam poëta; dum te victorem laudent ii, qui tecum victores sunt. Olim corona poëtarum ex hedera, triumphantium e lauro: quamquam deinde poëtis etiam e lauro data est. Vide Ecl. VII. 25.

*Victrices laures]* Triumphum intelligit Pollioñis de Parthiniis: anno u. c. 715. 8. Kal. Novemb. de quo, in arguento Ecl. IV. dictum est. Parthini autem, sive Parthini, qui fuerint ambigitur. Hoc in Macedonia Plinius, in Epiro Strabo collocat: in Illyrico ceteri, eaque Illyrici parte, quæ Dalmatia proprie dicitur. Rursus qua in parte Dalmatiae, dubitatur. Urbs enim eorum præcipua statuitur a Cæsare in ea Dalmatiae ora, quæ Dyrrachio et Macedonia confiniebat.

Frigida vix coelo noctis decesserat umbra,  
 Cum ros in tenera pecori gratissimus herba ; 15  
 Incumbens tereti Damon sic coepit olivæ :  
*Dam.* Nascere, præque diem veniens age, Lucifer, al-  
 mum ;  
 Conjugis indigno Nisæ deceptus amore  
 Dum queror, et Divos, quanquam nil testibus illis  
 Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora. 20  
 Incipe Mænalias mecum, mea tibia, versus.  
 ~~~~~~

umphales. *Vix frigidæ tenobræ noctis abierant ex aëre, cum ros in molli gramine jucundissimus est pecudibus.* Tunc Damon, innitens olea tereti, sic orsus est. *DAM.* *Orere Lucifer,* et prævius advehe lucem : dum conqueror, dehus insano amore Nisæ sponsæ, et moriens appello Deos in ultima hora vita : quanquam nihil mihi profuit attestari eos. *Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus Mænali !*

14. *discesserat* Pierii Oblong. Parrhas. et Leid. cum Goth. sec. v. ad Ecl. II, 67.—15. *herba est*; sustulit est Heins. auctoritate librorum : et jam Pierius suadebat.—17. *postque diem* Zulich. quæque Leid., male.—19. *queror ad Divos Moreti quartus, sed sic copula desideratur.*—20. *extremam* Gud. *alloquar* Leid.

NOTÆ

est. Alii Dionem secuti *Epidaurum* esse volunt, *Raguse*: in media fere Dalmatia. Alii *Salonas* esse putant, in eo Dalmatiae littore, quod a Macedonia remotissimum est: idque auctore Servio, qui de Salonis urbe Dalmatiae triumphasse Pollioñem ante consulatum refert. Hinc factum est, ut Josephus ipse Scaliger in Eusebium p. 162. duplice ejus triumphum perperam distinxerit, primum de Salonis Dalmatiae, ante consulatum; alterum de Parthinis Macedoniæ, post consulatum: sed contra fastorum fidem, contra fidem historiæ: quæ res ab eo gestas usque ad consulatum, immo itinera ejus omnia fere describit, absque ulla prioris illius in Dalmatas expeditionis mentione. Dicendum igitur, unica expeditione Pollioñem Illyricum perlustrasse: eamque victoriam et Dalmaticam fuisse dictam, quia Dalmatia principia pars Illyrici; et Parthiniæ, quia Parthini tum in Dalmatia

forte plurimum poterant; et *Saloniæ*, quia Parthinorum ditio ad hanc usque urbem pertinere etiam potuit.
 16 *Incumbens tereti olivæ*] Dicitur teres, quicquid rotundum et oblongum est, ut columnæ, truncus arboris, baculus. *Incumbens*, vel innitens baculo ex oliva; vel trunko arboris ipsius defensus.

18 *Conjugis, &c.*] Non quæ erat, sed quæ fore sperabatur conjux. Sic Æn. IV. 536. *Quas ego jam toties sum dedignata maritos?* id est, procos, qui Didonis conjugium amiebant.

19 *Nil testibus illis, &c.*] Nihil mihi profuit, quod Nisa suam mihi fidem dederit, ejusque testes appellaverit Deos.

21 *Incipe Mænalias, &c.*] Versus intercalaris, qui saepius aliis interpolatur. *Mænalias*] Quales a pastoribus cani solent in Mænalo, monte Arcadiæ, qui Pani sacer: in plurali numero *Mænala*. *Argutum*] Eel. VII. 1. *Pene*] Ecl. II. 31.

Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes
Semper habet ; semper pastorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non passus inertes.

Incipe Mænalias mecum, mea tibia, versus.

25

Mopso Nisa datur : quid non speremus amantes ?

Jungentur jam gryphes equis ; ævoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.

Mopse, novas incide faces : tibi ducitur uxor.

Sparge, marite, nuces : tibi deserit Hesperus CEtam. 30

Mænalus habet semper sylvam canoram, et pinus resonantes : semper ille mons audit amores pastorum, et Pana, qui primus non reliquit arundines inutiles. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus ! Nisa datur Mopso. Nos amatores quid non possumus expectare ? Jam gryphes copulabuntur equis, et futuriis temporibus pavidi damæ venient potum cum canibus. Mopse præcide novas tardas, sponsa deducitur ad te. Abjice nuces, o spense ! Hesperus pro te relinquit CEtam. Incipe mecum, o

pr. Mentel. pr. et Medic. a pr. m.—21. *mea fistula* Mentel. pr.—22. *pinosque* tres ap. Heins. *lacooque* Zulich. *pinosque sonantes* Medic. ex Ecl. x, 28, uti Burm. suspicatur ; illustrat loquentes Heins.—24. *primus* Medic. vid. Ecl. II, 32. *non p. agrestes* Menag. pr.—26. *speramus* Moreti pr. *spernemus* Voss. *quid nos speremus amantes ?* Burm. conjicit, et Jo. Schrader. *quid nunc ?* Sed v. Not.—27. *Jungentur* Moret. pr. *tigres pro gryphes Parrhas.* *grypes* Medic. *grypones. sequente* Leid. C.—28. *timidi* Voss. *timidæ Parrhas.* et Rottend. sec. Medic. et Ven., sed jam Charisius genus in h. l. notavit. *timide* Goth. sec.—29. Vir doctus ap. Burm. conjecterat : *incide faces*, uti et in Cod. Divisionensi erat ; quia, sponsa deducta, inciduntur fax, non inciditur. Nimis argute ! Sed tuerit vulgarem Burm.—30. *jam deserit* Ven.—31. *tibia* : de

NOTE

27 *Gryphes*] Vel *gryphi*, toto corpore leones, alis et rostro aquilæ, equis vehementer infesti, Apollini sacri, inquit Servius. Plinius tamen fabulosa monstra putat, ut et *Pegasœ*, l. x. 49.

28 *Damæ*] E genere caprarum sylvestrium, *damæ*. Virgilio, masculini ; ceteris, feminini generis.

29 *Mopse, novas, &c.*] Rivali suo, Nisse marito, invide gratulatur : eumque hortatur, cum amara indigneatione, ut ritus omnes exequatur nuptiarum, cum nox immineat. I. enim, præviis facibus quinque, ducebatur uxor sub noctem in mariti domum : faces e spina, vel corylo, vel pinu, incidebantur in summa parte minutus

in virgulas, spicarum instar et aristarum, quo facilius ignem conciperent : unde Ge. I. 292. *Ferroque faces inspicat acuto.* II. Maritus nuces spargebant pueria, vel ut ostenderet se pueritiam relinquere : *nuces enim relinquere*, adagium est, hoc ipsum significans. Vel ob alia mysteria, quæ apud Rosatum videre est.

30 *Hesperus CEtam*] CEtæ, Thessalimous, in sinum Malliacum desinens ; altissimus : ita ut Attici et Boëti, qui hunc habebant ad Occidentem, ex eo stellas cadere dicerent : quemadmodum ex *Ida* ; Phrygiæ monte item altissimo, quem habebant ad Orientem, oriri easdem fabulabantur. Qui loquendi mos, ad aliarum etiam

Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
 O digno conjuncta viro ! dum despicias omnes,
 Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capellæ,
 Hirsutumque supercilium, promissaque barba ;
 Nec curare Deum credis mortalia quenquam. 35
 Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
 Sepibus in nostris parvam te roscida mala
 (Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem ;
 Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus ;
 Jam fragiles poteram a terra contingere ramos. 40

mea fistula, pastorales cantus. O sociata digno marito ! dum contemnis reliquos : dumque odio habes meam fistulam, et capellas, et supercilia-meae pilosa, et barbam longam : et putas nullum Deum providere mortalibus rebus. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. In septis horti nostri, vidi te adhuc parvam, colligentem cum matre poma perfusa rore : ego vos ducebam illuc. Tunc ordiebar annum undecimum. Tunc poteram ab humo attingere tenues ramos. Statim ac te vidi, quo-

pastore expectabamus fistulam.—32. *Et digno Leid. alter. cum despicias Rot-tend. alter.*—34. *promissa Heins. e melioribus, quem v. Vulgo : protixa, quod in omnibus suis libris Pierius legebat ; atque ita editum in Aldd., excepta altera 1505, quam, ut hinc intelligas, Pierius tractabat.*—35. *credas Moret. quart. et interpres Stati Theb. III. 350. credes Goth. sec.*—37. *rosida mala Moret. sec. ut Ecl. IV. 30 (et placere possit propter sepes, in quibus apes mellificare solent. conf. sup. I. 54), sed recte vulgatam tueretur Heins. Therosida mala Ven.*—39. *ab undeno Leid. tum me jam accepserat a. Sic Medic. cum potioribus, et Eugraphio ad Terent. Andr. I. 1. Tueretur tamen Heins. ceperat ; scil. ut magis orationi poëticæ consentaneum. tum jam me ceperat Pierii Obl.*—40. *ab terra Medic. abest Goth. sec. conjugere Longob., more variandi*

NOTÆ

regionum poëtas transiit, etsi alio situ positos. Noctem igitur jam procedere significat. De Hespero, Ecl. VI. 86.

34 *Hirsutumque, &c.]* Hoc addit, vel ut robur commendet suum, cuius indicium est pilorum densitas : ita Polyphemus apud Theocrit. Idyl. III. et apud Ovid. Met. XIII. vel potius ut sunum exaggerat de amissa Nisa dolorem, quo factum est ut capillitium incultum summisserit.

38 *Cum matre] Vel tua, vel mea.* Melius tua. Tamen apud Theocr. est mea. Idyll. XI. 26. *Θεος δημον ματι.* Venisti mea cum matre. Discri-
men est quod apud Theocritum puer

matrem ducat in montes : apud Virgilium vero in hortum, et domesticas sepes ; quem in locum duce puer non egebat sua mater.

39 *Alter ab undecimo]* An duodecim annus est, an decimustertius ? Certe alter de duobus tantum dicitur. Unde concludit Servius hic annum decimuntertium signari ; ut, inquit, *annus ab undecimo, sit duodecimus ; alter decimuntertius.* Ego annum intelligi duodecimum puto ; ita ut undecimus unum aliquid cum aliis superioribus componat ; alter vero hinc adjectus, sit post illum primus, adeoque de numeris velati duobus dicatur. Sic Ecl. V. 49. *Alter ab illo, est omnium*

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error !

Incipe Mænalias mecum, mea tibia, versus.

Nunc scio, quid sit Amor : duris in cotibus illum

Aut Tmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,

Nec generis nostri puerum nec sanguinis, edunt. 45

Incipe Mænalias mecum, mea tibia, versus.

Sævus Amor docuit natorum sanguine matrem

Commaculare manus : crudelis tu quoque, mater ;

Crudelis mater magis, an puer improbus ille ?

Improbus ille puer : crudelis tu quoque, mater. 50

Incipe Mænalias mecum, mea tibia, versus.

modo perii ! quomodo noxiis error me repuit mihi ! Incipe mecum, o mea fistula, pastores cantus. Jam cognosco quid sit amor. Aut Tmarus, aut Rhodope, aut Garamantes ultimi, producunt in rigidis ripibus illum puerum, qui non est nostræ naturæ et originis. Incipe mecum, o mea fistula, pastores cantus. Durus amor suavit matris fadare manus crux liberorum. Tu etiam immixtis fuisti, o mater. Magis immixtis mater fuit, an puer ille improbus ? Improbus fuit ille puer : sed tu etiam immixtis fuisti, o mater. Incipe mecum, o mea fistula, pastores cantus.

solito.—44. *Aut Tmaros*; ita diserte liber Bembi, Menag. Moret. Gud. *Aut Meros Medic.* *Aut Marus* liber Serv. Colot. *Aut Iomarus* in duobus Servii ap. F. Ursin. Vulgo legebatur *Iomarus aut R.*, etsi de altera lectione *Aut Tmarus* jam Pierius monuerat, inde Ursinus ac Fabricius apud Burm. cum Cerd. Variavit Mero Theocriteum : “*Η Ἀθω ή Ρόδονα*”. Fuit tamen hæc altera lectio perantiqua, cum eam Valerius Probus reclit in Institut. De Tmaro v. var. lect. ad *Aen.* v. 620.—45. *generis nostri Heins. e scriptis : nostri generis vulgo lectum. puerum aut s. Leid. uterque : alter et vestri.*—49—50. Etsi audacter dictum videbitur, libere tamen profiteor, versus hos ab inepto homine ex margine illatos videri. Adscripterat aliquis pro suo iudicio : *Crudelis mater magis an puer improbus ille ? Alter, ac si judex sederet, adscripsérat : Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater. Dignum operculum patella ! sed uterque versus eliminandus.*—49. *an pater improbus ille ; Improbus ille pater, ut*

NOTE

judicio, primus post illum, adeoque secundus, non tertius.

41 *Ut vidi, ut perii, &c.]* Omnilio e Theocrito, Idyl. III. 42. ‘*Οὐ δένει, ἀτὰ δέ βαθὺς ἀλλερ τόπος. Ut vidi, ut perii, ut in profundum saltavit amorem !*

44 *Garamantes]* Interioris Libyæ populi, sine legibus et matrimonii. Regio nunc dicitur *Gangara*.

47 *Matrem]* Medeam, *Hæta Col-*

chorum regis filiam : que cum Jasone Argonautarum duci artem dedisset expugnandi aurei velleris ; et cum eo e paternis regnis aufugisset : repudiata deinde ab eodem, ob amorem Crease Corinthiorum regis filie ; Creusam cum Creonte patre magicis ignibus absumvit ; filios ipsa suos, ex Jasone susceptos, in oculis patria jugalavit : tuncque alatis serpentibus alium in locum devecta est.

Nunc et oves ultro fugiat lupus ; aurea duræ
Mala ferant quercus ; narcissus floreat alnus ;
Pingua corticibus sudent electra myricæ ;
Certent et cycnis ululae ; sit Tityrus Orpheus ; 55
Orpheus in sylvis, inter delphinias Arion.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Omnia vel medium fiant mare. Vivite, sylvæ ;
Præceps aërii specula de montis in undas
Deferar ; extremum hoc munus morientis habeto. 60
Desine, Mænalios jam desine, tibia, versus.

Nunc et lupus sponte fugiat oves, rigidæ quercus producant poma aurea, alnus floreat narcissus, myricæ stillent cortice pingue succinum. Ulula quoque contendant cum cycnis : Tityrus fiat Orpheus : Orpheus inter arbores ; Arion inter delphinias. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. Cuncta fiant altum ipsum mare : valete nemora, præcipitabo me in mare e culmine rupis excelsæ : accipe donum hoc ultimum morientis. Cessa mecum, o mea fistula, a pastoralibus cantibus. Hæc

de Jasone intelligatur, conj. Meurs. ad Lycophr. Male. vid. Not.—52. Nunc ad oves ultro fugiat lupus Zulich., quod arredit Burmanno. ut oves ultro fugit Ven.—53. ferent Moreti fragm.—55. Et certent Zulich.—56. delphinæ Zulich. Orion in nonnullis ap. Burm.—58. fiat Medic. cum Leid. sec. a m. pr. et Gud.—59. in altum Deferar legit Scaliger ad Auson. Cupid. crnc. 24.—61. Desine

NOTE

54 *Electra myrica*] Electrum, de l'ambre : sic Græcis dictum, quia refert fulgorem Solis, qui vocatur Ἀλέκτρον. Latinis succinum : quia succus est arborum quarundam e pineo genere, ex quibus quasi gummi diffusus in Oceanum, ibique induratum deferatur ad littus, aut a piscatoribus extractur, maxime in insulis Septentrionalibus. Vide Ecl. vi. 62. De myricis, Ecl. iv. 2. De Narcissos, Ecl. ii. 48.

55 *Cycnis ululae, &c.*] Cycni nonnisi apud poëtas canori : re autem ipsa et vivi et morientes fere muti, aut striduli. Quo magis mirum videtur, unde tanta apud Græcos Latinosque de Cycnei cantus deliciis consensio. Nazianzenus Orat. 34. cantum illum refert ad plausum alarum, Zephyris inter pennarum calamos sibilantibus. *Ulula*] nocturna avis, ab ululato sic

dicta, un hibou. *Tityrus*] hic pro insulso pastore sumitur. *Orpheus*] Ecl. iii. 46.

56 *Arion*] Ex insula Lesbo, urbe Methymna, citharœdus et lyricus poëta nobilis : qui cum ex Italia, ubi multas opes arte sua collegerat, Corinthum rediret ad Periandrum regem, cui percarus erat; ab avaris nautis modulans in mare projectus est : sed a Delphino, quem dulcedine cantus illexerat, exceptus; Tenerum, quod oppidum est Laconia, vectus ab eodem est. *Delphini* autem dicuntur et musica et amore hominum capi.

58 *Vivite, sylvæ*] Græcis χαλπερε, γανδετε. Etiam in eos, quos cum odio abhiciimus, et abire jubemus. Catul. ii. 17. *Cum suis virat, valeatque machis* : id est, abeat.

Hæc Damon: vos, quæ responderit Alphesibœus,
Dicite, Pierides; non omnia possumus omnes.

Alph. Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vitta;
Verbenasque adole pingues et mascula thura: 65
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus; nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnium.
Carmina vel coelo possunt deducere Lunam;
Carminibus Circe socios mutavit Ulyssei; 70

dixit Damon: vos, o Musæ, narrate ea quæ retulit Alphesibœus: non possumus omnes omnia facere. ALPH. Exporta aquam, et circumda has aras tænia lana, et adire verbenas pingues, et mascula thura: ut coner magicis ritibus abalienare sponsum a recta mente. *Nihil hic deest præterquam carmina. Trahite, trahite Daphnium ab urbe in meam domum, o mea carmina. Carmina possunt Lunam ipsam*

M. mecum mea f. v. Voss. alter a m. pr.—64. *Et fer aquam* Gud. *Affer* Goth. pr. fragm. Moreti et Zulich., quod tamquam sacrificio accommodatus præfert Burmann. Theocr. II, 1 φέρε θεούσια. *Mala ratione ab aqua calida petita tue-* *trit Effer Cerdæ.*—66. *Conjugis et magicis* Moreti primus. *avertere sensus* Exp. sacræ Moret. quart. et Parrhas. *inclusos vertere* emend. Jo. Schrader.—68. *Daphniam* ubique reposui, pro *Daphnium*: ut scriptura sibi constaret: vid. ad II, 26.—69. Versum adoptavit Petron. 134 in vers. de saga 13. *Carmina e celo* Giphan. ad Lucret. pr. 463 et scriptis. *et e celo ex antiquis aliquot exemplaribus laudat Pierius. Carmina et Lunam celo deducere possunt* Schol. Stat.

NOTÆ

64 *Effer aquam*] Saga præcipit hæc omnia Amaryllidi famulæ.

65 *Verbenasque*] Proprie verbenæ certa quedam herbae species est, *de la verene*. Vulgo tamen surnebatur apud Romanos pro omni herba, cum sua terra, e puro sacroto loco evulsa: quasi *herbena*, inquit Donatus. Talibus verbenis aras festis diebus coronabant: tales legati ferebant ex arce Capitolina erutas, et ostentabant hostibus, cum ad eos ibant res captas repetitum; et legatorum unus ideo *verbenarius* vocabatur. Hac peruncti magi putabant id impetrari quod volebant; abigi febres, amictias conciliari. Plin. I. xxii. 2. &c.

Mascula thura] Mascula, non sexu, nullum enim est foemineum; sed bovitatem.

67 *Nihil hic nisi carmina, &c.*] Omnis materia incantationis jam parata est; nihil ultra requiritur præter carmina, id est, solennem ac ritualem verborum formulam. Deinde seipsum hortatur exemplo Circæs, de qua, deque sociis Ulyssis in suæ transformatiæ, Æn. III. 386. et Æn. VII. 19.

69 *Deducere Lunam*] Antiqui putavere Lunam esse magorum incantationibus subditam: ita ut, quoties iis luberet, rubesceret illa in modum sanguinis: et e celo deduceretur vel invita, ut in herbas despumaret. Atque inde putabant eam deliquium pati, tumque ipsi tinnitu cymbalorum succurrebant.

70 *Ulyssei*] Pro Ulyssis. Sic Horat. Od. I. i. 6. 7. *Nec cursus duplicitis per mare Ulyssei.* Et Æn. I. 34. Reli-

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnem.
 Terna tibi hæc primum triplici diversa colore
 Licia circumdo, terque hæc altaria circum
 Effigiem duco ; numero Deus impare gaudet.

75

evocare e calo. Circe transformavit per carmina socios Ulyssis. Serpens gelidus in pratis obrigescit, dum incantatur. Trahite, trahite Daphnem ab urbe in meam domum, o mea carmina. Primo circumligo tibi hæc terna licia, triplici colore varia; et circa has aras ter fero tuum simulacrum. Numerus impar placet Deo.

Theb. i, 104.—70. *Ulix Heins. e Medic. et Mentel., quem vide ad b. l. Nec tamen codices me moverent, nisi veteres Grammatici observarent, dici Achillei et Ulizzi. Achilli et Ulizzi, cf. ad Æn. ii, 7. Scilicet, quantum asséqui licet, 'Οδυσσεύς fuit pronuntiatum Ulizzeus; et alia flexione, 'Οδυσσός, ut Τίθηνς, 'Ορφεύς (Priscian. p. 68), Ulizes, Ulizi; ut Chryses, Chrysī; Hercules, Herculī. In edd. legebatur Ulyssi, et inde a Pulmann. Ulizzei. At in codd. Ulixes, Ulizes. Circe in Medic., superadscripto a, ut sit Circe; tum mutabili Gud.—71. in campus Zulich.—73. triplici primum Goth. sec. triplice d. c. Medic. et Menag., qui et v. 105 et 106 hic inserit; sed intempestive.—74. terque hanc Longob.*

NOTÆ

quias Danaum atque immittit Achillei. Latini enim Graeca in eis, ut 'Οδυσσεύς, 'Αχιλλεύς, 'Ορφεύς; aliquando ad secundam declinationem reduxere: Ulyssenus, ei; Achilleus, ei; Orpheus, ei; aliquando ad tertiam, ut Ulysses, is, Achilles, is.

71 *Cantando rumpitur anguis]* Id est, dum incantatur. Sic Ge. ii. 250. *Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo:* id est, dum habetur, tractaturque digitis. Unde patet gerundia ejusmodi passivam sæpe habere significacionem.

74 *Licia]* Sunt limbi qui telam hinc inde cingunt, et in quibus capita staminum conduntur. *Terna triplici colore]* Novem: tria alba, tria rosea, tria nigra: ex hoc versu, in Ceiri, 371. *Terque novena ligat triplici diversa colore Fila, &c.* Quæ novem licia tribus deinde ligantur nodis: *Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.* Et Veneris dic circula necto: quibus verbis incantationis formula continetur.

75 *Numero Deus impare gaudet]* Numeris rerum omnium naturam constare affirmabant Pythagorici: in imparibus in primis vim esse vulgus putabat. Unde præcipit in Geoponice, l. xviii. ut numerus gregis semper impar sit: in re bellica apud Vegetium, l. iii. 8. ut fossæ quibus castra munitorata sint pedes novem ad minimum, septem ac decem ad summum; semper numero impari. Hoc autem loco, per numerum imparem, ternarius significatur, princeps omnium: tum quia, ex Aristotele et Plutarcho, continet in se principium, medium, et finem; tum quia potestati Deorum, tam superiorum, quam inferorum, significandæ adhibetur. Jovis enim trifidum est fulmen, Neptuni sceptrum tridens, Platonis canis triceps, Parcae tres, Furiae tres; Apollo idem, Sol et Liber dicitur; tria virginis ora Diana, quæ Diana est in terris, Luna in cœlo, Hecate in inferis, eademque colitur in triviis. Deus

- Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores ;
 Necte, Amarylli, modo ; et, Veneris, dic, vincula necto.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit 80
 Uno eodemque igni ; sic nostro Daphnis amore.
 Sparge molam, et fragiles incende bitumine lauros.
 Daphnis me malus urit : ego hanc in Daphnide laurum.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Talis amor Daphnim, qualis, cum fessa juvencum 85
 Per nemora atque altos querendo bucula lucos

Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. O Amarylli, implica tres colores in tres nodos ; implica jam, o Amarylli, et dic : implico nodos Veneris. Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Quemadmodum hoc simularum et limo factum induratur, et hoc alterum e cera factum emollitur, una et eadem flamma : sic Daphnis nostro amore induretur et emollitur. Disperge fruges salsa, et combure bitumine crepitantem laurum. Daphnis crudelis me comburit, ego hanc laurum comburo contra Daphnim. Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Talis amor occupet Daphnim : qualis est, cum juventa fatigata sequendo juvencum per sylvas

Pierii, ut referatur ad effigiem.—77. *trinos* Ven. *tribus natis* Leid.—78. Mira res est, quantopere incepterint viri docti Sæc. xv. et xvi. in bujus versus metro : dum nodos intrudere volvere. Ceteris ap. Burm. addie Benedictum philologum in Ed. Junt. 1520, ut sit versus amphimacer. *modos* Zulich.—80. *haec ubi* Ven.—82. *laurus* Medic. conf. sup. v. 13. *ramos* Pierii Oblongus.—83. *me male urit* Rottend. alter. in *haec ego Daphnida laurus* tentabat Jo. Schrader.—86 *alta* Ven.—87. *concumbit* Gud. in *alio* Heins. e melioribus mss.

NOTE

Vel quilibet Deus : vel Hecate, quæ magicis rebus præest. Deum enim generis feminino dici posse quidam volunt : et sic Lucanum de Furiis dixisse lib. ii. 80. Terribileisque Deos scelerum.

81 *Sic nostro, &c.*] Sic uno eodemque amore nostro, liquescat, et mollier fiat mili, ceteris durescat.

82 *Sparge molam*] *Mola* placenta quædam species, quæ fiebat ex farre horne, et sale horne, id est, *illius anni*. Ex farre, inquam, salso, tosto, et molito : unde *mola* appellabatur ; et victimæ dicebantur *immolari*, quia et frons victimarum, et foci, et cultri

hac mola inspergebantur. Itaque mola conspergitur effigies Daphnidis, ut victria hojus magici sacrificii.

Incende bitumine] *Bitumen*, limus ant terra, cuius natura vicina est sulphuri.

83 *In Daphnide*] Ex Theocriti Pharmaceutria Idyl. ii. 23. Δέλφις ἦμ' ἀντασσεν, ἐγὼ δὲ ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν Αἴθω. *Delphis* me torquet, ego hanc laurum contra Delphida comburo. Sic enim veteres Theocriti Interpretes Græci ἐπὶ Δέλφιδι, vertunt κατὰ Δίλφιδος, contra Delphida, in Delphida. Quod tamen Virgilius per ablativum casum extulit : *In Daphnide*.

Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva,
 Perdita nec seræ meminit decidere nocti;
 Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. 90
 Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
 Pignora cara sui : quæ nunc ego limine in ipso,
 Terra, tibi mando ; debent hæc pignora Daphnim.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena, 95
 Ipse dedit Moeris : nascuntur plurima Ponto :
 His ego sæpe lupum fieri, et se condere sylvis
 Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris,
 Atque satas alio vidi traducere messes.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. 100

et altos saltus, recumbit misera juxta ricum aquæ, in ulva viridi, et omittit abire sub seram noctem. Talis amor occupet Daphnim, et ego non curem illum sanare. Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Perjurus ille reliquit mihi quandam has vestes, dilecta monimenta sui : quæ nunc ego sub ipso limine committo tibi, o terra : hæc exuvia debent reducere Daphnim ad me. Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Mœris ipse mihi tradidit hæc graminæ, et hæc venena, collecta in Ponto ; multa enim oruntur in Ponto. Ego vidi Mœrim sæpe transformari per illa in lupum, et abdere se in sylvis : saepe evocare animas e profundis tumulis, et transferre messes satas in altum locum. Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina.

repositum iterum, cum jam a Nangerio in Ald tert. et hinc in alias inductum fuisset. Vulgatae ex Ald. pr. in his Steph., in *herba*, cf. Martin, in *umbra* ed. Ven. cum Goth. sec. a m. pr. *consedit in herba unius Heins.*, solennes utique variationes.—88. *sera m. d. nocte* quartus Moreti et aliis Heins., *noctis* fragm. Moreti; unde Burm. conj. *sero noctis*. *discedere* Menag. et Rottend. sec. v. sup. Ecl. II, 67.—92. *Pignera* duo. vid. Burm. *limite* Goth. sec.—96. *plurima* Medic., ut *maxima*, a m. pr.—98. *Mœrim* alii v. ad 11, 26. *Mœrim* et s. Zulich. *animasque* Parrhas. *extre* Goth. sec. ed. Mediol. 1474 cum aliis

NOTE

- 87 *Ulva*] *Herba palustris*: caret quare ipso in limine defodiuntur. Gallico nomine.
- 92 *Pignora cara sui, debent, &c.*] Expetuntur in sacris magicis ea præcipue, quæ sunt ejus, adversus quem sacra fiunt: ut capilli, vestes. *Pignora sui, quæ debent Daphnim*: id est, quæ tenentur ipsum Daphnim adducere ad limen, et in ipso limine sistere:
- 96 *Ponto*] Pontus Asiae Minoris regio: Enxino mari sive ponto, a Septentrione terminata; ab Oriente, Colchide: ferax venenorum utraque regio fuit. In Ponto regnavit Mithridates, qui venenis pascebatur: in Colchide nata est Medea, celebris benefica.

Fer cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti
Transque caput jace; nec respexeris: his ego Daphnim
Aggrediar; nihil ille Deos, nil carmina curat.

Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Aspice: corripuit tremulis altaria flammis 105

Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. Bonum sit!

Nescio quid certe est; et Hylax in limine latrat.

Credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Parcite, ab urbe venit, jam parcite, carmina, Daphnis.

Amarylli, exporta cineres extra domum, et jacta eos post caput in rivum fluenter, neque retro aspicias. Ego per hos cineres oppugnabo Daphnum: siquidem non moveret, neque per Deos, neque per carmina. Trahite, trahite Daphnum ab urbe in meam domum, o mea carmina. Vide: dum exportare difero, cinis ipse ultro involvit aram flamma tremula: sit hoc faustum! Certe nescio quid apparet, et Hylax latrat in limine. Credamus illud? an amantes fingunt sibi somnia? Cessate, jam o mea cessate carmina: Daphnis ab urbe venit.

antiquis; ut anguor.—102. nec respexeris Medic. Pierianus Obl. Gad.; et hoc verum est; vulgo ne.—105. trepidis vel tremulis Cod. Kölner. *palmis pro flammis* Moret. sec.—106. *Bonus* fit Zulich. a m. pr. *ipse bonus sit* Nonii quedam edd. in *citis*.—107. *Nescio quis ex* Ald. ed. pr. qui poster. laudat Burmann. Male: nam Ed. pr. sec. tert. *quid* habent; nec nisi in edd. serioribus 1527. 1557 varietas illa occurrit. *quit* Medic. *certi est* ex eodem laudat Heins., quod Foggin. non expressit. *Nescio quicquid id est* Zulich. *est* abeat a Ven. Jo. Schrader. tentabat: *Nescio quid certe est; ut Hylax in limine latrat!* Porro *Hylas* fere in libris.—108. omnia sed superadscripto s Medic. omnia Canter. ex vet. cod. emendabat. vid. Heins. *qui adament* Zulich.; Heins. in ora Codicia, forte: *ipis sibi somnia fingunt*; quod minus eleganter diceretur. Deerat hic versus Parrhasiano.—109. *jam carmina parcite* Medic. et Pierii Obl. Vatic. *Parcite, ab urbe domum jam parcite carmina, Daphnis Medic. Pierii.*

NOTÆ

101 *Rivoque fluenti*] In rivum fluentem. Sic Æn. v. 451. *It clamor calo, pro ad cælum.*

106 *Bonus sit*] Cineres ignem concipiunt. Lætum omen: quod Terentiae Ciceronis uxori sacrificanti cum accidisset, quasi signum auspicatissimum opprimendi Catilinæ habitum est a Vestalibus: ut refert Plutarch. in Cicer.

107 *Hylax*] Canis nomen, ut *Hylacter* apud Ovid. M. III. 224. ab ὥλας et ὥλακτος latro. Latratus autem canis in limine notat adesse Daphnium.

108 *An, qui amant*] Vocalis i, nec patitur hic synalepham, nec servat propriam quantitatem longam: sed hiat, et brevis fit.

ECLOGA IX.

MÆRIS.

ARGUMENTUM.

Cum in agrorum divisione Virgilium indemnem amici sui præstitissent, ut in Ecl. 1. dictum est : is ab Ario Centurione, vel a Milieno Torone primipilari, vel a Claudio veterano (variant enim in eo nomine interpretes) ab eo certe militum, cui prædium illud obvenerat, male habitus et ferne occisus : ut vitae consuleret, Mincium natatu trajecit. Romam deinde profectus, ut vim auctoritate Octaviani reprimeret : interim reliquit domi villicum suum Mœrim, monuitque ; ut novum agri dominum officiis, quibus posset, leniret omnibus. Hic itaque Mœris, huic domino munuscula Mantuam deferens, ex itinere in Lycidam familiarem incidit : quocum de Menalcæ, id est, Virgilii fortuna colloquitur : simulque variis cantilenis tedium itineris levant.

Existimo fuisse oblatum Varo hoc opusculum, quasi libelli supplicis loco ; ut beneficium, ejus et Polliois Mæcenatisque gratia jam acceptum, tueri porro sibi apud Octavianum vellet. Est enim hic I. Beneficii mentio. II. Vis illatæ declaratio. III. Invocatio Vari, et amplioris ejus in laudem operis promissio. IV. Julii Cæsaris consecratio quædam, ad adulandum comparata. Tum cetera quæ congerit carminum fragmenta, notant opus, ut res ferebat, properatum ac subitarium : ex variis concinnatum versibus, quos primo impetu effuderat poëta ; aut ex occasione prius inchoatos, nondum suo quosque filo ac tenore ad exitum duxerat. Anno igitur eodem, quo prima Ecloga ; sane haud multo deinde scripta est.

NOTA

Mœris] *A mœris, fatum, sorte, pars* : quia agrorum partem sorte amiserat.

LYCIDAS, MÆRIS.

Lyc. **Quo te, Mœri, pedes? an, quo via dicit, in urbem?**

Mæ. **O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri,**

Quod nunquam veriti sumus, ut possessor agelli

Diceret: Hæc mea sunt: veteres migrate coloni.

Nunc victi, tristes, quoniam Fors omnia versat,

Hos illi (quod nec bēne vertat) mittimus hædos.

5

Lyc. **O Mari, quo te ducunt pedes? an Mantuam, ad quam via dicit?** *Mæ.* **O Lycida, viventes eo miseria devenimus, ut peregrinus occupator agri nostri diceret, id quod nunquam timueramus: Hic ager ad me pertinet, recedite, o antiqui cultores.** *Nunc superati, mæsti, siquidem fortuna vertit omnia, ferimus illi hos hædos, quod*

LYCIDA quinque ap. Burm., quem v. Zulich. hanc Eclogam post decimam posnebat.—1. In Parrhas. et Leid. alt. ita distinguebatur: *an, quo via dicit? in urbem?* ut hoc ἐνεργητικῶς subjiciatur. *aut quo via Ed. Ven.*—2. Vix mihi temperabam in priore editione, quin *Quo, Lycida, vivi pervenimus!* reponerem; et sic Ecl. I, 72 *En quo discordia cives Perducit m.* Ecl. III, 88 *veniat, quo te quoque gaudet.* Idem jam Heinsio in mentem venerat, nec Burm. improbat. Si hoc tenemus: exciderat, ut centies factum, prima littera in *quo*, propter simile initium vicinorum versuum, et quod magnum spatium litteræ initiali primi versus relictum esset. Sic in Regio Cod. *Lycida* ita scriptum erat, ut breve *o* adipictum esset. Retinebat tamen me, quod ingrata est illa repetitio *tau* *quo*, et quidam diverso nunc sensu. Desideratur huc, eo,—*ut possessor agelli diceret.* *Huc, Lycida, t. p.* Posset quoque iutilem vocem *vivi esse* ex margine profectam suspicari et refingere: *O Lycida, quo auxi pervenimus!* Etiam Jo. Schrader. in schedis tentabat: *O Lycida, vivi quo venimus;* vel *vivi hue pervenimus.* Nunc cum nihil afferri posset, quod non alius aliter constitutat, relinquenda est vulgata corrupta. *Vetus ulcus esse* debet, cum jam Servii codd. insederit. *Vivi pervenimus* pro vivendo attigimus, seu, diu vivendo ad ista pervenimus, Serv. exponit; quod durum et sine exemplo esse, recte Burm. affirmat.—3. *Quo nunquam Moret.* quart. et Leid., quod etiam loco medetur *vivi pervenimus* (*eo*) *quo nunquam veriti sumus* nos perventuros esse, nisi durior trajectio esset. *qua Gud.*; forte pro *qua* addit Burm. *Quam nunquam meriti sumus!* Leid. alt., ut sit exclamatio, quasi hæc tam indigna immerentibus evenerint.—4. *migrare Ven.*—5. Quanquam duplex epitheton affectui animi non male inservire videri potest, cf. Ge. I, 407 eleganter tamen Burm., dum duo epitheta ferre se negat, distinguunt ac legit: *Nunc ricti, tristis quoniam sors omnia versat.* *tristis* fors legit etiam Probus Instit. Gramm. Vulgata tamen, *Nunc victi, tristes, firmatur ex Grammatici imitatione, Anthol. Lat. lib. I, p. 178, v. 84, ubi v. Barm. Sec.*; canque feres, si *victi* per se dictum accipias, postquam, quia, *victi sumus, nunc tristes mittimus.* Quod vero, Cerdæ ac Pierii exemplo, *sors* h. l. prefert Barmann, non recte facere videtur. Longe aliter ap. Horat. Od. II, 3 extr. *sors* versari urna dicitur, quam *sors* versat *omnia.*—6. *non bene v. unus Moreti.* *nec vertat bene Menag. et Pierii Obl. quod*

NOTÆ

LYCIDAS] Α λύκος, λύπης: αἱ λύκαι. *2 Vivi pervenimus]* Exaggerat vox λύκων, λυπηρum casuli.

ista calamitatis indignitatem. Ut

Lyc. Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo,
Usque ad aquam, et veteres, jam fracta cacumina, fagos,
Omnia carminibus vestrum servasse Menalcam. 10

Mæ. Audieras; et fama fuit; sed carmina tantum
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt, aquila veniente, columbas.
Quod nisi me quacumque novas incidere lites
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix: 15

utinam non pro sis illi. *LYC.* Ego sane audiveram Menalcam vestrum domi-
num versibus suis sibi conservasse cuncta: ab eo loco, ubi colles incipient
recedere, et incurvare cacumen facilis clivo; usque ad aquam, et ad cacum
ruptum antiquæ fagi. *Mæ.* Id audiveras, et rumor sic tulit: sed versus
nostræ non plus possunt inter arma bellæ, o Lycida, quam dicunt posse columbas
Epiroticas, aquila imminentem. Quod nisi funesta cornix e cariosa ilice me admou-
nisset, ut quocumque modo abrumperem novas rixas, nec ego ipse tuus amicus

superscripto s Medic.—8. *Inciant Goth.* sec. *dimittere Goth.* pr. et septem
ap. Burm., nota variatione.—9. *Lectio hæc ab Heinsio e Mediceo probata et*
a Burm. reposita, uti et in Gud. a vet. manu emendatum fuerat, et sic Ecl. II,
8. inter densas, umbrosa cacumina, fagos; multo nimurum ea elegantior vulgata:
veteris jam fracta cacumina fagi. Apud Quintil. VIII, 6, 46 libri plerique;
conftracta c., quod Catœnus, sibi mirifice in eo placens, recepit; saitem expec-
tabo, donec infraext se obtulerit.—10. nostrum Goth. sec. quatuor Burm., it.
Ed. Medioli. Menalcam Medic.—12. marcia Moreti fragm.—13. aquila di-
cens Ven. et Cod. Burm.—14. quocumque Ven. quæ vel quacumque Gud.—15.
Conf. ad Ecl. I, 18.—19. Quis caneret sylvas Fragm. Moreti, at Ecl. V, 20 Ex-

NOTÆ

apud Cicerohem pro Quintcio. 50. *Hic acerbissimum vito vicentique funus*
indicitur.

7 *Qua se subducere, &c.] Descriptio*
agri Virgiliani, cuius erant hi termini: hinc clivus; inde fagus et aqua,
vel paludis, vel Mincii fluminis. *Cli-*
rus; est inclinatum montis latus.

12 *Martia]* Bellica, quia *Mars* bellum
præses, dictus etiam *Matora*, quia *ma-*
gna verit. Quidni *μαρπόν, ιντιγνόν;*
οδεσσον: quod poëtice dicitur pro
ἀμαρπόν? Junonis et Jovis, aut solius Junonis absque patre filius; nt Mi-
nerva solius Jovis absque matre filia.
Hunc dicitur Juno concepisse tactu
cojusdam floris, quem ipsi eum in
usum Flora monstraverat.

13 *Chaonias columbas]* Speciem po-
nit pro genere: quia in Dodonea

Epiri sylva, oracula reddidiisse dicun-
tur *quercus*, et iis insidentes columbe
duæ: quarum altera Delphos in tem-
plum Apollinis; altera in Jovis Am-
monis templum evolaverit; ubi fa-
mosa deinceps fuerunt oracula. Epi-
rus autem *Chaonia* stepe dicitur: quod
Chaones, gens Epirotica, olim toti re-
gioni imperaverint, ut ait Strabo I. VII.

15 *Ante sinistra, &c.] Præter illa*
quæ de hac voce dicta sunt, Ecl. I.
16. 18. querendum superest, unde
veterea Graeci Romanique *dextram ac*
sinistram in auspiciis peterent. Utri-
que sane diverso modo locuti, idem
sensere: hoc est orientalia auspicia,
quia lucis et motus principium ab ea
parte est, visa sunt utrisque meliora:
quæ tamen eadem, Graeci *dextra*, Ro-
mani *sinistra*, vocaverunt. De Græ-

Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipse Menalcas.

Lyt. Heu ! cedit in quemquam tantum scelus ? heu, tua nobis

Pæne simul tecum solatia rapta, Menalca !

Quis caneret Nymphas ? quis humum florentibus herbis

Spargeret ? aut viridi fontes induceret umbra ? 20

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,

Cum te ad delicias ferres, Amaryllida, nostras ?

Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas ;

Et potum pastas age, Tityre ; et inter agendum

Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. 25

Mæ. Immo hæc, quæ Varo nec dum perfecta canebat.

Vare, tuum nomen (superet modo Mantua nobis,

Maris, nec ipse Menalcas viens esset. Lyc. Heu, tantumne crimen venit cuiquam in mentem ! heu, tuorum versuum solamen fere nobis ablatum est tecum, o Menalca ! Quis celebraret Nymphas ? quis teget terram herbis floridis ? aut inanibraret fontes virentibus ramis ? Aut quis caneret versus quos tibi nuper surripui : quando ibas ad Amaryllida, nostram amicam ? Tityre, donec redeam, breve est iter, pasce capellas : et postquam eas paveris, duc potum, o Tityre : et dum duces, cave ne occursas capro, ille enim cornu petit. Mæ. Ant potius quis caneret hos versus, quos Menalcas cantabat Vero, nondum perpotuisse. O Vare, olores canori alte efferent ad astra nomen tuum : dummodo Mantua

tinctum Nymphae, etc. orbis a m. pr. in Medic.—20. montes iud. Moreti Fragm., etiam male. vid. ib. v. 40. cf. ib. Var. Lect.—21. Nam quæ Nonius in legere.—25. capre Medic. a m. pr. cornu petit Rottend. sec. et Gud. pro var. lect., frequenti variatione. vid. Burm. h. l. et ad Ecl. III. 87. feret Medic. a m. pr.—26. Pro hæc, quæ Medic. a m. pr. terque. nondum nonnulli ap. Pier. it. ed. Ven. caneabant Gud.—27. superent Medic., delecto cupient, quod ante perscrip-

NOTÆ

cis patet ex Homero Iliad. XII. 239. ubi Hector ait, se aves augurales minime curare : sive ad dextram eadent versus euoram et solem, sive ad sinistram versus occasum obsecurum. Εἰτ' ἔτι δέ τοι πρὸς τὸ τ' ἄλλον τε, Εἰτ' ἔτι διαστρέπε τούτη τοῖς σόφοις ἡσθενα. De Romanis constat ex Varrone Epist. Quesest. I. v. A Deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi iuxorientes, ad dextram occidentes : factum arbitror ; ut sinistra meliora auspicia, quam dextra, esse existimantur. Refert hunc locum Festus Pompeius, aliquosque citat veteres ejusdem sententiae. Confirmat Plinius I. II. cap.

54. *Læva, prospera existimantur : quoniam larva parte mundi ortus est.* Ratio variae appellationis fuit : quod in auspiciis, Græci ad septentrionem, Romani ad meridiem, se converterent : ut patet ex antedictis : quod cur ita fecerint, non est hujus loci disquirere.

21 *Sublegere, est suffirari :* unde inquit Servius, *sacrilegus* dicitur qui *sacra legit*, id est, *furatur*.

23 *Tityre, &c.] Renarrat primum fragmentum carminum, quæ subleggerat. Tityrus hic est caprarius aliquis e Virgilii famulis. De Vero, Ecl. VI. 7.*

27 *Vare, tuum, &c.] Secundum fra-*

Mantua vae miseræ nimium vicina Cremonæ!)

Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.

Lyc. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos; 30
 Sic cytiso pastæ distendant ubera vaccæ:
 Incipe, si quid habes. Et me fecere poëtam
 Pierides; sunt et mihi carmina; me quoque dicunt
 Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
 Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna 35

sabia sit nobis: Mantua, vix misera, nimis propinqua Cremona! Lyc. *Sic tua apes evitent taxos Corsica insulæ: sic tuæ vaccæ saturata cytiso distendant ubera: incipe si habes aliquid: Musæ me quoque reddiderunt poëtam, habeo etiam versus, pastores appellant me etiam vatem, sed ego non adhibeo fidem illis: nondum enim videor ea proferre, quæ sint Vario aut Cinna digna: sed videor stridere inter cycnos*

 tum erat. *Bare* idem, et superiore versu *Baro*, at v. 35 *Vero*.—29. *Candentes* conj. Jo. Schrader, ingeniose. *ferant* Gud. Goth. pr.—30. *Sic sua Alcuin.* Grammat. p. 2124. *Cyrneas* varie corruptum in libris v. ap. Burm. Est *Kópros*, *Kópreos*, *fugient* Ven. *examina* Medic., sed transfixo g.—31. *distendant* Heins. e melioribus, etiam sic Medie., sicutque alii apud Pier., cum vulgo *distanter* legeretur. *distanter* Voss. pr. *distendent* Ed. Ven.—33. *dicent* Ven.—34. *non sum credulus unus Moreti*.—35. *Vario manifeste legit Serv.* et Schol. Horat. Cruqu. ad Od. I, 6, qui *Tbyestæ tragediæ auctorem, eundemque no-*

NOTE

gmentum, de laudibus Vari.

28 *Mantua, &c. Cremona]* Galliae Cisalpinæ urbes vicinæ. *Mantua* ad Mincium fluvium, *Menzo*: nunc ducatus caput: *Cremona*, ad Padum, *le Po*: nunc ducatu Mediolanensi comprehensa. Haec Antonii partes cum adversus Octavianum tenuisset, ejus ager veterani Octaviani militibus adiectus est; et cum non sufficeret, addita pars agri *Mantuanæ*.

29 *Sublime ferens]* Vel ad *nomen* referri potest, vel adverbii loco sumi. Ita Ge. I. 320. *segetem ab radicibus imis Sublime expulsam eruerent*. Et Cicero de Nat. II. 101. *Aer sublime fertur*: id est, sublimiter, in sublime.

Cynæ] Poëtae. Sic Horat. Od. I. IV. 2. 25. *Multa Dircaum levat atra cycnum*: id est, Pindarum poëtam Thebanum. Nam ex Cicer. Tusc. I. 73. *Cynæ Apollini dicati sunt quod ab eo habere divinationem videantur: quia,*

providentes quid in morte sit boni, cum cantu et voluptate morientur. Tamen factus eorum cantus est, de quo Ecl. VIII. 55.

30 *Sic tua, &c.]* Obtestandi formula et bene precandi, quoties quid ab aliquo petimus. Id est: Sic apes tuae evitent taxos, quomodo mihi recitabis carmina. *Cyrneas taxos]* Taxus arbor funestis annumerata, fij. Qua pastæ apes mel amarissimum cuditunt: unde Corsicæ mel infame, quod hæc insula taxia et cicutæ abundet. Ovid. Amorum I. I. 12. 10. *Melle sub infami Corsica misit apis*. Corsica, insula in Mari Mediterraneo, quæ cum Sardinia et Sicilia Italiae adjacet: *Cyrnus* Græcis dicta, a rege hujus nominis. De ex-minibus, Ecl. VII. 13. De *Cytiso*, Ecl. I. 79. De *Pieridibus*, Ecl. III. 85.

35 *Vero, &c. Cinna]* Alii poëtas esse volunt; alii viros Octaviani gratia insignes. Sed prima opinio stare

Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Mæ. Id quidem ago, et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,

Si valeam meminisse? neque est ignobile carmen.

Huc ades, o Galatea; quis est nam ludus in undis;

Hic ver purpureum; varios hic flumina circum 40

Fundit humus flores; hic candida populus antro

camoros, velut anser. *Mæ.* Evidem id facio, et tacite revolo ipse mecum, o *Lycida*, tu possim recordari: neque est carmen objectum. *Huc* veni, o *Galates*, qua exim est voluptas in aquis? hic est ver rubicundum: hic terra producit diversos flores

bilem epicum poëtam, intelligit; sed in scriptis constanter *Vario*. In edd. *Vario* repositum est ab Egnatio et Naugero: quod iterum deseruit Paulius Manutius cum edd. sequ. Quæ ambiguitas in his nominibus sit, nota res est: v. Exc. ad Ecl. vi. *Varam* inter viros principes et militia claros istius ætatis fuisse, satis constat; an idem poëta fuerit, non nisi ex hoc loco statuas. De poëta enim cogitandum esse, decet memoratio *Cinnae*. Itaque, cum perpetua sit horum nomina confusio, canique veteres Grammatici *Varam* hic in libris legerint, post *Varam* v. 26 illum alterum in locum suum retrahendum esse manifestum fit. *Cigna*, *Cygne*, *Cyne* in libris nonnullis. neque dicere Moret. — 36. inter strepet *Ven.* — 37. Jam pridem ago — mecum ipsa volato Zulich. et abest a Goth. sec. — 38. idem Qui valeam m. — 39. nem deest fragm. Moreti et Goth. sec. — 40. ver *perpetuum* quandam legere notant Guellius et Cerdia, quem

NOTÆ

non potest. i. Quia *Cinna* hic poëta non posset esse alius quam *Helcius Cinna*, qui *Smyrnam* scripsit annis novem, de incesto *Myrrhæ* in patrem *Cinyram Cypriorum* regem amore: *landatus a Catullo*, 94. et ab Ovidio *Trist.* II. l. 435. At is jam inde a tempore *Cæsareae* cædis, errore nomine, pro Cornelio *Cinna* pretore et *Cæsaris* hoste, a plebe occisus fuerat: ut est apud *Sueton.* ii. Quia ex *Vario*, qui florebant illa ætate, de quibus Ecl. vi. 7. nullus in poësi nomen habuisse dicitur. iii. Quia licet celebris tum fuerit poëta *Varius*, de quo saepè *Horatius*, in primisque *Od.* I. l. 1. 6. i. *Scriberis Vario fortis, et hostiam Victor, Meonii carminis alite;* tamen male *Servius* hic legit *Vario* pro *Vario*: *Nam neque adhuc Vario videor, &c.* Male, inquam: siquidem dixit paulo ante *Virgilinus*, *Vare trax nomen, &c.* Itaque secundam opinionem secutus.

P. Quintilius Varus intelligo, de quo Ecl. vi. 7. Et *Cornelium Cinnam Magnum*, Pompeii Magni ex filia nepotem, qui primo hostis Octaviani, deinde ab eodem suspectus in castris Bruti et Cassii, ut notat *Lipsius* in capite ix. l. i. *Seneca de Clementia*: magna deinceps apud eum floruit gratia; ausus tamen in benefactorem suum conjurare, novo beneficio veniam ab eodem accepit, et consulatum, an. u. c. 758.

26 *Anser*] Volunt hic allusum ad *Anserem*, hujus ætatis poëtam, M. Antonii laudatorem, cui Antonius e bonis Pompeii in Falerno agro aliquid in præmium dederat: unde *Cicero Philip.* XIII. 11. *Anseres de Falerno depellentur.*

39 *Huc ades, o, &c.*] Tertium carmine fragmentum, expressum e *Theocriti Cyclope*, Idyl. II. *De Galates*, Ecl. I. 31.

Imminet, et lentæ texunt umbracula vites.

Huc ades: insaní feriant sine littora fluctus.

Lyc. Quid, quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem. 45

Mæ. Daphni, quid antiquos signorū suspicis ortus?

Ecce Dionæ processit Cæsaris astrum:

Astrum, quo segetes gauderent frugibus: et quo

Duceret apricis in collibus uva colorem.

Insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes. 50

Omnia fert ætas, animum quoque; saepe ego longos

circum fluvios: hic alia populus incubit cavernæ, et vites flexuosa efficiunt umbras. Veni huc, ne cures quod procellos fluctus percutiant littora. Lvc. Quid vero? quem audiceram te cantantem solum per noctem serenam? recordor cantum, si screm verba. Mæ. Daphni, quid miraris veteres ortus siderum? Ex predicti sidus Cæsaris oriundi a Veneri: sidus, per quod sata abundabant frumento, et per quod racemus in montibus apertis induerat colorem. Daphni planta piros, posteri colligent tua pira. Anni auferant cuncta, memoriam quoque. Ego recordor me saepe tradidisse

v.—43. *incani fluctus* mavult Bentl. ad Lucan. II, 673.—46. Mediceus etiam quinque sequentes versus refert ad Lycidam. Mœris ab illis incipit: *Omnia fert ætas*: nec aliter Gud. Heina. *respicis ortus* Zulich. *suscipis* Gud. et Rotend.—47. *Dionæus* vero recte: Κύρη Διοναία, apud Theocr. xv, 106.—48. et quod Medic. a pr. m.—49. *a pricis* Zulich. in *vallibus* ap. Nonium Marcellum in ducere.—50. Obscurum est quod Pomponius ad h. v. habet: "In codice

NOTÆ

40 *Daphni, quid, &c.*] Quartum versuum fragmentum: quod recitat Mœris. In eo Menalcas sive Virgilius alloquens Daphnim, amicum pastorem, de morte J. Cæsar: cuius in funebribus Iudis crinita stella per septem continuos dies fulsisse dicitur, ex Suetonio 88. Creditumque est animam esse Cæsaris in celum recepti: et ideo simulacris ejus et nummis stella in vertice addita. Ge. i. 488.

47 *Dionæi*] Cæsar ex gente Julia fuit: Julia gens orta ab Iulo Æneas filio: Æneas Veneris et Anchise filius: Venus, juxta multos, Jovis et Diones Nymphæ marinæ filia; licet juxta alios, orta sit e spuma maris.

48 *Astrum quo segetes*] Astrum propriæ signum est, e multis stellis com-

positum, vulgo *constellatio*: hic tamen pro stella unica sumitur.

49 *Apricis*] Soli expositis et aperitis, quasi *apricis*, inquit Vossius. Nisi cum aliis deducere malis ab a privativo, et φλέγη horror: quod sint sine frigore: unde et Africam dictam volunt. Opponuntur *apricus* et *opacus*.

50 *Insere, Daphni, piros*] Hortatur pastorem, ut serat arbores: futurum quippe, ut sidere illo favente crescant feliciter, et posteriorum commodis serviant: *Inserere* hic, non insitionem significat; qua surculus peregrinus arbori alterius naturæ immittitur; sed simpliciter plantationem arborum: quomodo Columella dixit, *hortos inserere*. Tum quasi deficiente memoria, silet Mœris.

Cantando puerum memini me condére soles.
 Nunc oblita mihi tot carmina : vox quoque Mœrim
 Jam fugit ipsa : lupi Mœrim videre priores.
 Sed tamen ista satis referet tibi sepe Menalcas.

55

Lyc. Causando nostros in longum ducis amores.
 Et nunc omne tibi stratum silet æquor ; et omnes,
 Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ.
 Hinc adeo media est nobis via ; namque sepulcrum
 Incipit apparere Bianoris : hic, ubi densas

60

canendo totos dies, cum essem puer. Nunc tot versus exciderunt mihi : ipsa etiam vox me destituit : hepi me priores aspicerunt. Attamen Menalca sat sepe recitat ista tibi. *Lyc.* Differs diu meam voluptatem, querendo varias causas. Aspice, jam tota aqua quiete tibi tacet, et omnes sibi ventorum strepitum cessaverunt. Præterea ex hoc loco superest nobis tantum media pars via : nam tumulus Bianoris incipit apparere : hoc loco, in quo agricole colligunt spissæ folia, hoc loco can-

Apronianus hoc scriptum erat Nepotes hi."—52. *Cantando solitum Agreetus de orthographia.* *Cantando longos* Scholiast. Horat. Od. IV. 5. *ducere soles* Gudian., sed *ducere modo* v. 49.—53. *Marii* et hic refixi. Vulgo *Mariim* : v. ad Ecl. II. 26.—55. *refero* Zulich.—57. *et omnis* Rottend.—58. *ventosi ceciderunt marmoris iræ* emendabat Triller. in Miscell. Lips. Nov. To. VII. P. II. Enī refelliit Oudendorp. ad Sueton. p. 1023.—59. *et post media deest* in Zulich. *jamque* Menag. alter; nec male.—60. *hic tibi Ven.*—61. *stringunt*.

NOTÆ

52 *Memini me condere]* Pro *condisse*. Sic Cicero ad Att. VIII. 11. *Memini tibi librum afferri a Demetrio*: id est, allatum fuisse. *Condere*, est finire, ad occasum ducere, et quasi sepelire. Quemadmodum dicitur *Æn.* I. 378. *Ante diem clauso componet Vesper Olympo*: quasi ad sepulturam componet.

53 *Nunc oblita mihi]* Duo notanda. I. *Oblita* passiva significatio. II. *Miki*, pro, a me. Sic *Æn.* I. 330. *Nulla tuarum audita miki neque visa sororum*.

54 *Lepi Marim videre priores]* Dicuntur lupi, sed falso, vocem ei adiunere, quem priores conspexerint; perdere vero ipsi conspecti prius; ex Plinio. Hinc, *Lopus in fabula*, proverbium est: quoties colloquentibus supervenit aliquis, de quo sermo erat:

is enim tum sua præsentia sermonem amputat loquentibus.

56 *Causando]* Causas et excusationes prætexendo: nempe caducam memoriam, raucedinem, et alia; quæ attulerat Mœris, ne versus cantare cogeretur. Hunc igitur Lycidas variis invitamentis ad cantandum pellicit: silent venti, medium iter confecimus, &c.

57 *Silet æquor]* Non mare, sed aqua Minicii fluvii, qui Mantuanum et vicinas regiones alluit, Menzo: *æquor* enim dicitur de qualibet planicie, sive aquarum, sive camporum. Et vero mare longe inde remotum est. *Æn.* II. 780.

60 *Bianoris]* Oenus idem qui et Tuscorum rex, Tiberis fluvii et Mantus fatidicæ Nymphæ filius, Mantuanum de matris nomine condidit. Hujus

Agricolæ stringunt frondes, hic, Moeri, canamus;
 His hædos depone; tamen veniemus in urbem.
 Aut, si, nox pluviam ne colligat ante, veremur,
 Cantantes licet usqne (minus via lœdat) eamus.
 Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo.

65

Mv. Desine plura, puer; et, quod nunc instat, agamus.
 Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

nos, o Mori: hoc loco demitte hædos; nihilominus perveniemus in urbem. Aut si timemus ne nocte adducat imbre, antequam ad eam pervenerimus: progrediamur, quoniam interim semper canentes: iter minus nos fatigabit. Ut progrediamur canendo, ego te levabo hoc onere. *Mv.* Puer, omittit cetera, et faciamus quod jam urgat: tum cantabimus commodius versus, cum Menalcas advenerit.

•••••••••
 Pompon. "In Codice Apronianæ sic scriptum erat." Forte stringunt.—62. ad urbem Zulichem.—63. At, si Menag. nos pluviam Parrhas.—64. lœdat; ita Heins. cum bonis nonnullis; et sic eruditius loquuntur. *lœdat* vulgo fere. *lœdit* Medic. cum nonnullis aliis.—65. ego te hoc Vossian. *hoc* abeat a Goth. sec.—66. et deest Leid. sec. *nunc* quod *nunc* Menag. primus; scilicet ut in Medic. cum errore scribentis omisum fuisse et, mox inter puer et *quod nunc*, insertum est *nunc*.—67. tum Heins. e scriptis. *tunc* al. *cum* venerit ipse Menalcas Goth. sec.

NOTÆ

sepulcrum in via, veterum more: qui glandes tunc stringere tempus, Et lauri ideo sepulcrorum elogia ad viatores baccas, oleumque, cruentaque myrra. dirigunt: *Sic viator, Abi viator.*

61 *Stringunt frondes]* Stringi dicuntur ea, vel quæ stricta manu decerpuntur: ut Ge. i. 306. *quernas*

glandes tunc stringere tempus, Et lauri baccas, oleumque, cruentaque myrra. Vel quæ colliguntur in fasciculum; ut hic, et Ge. i. 317. *fragili jam strigeret hordea culmo.*

ECLOGA X.

GALLUS.

ARGUMENTUM.

AMABAT Gallus Lycoridem: sprevit hæc illum, ut alium sibi cariorem sequeretur in Rhætiam, aliasque regiones Italiæ, sive Galliæ togatae, quas Rhenus alluit et Alpes insident. Gallus abire fingitur, quasi in exilium, repulsæ

impatientia: locus exihii statuitur Arcadia, pastoribus nota sedes, poëtisque Bucolicis, qualis ipse Gallus fuit. Huc amici, huc Dii sylvestres, ad solandum ejus dolorem conveniunt. Ille multa de remediis amoris, deque sua sorte diu frustra meditatus, ut amantum ingenium est, iterum ad amorem reddit. *Multa hic ex Idyll. Theocriti primo.*

Volunt omnes hanc *Lycoridem* eandem esse cum *Cytheride* mima, quæ Volumnii Eutrapeli, Senatoris nobilissimi, liberta primum; ac deinde M. Antonio sic cara fuit, ut is illam in Italie perlustratione per civitates et municipia secum aperta lectica circumferret, trahentibus leonibus, ut Plinius notat, l. viii. 16. Id sane si ita est, multis eam necesse est nominibus insignitam; quam et *Volumniam* ab Antonio vocatam esse Cicero indignatur, Philip. ii. 48. Quod autem volunt, iter illud Lycoridis Alpinum et Rhenum, eam ipsam esse Antonianam perlustrationem Italie; parum certe congruit temporis. Quippe duplex ab Antonio perlustratio facta est, *eadem comite mima*, inquit Cicero, ibid. 51. altera ante pugnam Pharsalicam, ab eo tum tribuno plebis; altera post pugnam, ab eodem tum equitum magistro: hoc est annis, ut minimum, decem ante editionem hujus Eclogæ, quæ postrema omnium scripta fuit; ea tempestate, qua jam Antonius in Oriente cum imperio versabatur. *Extremum hunc, Arethusa, &c.*

Ita igitur statuo: aut Lycoridem illam, a Cytheride, sive Volumnia mima diversam esse; aut Galli rivalem, diversum ab Antonio; aut hac Ecloga exhiberi Gallo præteriorum amorum historiam, veterumque casuum memoriam voluptatis causa revocari: cum Lycoridis fuga multo prius contingisset.

NOTA

GALLUS.] Cneus, vel Publius Cornelius Gallus, nam vario praenomine reperitur: patria ForoJuliensis, dicitur *Fatuus*: ex infima fortuna ad summam Octaviani gratiam, immo et amicitiam evectus est. *Suet. in Aug. LXVI.* Egregiam ei navavit operam in Alexandrino bello: in quo captata a se Pare-

tonium urbem, adversus vim dolosque M. Antonii, vi dolisque fortiter propugnavit. Ideo mortua Cleopatra et Antonio, redactaque in provincie formam *Egypte*: non auctor Cæsar, metu novarum turbarum, copiosam regionem, gentemque levissimam viro nobiliti committere; tandem eam amico

Gallo credere non dubitavit. *Dio. l. li.*

At non ita multo post, abusus fortune amplitudine, Thebas ob tributa seditionem moventes, aut expilavit, ex *Ammiano*, *l. xvii.* aut funditus evertit, ex *Hieronymo in Euseb.* Tum cœpit in ipsum imperatorem multa intemperanter jactare, præsertim inter pocula. *Dio. l. lxxii. Ovid. Trist. ii. 445.* Statnas ubique sibi per Ægyptum erexit, acta sua pyramidibus inscripsit. Quibus nominibus cum esset a Valerio Largo, socio et convictore olim suo, accusatus; Augustus hunc Gallo ob ingratnum et malevolum animum, domo et provinciis suis interdixit. Senatus graviore sententia, mulctatum bonis, et exilio ignominia notatum eo adegit, ut ana sibi manu mortem accenseret. Mortuum tamen Gallum luxit Augustus, et ob severitatem senatus vicem suam conques-tua est: quod sibi soli non licaret, amicis quatenus vellet irasci. *Suet. lxvi.* Periit sætans anno 40. aut 43. ut in Hieron. Eusebio varie scriptum est: n. c. 728. ante obitum Virgilii, 7. multis carnis, Pollioni in primis, itemque Ciceroni, ut colligitur ex epistolis Pollionis ad Ciceronem, quæ habentur apud ipsum Ciceronem, *Fam. l. x. 31. et 32.* Virgilio certe carissimus: qui ejus etiam laudes celebrasse dicitur quarto Georg. libro: unde post ejus necem Augusti

jussu sublate sunt, et earum in locum Aristæi fabula substituta. Quod mihi tamen verosimile non videtur: ita belle Aristæi fabula cum reliquis libri partibus et argumento cohæret.

Poëta fuit. Scriptis de Lycoride sua forte elegiaco carmine, libros quatnor: quo in genere Tibullo et Propertio durior fuisse dicitur a *Quintil. l. x. 1.* Transtulit præterea bucolicis versibus aliquid ex Euphorione, poëta Chalcidensi, ut probamus *Ecl. hac x. 50.* et *Ecl. vi. 72.* Perierunt omnia. Illas enim sex elegias, quæ ejus nomine circumferuntur, opus inficetum et barbarum, plane constat Maximiani cuiusdam esse, recentioris nebulonis: ubi præter errores in syllabarn quantitate benemultos, et ineptam minimeque Latinam verborum structuram, accedit illud præterea; quod in iii Gallus senem se profiteatur, qui tamen firma adhuc ætate decepit, *Gyraldus, Venius, &c.* Alia item fragmenta, quæ ab Aldo Manutio juniore reperta Venetiis et edita sunt, eti minus insanisa, tamen omnino supposititia esse evincit Jos. Scaliger in opusculis. In quo peccavit et hoc alterum Manutius, quod Gallum hunc Cornelium, cum Asinio Gallo Pollionis filio confundit, delnsus a veteribus grammaticulis Virgilianæ vitæ scriptoribus.

EXTREMUM hunc, Arethusa, mihi concede laborem.

O Arethusa, permitte mihi hoc ultimum opus. Canendi sunt pauci versus amico

1. *hunc deerat Zulich. cum Medic. a m. pr. hinc Ven.—4. subterlabare*

NOTE

1 [ARETHUSA] Fons in insula Ortygia, quæ Siciliæ adjacet, et quartam Syracusanæ urbis partem efficit. Alpheus autem, Peloponnesi fluvius,

postquam in mare defluxit, impermixtas dicitur servare aquas, et continuo lapsu in Ortygiam erumpere, per hunc ipsum fontem Arethusam:

Pauca meo Gallo, sed, quæ legat ipsa Lycoris,
 Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
 Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,
 Doris amara suam non intermisceat undam.
 Incipe; sollicitos Galli dicamus amores,
 Dum tenera attendent simæ virgulta capellæ.
 Non canimus surdis: respondent omnia sylvæ.

5

Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere, puellæ
 Naïdes, indigno cum Gallus amore periret?
 Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi

10

meo Gallo, sed quæ ipsa Lycoris legat. Quis posset negare versus Gallo? Sic saltus Doris non confundet suas aquas cum tuis, cum flues subter mare Sicum. Incipe, celebremus anzium amorem Galli: dum capella depresso nutritus carpunt teneros frutices. Non cantamus surdis, sylvae referunt omnia. Quæ sylvae, aut qui saltus detinere vos, o Nymphæ Naïdes: cum Gallus desiceret præ amore indigno. Neque enim ulla culmina Parnassi aut Pindi, neque Aganippe Baistica vos retardant.

unus Moreti. interlabore Parrhas. subter labere divisim Medic.—5. Doris amica Zulich. amata ed. Dun. Heins., vitum ex edd. Pulmann. in multas propagatum.—7. tenera tendent unus Moreti. attendent alii. Dum simæ attendent Ven.—9. qui nos Ven. et v. 11 nobis.—10. Naïdes Heins. repositus cum Medic. et optimis; nam Naïdes est quadrisyllabum. Nais, Naïdes. At Naïdes, Naïdes. Ita tamen jam correxerant Egnat. et Nauger. Ald. tert. et hinc deductis. peribat in Medic. a m. sec. cum Gnd., it. in Rom. Pierii.—11. Parnasi per simplex s Heins. cum optimis codd. scribit. cf. Pier. nobis

NOTÆ

idque ex eo probatur, quod projecta in Alpheum in Græcia, per os Arethusæ fontis, in Ortygia redduntur. Narrant vero fabule, Alpheum fluvium Arethusæ Nymphar fuisse amatores; hanc fugientem, a Diana conversam esse in fontem, eademque fuga subter mare in Ortygiam emersisse: Alpheum, eodem impetu consecutum, undas ei suas traxide miscuisse. *Aen. 111. 692. 2.* Hunc fontem invocat Sientum, ut ante *Sicelides Musæ*, ob Theocrinum Siculum poëtam, Bucatormum principem.

2 *Quæ legat, &c.]* Quæ legat Lycoris, ad pudorem, quod se Gallo tam duram prebuerit.

4 *Sicanos]* Siculi sic dicti sunt, vel a Sicano Cyclopis filio; vel a Sicaniis

Hispanie populis, illam in insulam translati. *Sic tibi]* Ecl. ix. 30.

5 *Doris]* Oceani et Tethyos filia, Nereo fratri nupta, ex qua Nereides peperit. Hic sumitar pro amara mariis aqua, que dulcibus Arethusæ et Alhei aqua non admiscetur.

9 *Quæ nemora, aut, &c.]* Naïdes aliquotur poëta, sive Nymphas præsides fontium, qui e Parnasso, Pindo et Helicone proflunt: easque increpat, quod ad solandum Galii amorem non venerint, tam multis eo ad voluntibus. Estque tacita quedam ipsius Galli reprehensio, quod studia carminum omiserit, ut amori vacaret. De Naïdibus, Ecl. 11. 46.

11 *Nam neque Pindi, &c.]* Mons in Macedonia, Epiri, et Thessaliam con-

Ulla moram fecere, neque Aonia Aganippe.
 Illum etiam lauri, etiam flevere myricæ;
 Pinifer illum etiam sola sub rupe jacentem
 Mænalus, et gelidi fleverunt saxa Lycæi.
 Stant et oves circum; (nostri nec poenitet illas;
 Nec te poeniteat pecoris, divine poëta:

15

verunt. Illum etiam lauri, illum etiam myricæ ploraverunt. Manalus etiam abun-
dans pinis, et rupes gelidae Lycæi ploraverunt illum, stratum sub deserta rupe. Oves
quoque circumstabant, neque contemnunt nos. Nec tu contemnas gregem, o divine

Ven.—12. *Aonia Aganippe* Heins. reposuerat; ita ad *juga* erat referendum: atque montem Aganippem nemo novit; fontem Boëotie novimus omnes. *Magna Aganippe* ed. Ald. pr. cum Junt. 1520 et aliis hinc ductis, *Aonia Aganippe* sec. jam vett. edd. Mediol. Ven. et al. habebant; tandem vero Pulmann. Comad Codd. attinet, *Aonia Aganippe* Heinsius (excepto tamen M'diceo) suos omnes habere testatur; *Aonia Aganippe* Reg. Voss. et Fr. Moret. *Aonia Aganippe* Medic. cum Longob. Sic Aganippæ Aoniæ, h. Boëotiae, fons dictus est; parum poëticæ, arbitror. Omnino ex lubrica librorum in vocali simili placi et duplice fide nihil decidi potest, nec magis ex Grammaticis; Grammatici veteres, Carisius et Probus, cum aliis ap. Heins. *Aonia Aganippe*, vel *Aonia Aganippe* agnoscent. Si ad rationes criticas hæc excutias, potion videri debet ea lectio, a qua reliqua aberrasse videri possunt: ea autem est haud dubie ant Serviana: *Aonia Aganippe*: nam, metro ut caveretur, illata esse credere licet *Aonia* et *Aonie*, quod pro illo fuit scriptum; inde casus secundus male fuit adscitus, atque *Aganippe*, qui fons fuit, *juga* hinc efficta; aut altera lectio *Aonie Aganippe* ad Græcum facta *Aovin*, *Ayavlin*. Hanc lectionem sequitur Brunck., et defendi ea potest versus Silii: *Ortyge Aganippe*. Itaque eam prætulit in nova hac recensione; cum antea alteram easem amplexus: *Aonia Aganippe*.—13. *lauri, illum etiam flevere myrica*, ut Longob. et pauci aliij habent, ante Heins. vulgata inde a Ge. Fabricio et Pulmanno; sed sustulit *is* versus male intrusum fulcrum Medicæ et optimorum librorum tum edd. superiorum auctoritate. *laurus, etiam Zulich.* *lauri, nec non fl.* Parrhas. et ed. Ven. *lauri, illum flevere Rom.* Pierii.—14. *iacentem Barth.* e tribus antiquis Advers. XVIII, 16.—16—18. Tres hos versus post versum octavum Scaliger

NOTÆ

finio: unde tribus his regionibus ex aquo tribuitur. Dicant quidam eum in Phocidem et Boëtiā usque pertinere: et in Phocide quidem Parnassum; in Boëtia Heliconem, ac denique Citharœnum vocari. Ceteri montes illi quatuor, licet in longa spatia diffusi; tamen fere contigui sunt, et perinde Musis dicati.

13 *Aonia Aganippe*] Boëtiae fons,

*Musis sacer, ex Heliconē monte, non procul Thebis, in Permessum fluvium defluens. Aonia, id est Boëtia, ab Aone Neptuni filio. Nota hic hiatus vocalium: *Aonia Aganippe*. De myris, Ecl. iv. 2.*

15 *Mænalus, et, &c.] Mænalus, et Lycæus, Arcadiæ montes, Panī sacri. Unde et Lycæa festa, ejus in honorem ibi a pastoribus instituta: quæ Luper-*

Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.)
 Venit et upilio; tardi venere bubulci;
 Uvidus hyberna venit de glande Menalcas.
 Omnes, unde amor iste, rogan, tibi? Venit Apollo:
 Galle, quid insanis? inquit, tua cura Lycoris
 Perque nives alium perque horrida castra secuta est.
 Venit et agresti capitis Sylvanus honore

20

poëta: ipse pulcher Adonis pavit gregem circa flumina. Venit quoque custos onium: venerant leali custodes bovin, venit Menalcas maledactus e collectione glandium hybernarum. Omnes petunt, unde sit tibi amor ille. Venit Apollo: Galle, ait, cur desipis? Lycoris, amica tua, secuta est alium per nives, et per castra horribilia. Venit quoque Sylvanus cum rustica corona capitis, quatiens ferulas florentes et mag-

 Poet. v, 5 retraxerat, atque ita Taubmann. exhibuit. Si omnino poëta una cum his verss. etiam opiliones et subulcos (apud Theocr. I, 80 sunt *βαραι, τοιμένες, αἰπόλοι*) omisisset, et post v. 16 statim Apollinem, Sylvanum et Panem, subjecisset, nihil utique suavitati carminis detractum fuisset. Dedi trium versuum interpretationem qualcumque; eos tamen a loco hoc alienos esse bene sentio; et pedibus in Scaligeri sententiam concederem, nisi hoc unum me retineret, quod versus Theocriteos Maroni ante oculos fuisse video: *Ubi Nymphæ eratis, cum Daphnis contabesceret? Illum deferunt ferae—tum 74 Πολλαὶ οἱ πάρ τοσι βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι, Πολλαὶ δὲ καὶ ὄφρες ἀδύτρατο. τεστρὶ νεκ Parrhas.; malim legi: nec nostri—Nec te.—19. oppilio alter Mentel. appilio Voss. opilio Longob. et Medic. Pierii cum aliis; s. ex αἰπόλοις nata vox, s. ex ovilio. tardus ed. Ven. clari Medic. a m. pr. subulci idem Medic. cum præstantioribus, Reg. Voss. al. Rom. Medic. Pierii, item Servio; et sequuntur id edd. Ald. et earum propagines; tum Germanus, Manutius, sllii. Sed tuerunt viri docti bubulci ex vñ. Grammaticor., Apuleii, Theocr. I, 80, aliquis auctoritatibus: vid. Heins. cf. Cerd. Barth. I. I. Ex editis hoc jam exhibuere Egnat. Angelius in Flor. 1520, tum Steph. Pulmann. Elzev.—20. Viridus ed. Ven. Guellius quosdam Uridus hesterna legere narrat. *Umidus Rom. Pierii.—21. distinguunt alii: omnes, unde amor iste, rogan, tibi venit? Apollo: Galle. alii: rogan: Tibi venit Apollo.* Utroque modo oratio exilio redditur.—23. *Perque nives Alpem conj. Schottus Obs. II, 4, male.—24. capiti Menag.—25. ritalia pro ferulas Goth. sec., sed vid. Not.—**

NOTÆ

calis Latinis dicta; inter quos inducta sunt ab Evandro, Arcadiæ rege, cum in Italiam profugisset.

18 *Adonis]* Filius Cinyrae Cypriorum regis, et Myrrhae ejus filie: quem Venus in deliciis habuit. Is dum in Idæi, montis Cypri, nemore veneretur, apri dente percussus interiit: a Veneri multis lacrymis deflatus. Hujus mentionem facit poëta, ad Galli solem: ut is meminerit, ne ipsam quidem amoris Deam Venerem in amore felicem. Tum ema-

tores adhibet Deos: Apollinem, qui Daphnen; Pana, qui Syringa; Sylvanum, qui Cyparissom amavit: qui omnes parum feliciter amaverunt, Daphne in laurum, Syringa in arundinem, Cyparisso in arborem cognominem, transformatis.

19 *Upilio]* Pro *oppilio*: o brevi, in longum, metri causa mutato. Et antiqui opes dixerunt, quas posteri oves.

24 *Sylvanus]* Deus τῆς δάσης: δάση autem alii *sylvæ* interpretantur, unde sylvarum Deam hunc fecisse; alii

Florentes ferulas et grandia lilia quassans. 25
 Pan Deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi
 Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.
 Ecquis erit modus? inquit. Amor non talia curat.
 Nec lacrymis crudelis Amor, nec gramina rivis,
 Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ. 30
 Tristis at ille: Tamen cantabitis, Arcades, inquit,
 Montibus hæc vestris; soli cantare periti
 Arcades. O mihi tum quam molliter ossa quiescant,
 Vestra meos olim si fistula dicat amores!

na lilia. Venit Pan Deus Arcadia, quem ipsi conspeximus rubicundum minio et sanguineis baccis ebuli. Quis erit finis, ait Pan? Amor negligit ista: nec durus amor satiatur fletu, nec herbe rivis, nec apes cytiso, nec capellæ foliis. At Gallus mestus ait: Tamen, o Arcades, soli docti canere Arcades, canetis hæc vestris montibus. O quam placide hunc quiescent mea ossa, si quondam vestra tibia referat moe-

26. *Arcadia* vet. Cod. Barthii in *Advers.* **XLI**, 26, male.—27. *bacis* et hic multi. *nimoque Medic.*—28. *Ecquis* Heins. e Medic. et aliis. *Et quis alii. Amorum cod.* Barthii; quod non habet, cur vir doctus tantopere commendet. *nec talis Parrhas.*—29. *ripis* Medic. a m. pr.—30. *ocea* Moret. et aliis pro var. lect.—31. *at ille: Tamen;* ita cum Servio Heins. Vulgo distinguunt: *Tristis at ille tamen: C.* minus venuste.—32. *Montibus hev v.* Zulich. *nostris Ven.* et unus Moret. *olim;* c. p. conj. Florens Christianus. *parati Menag.* ut supra Ecl. VII, 5.—33. *O mihi quam tum Fragn.* Moret. *tum erasnum in Voss.* *namc* quam Moreti quartus. *quiescenti idem cum Leid.* a m. sec. ed. *Ven.* Medioli. et aliis apud Pierium, item *Goth.* qnod Catroze recepit. *quiescent Fragn.* Moreti.—34. *Nostra pr.* Moreti. *sic fistula Cod. Barthii.*—39. *Et more röde*

NOTÆ

fæcem omnium elementorum, seu quam dicunt Peripatetici *materiam primam*, ex qua omnia constant. Quare eundem esse volunt cum Pane, qui totius nature Deus est, ut diximus, Ecl. II. 81. *wā enim, est omne;* et *ān,* omnis *materia.* Distinguuntur tamen Sylvanus et Pan, Ge. I. 17. et 20. *Agresti honore* Corona e foliis agrestibus.

26 *Ferulas*] Ferula, planta est affinis foeniculo: cuius caulem, levissimum et dura cute munitum, senes assumebant in baculos: narthex a quibusdam dicitur, *ferule.*

27 *Ebuli baccis*] Ebolum, de l'hiéble, herba aut virgultum affine sambuco, du sureau.

*Minioque] Minium, du vermillion, materies est fossilis, vel e propriis venis, vel ex argenti vivi fodiinis erui solita: presertim in Hispania; circa fluvium, qui Minius appellatur, *Minio*, Gallæciam a Lusitania dividens. Hoc colore simulacula Deorum, Jovis præcipue, liniebantur: Camillus vultu quoque miniato triumphavit.*

30 *Nec cytiso]* Ecl. I. 79. *De Arcadiis*, Ecl. IV. 58.

33 *Quam molliter ossa, &c.] Superstitione timebant veteres ne mortuorum corpora superjectæ terræ pondere gravius premerentur: quare levem et contritum pulverem fere tumulo injiciebant, hac verborum formula: *sit tibi terra levis.**

Atque utinam ex vobis unus, vestrique finissem	35
Aut custos gregis, aut matu're vinitor uvae!	
Certe, sive mihi Phyllis, sive esset Amyntas,	
Seu quicunque furor, (quid tum, si fuscus Amyntas?	
Et nigrae violæ sunt, et vaccinia nigra)	
Mecum inter salices lenta sub vite jaceret;	40
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.	
Hic gelidi fontes; hic mollia prata, Lycori;	
Hic nemus; hic ipso tecum consumerer ævo.	
Nunc insanus amor duri me Martis in armis	
Tela inter media atque adversos detinet hostes.	45

amores! Et utinam fuisset unus e vobis, aut custos vestri pecoris, aut putator matutinorum racemorum. Certe sive anausem Phyllida, sive Amyntam, seu quemcumque alium (quid refert utrum Amyntas sit niger? et violæ sunt nigrae, et vaccinia nigra,) recumberet ille mecum sub vite flexuosa inter salices; Phyllis colligeret mihi flores, Amyntas caneret. O Lycori, sunt hic fontes frigidæ, et amaena prata, et sylæ: hic traducerent tecum omnem etulum. Nunc stultus amor me retinet inter media tela et infestos hostes, in armis feri Martis. Tu, o crudelis, longe a

ma. Köler. barbara voce pro nigrae.—40. *jaceret* Medic. et Gudian. a m. pr., male. An non requiras *lenta aut sub vite?* Vix enim *salices et vites* eodem agro plantari solite. Jo. Schrader. tentabat *inter calices*.—41. *Serta mihi legeret Phyllis* Goth. pr. et ms. Lengn.—42. *Lycoris* Medic.—43. *consumeret* Fragn. Moreti.—44. *diri Leid. unus.*—45. Difficile est de hoc loco pronuntiare. Ut nunc constanter legitur: *Nunc insanus amor duri me Martis in armis detinet:* verba ad Gallum spectant; ut oppositum sit: *Tu procul;* de Lycoride. Gallus in armis detinetur, in militia versatur, *insano Martis amore adactus*: quod commode h. l. vix interpositum dixeris; tum vero poëtam valde absurdia finissime dicendum, si Gallus, qui nunc inter Arcadicos pastores sedere putandus est (v. 14 et Argum.), idem *in armis*, in castris, versatur. Nec magis accommodatum esset, si *Martis in armis enim insanus amor detineret*. Sensisse videri debet difficultatem Henmannus, popularis noster, cuius emen-

NOTE

38 *Seu quicunque furor]* Amor, in quo sepe multum dementiae et furoris est. Et vero ea quæ sequuntur, speciem habent dementissimi amoris. Namque inops consilii, modo vota facit pro eu, cuius fastidia experta est: *Ah! te ne frigora ledant, &c.* modo ad poësim et musicam, modo ad sylvarum silentium, modo ad venationem; quasi ad totidem amoris diversitcula et remedia confugit: mox in furem relapsus, immedicablem suum esse amorem profitetur. De *Phyl-*

lide, Ecl. III. 76. De *Amynta*, Ecl. II. 35. De *vacciniis*, Ecl. II. 18.

44 *Nunc insanus amor, &c.]* Sensus est: Hic, si tibi liberet, ambo quieti et securi vivеремus: nunc propter duritiem tuam ambo miseri sumus. Amor enim meus cogit me præ desperatione bellicis periculis caput meum exponere, quod ita vile tibi ac despiciatum est. Te interim alienus amor rapit in regiones asperas, alieno tempore, difficiili itinere.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

K

**Tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum!)
Alpinas, ah dura, nives et frigora Rheni**

*patria (utinam licet mihi id non credere) sola sine me vides tantummodo nives
Alpium et glaciem Rheni. Ah ne te vulneret gelu! Ah ne glacies acuta tibi vul-*

dationem duri te *Martis in armis* re parum explorata aspernaſatus Burmann. Bene tamen illa se habet, ut ad Lycoridem hoc spectet, quæ militem in Gallias profectum comitata erat. Nam, ut *Tu procul* oppositionem inferat, necesse non est; nec firmius alterum, quod Burm. urgebat, Lycoridem dici non posse in *armis* esse. Immo vero amoris insania detinet eam duri *Martis in armis*, in exercitu, in castris, inter media tela et hostes. Quid? pergit: *Tu procul a p.* Hæc eadem junctum de ea pronuntiaverat v. 23 *Tua cura Lycoris Perque nives alium perque horrida castra secuta est.* Recete eadem emendatio vindicata est a Medebachio in Amoenit. litt. p. 17, et jam ante a Desfontaines (*Hist. de l'Acad. des Inscr. Tom. xxxiv*, p. 156.)—46. *nec sit Medic. a m. pr. ne sit Menag. pr. quantum Barthii liber;* quod esset *procul quantum*, τηλόθεν δον. cf. ad. vi, 16. Varie vero hæc distinguuntur et distinguiri possunt, ut ant jungatur: *procul tantum*, pro, tam *procul*, aut *rides tantum Alpes*, nil vides *præter Alpes*, ut Burmann. accepit et distinxit, quem in priore edit. eram

NOTÆ

46 *Nec sit mihi credere]* Nec licet mihi, nec possim. Sic Æn. VIII. 675. *Actia bella Cernere erat. Horat. Epod. xvii. 25. neque est Levare tenta spiritu precordia.* Hausta Graecia fontibus locutio, apud quos ἄρτι significat licet. Sic Homerus Odyss. XI. 157. τὸν οὐρανὸν δοῦλον περῆσσα, quem non licet transmittere.

Tantum] Tribus præcipue modis explicatur. I. Ita ut sit nomen et referatur ad *credere*: Utinam licet non credere tantum, id est, rem tantum tamque indignam. II. Ita ut sit adverbium, et referatur ad *sit*: Utinam *sit tantum*; utinam licet *tantum*, hoc non credere. Quasi dicat: non peto ut Lycoris non sit perfida, sit ita sane; sed peto ut licet mibi *tantummodo* id non credere. III. Ita ut sit adverbium, et referatur ad sententiam sequentis versus: *Vides tantummodo nives et frigora, &c.* Prime explicatio infirmitior, secunda subtilior, tertia faciliior.

47 *Alpinas, &c.]* Alpes, excelsi montes, qui Italiam a Gallia Germaniamque distinguit: multis dictæ no-

minibus; pro varia regionum, quibus adjacent, ratione. Sunt enim *Alpes maritimæ*, *Cottiae*, *Graiae*, *Poeniae*, *Rhaeticæ*, *Tridentinæ*, &c. Ex his multi oriuntur fluvii celeberrimi; *Padus*, *Ticinus*, et *Athesis*, *le Po*, *le Tescin*, *l'Adige*; qui in *Italiæ*; *Rhodanus*, *le Rhône*, qui in *Galliam*; *Rhenus*, qui in *Germanian* devolvitur.

Rheni] Fluvii Europæ post *Danubium* celeberrimi, qui antiquis Galliæ et Germaniæ terminus fuit, a fontibus ad ostia. Fontes ejus duo in *Alpibus*, apud *Rhaetos* occidentales, *les Grisons*. Ostia plurima, quibus in *Oceanum* influit. Mirum tamen est tantæ famæ fluvium ad mare non perferre nomen. Nam ubi ad arcem *Skinkiam*, quæ caput est insulæ *Bataviae*, duas divisus est in partes, *Vahalim*, et *Rhenum*, unde *bicornis* appellatur; mox varios deinde scinditur minores in alveos, quorum minimo *Rheni* permanet nomen; sed is ad *Lugdunum Batavorum*, *Leyden*, antequam ad *Oceanum* pervenerit, inter arenas exhaustur.

Me sine sola vides. Ah te ne frigora lædant!
 Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!
 Ibo, et, Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
 Carmina, pastoris Siculi modulabor avena. 50
 Certum est in sylvis, inter spelæa ferarum
 Malle pati tenerisque meos incidere amores
 Arboribus: crescent illæ; crescat, amores.
 Interea mixtis lustrabo Mænala Nymphis; 55
 Aut acres venabor apros; non me ulla vetabunt
 Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.
 Jam mihi per rupes videor lucosque sonantes

ret delicatos pedes! Ibo, et canam fistula Siculi pastoris ea, quæ versibus traduxi e Chalcidensi poëta. Ralum est, me malle pati inter nemora et spelæas belluarum, et meos amores inscribere teneris arboribus: crescent illæ, crescat, o amores. Interea circuio Menalam montem, cum sociis Nymphis: aut perseguar fortis apros: nulla frigora prohibebant me cingere canibus sylvus Parthenii montis. Jam fango mihi, me ragari per montes et nemora resonantia: juvat vibrare arcu Par-

secentus. Friget tamen sic rō tantum. Nam videbat plura alia præter Alpes; aut: nec sit tantum mihi credere, ut sit, ntimam liceat tantum non credere, modo ne cogar credere; sive, ne in animum inducam, ut tantum cogitem; aut, nec sit mili credere tantum, h. tantam rem credere ne cogar. μὴ γένοτο πιστεῖν τούτην τι. Tibull. III, 4, 82 Ah ego ne possim tantum videre mala. Hoc itaque, ut fas erat, nunc prætuli, præente olim Heumanno.—49. A mihi non f. Alcuin, Grammat.—50. *Calcidico* Medic., sed v. Heins. Est *Xanthus*.—51. *meditabor* duo vet. cum Goth. pr. et Lengnich. *moderabor* Zulich.—53. *incedere* Gud.—54. *crescent illæ* Parrhas. *crescente illæ* unus Moreti. *illæ* crescent, crescat Rotend. *crescente illæ* Donat. ad Ter. Andr. III, 3.—55. *mixtus* septem octo apud Burn., sed *mixtis* exquisitus. *lustrabor* Moreti quartus. *lymphis* Medic.—56. *nehabunt* Leid. pr. *negabunt* alias.—58. *per*

NOTE

50 *Ibo*] Vagabor hinc atque hinc. Vel: abibo hinc, deseram castra, et sylvis abditus carmina modulabor. *Chalcis* urbs est Eubœæ insulæ, quæ Chalcis quaque vocata est. Eubœa porro Boeotiae continentia dicitur olim adhaesisse: ab ea nunc Euripo distincta, tam angusto, ut aliquando ponte transmissus fuerit. Ex illa insula oriundus Euphorion, Antiocho Magno Syriæ regi percarus, ejusque bibliothecæ præfector: poëta nobilis, sed, juxta Ciceronem, obscurus: cuius opera in deliciis suis Tiberio Caesari memorantur: ex quibus aliqua Latini-

nis versibus expressuisse diximus hunc Gallum, Ecl. vi. 72.

51 *Pastoris Siculi*] Theocriti, poëtæ Siculi, stylo. Non igitur elegiæ fuerunt, ut putat Probus: neque enim elegiæ potuerunt Theocriti stylo componi; sed aliquid bucolicis idylliis affine.

53 *Malle pati*] Supple: quam Lycorida in posterum sequi, atque ita deperire.

55 *Mænala*] Montem Arcadiæ, Ecl. VIII. 21.

57 *Parthenios*] *Parthenius* item Arcadiæ mons, ubi virgines venari sole-

Ire; libet Partho torquere Cydonia cornu
 Spicula: tanquam haec sint nostri medicina furoris, 60
 Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.
 Jam neque Hamadryades rursum, nec carmina nobis
 Ipsa placent; ipsæ rursum concedite sylvæ.
 Non illum nostri possunt mutare labores;
 Nec, si frigoribus mediis Hebrumque bibamus, 65
 Sithoniasque nives hyemis subeamus aquosæ,

thico sagittas Cretenses: veluti hec omnia essent remedium inaniae meæ, aut quasi ille Deus disceret placari miseriis hominum. Nunc iterum neque Hamadryades, neque versus ipsi nobis arrident: valete iterum, vos ipsa nemora. Nostra curæ nequerunt flectere anorem; ne sic quidem, si media hyeme potaremus aquam Hebri; et toleraremus Thracias nires hyemis humidae; ne sic quidem, si pascere-

lucos videor rupeisque alter Rottend.—59. Rhodonea Medic. a m. pr., sed emendatum. Sidonia Goth. sec. Cydonea al. vid. Pier. et Burm.; urbs Kudovia, ol. Kudoves, Kudovios.—60. haec sint Heins. e Medic. et tribus aliis. haec sit vulgo, haec a Voss. primo abest. medicina laboris Servius Danielis.—61. mitescere Moreti quartus.—62. rursum Heins. e Medic. et Rottend. Vulgo rurus.—64. vestri nonnulli ap. Burm., et sic Ald. tert. Flor. Angelii et al. possunt nostri Goth. sec.—66. Scythoniasque Alld. et hinc profectæ. Sidonias Voss. et Leid. unns a m. sec. Sithonias tamen jani Egnat, tum corredit Fabric. Steph. alii. Editum etiam Sithonias. Variatur in hac voce, ut in Burm. et Börwols, v. ad Cir. 165, sic Sithones, media brevi, et Sithonius apud Romanos poëtas, ut aliquoties ap. Horat. i. Carm. 18, 9. III, 26, 10. Ovid. ut in Fast. Sithonias et Scythicos triumphos. Stat. Theb. III, 287 Sithonia—sub Arcto: Ergo Σιθόνιος. Attamen Σιθωνίη χώρη ap. Herod. VII, 122 et Steph. Byz. At Σιθόνες esse debuere Lycophroni v. 1357. Πλέκαν γρύπτας Σιθωνίαν κακτήματος. Hoc enim metrum postulat, non Σιθωνίαν. Quod hyemem aquosam memorat, forte parum communode fit, ubi de nire agitur. Jo. Schrader. tentabat Hæmi s. aquosi; ingeniose. hyemi subeamus aquosa Barthii Codex pro hyeme.

NOTÆ

bant: unde nomen a παρθένος tatem agnoscere, seque amori victum virgo.

59 *Libet Partho, &c.] Species pro generi: arcus Parthicus et sagittæ Cydoniæ, pro quolibet arcu et quibuslibet sagittis. Parthi enim et Cydonea arte sagittandi celebres: Aen. XII. 868. Parthus sive Cydon telum immedicabile torsit. De Parthis, Ecl. I. 68. Cydon urbs fuit in Creta insula. Cornu dixit, pro arcu e cornea materia fabricato.*

62 *Jam neque Hamadryades]* De iis Ecl. II. 46. Hic incipit Gallus remediorum et consiliorum suorum inan-

63 *Concedite sylvæ]* Idem quod antea dixerat: Vivite sylvæ, Ecl. VIII. 58.

65 *Hebrumque]* Fluvium Thracie maximum, hodie Marisa: arenas olim aureas volventem. In Ægæum mare influit: ortus ex Rhodope monte, qui cum Haemis pars quibusdam videatur, ab illi idcirco dicitur Hebrus ex Hæmo profluere.

66 *Sithoniasque nives]* Sithonia pars est Thracie: vergens vel in Pontum Euxinum, juxta Solinum; vel in oram

Nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
 Æthiopum versemus oves sub sidere Cancri.
 Omnia vincit Amor; et nos cedamus Amori.

Hæc sat erit, Divæ, vestrum cecinisso poëtam, 70
 Dum sedet, et gracili fiscellam texit hibisco,
 Pierides; vos hæc facietis maxima Gallo:
 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
 Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.
 Surgamus: solet esse gravis cantantibus umbra; 75

mus oves Æthiopum sub sidere Cancri, cum intimus cortex exsiccatus arescit in ulmo excelso. Amor superat omnia, nos quoque cedamus amori. O Divæ Musæ, sufficiet reditum poëtam cantariisse ista carmina, sedendo, et conficiendo calathum ex hibisco tempi: vos efficietis, ut ista videantur Gallo maxima: Gallo, erga quem amor meus tantum crescit singulis horis, quantum alnus cirens attollit se incunabulo vere. Surgamus: umbra solet esse noxia canentibus, præsentimque noxia est um-

Burmann. tentabat *sulcensus*.—67. *Ne si fragm. Moreti. commoriens* unus Moreti et Gud. *commoriens* Zulich. libraret in ulmo fragm. Moret.—68. *ser-venus* Barthii sive liber sive emendatio, jam a Florente Christiano facta. *ope* Mor-t.—69. *cincte* Medic. *cicat* Rom. Pierii. *sed nos ed.* Ven.—70. *Hoc sat erit nostrum* Ven. *Hoc* etiam Goth. sec. et unns Moreti. *vestrum*, *Dire* duo vel tres.—72. *facietis carmina* fragm. Moreti, illustrat Burm. e Petron. 39 et 49.—73. *miki tantum* Parrhas. et Rottend.—74. *subicit* Medic. Parrhas. *subrigit* conj. Vales. in Valesianis pag. 182.—75. 77. *Hoc* tres versus novissimos, tamquam sententia parum aptos et conjunctos, reprehendebat Ill. *Home* (*Elements of Criticism*, c. i extr.) Poterant utique abesse: nec tamen dedecet carmen, quod sunt adjecti, quandoquidem faciunt ad infigendam animo altius cogitationem ac sensum, agi hæc inter pastores. Tum vero respondent hæc

NOTÆ

Macedonicam Ægæi maris, juxta alias. Thracia frigida et nivosa est, propter altissimum montem Hæmum, quæ dividitur.

68 *Æthiopum*] *Æthiopia* regio Africæ vastissima, *Ægypto* finitima: quam Nilus quoque fere medium, ut et *Ægyptum*, interfluit, *le pays des Abissins*. Tota zona torridæ subjecta est, a tropico Canceris ultra æquatorem porrecta. Virgilus ergo *situs Canceris* dixit, pro tropico Canceris; et tropicum pro zona ipsa torrida, cuius terminus est ad septentrionem. *Cancer* signum est in ea parte cœli, quam ubi Sol attigit, exeunte Junio; tum restat

nobis calidissimam, diesque longissimos efficit. De *zonis et tropicis*, Ge. I. 233. De *hibisco*, Ecl. II. 30.

74 *Se subjicit alnus*] Se superjicit, se attollit. Vide Ecl. I. 46. *Alnus, auncæ, arbor aquosis locis gaudens.*

75 *Grecis canantibus umbra*] Imo gravissima: præcipue Juniperi, *du genitvre*, quæ arbor et odora est, et nihil venenatum patitur, et adversus aëris vitia comburi solet. Sed significat diuturniore in umbra moram nocere canentibus posse propter frigus. Unde quidam legunt *cunctantibus*, non *cantantibus*. De *Hespero*, Ecl. VI. 86.

Juniperi gravis umbra; nocent et frugibus umbræ.
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite, capellæ.

bra juniperi: umbræ quoque nocent frugibus. Ite, ite donum, o capella saturata: Vesper imminet.

v. 7 *Dum tenera attendent virgulta capelle.*—75. *cunctantibus conj.* Titii Locor. x, 7 probat Cerdia et alii. *contantibus* Barthius e suo Cod.—76. *frugibus herbe* Rottend. E nonnullis ap. Pierium hic versus exciderat.

ARGUMENTUM
IN
G E O R G I C A.

GEORGICORUM nomen, a γεωργὸς *agricola*: hoc autem a γῆια vel γῆιa *terra*, et ἔργον *opus*. Traduntur hoc opere præcepta de agricultura, quatuor libris. I. De aratione. II. De plantatione. III. De pastione cultuque pecorum. IV. De apibus et mellatione. Eaque omnia naturæ accommodantur Italici soli, præsertimque Veneti, in quo Mantua fuit. Ducebat in eo genere secutus est Virgilius Hesiodum Ascræum ex Boeotia, de quo diximus Ecl. vi. 70. Cujus librum, inscriptum *'Εργά καὶ Ήμέραι, Opera et Dies*, longe et copia et elegantia superavit. Coepit enim opus anno circiter U. C. 717. Virgilii 32. aut 33. et septennio perpolitum.

Mæcenas, cui Georgica inscripta sunt, primos in Octavianis gratia tenuit cum Agrippa gradus. Genere Tuscus, ex antiquis Etruriæ regibus: quorum posteri, post multas gentis clades, Romanam in civitatem admissi, equestri dignitate vixerunt. Eruditos complexus est, in primis Virgilium et Horatium: adeo parum cupidus, ut qui ceteris magistratibus imperabat, ipse equestri ordine, et urbis atque Italiae præfectura contentus vixerit. Adhibitus ab Octaviano cum Agrippa in consilium de imperio deponendo, retinendum persuasit. Secta Epicureus fuit, in vestitu, incessu, supellectili, conviviis, ipsaque dictione mollior ac remissior. Scripsit Prometheus et Octaviam tragedias, carminum libros decem; soluta oratione commentarios de

rebus ab Augusto gestis, item de animalibus et gemmis dialogos: omnia periere. Decessit anno U.C. 746. C. Martio Censorino et C. Asinio Gallo Coss. Triplex est apud eruditos de ejus nomine controversia. I. Quodnam ipsius nomen fuerit? Lambinus in *Vipsaniam* gentem inducit, sed eum confundit cum Agrippa, cuius certe gentile nomen hoc fuit: Paulus Manutius in *Cinciam*: Glandorpius in *Heliam*: Muretus in *Aquiliam*: omnes aut levibus aut falsis conjectaris: maxima et optima pars, Turnebus, Lipsius, &c. in *Cilniam*, quæ gens erat Aretinæ urbis in Etruria. II. Unde cognomen *Mæcenatis*? Insulse deducit Beccmannus ab ejus moribus, quod esset μὴ κοινὸς, non communis; aut μὴ καυτὸς, non notus: nam et Græci nunquam negativis nominibus, μὴ, sed privativum & præfigunt: et Varro l. VII. de L. L. a loco dictum testatur. Est igitur a mediterraneo quodam Etruriæ oppidulo, Cæsenæ vicino, qua in ora Plinius vina Cæsenatia simul et Mæcenatia commendat, lib. XXIV. 6. III. Quomodo prima et media cognominis syllaba pingenda sit? Certe media, per ε longum; quia Græce vulgo per γ legitur. Prima vel per α, vel per α: quia in veteribus cod. utroque modo reperitur; per α frequentius. Igitur nomen integrum fuit, CAIUS CILNIUS MÆCENAS.

G E O R G I C O N

A D

C. CILNIUM MÆCENATEM

L I B E R I.

ARGUMENTUM.

CONTINET hic liber propositionem totius operis, ejusque divisionem quadruplicem. Tum sequitur Deorum invocatio, quotquot rusticæ præsident rei, quos inter Octaviano Cæsari locus tribuitur: novo sane illis temporibus adulatiois exemplo; quo deinde Lucanus in Pharsalia, et Statius in Thebaide, ad laudem Neroris et Domitiani immodestius abusi sunt. Atque hæc exordio comprehenduntur. Liber vero ipse sex habet partes. I. Multiplicem agri colendi rationem, juxta variam ejus naturam. II. Agriculturæ originem. III. Agricolarum instrumenta. IV. Rusticorum operum tempora. V. Tempestatum prognostica. VI. Digressionem ad varia prodigia, quæ cædem Julii Cæsaris, aut præcesserunt, aut subsecuta sunt. Denique, Epilogi loco, Deos pro incolumitate Octaviani, et pro salute populi Romani precatur. Tamen ex iis, aliorumque librorum præceptis, non pauca obsolevere, contrarie usu posteriorum temporum, nostrorum inprimis; quæ multa, ut artibus ceteris, ita huic quoque addidere.

QUID faciat lætas segetes, quo sidere terram
 Vertere, Mæcenas, ulmisque adjungere vites
 Conveniat; quæ cura boum, qui cultus habendo
 Sit pecori; apibus quanta experientia parcis:
 Hinc canere incipiam. Vos, o clarissima mundi
 Lumina, labentem coelo quæ ducitis annum,
 Liber, et alma Ceres; vestro si munere tellus

5

O Mæcenas, ordinar scribere deinceps quænam res officia messem copiosas; quo tempore oporteat arare tellurem, et vites alligare ulmis; quæ sit cura boum; quæ diligentia sit necessaria, ut habeatur pecus; et quanta industria, ut alantur apes frugales. O vos sidera mundi splendidissima, quæ præsidetis anno currenti per celum, Bacche, et Ceres nutrit hominum: si homines vestro beneficio reliquerunt

2. Mæcenas. *Maukphas.* Male scriptum *Mæcenas*. vid. Pier. Heins. *ulnis* adjungere Toll.—**3.** quis cultus alii scripti et editi, ex more; sic jam Ecl. 1. 19. qui jam Nauger. edidit. *habendus* Toll., male. vid. Burm. et conf. Not.—**4.** pecori alique apibus fere codd. et edd. *pecorique* nonnulli. Sed fulcrum hoc versus jam a Pierio convulsam sustulit et Medicei et optimorum librorum auctoritate Heins. conf. ad Ecl. II. 53. *pecori quanta apibus* ed. Ven. *parvis* alii legunt ap. Stephanum; non inventio, quinam illi sint. paucis Meadii liber, ut sit: *paucis hinc canere incipiam*; quod exile easet.—**6.** “*Numinis* fuit, sed emendavit ipse, quia postea v. 10 ait: *et vos agrestum præsentia numina Fauni*,” inter Serviana legitur. qui *ducitis* Pierii Oblongus, fragm. Moreti et Mentel. a m. pr., sed confirmant quæ Apuleius, Probus, Macrob. vid. Heins.—**7.** *vestro si numine* Medic. a m. sec. et Colot. cum Arand.

NOTÆ

1 Quid faciat] Quatuor his versibus distinguitur cultura quadruplex, *terre, arborum, pecorum, apum*: quæ singulae singulis libris explicantur: estque partitio totius operis.

3 Qui cultus habendo, &c.] Ibi sup-primitur, *aptus, par, necessarius*, aut aliquid simile, quod dativum regat; ut apud Cicer. ad Att. I. XIII. Ep. 10. *Solvendo non erat*. Apud Plin. *Radix est crescendo*.

4 Apibus quanta, &c.] Præter interpretationem jam traditam afferti potest hæc altera: Dicam quæ sit apum experientia, prudentia, ingenium, ars quædam; non usu quidem comparata, sed ingenita.

5 Clarissima mundi Lumina, Liber, &c.] Liberum et Cererem appellat

mundi lumina, annique ductores. Vel quia præsides et repertores habentur messis et vindemisæ, quæ præcipue sunt anni partes, et præcipua mundi ornamenta, unde cibus hominum et potus existit; vel quia per eos Lunam et Solem significat. Et vero Prætextatus apud Macrob. I. 1. c. 18. fuse probat *Solem*, non Liberum et Dionysium duntaxat; sed et Jovem, et Martem, et Mercurium et Herculem ipsum esse; *Liberum* vero dici, quod *libere vagetur*. Lunam item addit, ipsam esse Cererem: Cu-jus nomen aliqui deducunt a *creando*, quod ad rerum productionem plurimum valeat. De *Libero*, Ecl. VII. 58. De *Cerere*, Ecl. V. 79.

Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
 Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis;
 Et vos, agrestum præsentia numina, Fauni,
 Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellæ :
 Munera vestra cano. Tuque o, cui prima frementem
 Fudit equum, magno tellus percussa tridenti,
 Neptune; et cultor nemorum, cui pinguia Cœs

glandes Dodoneas pro frumento pingui, et miscuerunt aquam Acheloi cum vino reperto. Et vos o Fauni, Dii propitiæ rusticis: adeste, o Fauni, una cum Dryadibus Nymphis. Cano vestra dona. Et tu, cui terra adhuc recens prodixit equum ferocem, ita magno tridente, o Neptune: et tu qui coluisti loca

nostro Ven.—8. *Chaonia* Gud.—10. *præstantia* vitium edit. Genev. 1636.—11. Pro Faunique memorabilis lectio *Satyrique* in Gothano pr. Nam frigere videtur Fauni altero loco iteratum; et junguntur Satyri Dryadesque v. c. Cal. 116 et saepe. Si codex paulo antiquior esset, dicerem veram ejus lectionem voci ex antecedente versu revocata cessasse. Nunc interpolatori deberi dicenda est lectio; vulgatum dictum esse puta pro: *Et cum Faunis vos, Dryades.*—12. o omittunt Codd. Servii ad En. i, 541 et Goth. sec.—13. *Fudit aquam antiquissimos libros habuisse testatur Servius*; male tamen haud dubie, quod fabula de equo paulo magis recondita esset, de aqua vero facile unusquisque cogitaret. Idem ad En. i, 1 laudat: *cui prima furentem*; sed eod. lib. v. 541 *frementem* habet. Mox *tridente* Gudian. Schol. Statii et uterque Gothanus.—14. *cultor pecorum* conj. Jo. Schrader. in schedia, quia *nemora et dumeta se excipiunt, et statim v. 16 iterum nemus*. Sic *cultor pecorum*, ut v. 3 qui *cultus habendo sit pecori*; et Sallust. Jug. 54, 8 *agri ac pecoris magis quam belli cultorem*. *Cœs* de scriptura post Pierium vid. Heins. ad Ovid. Epist. xx, 222. Est *Kœs*, *Kœs*. Unde *Kœs*. Romanis *Cœs*.

NOTÆ

8, 9 *Chaonium glandem, &c. Acheloia pocula, &c.] Species pro generibus: primi enim hominum glande ad pastum, aqua ad potum nisi sunt. Celebris autem fuit inter sylvas glandiferas Dodoneas, in Epiro sive Chaonia: de qua Ecl. ix. 13. Sicut inter fluvios Achelous in Aetolia; sive quia primus a terra erupit, sive quia ejus in ripa primæ vineæ sunt consitæ ab Æneo Aetoliæ rege, qui ex uva a Staphylo pastore suo reperta liquorem expressum, Libero patri, apud se tum diversanti, cum obtulisset, ab eo colendæ vitis accepit modum.*

10 *Fauſt] In argumenio Ecl. vi. Dryades] Ecl. ii. 46.*

12 *Prima tellus] Vel recens forma-ta. Vel littoralis, quomodo Ge. ii. 44.*

primi lege littoris oram. Vel Attica, quia Athenienses hominum se primos et antiquissimos esse jactabant.

14 *Neptune] Fuit Opis et Saturni filius, Jovis et Plutonis frater, cui in mundi divisione maris imperium ob-tigit. Uxorem habuit Amphitriten Nerei vel Oceanii filiam. Equos domuisse primus dicitur: unde fabulan-tur poëte, cum lis inter eum et Mi-nervam orta esset, de tribuendo Athenis nomine; placuisseque Diis, ut ejus nomine clivitas appellaretur, qui munus hominibus utilius dedisset: Neptunum percusso littore equum, bellicum animal, produxisse; Miner-vam hasta impacta olivam, pacis insigne, procreasse: victoriamque Mi-nervæ fuisse adjudicatam. Neptuni*

Ter centum nivei tondent dumeta juvenci ;
 Ipse, nemus linquens patrium saltusque Lycæi,
 Pan, ovium custos, tua si tibi Mænala curæ,
 Adsis, o Tegeæe, favens; oleæque Minerva
 Inventrix; uncinque puer monstrator aratri;
 Et teneram ab radice ferens, Sylvane, cupressum ;
 Diique Deæque omnes, studium quibus arva tueri;

15

20

sylvestria, cui trecenti boves candidi carpunt frutices fertiles insula: Cœa. Tu ipse, o Pan Tegeæe, protector ovium: si curas Mænulum tuum, adexto propitius, relinquens nemus patriæ et sylvias Lycæi. Et tu, o Pallas repertrix oliva. Et tu, o puer auctor unci aratri. Et tu, o Sylvane, portans a radice teneram cupressum. Et vos, o Dii et Deæ omnes, qui habetis curam protegendi agros: seu qui

Male scriptum passim Cœa.—16. τὸ Λύκαιον ὄρος. Male Lycei edebatur. conf. Ecl. x, 15. Mox τὰ Μαντελά όρη sunt.—17. si sint tibi Moret. primus. τις si tibi Vratisl. sed si ex formula obtestandi duetum. Elegans tamen est Schraderi emendatio Obss. 1, 3 tua sex tibi M. etiam a Brunkio recepta.—18. Tegeæe. Recte jam ab Aldo editum: Teyeados. Alii Tegeæe et Tegæ, sed vid. ad An. v, 299.—20. a radice octo ap. Barim.—22. non ullæ Heins. e

NOTE

insigne tridens: ob tres orbis antiqui pastes, que mari ambiuntur. Hoc loco invocatur, non quidem nt maris Deus; sed ut equorum auctor, de quibus libro III. multa dicenda sunt.

14 Cœa] Cœa, insula maris Ἰσησ, Cycladum una; quam, relicta Thebia, occupavit Aristæus, post laniatum a canibus Actæonem filium, ob visam in lavaero Diana. Is Apollinis filius fuit ex Cyrene, filia Penei Thessalæ fluminis: rivalis Orphei in amore Eurydices: apum et mellis usum invenit, lactisque coagulum: unde hic invocatur. Plura vide, Ge. iv. 317.

17 Tua si tibi, &c.] Sensus est, si curas Mænulum, Lycæum, et reliquias Arcadiæ tue montes, et sylvas: loca illa nunc relinque, ut mihi de re pastoritia et arborea dicenti præsens adia: his enim locis et honorificus et utilis erit sermo meus. De Panæ, Ecl. II. 31.

18 Tegeæe] Non Tegæe, ut quidam legunt. Constat enim Tegea urbs

Arcadiæ, Pani sacra, brevibus syllabis, Teyea: unde adjективum Tegeæa.

19 Unicque puer, &c.] Vel Osiræ, apud Ægyptios aratri inventor: vel potius Triptolemus, Celci Eleusina urbis in Attica regis, filius: quem adhuc puerum nutritivit Ceres, apud patrem excepta hospitio, dum Proserpinam inquireret: eum deinde grandiorem factum agriculturam edocuit; impositione suo currui, quem alati serpentes trahebant, misit per totum orbem, ut usum frumentorum hominibus indicaret. Eleusini incoleæ, beneficii memores, Cereri sacra institerunt.

20 Sylvane cupressum] Ob memoriæ Cyparissai pueri: qui Sylvano, antea juxta alios Apollini, dilectus, cum ex dolore occisisse a se per errorem cervæ, quam babebat in deliciis, extabuisset; ab amatore Deo in cupressum arborem est conversus. De Sylvano, Ecl. x. 24.

Quique novas alitis non ullo semine fruges ;
 Quique satis largum cœlo demittitis imbre ;
 Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura Deorum
 Concilia, incertum est : urbesne invisere, Cæsar, 25
 Terrarumque velis curam, et te maximus orbis
 Auctorem frugum tempestatumque potentem
 Accipiat, cingens materna tempora myrto ;

sustentatis novas fruges aliquo semine : seu qui effunditis e cœlo pluviam copiosam in segetes. Et tu præcipue, o Cæsar, quem dubium est quinum cætus Deorum deinde acceptori sint : an velis pertustringe urbes, et suscipere curam terrarum : an totus orbis agnoscat te parentem frugum, et rectorem temporum, coronans tuum

Medic. et quinque aliis vetustioribus, quibus adde Goth. pr., quo alludit etiam Parphas. Vulgo *nonnullo*, quod et Servius interpretatur, sed sententia aut nulla aut parum commoda. *non ullo de semine* Rom. Alibi, inquit Pierius, *nullo de semine* habetur. Hoc postremum Catœnus, egregie loquax interpres, poëtae vindicatum it; sed est haud dubie ex interpretatione vetusta. *messes vel fruges* Cod. Köléri.—23. *dimititis* alii ap. Burm.—25. *Conilia* alii ap. Pierium, ut fere solent, quod idem Catœnus arripit, at male interpretatur de decreto a Diis faciendo. Immo vero easet idem Deorum cœtus, qui et *concilia* est. Hor. Carm. III, 25, 6 *egregii Cæsaris Æternum meditans decus Stellis inserere et concilio Jovis*; ubi etiam alii *consilio*, quod tamen accommodatius ibi esse videtur, non propter Ægyptiam fabulam a Baxterio memorata, sed quia *Jovis consilium* ibi habetur. At in nostro simpliciter de numero sc. cœta Deorum agitur. *urbes* Medic. cum nonnullis aliis, ut ambiguitas, ne *urbe* pro secundo casu habeatur, vitetur. Sed *urbis* auctoritate vet. grammaticorum confirmatur ap. Gell. N. A. XIII, 20; ubi Probus ait auris iudicio *urbis prælatum esse* a poëta pro *urbe*. Ergo *Urbis terrarumque curam non juxxere veteres, nec invisere curam ferendum esse putarunt pro suscipere.*—26. *te et m.* Menag. pr.—27. *frugum cali terraque p.* Goth. sec. a m. pr.—

NOTÆ

22 *Quique novas alitis, &c.]* Sensus est: Vel qui jacta ab hominibus frugum semina, occulto quodam semine, pluvia, rore, alitis: juxta Servium. Vel qui novas fruges, novo aliquo invento semine, producitis: juxta Cerdanum. Vel qui singulas frungum species conservatis; relicto semper aliquo semine, in consequentem annum superstite, quo renoventur. Legit N. Heinlius, *non ullo semine*: et sensus hic esse potest: Qui novas fruges produxistis primum sine ullo semine.

25 *Urbesne invisere, &c.]* Multi *urbis* agnoscent in genitivo casu. Sed vix puto Latine dici, *invisere curam*

urbis: et præterea Probus Valerius apud Gellium, l. xiii. 20. *urbis esse* vult in accusativo casu, pro *urbe*: et utrumque fuisse olim in usu, ut *turrim* et *turrem*. Unde et plerumque legitur *urbeis*, aincipiti pronunciatione. Igitur *urbe*, vel *urbis* in accusativo accipio, hoc sensu: *an velis curam terrarum, et invisere urbes*. Quod ne barbare dictum cuiquam videatur, firmabitur hac Horatii locutione plane simili. Od. I. I. 2. 49. *hic magnos potius triumphos, Hic ames dici pater atque princeps.*

28 *Materna myrto]* Dicata Veneri, matri Ænæ: nude genus ducis, Ecl. ix. 46. De *myrto*, Ecl. II. 54.

An Deus immensi venias maris, ac tua nautæ
 Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule,
 Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis;
 Anne novum tardis sidus te mensibus addas,
 Qua locus Erigonen inter Chelasque sequentes

30

caput myrto matris tuae: an evadas Deus rasti aquoris, et nautæ adorent tuam solam potentiam, tibique Thule ultima insularum pareat: et Tethys te comparet sibi generum omnibus aquis. An vero te adjungas quasi novum astrum pigris mensibus: qua patet spatium inter Virginem et brachia Scorpiorum illam sequentia. Ipse Scor-

 28. *Accipiet Voss.* Durum esset jungere *Accipiut: cingens—myrto An deus venias;* et si sic ad maris imperium myrtlea corona respectu Veneris bene referretur.—29. *et tua duo.* *an tua Goth. sec.—30. serviet Goth. sec. Thylæ Medic.* *Thyle, Tyle, Thile* alii; et mox vitiouse *Thetis*, solenni errore, quo *Θέτης* et *Τηθύς* permuntantur.—31. *generum tu Thetis in o.* *Goth. sec.—32. Atque abunnulli ap. Pierium.* *situs tardis Ven. mensibus ed.* *Ven.—33. Erigonen*

NOTE

30 *Thule]* Terrarum ultima, quas antiqui neverint, et maxime septentrionalis versus occidentem. *Ortelius putat esse tractum illum Norvegiae,* quem incolae *Tilemark* appellant. *Cambdenus Schetlandias* insulas Oceani Caledonii, sub ditione regis Daniæ: quas nautæ dicunt *Thylensel.* Ceteri *Islandiam*, ejusdem ditionis maxime Borealem insulam: ubi mons est nive perpetua opertus, flammis æstnans.

31 *Tethys emat]* *Tethys, Ecl. iv.* 32. *Allusum putat Servius Danielis ad ritus Romanos, juxta quos coniugia tribus fiebant modis; usu, farre, et coemtione: usu, cum aliquo tempore simul conjuges fuerant; farre, cum per Flaminem Dialem aut Pontificem, sparso farre sive mola salsa, conjungebantur: coemtione, cum se sub certa verborum formula interrogabant; vir mulierem, *an sibi matrifamilias esse vellet;* uxor virum, *utrum sibi paterfamilias esse vellet,* &c.*

32 *Tardis te mensibus addas]* *Aetivis mensibus succedas:* in locum *Librae*, inter *Virginem* et *Scorpium*; id est, in mensem Septembrem. *Tardos* vocat menses æstivos, quia dies mensium illorum longiores sunt, et

mora Solis in horizonte diurnior. Unde menses ipsi, quamquam re ipsa non pigriores ceteris; tamen hominibus, qui die præsertim inter se agunt, longiores dici possunt. Adde quod civili dimensione, dies quilibet duodecim in horas dividitur ab ortu Solis ad occasum; nox item duodecim in horas, ab occasu Solis ad ortum. Unde fit, ut æstivas horas per diem hibernis multo sint longiores, per noctem breviores. Contra hyeme, diurnæ breves, nocturnæ longiores. Sic Martialis Ep. l. xii. 1. *Hora nec æstiva est,* id est, longa. Et Plaut. in Pseud. Scena ult. *Credo equidem potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quaque Fructus eibere in una hora.* *P. hyberna addito, id est, brevi.*

33 *Erigonen]* Icarii filiam, quæ casum patris, a temulenta pastorum Atticorum turba occisi, tam graviter tulit, ut laqueo sibi vitam ademerit. Ob pietatem a Diis in colum translata, et *Virgo* dicta. Ita Hyginus. Quanquam alii signum illud Astræam putant, de qua Ecl. iv. 6.

Chelasque sequentes] Veteres diu Libram signum ignoraverunt, medium inter *Virginem* et *Scorpium*: unde

Panditur: ipse tibi jam brachia contrahit ardens	
Scorpius, et coeli justa plus parte relinquit:	35
Quicquid eris; nam te nec sperent Tartara regem,	
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:	
Quamvis Elysios miretur Græcia campos,	
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem;	
Da facilem cursum, atque audacibus annue coepitis,	40
Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes,	
Ingredere, et votis jam nunc assuesce vocari.	
Vere novo, gelidus canis cum montibus humor	
Liquitur, et Zephyro putris se gleba resolvit,	
Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro	45

pius ardens jam constringit pro te brachia, et cessit tibi de caelo plus quam justam partem. Quicumque Deus eris (nam neque inferi sperent te sibi regem, neque tam insana cupiditas regnandi veniat tibi: et si Gracia admiretur campos Elysios, et si Proserpina non curet sequi matrem, a qua reposcitur.) Praebe iter facile, suos consilios audacibus: et ingredere mecum viam, miseratus rusticos incios via, et jam nunc assuesce invocari per vota. Principio veris, cum humor nivosus liquescit e montibus candidis, et gleba emollita dissolobitur Zephyro: tunc statim arato alte impresso incipiat mihi taurus gemere, et vomer sulcando tritus fulgere. Illa tan-

allii.—34. *Panditur ipse jungit Servius. tibi nam Ven.*—35. *Scorpions Heins. e Medic. et al. Scorpions unigo. plus justa Erf. reliquit Medic. cum Gud. et Menag. it. Rom. Pierii. Goih. pr. et Erf. ut c.—relinquat Arundel.*—36. *Hic versus in Moret. post v. 38 legebatur. Quicquid erit Goth. pr. Sed Quicquid eris est pro. Quisquis Deus eris. janus Pierii Longoh. nec sperant Rom. ne sperant Medic. a m. pr. sed immittuntur: nec sperent. non te spectent nec ed. Ven. spernent unus Mead. et ed. Norimb.*—37. *tum sœva Zulich. dura Goth. sec.*—44. *zephyro putri edd. Terentiani Mauri. perperam. se putris Toll.*—

NOTÆ

Cheles, id est, forcipes et brachia Scorpii, dicit poëta post Virginem sequi. Itaque Libra loco, Scorpium in sexaginta dividebant gradus. Ovid. M. II. 198. Porrigit in spatium signorum membra duorum.

25 *Justa cari, &c.] Cedit tibi ex ea parte, quam hactenus plusquam justam ac sibi debitam obtinuit. Vel, Cedit tibi plusquam justam coili partem; id est, plusquam opus sit, ut commode sedeas: nempe locam Librae. Isque locus Octaviano assignatar, ex Joa. Scaligeri mente, quia na-*

tus est principio Librae, scilicet 9. Kal. Octob. De Tartaro, Ge. iv. 482. De Elysios campis, AEn. vi. 638.

29 *Proserpina] Jovis et Cereris filia, a Plutone raptata, a matre diu quæsita, et reperta; impetravit a Jove, ut quotannis sex mensibus apud superos, sex apud inferos degeret. Ait tamen poëta sic eam Elysii deliciis capi, ut parum superos curet.*

43 *Vere, &c.] I. PARS. De agri colendi varia ratione. Cujus I. Præceptum est, De prima aratione. De Zephyro, Ecl. v. 5.*

Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.
 Illa seges demum votis respondet avari
 Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit;
 Illius immensa ruperunt horrea messes.
 At prius, ignotum ferro quam scindimus æquor, 50
 Ventos et varium coeli prædiscere morem
 Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locoram;
 Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuset.
 Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ;
 Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt 55
 Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
 India mittit ebur, molles sua thura Sabæi;

dem seges complet desideria cupidi agricolæ, quæ bis æstatem, et bis hyemem passa est: amplissimæ messes illius agricultæ rumpunt horrea. Sed antequam arenum ferro campum incognitum; cura sit prænosse ventos, et diversam cali rationem, et propriam culturam naturamque terrarum: et quid unaqueque regio producat, et quid unaqueque neget. Hic segetes nascuntur fertilius, illic ritus: alibi fructus arborum, et herbae sponte virent. Nonne vides, quemadmodum Tmolus mittit ad nos crocum odoratum, India ebur, delicati Sabæi suum thus? At nudi Chalybes

46. *vomis* Medic. a m. sec. tert. Mental. Reg. a m. sec.; sic inf. 162 et ap. Ovid. Fast. iv, 927.—47. *voti* Rom. *œcaris* Zulich.—48. *qua bis s.* Menag. alter. *bis quoque s.* Parphas. sentit Zulich. duo Moret. et fragm. ejusd. Goth. pr. cum Erf.—50. *At p.*: ita et Medic. cum al.; et alii: *ac*, etiam Romanus. *immensus* Servius in suo habuit.—51. *proprium c. p. morem sex vet. codd.* exhibent ap. Columellam 1, 4, 4 et reponendum putabat Pontedera Antiqu. p. 479; quomodo enim, quod varium sit, prædisci possit? Sed variare aliqua res potest, et tamen cognosci, et multa ita variant, ut in uno tamen quoque statu aliquantum consistant. Hoc autem loco variat tempestas pro regionum diversitate. *prædicere* tres ap. Burm., more solito *prædicere* firmat cum Colum. l. l., tum Plin. xviii. 24 s. 56 extr.—52. *cultus habitusque*, omisso *que*, multi Pier. et Heins. *cultos* Gud. et ap. Colum. l. l.—53. *quid ferre recuset nonnulli ap. Pier.*—54. *illuc* Rottend. *Hic s. v. uræ felicis illic in nonnullis vidit Pierius.* A v. 53 ad 58 laudat Sen. ep. 87.—55. *Pro injussa male apud Pier. et Heins. alii invisa, injusta.*—56. *Molus multi.* v. Heins. *croceos uti molus Rom.* *Tmolus* alii. *odores* Goth. pr.—57. *nutrit ebur tres ap.*

NOTÆ

48 *Bis quæ Solem, &c.]* Norale, sive *terracutum* intelligit; agrum scilicet qui primo *vere actus*, id est, aratus, tota quiescit æstate: tum sub finem autumni, sive veris consequentis initio, sementi paratur: ac deinde secunda æstate fructum fert: unde *bis æstatem*, et *bis hyemem* patitur.

50 *At prius, &c.]* II. Præceptum. *De cognoscenda soli natura.* *Æquor]* Terram: proprie est qualibet plani-

ties æqua. En. II. 780.

56 *Tmolus odores]* Mons Phrygæ Magnæ, in confinio Lydiæ; vini feras, juxta Virgil. Ge. II. 98. item croci, juxta Solinum c. 53. Unde per croceos odores aliqui viuum intelligent odoris crocei: alii melius, crocum ipsum, *le saffran.*

57 *India mittit ebur]* Asia regio amplissima: ad occidentem Indo fluvio; ad orientem Sero item fluvio: ad

At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pentus
Castorea, Eliadum palmas Epirus equarum?
Continuo has leges aeternaque fodera certis
Imposuit natura locis, quo tempore prima

60

mittunt ferrum, et Pontus graveplentes castorum testicules, Epirus optimas equarum Olympicarum. Natura impensis certis locis has leges, et hec pacta perpetua, statim ab illo tempore, quo Deucalion proiecit aqua in mundum desertum: unde

Heins. mittat Medic. Scilicet, quod sepiissime in Marone notandum occurret. Est orationis pedestris exquisitor ratio in multis, ut subjunctivus ponatur: ita h. l. Nonne vides ut mittat. At poëta hoc ipso a vulgari recedit, dum subjunctivum respuit. Pontos Moret. pr. a m. pr.—58. Et Ven. Calybes et Calibes aberratur. Sunt Χάλυβες. ferro alter Rottend.—59. Epirus, Epirae, alii.—61. Nam posuit Mentel. prior a m. pr. primus Goth. sec.—62. lapides

NOTE

meridiem Oceano Indico terminata: ad septentrionem Emodis montibus, que Tanri pars eat, a Scythia separata: Gange fluvio in duas divisa partes: regnis hodie plurimis distincta. Elephantos alit Libycis multo maiores, unde ebur, qui deess est elephantinus, in India celebre.

57 *Thara Sabæi*] Arabia Felicis populi: molles dicti, vel propter aëris clementiam, vel propter odorum copiam. Eorum enim divitiae balsamo, casia, myrrha, cinnamomo, thure præsertim constant, quod ex arbuculis instar lacrymæ guttatiæ fluid. Apud eos ex Plinio l. XII. 17. Non alia ligni genera in usus sunt, quam odores: cibaque coquunt tharic ligno, aliis myrrha.

58 *Chalybes nudi ferrum*] Natio, vel Pontica, ad Thermodontem fluvium, ex Strabone: vel Hispanica, ad Chalybem fluvium, ex Justino: ferri fodinae celebrata: nudo chalybe dictum est, purissimum optimeque temperatura ferrum.

59 *Castorea*] Castor sive fiber, canis est Penticus: ita dictus, quod in Ponto frequentissimus: hujus testiculi medicos in usus expectuntur: idenque ubi se requiri sentit, ut vita consularat, eos uellit morsu, et venatoribus

permittit. Quod tamen merito plerique falsum existimant. Castorea sunt castoris testiculi. Viros dicuntur, vel a virtute, quia ad medicamenta adhibentur; vel a virus, quod medice significatiois vocabulum est, ut φάρμακον; et modo bonam, modo malam in partem sumitur: in bonam apud Statuum Sylv. l. i. 4. 104. omne benignus Virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis, &c. in malum passim spud reliquo. Hic itaque gravem odorem significat, qualis tribulatur a Plinio castoreis.

Eliadum palmas Epirus equarum] Epirus, olim regnum, sita inter Ionium mare, Thessalam, Macedoniam, et Achajiam: dicta quibusdam, Albanis Inferiori, equorum ferax. Elie, sive Elea, regio Peloponnesi maritima, inter Achajiam, Messeniam et Arcadiam: cuius urbes præcipue Elie, ad Pelepon., et Olympia in agro Pisæo, ad Alpheum fluvium, Jovis Olympii templo, ludisque memorata, de quibus Ge. III. 49. Equarum dixit, quia eas aliqui putant equis esse velociores. Palmas equarum: id est, equas vietrices in Olympicō cursu: quonodo Æn. v. 229. nunc tertie palma Diæs, id est, Diæs tertius vieter.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

L

Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,
 Unde homines nati, durum genus. Ergo age, terræ
 Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
 Fortes invertant tauri, glebasque jacentes 65
 Pulverulenta coquat maturis Solibus æstas.
 At, si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
 Arcturum tenui sat erit suspendere sulco :
 Ilic, officiant lætis ne frugibus herbæ ;
 Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam. 70
 Alternis idem tonsas cessare novales,

orti sunt homines, quod est durum genus. Eja igitur, statim a primis mensibus anni, robusti tauri arent pinguem terræ planitiem: et æstas sita torreat glebas inertes vchementi Sole. Sed si terra non sit pinguis, sufficiet eam perstringere levi sulco, circa ortum Arcturi. In illa terra hoc facies, ne herbæ nocent frugibus fertilibus; in hac, ne modicus humor destitutus infacundam terram. Tu idem per-

vacuum Leid. et Moret. unus. *carum* Voss. pr.—64. a deest fragm. Moret.—65. invertant scriptura e Medic. Verum si hic, cur non ubique? ad euphoniam poëticam hoc spectare, bene monet Vossius.—66. *maturis frugibus* Pier. e Rom., sed vulgatam defendit Burm. vel ex Gratti Cyn. 83.—67. Et si Longob. Aut Goth. sec.—68. *splendescere sulco* Goth. sec. *solo* duo: quæ erat certorum sæculorum pronuntiatio.—69. officiant Reg. a m. pr. officiant Ven.—70. *Hæc* e Medic. laudat Burm., sed nil tale expressum in exempl. Foggin. non deserat Zulich.—71. *tonsis* Medic. a m. pr.—72. Aut segn. alter

NOTÆ

62 *Deucalion*] Ecl. vi. 41.

64 *Primitis a mensibus anni*] Januario et Februario. Nec obstat, quod præcepit prius, *Vere novo*. Sic enim Columella l. ix. 2. *Neque nori veris principium sic observare rusticus debet, quemadmodum astrologus: sed aliquid etiam sumat de parte hyemis, quoniam consumia bruma jam intepescit annus, permittitque clementior dies opera moliri.*

66 *Maturis Solibus*] *Diebus*, vel *Solis ardoribus*. Et maturis passive, pro activo maturantibus.

68 *Arcturum*] Arcturus stella est prima magnitudinis in signo Bootæ, prope caudam ursæ majoris: unde nomen habet ab ἄρκτος et ὡρὰ cauda: pluvias tempestatesque portendit ortu et occasu suo. Monet Virgilina, ut sterilis terra leviter aretur sub

ejus exortum *cosmicum*: qui contingit juxta Columellam, circa 5. Septembris: juxta Plinium, circa 12. ejusdem mensis. Nunc tamen multo tardius, nempe non nisi initio Octobris. Exoriri autem stella dicitur *cosmice*: cum ascendi supra horizontem nostrum orientalem, eodem momento, quo Sol ipse.

71 *Alternis idem, &c.*] iii. Præceptum inculcat, *De novatione agrorum, sive alterna cessatione*. Quæ lex, si propter soli angustias servari non possit; monet ne continuis annis frumenta serant; sed alternis frumenta et legumina leviora: qualia vicia, aut lupinus. Consultit tamen, ut a lino, et avena et papaveribus ibi serendis abstineant, nisi agri copiosa stercoreatione reparentur.

Et segnem patiere situ durescere campum.
 Aut ibi flava seres, mutato sidere, farra,
 Unde prius lætum siliqua quassante legumen,
 Aut tenuis foetus viciae, tristisque lupini
 Sustuleris fragiles calamos sylvamque sonantem. 75
 Urit enim lini campum seges, urit avenæ ;
 Urunt Lethæo perfusa papavera somno.
 Sed tamen alternis facilis labor : arida tantum
 Ne saturare fimo pingui pudeat sola ; neve
 Effectos cinerem immundum jactare per agros.
 Sic quoque mutatis requiescant foetibus arva.

mittes, ut novalia demessa requiescent alternis annis, et ut ager inutilis indurescat otio. Vel saltem conuerso anno seminabis frumenta flavenlia, illic, unde collegeris antea copiosa legumina folliculis strepitibus, aut parva grana vicia, aut tenues stipulas et manipulos crepitantes lupini amari. Nam seges lini exsiccat agrum, exsiccat quoque seges avenæ, exsiccant papavera conciliantius somnum obliuiosum. Attamen alternis annis facile erit ea serere: modo ne pigate facundare terram pingui stercore, et ne pigate spargere fados cineres per area exhausta.. Ita etiam agri quiescant

Menag. et un. Moret. cum Erf. torpeasere conj. Jo. Schrader., ut v. 124.—73. Aut ubi, Aut tibi, At ibi ali; ex more. mutato semine Romanus, quod jam Pierius landavit, quod Catreus recepit, et mihi (cum eodem Jo. Schrader) valde se probare non diffiteor; magis enim consentaneum reliqua sententiae esse videtur; et v. 82 idem explicatur: mutatis foetibus. sidere tamen criticæ ratione tuentur, et revocari facile ad eandem sententiam potest. vid. Not. —74. lectura Rom. Pierii. factus legebat Reisk., at sequitur factus siliqua.—75. tenues duo Burm. it. Servius, et edd. nonnullæ. lupinis Medic.—78. Leithæum. Alii Lethæum, male. v. ad Æn. vi, 705.—79. Ex vulgari interpretatione, ut ad præceptum v. 71 redeat poëta, sententia erat implicita ac perplexa. Jo. Schrader. occurtere volebat transpositione versum: 82. 88. 79. 80. 81.—80. Nec Parrhas. Voss. Goth. pr.—81. Effectos Zulich. Effectos Vratisl. et Goth. pr., etiam Romanus; aberrationes librariorum. conf. inf. u. 417. immundos Menag. alter.—83. requiescat Ven. requiescent Rom. et

NOTE

73 *Farra*] *Far*, purissimam et optimam frumenti genus.

74 *Siliqua quassante legumen*] *Siliqua*, folliculus, involucrum seminis. *Quassante*] Active, pro *quassata*, nimirum a vento, cuius impulsu siliqua crepitant. Sic. Æn. i. 238. *voleantibus annis*, pro *volutis*. *Legumen*] Fruges, quæ non secantur, sed manu leguntur.

75 *Vicia, tristisque lupini*] *Vicia*, legumen minutis et nigrantibus in

siliqua granis: *Viciae Lupinus*, aliud legumen, *lupis*, cuius semina sapore amarissima, unde *tristis* dicitur.

78 *Lethæo*] *Oblivioso*: a fonte inferorum *Lethe*, cuius undæ epotæ rerum omnium oblivionem inducunt: a ληθῃ, *oblivio*. Æn. vi. 323.

80 *Ne saturare, &c.*] iv. Præceptum est, *De sterilitatis remedis*, quæ tria præcipue sunt, *stercoratio*, *cinerum jactatio*, *glebarum cum stipulis transversis*.

Nec nulla interea est inaratae gratia terra.
 Saepè etiam steriles incendere profuit agros,
 Atque levem stipulam crepitantibus urere flamnis : 86
 Sive inde occultas vires et pabula terre
 Pinguia concipiunt; sive illis omne per ignem
 Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor;
 Seu plures calor ille vias et caeca relaxat
 Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas ; 90
 Seu durat magis, et venas astringit hiantes :
 Ne tenues pluviae, rapidive potentia solis
 Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
 Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes,
 Vimineasque trahit crates, juvat arva ; neque illum 95

variatis segetibus: et interim terra, quae non arata fuerit, non caret utilitate.
Saepè etiam stile fuit accendere agros infuscundos, et cremare leves calamos igne crepitante: sive quia terra sumit inde secretam virtutem et pingue alimentum: sive quia omne ejus vitium igne consumitur, et humor nimius exsiccat: sive quia calor ille aperit plures meatus et clausa spiracula, per que succus infusat in plantas novas: sive quia ille calor magis indurat terram, et comprimit rimas apertas; ne tenues imbre, vel frigus penetrans Borea exsiccat eam. Ceterum illi qui rumpit rastris glebas inutilis, aut qui trahit vimineas crates super illas, talde prodest agris: nec flava

ed. Ven. Heins. emendabat requiescant: quod alienum esset a rei rusticæ rationibus. *fecibus* error fragm. Moret.—84. *Sentes et steriles fragm. Moret.*—87. *avum vel ignem* Zulich.—88. *exundat Parrhas.* a m. pr.—89. *pluris vestiatiores* præter Medic.—91. *constrigit* Ven. et Parrhas. *restringit* Moreti pr.—92. *tenuis* Rom. cum aliis Heinsianis. *rapidive* Heins. e melioribus retraxit; nam sic iam Alld. pro quo. quod odd. occuparat.—94. *rastris.* Jo. Schrader. conj. *rutris*, ligonibus. Sed Plin. xviii, 49, 3 occatio—*crate vel rastro.* Alius rastri, seu sarculi dentati, usus memoratur post sationem v. 116. Meliorem locum haberet conjectura *En.* vii, 725 *vertut felicia Baccho Musica qui rastris:* puteo *rutris* melius fodii vineas. Verum noli tarbare: Etiam vineas colentes aratro, adeoque et rastro, glebas frangunt; v. c. Co-

NOTÆ

86 *Sive inde, &c.]* Quatuor causas profert hujus incendi. Ut terra novum inde alimentum concipiatur, ex eorum philosophia, qui omnia ex igne docebant procreari. Ut noxius humor exsicetur. Ut densitas terræ relaxetur. Ut ejusdem raritas astrinatur.

93 *Boreæ penetrabile frigus adurat]* De Boreæ, Ecl. vii. 51. *Penetrabile passiva vox, active sumpta, pro penetrans.* Sic *En.* x. 481. *Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.*

Adurat] Vox tam frigori, quam calori attributa. Lucan. l. iv. 52. *Urebant montana nires.* Tacit. l. xiii. Ann. Ambusti artus vi frigoris.

94 *Multum adeo, rastris, &c.]* v. Præceptum, *De agri complanatione.* Cujus duplice modum. Alterum per occas vel rastros: *herce, râteau.* Alterum, per secundam aratri impressionem, qua recti sulci sulcis aliis oblique ductis subiguntur. De Cere, Ecl. v. 79.

Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo ;
 Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga,
 Rursus in obliquum verso pertumpit aratro,
 Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.
 Humida solstitia atque hyemes orate serenas, 100
 Agricolæ ; hyberno lætissima pulvere farra,
 Lætus ager ; nullo tantum se Mysia cultu
 Jactat, et ipsa suas mirantur Gargara messes.
 Quid dicam, jacto qui semine comitans arva
 Insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae ? 105

Ceres frusta illum aspicit ex alto cælo. Valde etiam prodest ille, qui ducto oblique aratro, proscindit iterum tumores sulcorum, quos excitaverat prima agri aratione : et qui assidue colit terram, et domat agros. O agricola, petite a Diis autem humidam, et hyemem siccam ; frumenta copiose sunt, et ager fertilis est, ex siccitate hyemali. Nullam aliam ob culturam sic Mysia gloriatur et ipsa Gargara admiratur suas segetes. Quid dicam de eo, qui projecto semine statim agros exercet, et frangit globos terra male compactas ? Postea inducit in agros consitos

luna. III, 18, 3 de Arb. 12, 2.—95. nec Ven. Goth. pr.—96. spectet Parrhas.—97. suscit Moret. pr. qui suscitat Gud.—98. obliquum Medic. et Gud. pertumpit multi scripti et excusi ap. Pier. et Heins. sic et Alld. pr. et sec. perrupit Voss. pr. et Bodlei. ap. Martin. pertumpat Cantabr. ibid. in oblitum Ven. avator Goth. pr.—99. armis Bodlei.—100. optute Moret. qu. a m. sec. Arundel. ap. Martin. edit. Plin. La Cerda ; et ita legisse videtur Plin. xvii, 2, nisi potius ex interpretatione dixit, ut etiam a Servio factum in Nota ad h. l.—102. Mœsia in multis et antiquioribus, vid Heins. et Pier. At Mysia Rom. cum alio Pierii, Medic. Gud. Moreti frag. ; et sic editum a Commelino e Palati, hincque ab aliis; idque ratio postulat, cum Gargara sequantur. Mœsia uterque Goth. cum aliis. Mœsia Cantabr.—103. Deb. et —mirantia ; sed est : et non tantum mirantur.—104. jacto cum Moret. sec.—

NOTÆ

100 *Humida solstitia, &c.] vi. Praeceptum, De exoranda a Diis commoda tempestate. Commoda autem erit, si et aestas opportunis pluviosis mitigetur ; et hyems siccitate frigida ac serena temperetur. Solstitia dixit, pro aestate. Vide Ecl. VII. 47.*

102 *Nullo tantum se, &c.] Sensus est : Nullus cultus tantum prodest Mysia et Gargaris, fertilissimis regionibus ; quantum illa cœli temperies. Mœsia] Vel Mœsia, duplex : Europæa, quæ proprie Mœsia dicitur, inter Macedoniam, Thraciam, et Daciam ; nunc Serviam, Bulgaria, et Ressarabiam complexa. Asiatica, quæ proprie Mysia, de qua hic sermo est,*

Asiae Minoris pars maxime occidentalis, ad Propontidem, Hellespontum, et Ægeum mare ; Troadem undecunque ambiens, nisi qua parte Troas mari alluitur. Gargara] Pars Idæ montis, et oppidum in Troade : regiones ubertate memorabiles.

104 *Quid dicam, jacto, &c.] vii. Praeceptum, De cooptione seminis. Cominus] Vulgo locum notat, quasi prope, et vicino loco : hic tamen signat tempus, quasi, statim, sine mora. Et hanc quoque habere significationem notat Cujacius l. ii. Observ. c. 39.*

105 *Male pinguis arena] Arena sepe pro terra qualibet. Et vero Ge. iv. 291. pro limo Nili sumitur, qui pin-*

Deinde satis fluvium inducit rivosque sequentes ?
 Et, cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
 Ecce supercilio clivosi tramitis undam
 Elicit ? illa cadens raucum per levia murmur
 Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. 110
 Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,
 Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
 Cum primum sulcos æquant sata ? quique paludis
 Collectum humorem bibula deducit arena ?
 Præsertim incertis si mensibus amnis abundans 115
 Exit, et obducto late tenet omnia limo :
 Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.

aquam et rivos fluentes: et cum terra exsiccatu languet herbis arecentibus; ex impróviso educit aquam ex summitate canaliculi inclinati; illa cadens raucum strepitum moret inter lapides alritos, et ebullitionibus humectat agros aridos. Quid dicam de eo, qui, ne calami concidant sub pondere plenarum spicarum, amputat superfuitatem segetum, quando herbeæ tenera sunt, statim atque herbeæ æquales sunt sulcis? Et de eo, qui deritat ex terra bibula aquam illic collectam instar paludis? Præcipue si mensibus dubiis fluvius tumefactus exundat, et undique tegit omnia limo superjecto: unde cavæ fossæ fiant madidæ tepida uligine. Tamen licet

105. *tumulosque Medic. a m. sec. Parrh.*—106. *rirosque fluentes Rom.*—107. *herbas Gudian. extuati Goth. pr.*—108. *diversi transitis Menag. alt.*, forte pro *deversi*, h. deorsum versi, ex interpretatione.—109. *Elicit Rom. Et licet Gudian. illa scatens Erf. a pr. m. raucumque Medic.*—111. *gratidus ed. Mediol.*—113. *equat Goth. pr. Viro docto ap. Servium hic versus adeo se probavit, ut adscriperit: "Sane Virgilii hoc hemisticchium unum de invictis est."*—114. *deducit in herba Goth. pr. ex versu 112.*—115. *certis ap. Probum Grammat. lib. I. quod ferri possit, verum tamen non est. cum mensibus Reg. apud Martin.*—116. *Exit obducto Gudian.*—117. *trepido Menag. pr.*—

NOTÆ

guis est: *Et viridem Ægyptum nigra fuscundat arena.* Et Ge. II. 139. dicitur: *thuriferis Phanchaïa pinguis arenis.* Atque ita male pinguis non hic est, sterilis terra; sed male, intempestive, et frustra compacta et conglobata.

106 *Deinde satis, &c.] VIII. Praeceptum, De irrigatione agri sicciорis.*

110 *Scatebris] Effusionibus, ebullitionibus. Scatebra est a scatoe; ut latebra a lateo: et scatoe est redundo, ex plenitudine effluo: proprieque de fontibus dicitur, translative de aliis, ut scacentem Bellus pontum. Horat. Od. III. 27. 20. Scatet urtica plurimis remediis. Plin. I. XXII. 13.*

111 *Quid, qui, ne gravidis, &c.] IX.*

Praeceptum, *De noxia pinguedine coercenda.*

112 *Depascit] Ut calami breviores et crassiores surgant, atque adeo ferrendo spicæ oneri aptiores.*

115 *Incertis mensibus] Veris et Autumni: quando tempieres nunc suda, nunc pluvia, semper dubia est.*

117 *Tepido sudant, &c.] Plerique explicant de fossis agros dividentibus, quæ aquis implentur. Ego de cavitibus, quæ pluvia impetu, aut aquæ insidentis pondere fiunt in agris, et uliginoso sudore diu postea madent. Tepido] Quia terra autumnali verna que pluvia intepescit, quo tempore generantur vermiculi, &c.*

Nec tamen, hæc cum sint hominumque boumque labores
 Versando terram experti, nihil improbus anser,
 Strymoniæque grues, et amaris intuba fibris, 120
 Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi
 Haud facilem esse viam voluit; primusque per artem
 Movit agros, curis acuens mortalia corda;
 Nec torpere gravi passus sua regna veterno.

Ante Jovem nulli subigebant arva coloni: 121
 Nec signare quidem aut partiiri limite campum
 Fas erat: in medium quærebant; ipsaque tellus
 Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
 Ille malum virus serpentibus addidit atris,

hominum et boum labores experti sint hæc omnia, terram exercendo: præterea malignus anser, et grues Thraciæ, et cichorea, cujus radices amarae sunt, nonnihil obstant; et umbra nocet. Ipse Jupiter colenda terre noluit rationem esse faciem: et primus ex arte versaverit terram, excitans curis hominum animos: nec passus est sua regna languere tristi otio. Ante Jovis tempora, nulli agricultæ exercerant agros. Ne licebat quidem notare, aut definire terminis agros. Quærebant cibos in commune, et ipsa terra sponte producebat omnia, nemine exigente. Jupiter adiunxit

.....
 118. *labores deest Gndiano. hominumque deumque labores ap. Serv. Æn. II, 306. borum unus Mead., perpetuo, cum sunt Serv. Leid.—120. intiba plerique. intyba alii. intuba antiquior scriptura. v. Pierium. Subest ratio, quod Romani & Gallico fere more, si breve esset, pronuntiarunt; unde substitutum passim y. In aliis pronuntiatum ut o, unde rotundus, vortere, arduos.—122. pri-musque parentem Romanus.—124. sua jura ed. Ven.—125. subiebant Leid. sec. et Voss.—126. Ne signare quidem e vetustis multi, etiam Romanus: perpetua varietate, et sequuntur fere hoc viri docti. Debebat utique alterutra ratio constanter servari. signare solum recitat Macrob. Sat. I, 8, forte memorie fraude.—128. Jo. Schrader. conj. Omnia, et uberior. —131. discussit Zulich. et*

NOTÆ

118 *Nec tamen, &c.]* Enumeratio di-versarum rerum, que segetibus no-cent. *Anser* nocet, *l'oe*: tum quia ex Colum. I. VIII. 13. *Quicquid tem-erum contingere potest, carpit*: tum quia ex Pallad. I. I. 23. *Anserum stercus satis omnibus inimicum est. Grues no- cent, quia, quemadmodum aves ce- teræ, semina deprædantur. Strymo-niæ dictæ, quia circa Strymonem, Macedoniæ fluvium, in confinio Thra-ciæ, frequenter versantur. Nocet et Intybum, vel intybas, olus e cichoreæ genere: vel quia radicibus serpit la-*

*tius, vel quia ab anseribus expeditur, eosque allicit: ex Turnebo. Umbra denique nocet, quia, ut monet Plinius I. XVI. 12. *Aliquando nutrit, ali-quando noverca est.**

121 *Pater ipse, &c.]* II. PARS, *De origine agriculturæ.*

124 *Vetero] Veternum et Veternus,* morbus est stuporem inducens, tam animi, quam membrorum: alii ad lethargum, alii ad hydropisim, alii ad phthisim referunt. *Hic pro otio et desidia sumitur.*

Prædarique lupos jussit, pontumque moveri;
 Mellaque decussit foliis, ignemque removit,
 Et passim rivis currentia vina repressit:
 Ut varias usus meditando extunderet artes
 Paulatim, et sulcis frumenti quereret herbam;
 Ut silicis venis abstrusum excuderet ignem.
 Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas;
 Navita tum stellis numeros et nomina fecit,
 Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.

180

185

noxium venenum nigris serpentibus: et voluit hypes voraces esse, et mare agitari, et excusari mel e foliis arborum, et occultari ignem, et stitit vinum ubique flens in rives: ut experientia obseruando excogitaret paulatim diversas artes, et colligeret spicas frumenti e sulcisi, et exprimeret ignem occultum e venis lapidum. Tunc primo fluminia tulerunt arbores cavatas: tunc nauta attribuit ordinem et nomina sideribus; appellans Pleiadas, Hyadas, et lucidam ursam Lycaonis filiam. Tunc reportum

fragm. Moret. *suppressit* Moret. pr., quod Burmanno placet; mihi non *sequi*, esset enim vulgare pro poëtico. *removit* post *moveri* forte non satis gratum.—182. *rivos Ven.*—183 et 185 ex more in simili vocabulo variatur. Alii *extuderet*, *extruderet*, *excuderet* (ut in utroque Gothano) *exfoderet*: cf. Ge. iv, 315. *medicando* Menag. alter. *Et duo Martin.* male pro *Ut.*—184. *Ut item et sulcis conj.* Waddel. *herba Parrhas.*—185. *Ut Heins.* e melloribus; antea *Et s.* ut in utroque Goth. Eratque hoc haud dubie lenius: nisi etiam *ut sulcis adsciveris.*—186. *Tunc alnos fluvii primum scripti Heins.* præter Medic. et Gud. *alios* Scheff. *alnus* Mentel. pr. a m. pr.—187. *stellas* Menag. alter. *Navita cum stellis laudat Serv.* ad Æn. vi, 64. *dum ed.* Norib.—188. *Pliadas* ali: ita atque *Hyadas* scribendum foret. Alii *que adji-*

NOTÆ

181 *Ignemque removit]* Non extinxit, aut abstulit; sed tantum oculuit, vel in lapidibus, vel in terræ visceribus. Illum vero, quia necessarium ad humanos usus, dicitur Prometheus dolo furatus esse: ut jam narravimus Ecl. vi, 42.

188 *Pleiadas]* Stellæ sunt septem in collo Tauri. Sic dictæ, a πλειά ναῦιο, quia navigandi tempus indicant, cum orientant circa æquinoctium vernum, unde dicuntur Latinis a vere, *Vergiliæ*. Dicuntur etiam *Atlantides*, ab Atlante Mauritanie rege, cuius filie fuerunt, ex Pleione Nympha. Harum nomina *Electra*, *Alcinœ*, *Celeno*, *Stereope*, *Taygeta*, *Maia* Mercurii mater ex Jove: quæ sex dicuntur

apparere, quia Deos amatores habuerunt; Septima *Merope*, quia mortali Sisypho nupsit, p̄ se pudore latere. *Pleiadas*, hic quadrasyllabum est: apud Ovid. Fast. iv. 109. trisyllabum, *Pleiades* incipiunt humeros relevare paternos: apud Statium Sylv. i. 2. 96. etiam prima brevi. *Hæc per et Ægæas hymenes, Pliadumque nivorum Sidus.*

Hyadas] Stellæ sunt septem, in fronte Tauri. Sic dictæ ab θω phio, quia pluvias creant. Latine *Saucæ*, ab eadem illa Græca voce; non a *suibus*, quam imperitorum esse opinionem, ait Cicero. De Nat. Deor. II. 111. Finguntur quoque Atlantis fuisse filiæ, ex Æthra matre: quæ cum Hyantem, fratrem suum, a leone

- Tum laqueis captare feras, et fallere visco,
Inventum, et magnos canibus circumdare saltus. 140
 Atque alias latum funda jam verberat amnem,
Alta petens ; pelagoque alias trahit humida lina.
 Tum ferri rigor, atque argutas laminae serrae,
(Nam primi cuneis scindebant fissile lignum)
 Tum variae venere artes : labor omnia vicit 143

est, capere feras laqueis, et decipere visco : et cingere canibus magnas sylvas. Et jam alias projicit reticulum in latum fluvium, se committens alto fluvio, et alias trahit e mari retia humida. Tunc venit durities ferri, et laminae serrae stridentis ; (nam maiores dividabant cuneis lignum fissile.) Tunc variae artes prodierunt : magnus



ciunt.—139. *Tunc Medic. a m. pr. laqueo unus Mead. hibisco conj. virorum doctorum ap. Burna.*—140. *Inventum : magnos unus Arand. Inventum est : m. unus Mead.*—141. *tam e. Gud. verberat mallet Heins. funda latum ed. Junt. ex Ald. pr. et sec., ut in Goth. pr.*—142. *Alii jam apud Servium post annos distingunt, et jungunt Alta petens pelagoque. Ita Reiskins ingeniose emendabat : Alta petens pelagoque, aut pelagoque. ligna Menag. alt.*—143. *Alli seræ, seræ, laminae.*—144. *primum admodum multi. Versum totum pro inserto habebat Jac. Bryant v. c. ; et fateor me ipsam in ea sententia fuisse. Verba quidem sunt admodum ornata ; et iterum Æn. vi, 181, cuneis et fissile robur Scinditur. xi, 187, Robora nec cuneis—scindere—cessant : Verum alienum a re est id, quod inseritur, et sententiarum nexus inde languorem contrahit. Jam primum ed. Ven. Enimvero Nam primi editum jam inde ab Aldid. scindebant Cantabr. fissile robur Leidens. unus a m. sec.*—145. *rates pro artes Ven. ticii recte Heins. e melioribus non primus dedit sed revocavit post*

NOTE

interfectum, insolubiliter lugerent ; miseratione Jovis totidem in stellas conversæ sunt : et ad pietatis memoria, nomine fratri, et imbrifera virtute insignitæ. Nominaf: Ambrosia, Eudoxa, Pasithœ, Coronæ, Plexauræ, Pythe, et Tyche.

148 *Lycaonia Aretum] Ursæ, Graece Ἄρτες, signum cœlestis. Duplex est, major et minor : utraque circa polum septentrionalem, qui inde vocatur Arcticus. Major vocatur etiam Helle, ab Ἀρτῃ circumscriptio, quia circa polum volvitur majori circuitu, quam minor. Minor vocatur Cynosure, a κύνῳ cœsis, et ὄψῃ cœnde ; majorem nautæ Græci, minorem nautæ Phœnices intuebantur. Major fuit Lycaonis Areæ regis filia, Callisto*

dicta: quæ a Jove amata, a Janone in ursam conversa est ; eaque sub forma cum ab Arcade filio, quem ex Jove suscepérat, prope esset occidenda, in colum a Jove cum eodem filio raptæ est : et ipsa quidem in sidus ejusdem nominis, filius in Bootem sive Arctophylacem mutatus est. Minor ursa Nympha fuit e nutribus Jovis in grati amici testimonium eo translatæ. De maiore hic sermo est.

141 *Funda] Reticulum est quod in amnem projicitur, a fundendo dictum, inquit Servius : melius a fundo, ut Taubmannus suggerit. Humida lina] Retia e lino contexta.*

148 *Ferri rigor] Ars indurandi ferræ, et sub hac specie artes metallicæ omnes exprimuntur.*

Improbus et duris urgens in rebus egestas.
 Prima Ceres ferro mortales vertere terram
 Instituit: cum jam glandes atque arbuta sacrae
 Deficerent sylvæ, et victimum Dodona negaret.
 Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos 150
 Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
 Carduus: intereunt segetes; subit aspera sylva,
 Lappæque tribulique; interque nitentia culta

labor superat omnia, et necessitas urgens in rerum inopia. Ceres prima docuit homines morere terram ferro: cum jam glandes et arbuta sacrae sylvæ deficerent, et Dodona recusaret cibos. Deinde addita est frugibus materies laboris: nempe, ut noxia rubigo abnameret calamos, et carduus inutilis horresceret in agris: segetes emoriuntur: succedit copia herbarum asperarum et lappæ, et tribuli; et infelix

Ald. tert. Naugerii. Vulgo rincit.—146. *surgens* Medic. a m. pr.—148. *sacra* ed. Genev. cum Servio Dan.—149. *Defuerant* nonnulli apud Pierium. *nega-* rent Rom.—150. *frumenti* Gud. et Goth. sec. a m. pr. ex *frumentis* conj. Burn., sed hæret in *labor*. vid. Not. et m. *culmus* Gud. et a m. pr. Parrhas.—151. *rubigo* meliores scribunt: deaderat hoc jam Commelin. e Palat. et revocavit Heins. pro *rubigo*, *horrescit* Ven.—153. *tribolique* Rom. Medic. et Gud. Sic etiam Ge. III, 583. *tirentia culta* Parrhas. et ed. Mediol. Sed vid.

NOTÆ

146 *Improbus*] Id est, juxta Serruum, *magnus*: juxta Pomponium, *con-*tinuus, juxta Ascensium, *modum nesciens*, et quasi *inastiabilis*: juxta Ramirem, *improbatus*: juxta alios, *incommodus*, *importunus*, *dificilis*. Eodem omnes fere recidunt. Sic *En.* XII. 667. *Fertur in abruptum magno mons improbus actu.*

147 *Prima Ceres*] Supra v. 19. *Arbuta*] Fructus arbuti, *Ecl.* III. 82. *Dodona*] *Sylva* in Epiro: supra v. 8. et *Ecl.* IX. 18.

151 *Rubigo*] Vitii genus, quo culmi nigrescunt, *nielle*. Ex nebula nascitur: vel ex pluvia aut rore, cum e spica non decutitur, sed Solis superventu putrescit. Hinc apud Romanos *Robigus* Deus, et *Robigalia* festa, x. Kal. Maias, ad aversendam hanc ptem.

152 *Aspera sylva*] Usurpatur et pro arundinibus, *En.* x. 710. *sylva pastus arundinea*. Pro *capillis*, apud Juvenal. 8. ix. 18. *Horrida siccæ Sylva come.*

Pro *leguminibus*, supra v. 76. *tristis-* que *lepini Sustuleris fragiles calamos*, *sylvanque sonantem*. Pro *terbis*, apud Cicer. De Orat. III. 108. *Sylva rerum et sententiarum comparanda est*. Igitur significat translative, *copiam multa-* rum rerum. Et usuvenit, ut poëtae congeriem breviorum poënitatum, di- versi carminis et argumenti, *sylvæ* vocarent: immo et singulatim eorum unumquodque *sylva*. Tales habemus Statii Papinii *sylvarum* libros quinque.

153 *Lappæque, tribulique, &c.*] *Lappa, glaueteron, bardane*: herba, capitula ferens hamis aspera; que vestibus prætereuntium adhærent. *Tribulus*: herba item floribus aculeatis. Gallico nomine caret. *Lolium, ȝιςδρος, de l'irraie*. *Nitentia culta*] Loca culta et pinguis: *nitere enim dicuntur vul-* go que pinguis sunt. Pari forma di- cet infra, v. 393. *aperta serena*, id est, spatia aëris serena et aperta.

Infelix lolium et steriles dominantur avenæ.

Quod nisi et assiduis terram insectabere rastris,

Et sonitu terrebis aves, et ruris opaci

Falce premes umbras, votisque vocaveris imbre :

Heu, magnum alterius frustra spectabis acervum ;

Concussaque famem in sylvis solabere queru.

Dicendum et, quæ sint duris agrestibus arma,

Queis sine nec potuere seri, nec surgere, messes :

Vomis, et inflexi primum grave robur aratri,

Tardaque Eleusinæ matris volventia plastra,

160

loliu, sterilesque avenæ regnant per aroa pingua. Quod nisi, et assidue terram proscindas rastris, et terreas volvres sonitu, et amputes falce ramos arborum ruris umbrosi, et precibus obtinueris pluriam : heu, frustra ridebis magnum acervum alterius, et cogeris subvenire fami succutiendo quercum in sylvis. Dicendum est quoque, quæ sint instrumenta durorum agricultorum : sine quibus segetes nec seminari, nec crescere possunt. Primo vomer, et gravis moles curvi aratri, et plastra Cereris

Burm. ad Ge. II, 211.—154. *nascuntur* Moret. sec. ex Ecl. v, 37, ubi idem versus.—155. *adsiduus* Ven. *herbam* Medic. uterque cum Regio ; et placere potest ; sed est interpretamentum, a rei rusticæ rationibus alienum : agitur enim hic de sartitione, quæ fit sementi peracta ; ad condenda semina : a quibus etiam aves abigendæ sunt ; et *insequi arru* jam v. 104 dixerat de sulcis satis, et satione facta : nunc *terram insectari*, instare agro sato, rastro inducendo. *sectabere Parrhas.* *ratri* Jo. Schrader. conj. et hic.—157. *umbra* Medic. Romanus cum multis.—158. *Heu frustra magnum alterius laudat* Sen. de Benef. VII, 5. *expectabis* Medic. Pierii et Bodlei.—159. *Concessam-que* ed. Gen., male. vid. inf. IV, 81. *Excusa unus Mead.*—160. *duris quæ* sint legi vult Cunningham.—161. non p. Zulich.—162. *Vomis vel Vomer Rot-* tend. vid. sup. v. 46. *Vomer* Goth. pr.—163. *Tardeque Voss.* *volventia ma-* tris *plastra* Goth. sec. *Eleusine* edd. vett. et Ald. pr. *Eleusinus* novavit

NOTÆ

157 *Umbras]* Ramos : sic infra v. 191. *At si luxuria feliorum exuberat umbra.*

160 *Dicendum et, &c.]* III. PARS. *De rusticis instrumentis.* Aratrum, la charre. Vomis vel vomer, ferrum aratri terram serans, le soc de la charrue. Planstrum, charrette. Tribulum, tabula ferro asperata, qua terebantur fruges : nunc sine nomine. Trahe, vel trahe, genus vehiculi sine rotis, traheau. Rastrum, in plurali, rastri vel rastra, ferreis aut ligneis dentibus armatum, râteau. Virgea supellec, panniers d'osier. Crates, clacie, ex arbuto arbore contexta. Ecl. III. 82.

Vannus, cribrum vel ventilabrum frumentarium, crible, van.

162 *Grave robur aratri]* Robur, vel est aratri moles et pondus ipsum, quod durum ac robustum est : sic Än. VII. 609. Centum ærei claudunt vectes, eternaque ferri Robora. Vel est lignum quodcumque, unde aratum fabricatur : sic enim aliquando robur sumitur, pro ligno quovis duriore : infra, v. 175. *Et suspensu jocis exploret robora fumus.* Sumitur etiam aliquando pro specie arboris e querceo genere.

163 *Tardeque Eleusinæ, &c.]* Plaustræ quorum rotæ non erant radiate,

Tribulaque, traheæque, et iniquo pondere rastri ;

Virgea præterea Celei vilisque supellex,

165

Arbuteæ crates et mystica vannus Iacchi.

Omnia quæ multo ante memor provisa repones ;

Si te digna manet divini gloria ruris.

Continuo in sylvis magna vi flexa domatur

In burim, et curvi formam accipit ulmus aratri;

170

Huic a stirpe pedes temo protentus in octo;

Binæ aures, dupli aptantur dentalia dorso.

matris difficile volubilia, et tribula, et trahe, et rastri magni ponderis. Præterea vallis et riminea supellex Celei, crates ex arbuto, et sacra vannus Bacchi. Qua omnia memineris multo ante parare et servare: si te spectat vera laus beati ruris. Principio in sylva, magna vi inflexa, subigitur ulmus in burim; et caput formam curvi aratri. Huic buri jungitur per imam partem temo extensus in octo pedes, accommodantur binæ aures, et dentalia quæ habent duplex dormum. Ampudatur

poëta pro vulgarī Ελευθερίος.—164. Tribulaque laudat Nonius Marcellus. Est sane tribula et tribulum a τριβόλοις. cf. *Anæ de Villouze* v. c. ad Longum p. 120. traheæque Medic. et al. et abest a Voss. pr. rastre Goth. pr. rufrum et hic Jul. Sab. prescriptum habet; sed ille, ex Probo suspicor, omne instrumentum rusticum enumerat.—165. Celei Mentel. Gud. At est Kellos.—166. mystica vallus Romanus, utrumque scriptura antiqua.—167. prævia Leid. sec. reponas Medic. Pierii; et alii ap. Burm.—168. novet Rottend. pr.—169. donetur fragm. Moret. inflexa Parrhas.—171. ab stirpe Medic. a m. sec. et al. protensus Menag. pr. prætentus Moret. quart.—172. Bina auris Moret. pr., probat Heins., rejicit Burm. Bina etiam

NOTÆ

sed instar tympanorum e solidis tabulis; atque ita axi impactæ, ut una cum eo volverentur. Tali vehiculo simulacrum Cereris circum agros ducebatur: adhibebatur etiam ferendis aliis oneribus. Ejus usus, tam in sacra Cereris, quam in re frumentaria, ab Eleusi, Attica urbe, ubi regnavit Cœlus, supra v. 19. *Voleantem*] Passive significat, ut Ἀen. i. 298. volentibus annis, id est, revolutis, voluntibus.

166 *Mystica vannus Iacchi*] Mystica, id est, in mysteriis Bacchi adhibita. Vel quia Isis dicitur cribro impostrisse membra Osiridis, sive Bacchi, a Typhonie dilaniata. Vel potius quia Baccho primitias frugum in vanno rusticæ offerebant. De Iaccho, Bacchi nomine, Ecl. vi. 15.

169 *Continuo in sylvis, &c.*] Aratri descriptio. Ulmus, orme, apta ejus materia. Buris, aratri curvatura, et principia pars aratri, cui cetera aptantur. Temo, qui usque ad jugum, inter boves aut equos extenditur. Dentalia, quibus vomer infigitur et imponitur: dicuntur *dorsus duplex*, id est, ut vulgo explicatur, lata, et crassæ: ut Ge. III. 87. *At duplex agitur per lumbos spina*: vel quia reipsa duplex habent latus. Aures, annexi circa vomerem asserculi, quibus sulcæ amplior fit. Jugum, quo domantur alligati equi aut boves: idque, vel ex tilia, arbore levissima, tillei; vel ex fago, hêtre, de qua Ecl. i. 1. Stire, pars quam agricola manu temet, ad regendum aratrum, le manœ.

Cæditur et tiba ante jugo levis, altaque fagus,
Stivaque, quæ currus a tergo torqueat imos;
Et suspensa focis explorat robora fumus.

175

Possum multa tibi veterum precepta referre;
Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti sequanda cylindro,
Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci:
Ne subeant herbæ, neu pulvere victa fatiscat;
Tum variae illudant pestes: sæpe exiguus mus

180

quoque prius tibia levis ad jugum, et fagus alta: et stiva, quæ regat posteriorum aratri partem: et fumus probat ligna illa suspensa ad focum. Possum enarrare tibi multa antiquorum precepta, nisi nolis, et te tœdeat discere minima queque. Præcipue oportet complanare aream magno cylindro, et manu tractare terram, et armare creta tenaci: ne herbae nascentur, et ne area siccitate resoluta rimas agat. Præterea varii hostes nocent, sæpe parvus mus facit domum sub terra, et struit hor-

.....
Goth. pr., dentile Moret. sec. Copalam nuspiam adjici: duplicitus miror; cum solenne hoc sit librariis.—173. talea Gud., male, et adversante metro. Editur et Mentel. tert.—174. Stivæ quoque et currus ed. Ven. Stivæ currus Bodlei. Molesta utique copula in Stivæque. Debebat esse fagus, stiva, per appositionem, que sit stiva. Martinus non male emendandum arbitratur altaque fagus Stivæ que c. uti jugo, h. ut ex ea jugum fiat, cæditur titia. Quod tamen stiva cæditur absurdè dictum videtur viro docto, mirari licet; non cogitabat, se in poëta versari, cui dici poterat Stivæque pro: et arbor, que stiva sit. Apud eundem vir doctus paulo post legebat currus; non bene. Nam aratum non currit, nec cursum aratri quisquam facile dixerit. Jo. Schrader. transposit 174, 173. De ceteris vid. Notam.—175. explorat reposuit Heins. e Medic. a m. pr. et aliis, ut et Goth. sec. Sic quoque Pierii Rom. et Oblong., ut cum cæditur conveniat. Vulgo in editis et scriptis explores. Eadem varietas in Anglicis MSS. ap. Martin.—177. cognoscere causas Oblongus Pierii.—178. cum primis Medic. isterque et plerique vett., etiam apud Pierium. Alli cum primis, quod vulgare esset, quem primum, sum primam, v. Gell. xvii, 2. Etiam est ab aliis interjicitur.—179. terrensis ed Medicol. Sed fodienda est terra et communiuende gleba, ut Cato c. 91. Evertens Rottend. sec.—181. illudens Heins. post Pieriam e melioribus

NOTE

174 Currus torqueat imos] Aratum, quod quibusdam in regionibus instruitur rotis. *Imos* Posteriorem aratri partem, quæ idcirco ana est, quia vomerem continet, atque ita magis in terram propendet.

175 Exploras robora fumus] Probata enim soliditatis ea sunt ligna, quæ fumo exposita rimas non agant. *Supra* v. 162.

178 Area cum primis, &c.] Instru-

mentis rusticis annexit preceptum, De parvanda ad fringes terendas area, Fatre. *Cylindro*] Lapis rotatili et tereti, id est, longo ac rotando, in modum columnæ, a rolo vero.

179 Crete] Terra argillosa ac tenaci.

180 Pulvere] Siccitate, quæ pulverem creat: ita supra. v. 101. hyperboles iestimana pulvere farva.

181 Exiguum mus] Mus rusticus ac

Sub terris posuitque domos atque horrea fecit;
 Aut oculis capti fodere cubilia talpæ;
 Inventusque cavis bufo, et quæ plurima terræ
 Monstra ferunt; populatque ingentem farris acervum 185
 Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
 Contemplator item, cum se nux plurima sylvis
 Induet in florem, et ramos curvabit olentes:
 Si superant foetus, pariter frumenta sequentur,
 Magnaque cum magno veniet tritura calore: 190
 At si luxuria foliorum exuberat umbra;
 Nequicquam pingues palea teret area culmos.

*rea: aut talpæ privati oculis fodiant cubilia: et bufo in cavernis reperitur, et multa
 alia animalia quæ terra producunt: et curculio, et formica providens egenæ senectutæ,
 corrodunt magnum cumulum frumenti. Præterea contemplare: cum in sylvis multa
 nux vestiet se floribus, et demittet ramos odoriferos: si flores plures sint quam folia,
 similiter frumenta succident; et veniet magna ubertas, cum magno calore. At si
 rami abundant nimia copia frondium; frustra conteres in area manipulos, palea crassos.*

firmavit; emendaverat jam Nanger, in Ald. sec. Sic et Goth. sec. illudunt
 allii et Ald. pr., quam sequuntur plerique. Cum varia illudunt Ven. Nam
 variae illudunt legebant Reiskius.—182. *domus* Pierii Longobard. Moret. sec.
 et Goth. sec.—183. *oculos* capti eleganter laudat Nonius Marcellus. Idem
forere habet: III, 420 coluber forit humum. IV, 43 *Sub terra foecore larem*. Est
 tamen nil nisi librarii lapsus.—185. que post *populat* exulat a Mediceo Pierii;
 nec male. *populatque* Moret. pr. et Parrhas. *gurgulio* scribitur in multis,
 item *curgulio*.—186. *metuensque inopi* laudat Schol. Horat. Cruquianus Sat. I, 1.
 —187. *Contempletur* Rottend. a m. pr.—188. *Induit* et *curvarit* Rufinian. de
 Schematis Lexeos pag. 34. *Induit* Gud. *curvarit* Medic. *curvarit* Ven.—189.
sequuntur Goth. pr.—191. *luxuriae Voss.* *luxuriae Rom.* Pierii. *luxuriae* Par-
 has, et Huls. in ed. Cunningham, qui est Regius Burm., atque sic in eadem
 edit. expressum est. *luxurianæ conj.* Heinsii. *exsuperat* duo apud Martin.,
 vitiōse. *exuberat* Pierii Mediceus.—192. *pinguis palea* Heins. e Medic. et
 aliis; etiam Romano et Medic. Pierii, tum Serv. *pingues palea* Mentel. pr. et
 Goth. sec. *pinguis vel pinguis palea vulgo editum.* *palea pinguis* Moret. pr.

NOTÆ

subterraneus, mulot. 184. *Bufo, cra-*
pas. 186. *Circulio*, vermis frumenta
corrodens: dictus quasi *gurgulio*,
quia nihil in eo fere præter guttur,
calendre, charenson.

187 *Nux]* Nucis variae sunt spe-
 cies: amygdalam hic intelligunt rei
rusticæ scriptores, cujus flores ferti-
litatione indicium esse statuunt,

190 *Tritura]* Terendi actio, et hic
pro fertilitate usurpatur: ubi enim

multæ fruges, ibi multa opus est tri-
tura.

192 *Pingues palea]* Alii legunt *pa-*
leæ: et referunt ad *culmos*, *paleæ cul-*
*moe: melius alii cum Servio *palea* in*
ablat. et referunt ad *pingues:* sensus
que est; culmos, non granis et fructu,
sed inutili paleæ pingues fore.

193 *Semina vidi, &c.]* Aliud addit
præceptum, De seminum cura. Qua
 de re duo consultit, medicationem, et

Semina vidi equidem multos medicare serentes,
 Et nitro prius et nigra perfundere amurca:
 Grandior ut foetus siliquis fallacibus esset;
 Et, quamvis igni exiguo properata maderent,
 Vidi lecta diu, et multo spectata labore,
 Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
 Maxima quæque manu legeret; sic omnia fatis
 In pejus ruere, ac retro sublapsa referri.
 Non aliter, quam qui adverso vix flumine lebum
 Remigii subigit, si brachia forte remisit,
 Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. 200

Ego quidem vidi multos satores condire semina, et spargere prius nitro ac nigra amurca: ut grana majora essent in folliculis vulgo inanibus. Ac licet modico igne madefacta properarent: tamen vidi ea, diu electa, et magna cura explorata, degenerare: nisi hominum industria singulis annis eligeret maxima quæque grana. Sic vidi omnia vi satorum obire in pejus, et retro acta converti. Perinde ac ille, qui contrario flumine ægre impellit remis cymbam: si forte remittat brachia, statim impetus rapit illum in profundem,

terit Romanus.—194. *præfundere* Ven. *amurga* scribit Medic. cum al.—196. *igne* Mentel. *Et tamen*. Expectabam in aliquo libro iri inventum: *ut, quantis*, quod etiam repositum Brunkius. Catræus et alii hujus versus fine majorem ponunt *otryphr*: ut adeo jungantur: *ut esset* et *ut maderent*. Potest auctoritas peti et Columella II, 10, 11. Volunt sententiam esse: *ut grandescerent semina, et ut citius coquerentur*. Doceri tamen velim a viris doctis, an poëta nunc de *re culinaria* cogitare potuerit: et quo exemplo *maderere* dicatur pro coqui. Maderere dicuntur ea, quæ aqua molliuntur, macerantur; ita ut semina intumescent. Dicere voluit Maro: Semina omnium frugum et leguminorum sensim degenerare; occurrere huic malo nonnullos, medicando grano—enimvero nec sic succurri satis posse; nisi legantur quotannis semina grandiora ad serendum: cf. Geopon. II, 17.—197. *Vidi ego laudat Colum.* II, 9, sed vid. Burm. *lecta* Zulich. et abest Moret. *expectata* idem cum Leid. et Voss. *Vidi lecta manus* Mead. ap. Martin., non male.—199. *manus* Medic. a m. pr. *legerent* Parrhas. a m. pr.—200. *sublata* Moret. fragm., ut etiam variatur *Æn.* II, 169. *Pro ac legitur hac, et.*—201. *qui ex adverso Leid. sec.*—202. *subicit* Serv. *subiit* Mentel. *remigio* Leid. pr.—203. *trahit* Romanus. v. Burm. *in prono* præceps legi testatur Pierius, et sic est in Rom. *anne vulgo*

NOTÆ

majorum electionem seminum, sed istud magis.

194 *Et nitro prius, &c. &c.]* Nitrum, succus calidæ naturæ, sali affinis; frequens in ea Ægypti regione, que inde Nitria vocata est. Fitque, vel Nili aqua, vel pluvia Solis ardore concocta lapidis in modum. Vulgo *sal petra* dicitur, *salpêtre*; sed male. *Amurca*, facies olivarum, sive sedi-

mentum et sordes olei.

195 *Fallacibus]* Vulgo enim leguminum folliculi, laxiores et ampliores, minima grana continent.

196 *Properata maderent]* Madescant propter humorum vi caloris eductum: atque ita fieri dicitur, ut citius crescant semina.

203 *Atque]* Hic significat statim, ut explicat Gellius, l. x. 29.

Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis
Hædorumque dies servandi et lucidus Anguis, 205
Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus et ostriferi fauces tentaunt Abydi.
Libra die somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atque umbris jam dividit orbem:
Exercete, viri, tauros; serite hordea campis 210
Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.

qua propendet fluvius. Præterea, nos agricultores tam debemus stellam Arcturi obseruare, et dies hædorum, et splendidum draconem; quam ille qui, recti in patriam per ventosum mare, exponunt se Hellesponto, et fretu Abydi ostriferi. Quando Libra fecerit horas diei et noctis aequales et jam distribuet medium mundum luci ac tenebris: exercete tauros, o agricultores, seminare hordea in agris, unque ad ultimas circiter pluvias dura bruma. Tempus quoque est abscondere terra segetem lini, et

ante Heins.—204. *tam sicut unus Moret.*—205. *dies signandi* Schol. Horat. Carm. III. 1. laudat. vid. Burn.—207. *ostriferi fragm.* Moret. Karioiem formam δ' Ἀβδος sequutus esse videtur poëta; nescio qua auctoritate. *fones pro fauces* vitioso Ven.—208. *die*, vulgo editum, Medic. a m. pr. cum ceteris coed. agnoscit, et Priscianus, Donatus, Probus. *Contra Charissius dñi scriptum fuisse contendit;* scilicet *diei contracte modo die modo dñi pronuntiatum est.* At Gellius N. A. ix. 14 illi credere se ait, qui *dies in ipso Virgilii apographo lectum fuisse traderent;* cum antiqui eodem modo secundum casum extulerint. vid. h. l. Heins. In Romano ap. Pierium *diei* scriptum erat, in reliquis *die.* *fecerat* Zulich. *cum ed.* Mediol.—209. *dividit* Heins. e meliori-

NOTÆ

204 *Præterea, &c.]* IV. PARS. *De duæ sunt arces, mille passuum tractectu dissitæ, Sestos in Europa, Abydos in Asia, les Dardanelles.* Totum illud littus ostreis ferax, unde Eanius: *Mures sunt Eni, aut supra ostrea plura Abydi.*

208 *Libra die, &c.]* I. *Præceptum, De satione hordei, lini, papaveris.* Ab æquinoctio autumnali, sive principio librae; ad extemos usque brumæ dies. Ubi bruma, non pro tota hyeme, sed pro hyberno solstitio ponitur, quod cadit in extremum Decembrem: atque ita Virgilium explicat Plinius, l. XVIII. 24. *Die]* *Diei;* antiquorum more, qui sic genitivum illum efferebant. Probat enim exemplis Gellius lib. ix. 14. ab iis dictum esse, *hujus dies, hujus dñi, hujus die;* quod nunc est, *hujus dñi.*

207 *Pontus et ostriferi, &c.]* Ple-
riique *Pontus* intelligunt Euxium,
latissimum illum maris sinum, inter
Propontidem et Maeotidem paludem.
Ego de *Hellesponto* accipio, *détroit de*
Gallipoli, onus in angustissima parte

Necnon et lini segetem et Cereale papaver
Tempus humo tegere, et jam dudum incumbere aratris:
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio; tum te quoque, Medica, putres
Accipiunt sulci, et milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum coribus annum

215

papaver Ceroris: et quamprimum incumbere aratris: dum terra sicca id permitit, et nubes pluviae suspensa sunt. Vere fit sementis fabarum: tunc etiam sulci molles excipiunt te, o Medica: et reddit annus cultus milii: quando taurus fulgens aureis

bus; *dividebat* intalerat Nangerius Ald. tert.—213. *rastris* in Romano et multis ap. Heins. et Pierium et in utroque Goth. Sic quoque quatuor apud Martium, qui ita exprimi curavit cum Brunckio; et placere possunt *rastri*, quia de *lini* et *papaveris* satione agitur jam facta, cui succedit sarratio: at aratio praecesserat. Insolentia sic dictum videri posset *incumbere rastris*: liceret tamen cogitare de *rastris iniquo pondere*: v. 164. Sed versus sequens declarat satis, poëtum præceptum de aratione tempestative facienda summatim iterare maluisse: eadem autem nec minus ager lino conserendus indiget. *ratris* Men-tel. a m. pr. *humo est tegere* Zulich. et *dadimus* idem cum Moret.—215. *satio* est Seneca epist. 86 et Parrhas. *cum te* idem et Toll. *tunc te* Seneca ibid.—216. *Accipiunt* Menag. et ed. Ven. *Accipiant* Parrhas.—217. *dum* Menag. pr.—

NOTÆ

213 *Cereale papaver*] Sic dictum: vel quia inventum a Cerere, juxta Ensebitum de Präpar. Evang. l. III. vel quod eo Ceres sua fuerit, ad oblivionem doloris de amissa Proserpina; juxta Servium. Vel quod simulacra Cereris illud in manu gestarent; juxta Brodæum et Turneb. Vel quod frequenter nascatur in segetibus, que in Cereris tutela sunt; juxta Protham. Vel potius, quia papaveris candidi semen totum in secunda mensa cum molle apud antiquos dabatur, et penis rustici eructa eo inspergebatur, juxta Plin. l. XIX. 8. idque ad delicias et famam exitandam: unde *vescum papaver*, id est, *adulce*, dicitur Ge. IV. 181.

214 *Dum siccæ tellure licet, &c.*] Ple-rique post Servium interpretantur: Antequam pluat, dum imber inninet, nequum venit pluviosa tempestas. Ego sic: Quoties, in illa ipsa pluviosa tempestate, terra aris pauci siccior, et imber suspensus. Et vero poëta

Delph. et Var. Clas.

sationem illam assignat Autumno, cuius ultima pars pluviosa est: eamdemque sationem profert usque sub extrema brume iambrem: non igitur jubet præveniri tempestatem imbriferam; sed illius tempestatis eos eligit dies, qui siccii magis ac sereni erunt.

215 *Vere fabis, &c.*] II. Præcep-tum, *De tempore sordida faba, medica, milii. Medica, herba est, in Greciam a Medis advecta, per bella Persarum, quæ Gracis Darius invalt: similis trifolio, optimum animalium pabulum, grand trofe, ou foin de Bourgogne; sensu sata, dicitur durare tricens annis a Plin. l. XVIII. 16. Unde hic opponitur milio, ou millet, cuius est annua cura, quia singulis annis serendum est.*

217 *Candidus auratis, &c.*] Tempus illius sationis assignat, non initium veris, sed ver jam adultum: quando *Candida* sive *Striga*, quæ stella est in ore canis majoris: occidit cornicis

Virg.

M

Taurus, et averso cedens Canis occidit astro.
 At si triticeam in messem robustaque farra
 Exercebis humum, solisque instabis aristis:

220

cornibus inchoat annum; et canis occidit, dans locum sideri retrogrado. Quod si preparas terram ad segetem tritici et far robustum, et soli frumento intentus es:

218. Disputationes de h. l. vide ap. Heinsium: tam parum expeditas et explicatas, ut non eruditior sed incertior hinc discedas. Vulgata lectio erat *adverso*: conveniunt in hac Medic. et Romanus, diversarum alias sectarum duces, cum iisdem aliis. Reposuit *averso* Heins. Gudianum, Mentel. utrumque, fragmentum Voss. et Servium secutus: sic et Goth. sec., et *averso* *incedens* Medic. Pierii. Cum tamen perpetua in his vocibus sit scripturæ varietas: ex ipsa lectione, utrumque bonis codi. munita, etsi *adverso* vel sic majorem auctoritatem codicium habet, confici controversia nequit. Atqui ad sensum nec minus utraque lectio sati convenit. Si *adverso* tuearis, tum *cedens astro adverso Canis* aut intelligi potest, cedens soli ex adverso posito, ut apud Columellam x. 54 *Solis et adversos metuent Atlantides ortus*; aut cedens TAURO, astro sibi ex adverso posito; haec lectio et interpretatio, more et usu poëtico firmata, præferenda videri potest propterea, quia secundum astrorum picturas veteres, ut in Farnesia tabula, quas poëtae sequi fere solent (v. inf. Not. ad iv, 233) *canis adversa Tauro* sedet. Alia ali comminiscuntur pro suo quisque ingenio; nihil vidi cui non aliquid opponi possit. Omnino in medio relinquendum puto, utrum poëta scriperit: cum utrumque bonum et poëta dignum sit. Tenebimus igitur, quod semel Heinsius intulit.—219. *triticea* Goth. sec. in abest a Moret. sec. in *mensam* Gud.—220. *solidique* non malam Waddelii

NOTÆ

cum Sole, apud taurum tunc existente: id est, quando Sirius descendit infra horizontem nostrum occidentalem; eodem momento, quo Sol in tauri existens infra eundem horizontem descendit. Hic est enim occasus *acronicus*, ab ἄπος *extremus*, et νῆση *nox*: quia fit in primo noctis termino, seu initio. Porro occasus ille canis, exente Aprili tum contingebat, nunc multo tardius.

217 *Aperi cum cornibus annum tauri*] Annum fuisse apertum ab *ariete* sive mense Martio, vulgare est; Virgilii tamen aperiri ait a *tauro*, sive mense Aprili: vel quod resperexerit ad etymon *Aprilis*, qui ab *aperiendo* dictus est, quia tunc aperiuntur omnia molliori tempestate: vel quod, ut ait Jos. Scaliger, locutus sit ex mente Hesiodi et Beotorum: qui annum *sum*, non ab ortu arietis; sed ab or-

tu Vergiliarum sive Pleiadum in tauri, inchoabant.

Auratis cornibus] Stigelius alludi putat ad morem Romanorum, qui triumphalium taurorum cornua inaurabant. Ego sic dici puto, quia lucidissimam in utroque cornuum acumine stellam *taurus* gerit; alteram secundæ, alteram tertie magnitudinis.

218 *Averso cedens Canis occidit astro*] Ita corrigit e MSS. N. Heinsius, cum antea legeretur, *adverso*, difficulti et ambiguo sensu, nunc piano. *Aversum* enim astrum, est *navis Argo*, pone *ca nem sequens*, et post eum occidens: illa autem, contra navium morem, aversa et posteriore sui parte incedens in *celo* describitur, puppe sci licet, non prora.

219 *At si triticeam, &c.*] III. Preceptum, *De tempore serendi tritici at*

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardantis decebat stella Coronæ,
Debita quam sulcis committas semina, quamque
Invitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiae coepere: sed illos
Expectata seges vanis elusit aristis. 225

Pleiades tibi occidunt matutinæ, et ardens stella coronæ Ariadnes recedat prius,
quam deponas in sulcis semina debita, et quam properes committere spem anni terra
repugnant. Plurimi inciperunt ante occasum Pleiadum, sed messis sperata fecerunt

(Animadv. Crit. pag. 7) conjecturam memorat Burmannus.—221. *abscondentur* Gud.—222. Alli *Cnosia* scribunt variatione solenni. *descendet* Ven. *descendat* Mead. unus. *succedit* conjiciebat Reikius. Jo. Schrader, *procedat*. Scilicet, aut in verbis aut in iudicio Virgilii vitium esse necesse est. Est autem in iudicio; et errat Maro. vid. Not. —223. *quamquam* Moret. sec.—224. *cædere* Medic. vid. Burm. *properis* Gud.—226. *aristis* Hains. e Medic. fragm. Voss. Moret. pr. et vet. Grammaticici: ut jam Pierius ex Rom. et aliis notarat. *aristis* etiam Goth. sec. habet. Vulgata lectio erat *arexis*; quod proprie hac in re dicitur; et quod post Pierium præstulit Cunningham. Videtur tamen proclivior error fuisse, ut ad *arexis* aliquis defleceret, quam vice versa. *arecris* Arundel, et Cantabr. Vide hic Martinum. *etaxit* Voss.

NOTÆ

farris; quæ dicuntur *robusta*: tum quia frumenta omnia multo plus habent, quam legumina, virium; adeoque terram exigunt multo pinguiorem: tum quia inter ipsa frumenta primum locum tenent *far* et *triticum*.

221 *Ante tibi Eoæ, &c.]* Tempus illud assignat ex duplice indicio: nempe post occasum *cosmicum* matutinum *Pleiadum*, et ortum *heliacum* matutinum *coronæ* septentrionalis: id est, quando Pleiades descendant infra horizontem nostrum occidentalem; eo momento, quo Sol ascendit supra horizontem nostrum orientalem: et quando corona septentrionalis satis distat a Sole; ut possit expidre se e fulgore Solis et paulo ante ejus ortum, in horizonte orientali appare: quod utrumque contingebat Virgilii atate sub extremum Octobrem, nunc autem longe tardius. *Oc-*
casus cosmicus dicitur, a κόσμος mundus; *ortus heliacus*, ab ἥλιος Sol. *At-*
lantides] Pleiades, Vergiliæ, v. 188. *Eoæ* non *orientales* hoc loco, quia

agitur de earum occasu versus horizontem occidentalem; sed *matutinæ* quia occasus ille mane contingit: ab ἥλιος, *aurora*, *diluculum*.

222 *Grosia] Cretica.* *Gnosus* opidum est Cretæ insulæ, in qua regnavit Minos pater Ariadnes: quæ a Theseo raptæ, ab eodem relicta in insula Naxo, nupsit deinde Baccho: quibus in nuptiis, cum a Diis omnibus dona accepisset, in primisque coronam a Venere; coronam Bacchus, sive juxta alios ipsam Ariadnen, in cœlum transtulit.

Decedat] Non a nobis, quibus tunc incipit fieri conspicua ante ortum Solis; sed a Sole, cui antea cum esset vicinior, nobis mane non apparabat, quia tunc ejus nimia luce delcatur.

225 *Ante occasum Maiae]* Monet ad stationem non esse præveniendum occasum Vergiliarum: quarum unam appellat pro omnibus, nempe *Maiam*, quæ Mercurium ex Jove peperit in Cyllene monte Arcadiæ.

Si vero viciamque seres vilemque faselum,
Nec Pelusiaca curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes;
Incipe, et ad medias sementem extende pruinias. 229
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodenā regit mundi Sol aureus astra.
Quinque tenent cœlum zonæ: quarum una corusco

eos inanibus spicis. Si autem seminas viciam, et vilem faselum; neque dignaris cultum lentis Ægyptia; Bootes occidens dabit tibi signa non dubia: incipe tunc, et profer sationem usque ad median hyemem. Ideo Sol aureus gubernat, per duodecim mundi signa, orbem distributum in certas partes. Quinque Zonæ occupant cœlum,

.....
deinceps Parrhas. illucit Rom.—227. Alii phaselum, phasillum, fasellum viciamque.—229. Aut Goth. sec. mittit Medic. fragm. Voss. Ven. mittat Menag.—230. expone Roman. Arundel. unus hic repetebat v. 218 Tempus humo legere et jandudum incunbere aratris.—231. Dimensum certis idcirco p. Zulich. dimensione Reg. et Junt. ed. ex Ald. pr. annam pro orbem habet Rottend.—232. regat Leid. alter.—233. certi alios legere a Reiskio notatum video.—234.

NOTE

227 *Si vero viciamque, &c.]* iv. Praeceptum, *De tempore serenda vicia, faseli, et lentis.* Vicia, vesce. Fasellus, fasolle. Lena, lenthille: frequens in Ægypto, præsertim apud Pelinium, oppidum a quo extremum e septem Nili ostiis, Pelusiacam dictum est.

229 *Cadens mittet tibi signa Bootes]* Tempus hujus sationis consignat casu Bootæ. Sed dubitatur quo Bootæ casu. Duplex enim huic sationi convenire potest *cosmicus*, et *acronicus*: *cosmicus*, cum descendit Bootes infra horizontem occidentalem, eo momento quo Sol ascendit supra orientalem; quod contingebat tunc initio Martii: *acronicus*, cum descendit infra horizontem occidentalem, eodem momento quo Sol ipse; quod contingebat initio Novembri. Et vero Plinius, I. xviii. 15. triplicem agnoscit vicia sationem: primam circa occasum Arcturi, quem indicat mense Decembri priorem esse; secundam circa mensem Januarium; tertiam circa Mar-

tium. Igitur primæ sationi conveniet occasus Arcturi, sive Bootæ, *acronicus*; tertiaræ *cosmicus*. Hujus itaque, et proxime consequentis versus, hic sensus est: Incipe primam sationem a casu *acronico* Bootæ, mense Novembri; et extende, sive remitte, secundam sationem usque ad median hyemem, mensemque Januarium. Tertiam sationem mensis Martii, quæ convenit cum occasu Bootæ *cosmico*, videtur poëta non admittere. De *Arcturo*, v. 68. De *Boota*, in quo Arcturus est, v. 138.

233 *Quinque, &c. zona]* Zona *zona*, Latine *cingulum, fascia*: quintuplex est: sic dicta, quia mundum zone instar circumcingit. Media torrida, inter utrumque tropicum comprehensa, semper itineri subjecta Solis, qui nunquam ex ea excurrit: extremes due frigidæ, circulis polaribus, polisque definitæ: due temperate, inter torridam et frigidam hinc inde interjectæ.

Semper Sole rubens, et torrida semper ab igni;
 Quam circum extremæ dextra lævaque trahantur,
Cœrulea glacie concretæ atque imbris atris.
 Has inter medianaque duæ mortaliibus ægris
 Munere concessæ Divum; via secta per ambas,
 Obliquus qua se signorum verteret ordo.

235

*quarum una semper rubet fulgente Sole, et semper incandescit ab ejus ardore. Circa il-
 lam, ad dextram et ad sinistram duas ultimæ ducuntur: rigentes glacie cœrulea, et ni-
 gris pluritis. Inter illas et medium, duas beneficiorum date sunt misericordiis hominibus:
 et orbita scissa est inter has duas, qua ordo duodecim signorum oblique se volveret.*

ab igni est Interpres Cruqu. ad Horat. Od. i, 22. ed Nuremberg. et Goth. pr.
 Alii *ab igne*.—236. *Cœrulea glacie* in Medic. Similis aberratio in aliis libris
 apud Pierium et Martin., quibus apparet, olim in nonnullis *cœrulea* ad *zona*
 retractum fuisse.—238. *concessæ* Goth. pr. et *via secta* Medic. cum alijs, item
 utroque Gothano. Heinäsius f. ii.—239. *verteret* Leid. pr. *signorum*—*orbis*:
 tentat Jo. Schrader.: quod sane et ipsum bonam esset. Sic *signeris* *orbis*:
 vid. Lucret. v. 690. At nec minus *ordo signorum* bene se habet. Sic v. e.
 Manil. i, 563 *Fila*—*per quæ dirigitur signorum flammæus ordo*.—240. *Rhipæa*.

NOTÆ

238 *Via secta*, &c.] *Zodiacus*, circu-
 lus obliquus, in quo duodecim signa
 ecclesiæ spatii sequilibus descripta
 sunt. De eo ista quinque notanda.
 I. Dividitur in partes, sive gradus,
 360. signa singula in gradus 30. e
 quibus unum circiter gradum singu-
 lis diebus motu proprio Sol conficit,
 ab occidente in orientem procedendo;
 atque ita uno circiter anno duodecim
 signa decurrit. Interea dum com-
 muni motu, qui raptus dicitur, ab
 oriente in occidentem procedendo,
 quatuor et viginti horarum spatio or-
 bem terrarum circuit. II. Signorum
 ordo et nomina his versibus continen-
 tur. Sunt *aries*, *taurus*, *gemini*, *cancer*,
leo, *virgo*, *libraque*, *scorpius*, *arcitenens*,
capri, *amphora*, *pisces*. Quæ quia
 maxima ex parte animalia sunt, hinc
 circulus *Zodiacus* appellatur, a *ζῳδιος*,
animal. III. Mensi *Martio* respondet
aries: in quem ingredi Sol dicitur circa
 vigesimum Martii, signumque totum
 decurrere, usque sub vigesimum Aprilis:
que tempore in taurum subit: at-

que ita fete de céteris. IV. *Obliquus* di-
 citur, quia non distat æqualiter a polis:
 sed per somam torridam transversus,
 utrumque tropicum attingit, et æqua-
 torem circum bis secat. Attингit
 in primo gradu cancri tropicum sep-
 tentriionale, qui inde *tropicus cancri*
 dicuntur: attingit in primo gradu ca-
 pricorni tropicum meridionale, qui
 inde vocatur *tropicus capricorni*. Se-
 cat æquatorem in primo gradu arie-
 tis, et in primo gradu libræ. V. Cum
 Sol pervenit ad tropicum cancri, cir-
 ca 21 Junii; tunc nobis est *æstas*
 summa, sive *solstitium*: Cum ad tro-
 picum capricorni, circa 21 Decem-
 bris; tunc hyems summa, sive *bruma*:
 iisque tropici dicuntur a *spérto certo*;
 quia Sol quando eorum alterum atti-
 git, ad alterum vertit cursum. Cum
 vero Sol pervenit ad sectionem arie-
 tis, sub 20 Martii; tunc est *æquinocti-um*
vernus: cum ad sectionem libræ,
 23 Septembris; tunc est *æquinocti-um*
estivale.

Mundus ut ad Scythiam Rhipæasque arduus arces 240
 Consurgit: premitur Libyæ devexus in Austros.
 Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
 Sub pedibus Styx atra videt Manesque profundi.
 Maximus hic flexu sinuoso elabitur Anguis
 Circum, perque duas in morem fluminis Arctos, 245
 Arctos Oceani metuentes æquore tingi:

Sicut mundus sublimis attollitur, versus Scythiam et montes Riphæos; ita deprimitur inclinans in Austrum Africa. Hic polus semper nobis altus est: sed illum Styx nigra, et umbrae infernae vident sub pedibus. Ad polum superiorem maximus draco volvitur flexu sinuoso, in modum flucti, circa polum, et inter duas ursas: ursas, quæ timent larari aquis Oceani. Ad polum inferiorem, aut profunda nocte

ta Pœnæ lœn. libri fere Riphæos.—241. *disversus* ed. Ven. *ad austros* ed. Mediol.—242. *nobis sublimis semper Moret.* sec. *et illum duo.*—243. Ms. ap. Voss. *atra tenet.*—244. *labitur* Rottend. alter, fragm. Moreti, unus Arundel. *Sed elabi est simpliciter labi, renire,* En. v, 151. ix, 682. Burm.—246. *æqua-
ra aberratio duorum libr. mergi* Arundel. unus.—248. *densemur erat antiqua*

NOTÆ

240 *Mundus ut, &c.]* Nunc de polis disserit: qui sunt puncta duo circa quæ mundus volvitur, a *rotulo* *erto*, unde a Latinis *vertices* appellantur. De iis tria dicit. i. *Duos esse, nempe Borealem, et Australem.* ii. *Borealem semper a nobis videri, Italis, Gallis, &c.* Australem nunquam a nobis videri: sed ab iis quos appellamus *antipodas*; Virgilii *manes profundos*, ex ignaræ vetustatis mente, quæ sedem illam inferis tribuebat. iii. *Utrumque polum describit: Borealem quidem a coelestibus signis, quæ inde apparent, draconे præser-tim et ursa gemina: de Australi, ut pote ignoto, conjicit; aut Solem a nobis recedentem illuc abire, aut illic noctem esse perpetuam.*

Scythiam, Rhipæasque arduus arces] De *Scythia*, per quam intelligit partes mundi septentrionales, Ecl. i. 66. *Arces]* Montes, ab *lupos, summus.* Sic Ge. iv. 461. *flerunt Rhodopeis arces. Riphæi]* Montes Sarmatiæ Europeæ, nunc *Muscoriae*: porrecti versus Oceanum Scythicum, ad usque

ostia Obii fluvi: a quibusdam nunc appellantur Stolp.

241 *Libyæ devexus in Austros]* Partes mundi meridionales designat per ventum, qui inde flat, *Austum*: de quo Ecl. ii. 58. Deinde per ipsam *Libyam*: terrarum antiqui orbis, versus polum illum, remotissimam. Certe *Libya* vulgo apud veteres pro tota Africa sumitur, a *Libya Epaphi filia*, quæ huic nomen suum dedit: proprie tamen Africa pars est ea, quæ Mari Mediterraneo, *Ægypto*, Tripolitana regione, et *Æthiopia* circumcluditar: nunc regnum et desertum *Barca*.

243 *Styx atra, &c.]* De *Styge* inferorum fluvio, aut palude, En. vi. 323. *De Manibus sive umbris*, Ib. 743.

244 *Anguis, &c.]* Sive *draco custos* horti Hesperidum a Junone constitutus, et ab eadem in cœlum translatus, cum ab Hercule occisus esset. Ecl. vi. 61. Is circa polum vertitur: et majorem ursam cauda attingit, minorem corpore complectitur.

246 *Aætos Oceani, &c.]* Ursas geminas, quæ nunquam descendunt infra

Ilic, ut perhibent, aut intempesta silet nox,
 Semper et obtenta densantur nocte tenebræ:
 Aut redit a nobis Aurora, diemque reducit;
 Nosque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis, 250
 Illic sera rubens accedit lumina Vesper.
 Hinc tempestates dubio prædiscere coelum
 Possumus, hinc messisque diem tempusque serendi;

semper silet, ut aiunt, et tenebræ densantur offusa nocte: aut Aurora, a nobis recedens, illuc revertitur, et refert lucem; et cum primus oriens non afflat equis anhelantibus, illic rubens Hesperus accedit sidera serotina. Ex his possumus prænoscere tempestates, celo incerto: ex his, et tempus messis, et tempus sationis:

lectio: pro qua *densemur* induxit, quantum intelligo, Paulius Manutius mox que Commelin. Est ea Medicei lectio, aliorumque codd. At *densemur* Rom. cum multis antiquis: sic etiam Goth. pr.; reiecit illud Burm., ne toties syllaba ex redeat; in aliis locis *densem*; *densemur*, præfertur; ut inf. v. 419. *Æn.* VII, 794. x, 432. *obducta* alter Rottend., ex interpretatione. v. Burm. *silet nox—obducta nocte*: parum suaviter! Saltem *nube* dixisset! Conjicit quoque hoc idem Jo. Schrader. in schedia.—249. *diemque reliquit* Leid. pr.—250. *Noxque et Orion* unius aberratio. *qua* abest a Goth. pr.—251. *Illi* apud Senec. ep. 122. *ostendit* Ven.—252. *Hic* Mead. *prædiscere* Rom. et alii ex more; ut v. 51. II, 255. *prædiscere* jam correxerat Nanger. in Ald. tert.—253. *mensisque diem* alii, perpetua aberratione. conf. Ecl. v. 70.—256. *Et t.*

NOTÆ

horizontem nostrum; quia viciniores polo septentrionali, qui semper nobis attollitur: ideo dicuntur nusquam *aquore tingi*, id est, nusquam occidere; more poëtarum, qui Solem et astra, cum occidunt, in Oceanum decumbere fabulantur. Ovidius vero Fast. II. 191. de majore ursa causam afferit, odium Junonis: quæ, cum eam in cœlum admissam doleret, Tethyn rogavit, ne unquam aquis eam suis lavari permetteret. De Arcto utraque, v. 138.

246 *Metuentes aquore tingi*] Id est, nunquam tingendas. Et est familiaris poëtis locutio. Sic Horat. Od. II. 2. *Ille agit pena metuente solvi Fama superstes*: id est, nunquam solvenda.

247 *Intempesta silet nox*] Quasi intemperativa et ad agendum incommoda: definit enim eam Varro l. v. L. L. cum *tempus agendi est nullum*.

249 *Aurora*] Titanis et Terræ filia,

Memnonis mater, ex Tithono, Laomedontis Trojani regis filio, quem sic amavit, ut eum senem herbarum virtute ad juventutem revocaverit. Amauit et Cephalum. Roseos ei digitos tribuit Homerus; roseos equos alii, sive bigas, sive quadrigas: quibus aperire diem et Solem præcurrere dicitur: idque ob colorem subrubentem et aureum, in quem desinit sæpe matutinum crepusculum. Unde et *Aurora* vocata est, ab *auro*, juxta Varonem.

250 *Equis oriens afflavit, &c.*] Sol perfudit halitu et afflatu equorum, qui quatuor ipsi a poëtis assignantur: *Pirois*, a *tūp ignis*; *Eous*, ab *hæs Aurora*; *Ethon*, ab *albo ardore*; *Phlegon*, a *phlégya comburo*.

251 *Accedit lumina Vesper*] Vesper, prima stellarum appetet sero, unde ceteras dicitur accedere. De eo, Ecl. vi. 86.

- Et quando infidum remis impellere marmor
Conveniat; quando armatas deducere classes; 255
Aut tempestivam sylvis evertre pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus,
Temporibusque parem diversis quatuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet imber:
Multæ, forent quæ mox coelo properanda sereno, 260
Maturare datur; durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem; cavat arbore lintres;
Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.

et quandonam opportunum sit agitare remis infidum mare: et quandonam opportunum sit deducere classes armatas, aut cedere in sylvis pinum tempestivam. Nec frustra consideramus ortus et occasus siderum, et annum dimensionum æqualiter in quatuor tempestates. Si aliquando pluvia frigida retinet domi agricolam; tunc licet multa preparare, quæ postea festinanter facienda essent sudo tempore. Arator excavat duram aciem vomeris hebetati, cavat naviculas e ligno: vel imponit notas

Macrobi. Sat. vi. 4. Schol. Cruqu. Horat. Carm. i. 23. in sylvis multi. acervi Zulich.—257. speculantur fragm. Moret.—259. agricolæ laudat Macrobi. Sat. vi. 4, et Schol. Horatii Cruqu. Carm. i. 23. distinct ed. Ven.—261. Procurare eadem ed. Ven. procepsit arator Moret. sec.—262. obtusa Romanus, Medic. et alii; ut veteres solebant. obtusa Parrhas. et Reg. a m. pr.—263. impressat Rottend. alter et Cod. Danielis; et sic editum in Cunningham. post

NOTÆ

256 *Tempestivam*, &c.] Hoc est, tempore idoneo caedendis arboribus: nempe decrescente Luna, post meridiem, sine vento Austro, sine rore, semine maturo, mensibus presertim Julio et Augusto: quia tunc minus obnoxiae sunt putrefactioni, ac vermis.

258 *Temporibusque parem diversis*, &c.] Veri, aestati, autumno, hyemi. Quasi sufficientem quatuor illis temporibus, id est, qui potest eas quasi ex sece emittere ac suppeditare: sic apud Cicer. per disserrando; apud Quintil. per laboribus corpus. Vel quasi idem ralentem, atque quatuor ipsas tempestates: totum enim est æquale partibus: sic apud Cicer. II. De Fin. 13. Verbum Latinum per Graeco, et idem valens. Vel quasi æquale dimensionum in quatuor partes:

quia singulæ, tres menses occupant. Sic apud Cicer. in Orat. XXXVIII. Verba verbi quasi dimensa, et pars respondeant.

259 *Frigidus*, &c.] v. Praeceptum, De iis quæ hyberna et pluvia temestate agricolis facienda sunt.

261 *Maturare*] Sæpe significat, ceriter aliiquid facere: ut Æn. I. 141. *Maturare fugam*: apud Cicer. pro Cluentio CLXXI. *Maturare mortem aliqui*, &c. Hic tamen opponitur verbo *properare*; et significat aliiquid cum maturitate et otio, seu tempestive, facere; neque serius, neque citius.

262 *Lintres*] Linter, vel navicula est fluvialis, ex unica arbore excavata; vel vs aquando pecori comparatum, ex uno item ligno exsculptum.

263 *Numeros impressis acervis*] Medicorum numerum, vel tesseris inscul-

- Exacuant alii *valles* fuscasque bicornes,
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. 265
Nunc facilis rubea texatur fiscina virga;
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas et jura sinunt: rivos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantumque gregem fluvio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis; lapidemque revertens

pecudibus, vel numeros cumulis frugam. Alii acuminant palos, et furoas bicornes; et preparant Amerina ligamina vineæ flexili. Modo conficit leves canistros e vinine rubore: modo coquit igne frumenta, modo ea terile saxo. Quinetam fas et leges permittunt facere res aliquas festis diebus: nulla religio prohibet deritare aquas ex agris, cingere segetem septo, struere dolos avibus, comburere spinas, et lavare in aquis gregem ovium, sanitatis causa. Sepe duxor pigri asini dorsum illius oleo onerat, vel fructibus vilibus: et rediens domum ex urbe refert molam,

Bersmann. Pro vulgata laudant Calphurn. v. 88.—264. *Exacuant* Rottend. *vallos* alii e suis codd. Brunck.—265. *Amarina* duo.—266. *rubra* Ven. At Serv. *Rubea* *virga*, quæ abundat circa Rubos, Italiz oppidum: Horat. Serm. 1, 5, 94, *Inde Rubos feasi pervenimus*. Etiam ad e. l. Schol. Cruqu. “hi Rubi oppidum; hinc putant aliqui dixisse Virgilium *Nunc facilius rubet*.” Sic scribendum foret *Rubia*, quod et MS. Bersmann. habebat; atque ita post Scalig. et Torrent. ad Horat. l. 1. Cunninghamus emendarat. Bene sane *Rubia* *virga* post *Amerina* *retinacula*: modo de viminibus circa obscuram hanc Apuliae urbem, inter Canusiam et Barium, aliunde constaret. Apud Jul. Sabini. est: “*Rubiorum oppidum fuit in Campania*,” confundit ille Rufras. En. vii, 739. *fascina* pr. Moreti, ut Codd. apud Ovid. Fast. iv, 754.—267. et *frangite* Moreti sec. *saxis* Rom.—269. *diducere* Medic. pr. Moret. Ald. (pr.; nam sec. *deducere* recepit) et forte Servius, qui *siccare* interpretatur. Est et in Cunningham. edit.—270. *Religio* prohibet Urs. *sepem* etiam hic alii: vid. ad Ecl. 1, 54. *sepes* *fragm.* Moret.—272. *greges* Macrob. Sat.

NOTÆ

pendo, vel saccis ipsis quibus conti-
nentur, appingendo.

264 *Vallos*] Sades, des pieux.
265 *Amerina*] Ex Ameria, civitate
Umbrie: ubi frequentes salices.

266 *Rubea* *virga*] Vel quæ abundat
e circa Rubos oppidum Campanie; vel
quæ fit ex rubo, virgulti specie.

267 *Nunc torrete*, &c.] Panificium
intelligit: quo frumentum molitur,
sc̄ deinde pistum coquuntur. Vel allu-
dit ad morem veterum, qui frugibus
sine pistura tostis vescebantur.

268 *Quippe etiam, &c.*] vi. Praecep-
tum, *De iis que festis diebus exerceb-
runt agricultura.*

272 *Salubri*] Explicat Columella,
l. ii. 22. *Pontifices retent festis diebus*
lanaria causa lavari ova, nisi propter
medicinam. Virgilius idcirco affectat,
fluvio mersare salubri. Nempe, non ut
purgetur lana, sed ut curetur scabiea.

274 *Lapidemque, &c. Incusum*] Lapi-
dem molarem, sive molam, arte inci-
sam, ut sit usui terendis et molendis
frugibus.

Incusum, aut atræ massam picis, urbe reportat.

275

Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna

Felices operum: quintam fuge; pallidus Orcus,

Eumenidesque satæ; tum partu Terra nefando

Cœumque Iapetumque creat, sævumque Typhoëa,

Et conjuratos coelum rescindere fratres.

280

incusam, vel massam nigrae picis. Ipsa Luna præbet dies varius variu serie prosperus ad opera. Evita quantum diem: illo die Pluto pallidus, et Furie genitæ sunt: præterea Terra scelerata pars produxit, et Cerum, et Japetum, et crudelam Typhoëam, et fratres conjuratos evertere coatum. Ter videlicet conati sunt imponere

III. 8. *versere Zulich.* male.—275. *Incusum Romanus*, Medic. cum plerisque; item Goth. pr., etiam apud Martinum: sicutq; Ald. pr. et sec.; at Nauger. in tertia reposuit *Incusum*; et jam ante Egnat. 1506. Idem proditur e Reg. a m. pr. Goth. sec. *Incusum Ven.* *Incusum* fluxit edit. Masic.—276. *alias*, sc. dies, edidit Vossius V. C. quia mox *quintam* sequitur. An vero pluralis feminini generis usquam occurrat, dubitare licet; negant grammatici, qui inspicendi sunt.—277. *quintam* Ven.; et putas sic continuandum fuisse post *dies alios*. vid. sup. Sed variavit poëta, ut mox 284 *Septima post decimam*. *Orcus* aliū scribunt, ut et alibi.—278. *cum unus* Mead. *parto duo* Mentel.—279. *que abeat post Cerum* in quatuor. *Cerum*, *Koū*, scribunt meliores. *Cerum* aliī. *Typhonem* Philarg. ad Ge. II, 460.—281. *Pelion Osse* Zulich.

NOTÆ

276 *Ipsa dies alios, &c.] vii. Præceptum, De observatione dierum felicium et infelicium.*

277 *Pallidus Orcus]* Pro Plutone sumitur a Cicerone, de Nat. Deor. III. 48. A Silio Italico pro Cerbero cane. Ab aliis pro Charonte portatore. Male autem a plerisque pro Thessaliae fluvio, quem dicunt pingue esse in modum olei, ideoque innatantem Peneo, in quem e Stygia palude influit. Fons erroris est Homeri versus Iliad. II. 755. Ὄρκον γὰρ δευτὸν Στρόγγυλον δοτεῖ ἀπόφθετος: Juramenti enim terribilis, aquæ Stygia rivus est. Patet vero legentibus, id ab Homero de Titaresio amne, quem ante descripait, omnino dici: neque illuc, ὄρκος, aliud significare quam *juramentum*; non fluvium. Dicit quippe Stygiam paludem, cuius Titaresius rivus est, juramentum esse Deorum. Confirmatur vera hec sententia a Strabone, lib. IX.

278 *Eumenides]* Furie, sic dictæ per antiphrasim, quod minime sint eboreis benvolæ: Acherontis fluvii et Noctis filiæ, vipereis crinibus et facibus instructæ, ultrices criminum, numero tres: *Alecto* ab a privante, et λήψιν cesso. *Tisiphone*, a τίσι ulciscor, et φόρος cædes. *Megæra*, a μεγάλῳ invideo.

279 *Cerumque, &c.]* Gigantum præcipuus, qui adversus Deos, ab Phlegram Macedonise urbem, ausi pugnare: aggetis ejus regionis, vicinæque Thessaliae montibus, *Pelio*, *Ossa*, *Olympos*. De *Olympos*, Ecl. v. 56. *Typhoea]* Non *Typhoea*, ut passim scribitur: neque enim in eo nomine o et e in unum coalescant; sed e et a: quippe est a Graeco Τυφεῖτ, ubi e cum e non facit diphthongum, sed e cum u. Notetur versus Graeco more bis hians: *Ter sunt conati, &c.*

280 *Frates]* Gigantes, Terra et Titanis filioe.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum:

Ter pater extractos disjecit fulmine montes.

Septima post decimam felix, et ponere vitem,

Et prenso domitare boves, et licia telæ

285

Addere; nona fugæ melior, contraria furtis.

Multa adeo gelida melius se nocte dedere,

Aut cum Sole novo terras irrorat Eous.

Nocte leves melius stipulæ, nocte arida prata

Tondentur; noctes lentes non deficit humor.

290

Et quidam seros hyberni ad luminis ignes

Pervigilat, ferroque faces inspicat acuto:

Ossæ Pelio, et injicere Ossæ frondosum Olympum: ter Jupiter disturbabit fulmine montes accumulatos. Septimus dies felix est, minus quam decimus, et ad plantandam cincam, et ad subigendos boves ligatos, et ad jungenda licia telæ. Nonus felix est ad peregrinationem, et adversus furtis. Multa etiam melius succedunt nocte, aut cum Lucifer spargit rore terras oriente Sole. Noctu gracieles arista, noctu feruum siccum melius secatur: humor tenax non deest noctibus. Et aliqui vigilant ad lucem nocturnam hyberni ignis, et acuto ferro incident facies. Interim uxor

Menag. et Moret. a m. sec. *Ossæ* Schol. Cruqu. Horat. Od. III, 4, 51. impellere P. ed. Mediol. Conati ter sunt impellere Pelion Ossæ interpolate MS. ap. Voss.—282. imponere Olympum Schol. Cruqu. ibid. incertere Parrhas. frondosæ fragm. Moret.—283. obstructus Rottend. structus duo. dejectus Romanus, tres apud Martin., Menag. et ed. Ven., ut inf. Ge. I, 333, sed digere plus est, vid. Burm.—284. vites Romanus ac multi; sieque vulgo lectum; at viem alii, etiam Goth. see., et doctius; unde Heins. recepit; idem malebat a potioribus, est ponere, ut et Pierii Longob. a m. pr. et unus Arundel. habet, et ut Ge. II, 273. exponere Mentel. pr. et Zulich. imponere Ven.—285. pressos multi, variatione solenni; essent jugo imposito pressi. Sed v. Not. telis Menag. et Leid. pr. a m. sec.—287. melius gelida alii; minus concinna; sed præstat forte, ne utroque versu alterum hemistichium melior, melius initium habeat, sub nocte Zulich.—288. Vel cum Romanus et apud Pierium nonnulli, item unus Mead. irrigat unus Arundel.—289. stipula melius al., non belle.—290. noctis potiores, cum Grammaticis: conf. Pierius cum Heinsio: qui hoc reposuerat: ita erit: noctis humor. Iterum retractum noctes a Burmanno: et præstat auctoritatem Rom., et, qui eo alludunt, nocte Longobard. Medic. et duo Codd. ap. Serv. ad Æn. IV, 7. humidus noctis non Tollian. defuit Ven.—291. ad detetum in Rottend. sec.—292. Pervigilant fragm. Moret. expirat Ven., aberrationes.—294. mulier perc. ed. Mediol.

NOTÆ

285 *Licia telæ*] Ecl. VIII. 74.

Ge. III. 301. Ille volat, simul arva fuga,
simul aquora verrens.

286 *Fuga melior, contraria furtis*]

287 *Multa adeo, &c.*] VIII. Praecepsum, De iis quæ noctis ac diu, estate
atque hyeme melius præstantur. Eous]
Lucifer, Ecl. VI. 86.

- Interea, longum cantu solata labore,
Arguto conjux percurrit pectine telas;
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et foliis undam trepidi despumat aheni. 295
- At rubicunda Ceres medio succiditur aestu;
Et medio tostas aestu terit area fruges.
Nudus ara, sere nudus: hyems ignava colono.
Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuaque inter se læti convivia curant. 300
- Invitat genialis hyems, curasque resolvit:

leniens cantilenis longum laborem addensat telam stridulo pectine, aut coquit igne liquorem dulcis rini, et frondibus austert spumam ex unda cacabi bullientis. At segetes flave secantur media die, et media die frumenta exsiccata teruntur in area. Ara nudus, semina nudus: frigus pigrum reddit agricolam. Per hyemem vulgo agricultor utuntur rebus per vestatem comparatis: et hitares agitant inter se mutuas epulas. Suadet hoc hyems voluptaria, et curas relaxat. Vehutum cum naves oneratae

percussit Goth. Versus idem *Æn.* vii, 14. *Arguto tenuis percurrentes pectine telas* de Circe.—295. *humor* Scaliger legebat, ut esset *decoquit* se. conf. Rutgers. Var. Lect. v. 17.—296. *tepidi aheni* erat lectio ante Heins. vulgata; siue Parrhas. Voss. alii ap. Martin. *trepidii* dabant Gud. Mentel., uterque Menag. Moreti fragm. cum Pierii Medic. et aliquot aliis. *folii trepidis* Medic. hoc que Pier. in editione sua legisse videtur. *trepidis aeni* Rom. De varietate hac vid. Heins. h. l. et ad Ovid. Met. xii, 279. *tenui aeni* Gud. pro var. lect. *disponet* Moret. quart. hoc et illud in vulgg. edd. Gellii N. A. ii, 3. ubi de scriptura *aheni* agitur.—297. *succiditur* Goth. sec.—298. *costas* alios habere Reiskius notabat forte pro *costas*.—299. *ara et sere* Leid. pr. *colono est* Rot- tend. alter et Medic. Pierii; in aliis *colonis*.—300. *feruntur* Medic. a m. pr.—302. *curam* Schol. Cruqu. Horatii Od. iii, 17 et veteres aliquot apud

NOTE

292 *Faces insicas*] Faces e ligno minutis in virgulas, incidit spiculum et aristarum in modum, Ecl. viii. 29.

294 *Pectine*] Pecten est instrumentum quo densatur tela, *Æn.* iii. 483.

295 *Musti*] Vini novi. Describit autem hic vini coctionem: quod si ad tertiam partem mensuræ decoquatur, *ape* dicitur: si ad dimidium, vocatur *desfrutum, du raisins*, ex Plin. l. xiv. 9. Nota redundantem ultimam versus syllabam, qua cum prima sequentis versus elidenda est.

Vulcano] Pro igne sumitur, qui

in ejus est tutela: Jovis et Junonis filius fuit: ab illo e celo propter deformitatem dejectus in insulam Lemnum, claudus e casu factus est, et ferrariam ibi fabricam exercuit, uxoriisque duxit Venerem. Quanquam ejus officinam Virgilius alibi constituit, *Æn.* viii. 416.

297 *Ceres*] Pro segete hic accipitur; alibi pro pane. De ea, Ecl. v. 79.

302 *Genitalia hyems*] Ea, quibus inest voluptas, genitalia dicuntur: a Genio voluptatis Deo: unde dicimus *genio indulgere*, *voluptati indulgere*; et *genium defraudare*, *voluptate abstinerere*.

Ceu, pressæ cum jam portam tetigere carinæ,
Puppibus et læti nautæ imposuere coronas.
Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus, 305
Et lauri baccas, oleainque, cruentaque myrta;
Tum gruibus pedicas et retia ponere cervis,
Auritosque sequi lepores; tum figere damas,
Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ:
Cum nix alta jacet, glaciem cum flumina trudunt. 310

*jam attigere portum, et nautæ hilares imposuere coronas puppibus. Attamen tun
tempus est colligere et glandes querinas, et buccas lauri, et olivas, et myrta sa
guinea. Tunc tempus est objicere pedicas avibus, et retia cervis, et persecui lepores
auritos: tunc tempus est occidere damas, intorquendo lora stupea Balearis fundæ:
cum nix alta jacet, cum flumini propellunt glaciem. Quid enumerem procellas et*

.....
Pierium. curant; curas: non refugit Maro.—303. Heinsius conj. *fessa*, pro
bante Burmanno: est sane hoc proprium in reditu. At *pressæ* non minus
accommodatum: v. Notam. Reiskius aut *fessa*, aut *piceæ*, aut *Thressæ* con
jectabat.—304. Idem versus *Æn.* iv. 418.—306. *mirtaque oleainque cruenta*
Goth. sec.—308. *dammas* Medic. cum al., et ex hoc alii *damnas*.—309. *tor
quentur* Toll. Edd. Ven. et Medioli. *torquere* Zulich. a m. sec. *torquentes*
Romanus. *Stuppea* fragm. Moret. *Stuppea* Rom. Medic. alii scribunt, qua
in re parum sibi constant antiqui codices; nam ex more geminatam litteram
una scribere debebant antiquiores. *Stupea* editum erat in Aidd. pr. et sec.,
in Commel. et al.—310. *jeçū* Romanus, aut verius *tegit*, ut Burm. notatum
vidit. Ita et ea, quæ ed. pr. Burm.—311. *et frigora* unus Arundel., nec non

NOTÆ

303 *Pressæ*] Jactato mari et affic
tæ scopulia, juxta Ramam: oneratæ
mercibus, juxta Taubmannum; sic
Tibul. l. i. 196. *Presserat externa na
vita merce retæ.*

304 *Coronas*] Reduces e naviga
tione coronabant navea: puppes pre
cipue, quia in postrema illa navis
parte sacrarium erat.

305 *Stringere*] Ecl. ix. 61. *Myrta*
*Fructus myrti arboris, qui maturi
denso rubore nigrescunt.*

307 *Gruibus pedicas*] Laqueos qui
bus implicant pedes; et *gruibus*
ponit pro quibuscumque avibus, spe
ciem pro genere.

308 *Figere damas, stuppea, &c.*] Ordo
est: tempus est, torquentem, id est,

eum qui torquet verbera fundæ, si
gere damas. Negat Philargyrius figi
posse damas funda; sed tantum eum
in locum compelli, ubi deinde jaculis
figantur. Quidni tamen plumbo e
fundis excusso perinde figantur, ut
nunc figurant explosio ex æreis tuba
lis plumbio? Sic enim Ovid. Met. II.
729. *Non secus exorsit, quam cum Ba
learica plumbum Funda jactit; volat illud*
et incandescit cundo. Balearides autem
insulæ circa Hispaniam sunt, Major
que et Minorque: quarum incolæ fun
dæ usu præ ceteris insignes, inde
nomen habere memorantur, a βάλλει
jacere. *Stuppea verbera*] Funes estuppa
contexti, sive lora, quibus lapis aut
plumbum intorquetur.

Quid tempestates autumni et sidera dicam?
 Atque, ubi jam breviorque dies et mollior æstas,
 Quæ vigilanda viris? vel cum ruit imbriferum ver,
 Spicea jam campis cum messis inhorrait, et cum
 Frumenta in viridi stipula lactentia turgent? 315
 Sæpe ego, cum flavis messorem induceret arvis
 Agricola, et fragili jam stringeret hordea culmo,
 Omnia ventorum concurrere prælia vidi:
 Quæ gravidam late segetem ab radicibus imis
 Sublime expulsam eruerent; ita turbine nigro 320
 Ferret hyems culmumque levem stipulasque volantes.
 Sæpe etiam immensum coelo venit agmen aquarum,
 Et födam glomerant tempestatem imbribus atris

astra autumni? et quænam sint præsidenda rusticis, cum dies jam decrescant, et
 æstas est mitior: vel cum ver pluvium desinit, cum spicae segetum jam intre-
 miscunt per agros, et cum frumenta plena lacte tumescunt in culmo adhuc
 herbescente? Sæpe cum colonus introduceret messorem in segetes maturas, et jam
 ligaret hordea paleis fragilibus: ego vidi misceri pugnas omnium ventorum:
 quæ dissimilares in auras plenam segetem extirpatam radicitus: tam denso nimbo
 jactabat procella calamos leves, et stipulas volantes. Sæpe etiam ingens copia
 imbrium cadit e coelo, et nubes e mari adiectæ colligunt tempestatem nigra.

Goth. sec. in litura; sed vulgatum exquisitus; v. Not.; et natum forte istud
 ex Ge. II, 321. Prima vel autumni sub frigore.—312. dies, jam mollior unus
 Mead., quod per placet.—313. et cum r. unus Mead. ut cum ruit MS. ap. Voss.
 umbriferum alter Rottend.—315. ex viridi Leid. lactentia multi. jacentia Rom.
 turgent Mentel. omnia prave.—316. ducet Medic.; sed ab alia manu in
 supra scriptum.—318. concurrere omnes Heinsii. consurgere Rom. et unus
 Mead. Sed vid. h. l. Burm.; et legit in nostro concurrere Plinius XVIII, 86,
 s. 78.—319. a r. Zulich, et Parrhas.—320. Sublimem Medic. et Reg. a m.
 pr. cum Romano, quod utique solennius, nec tamen verius. vid. Ouden-
 dorp. ad Jul. Obsequ. cap. 101, quem Burmannus landat. eruerint Moret-
 sec. a m. pr. ruerent Reiskius conjiciebat.—321. stipulamque volantem Franc.
 stipulamque levem culmosque volantes Zulich. stipulamque sonantes Goth.
 pr.; ut fragiles calamos sylvestramque sonantem Ge. I. 76. luceosque sonantem
 Ecl. x, 58. Enimvero nunc volant, dum ab aura feruntur; non sonant.
 —322. ex caelo Menag. pr. e caelo ed. Ven. ruit agmen Schol. Statii Theb. I.

NOTÆ

311 Quid tempestates, &c.] v. PARS,
De tempestatum prognosticis: quibus
 præmittit tempestatum ipsarum de-
 scriptionem.

323 Agmen aquarum] Vel, juxta
 Servium, motum et impetum signifi-

cat: ut Æn. II. 782. *leni fuit agmine*
Tybris. Vel, juxta Pomponium, co-
 piam et multitudinem: cui assen-
 tor, propter epithetum *immensem*,
 quod potius copiæ, quam motui con-
 venit.

- Collectæ ex alto nubes ; ruit arduus æther,
Et pluvia ingenti sata lœta boumque labores 325
Dihuit ; impletur fossæ, et cava flumina crescunt
Cum sonitu ; servetque fretis spirantibus æquor.
Ipse Pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit; fugere feræ ; et mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor : ille flagrantī
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit ; ingeminant austri et densissimus imber ;
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.

pluviae: calum altum minatur ruinam, evertitque largo imbre opera boum et campos fertiles: fossæ impletur aquis, et fluvii profundi angentur cum strepitu, et mare extat fluctibus quasi ebullientibus. Jupiter ipse mediis in tenebris nubium, vibrat rubente manu tonitrua: quo tumultu terra late concutitur, feræ fugiant, et humilis timor dejicit undique mentes hominum. Ille ferit ardenti fulmine, vel Atho, vel Rhodopen, vel ardua Ceraunia: incalescent austri et pluvia

356; sed vid. Burm.—325. Æn. II, 306 *rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata lœta boumque labores.*—326. *Deltuit fragm. Moret.*—327. *ferventique Goth. pr. fretis spumantibus* idem cum altero: hoc etiam Romanus exhibit; sed est minus docta lectio. Etiam Æn. X, 291 *Qua rada non spirant, nec fracta remunerat unda.*—328. *is deest Moret. quart. et in uno Arundel.*, item in nonnullis Pierii.—329. Reiskius distinctionem post *dextra* sublatam in versus ponebat: *Fulmina molitur eo motu, quo maxima molitur.*—330. *fremit Zolich. tremuit Mentel. pr. Alterum Arundel. et Cantab. secutus et post feræ Martinis sustulit; non male factum!*—331. *humiles* Moret. sec. *fragranti primus. humili-flagrantis* Romanus.—332. *Athon* Medic. Reg. Pierii Rom. et Medic., it. alii, etiam ap. Martin., et uterque Goth. cum edd. Alld. pr. et sec., Commel., et ex illis aliæ. Ita et legebatur in Valer. Flacc. I, 664. Tenet tamen alterum post Servium, Cerdam et alios, Heinsius: *Ast Atho. rōv' Abw.* Causa justa est, quam Benedictus jam attulit, quod *Athon* metro repugnat.—333. *densissimus aether* ed. Ven. et unus Mead. Elegantia conjectura Reiskius totum locum ita constituebat: *ille* (v. 331 Jupiter) *Dejicit ingeminans; austri et d. imber Nunc n. plangunt.*—334. *aqua* vel *littora* ms. Kölner. *plangit Franc. Reg. Menag. Mentel. et sic Rom. et pvereteres aliquot ap. Pierium, ut ad *imbrem* referatur; sic et in ed. Masvic. et al., sed grammaticos mutasse*

NOTÆ

324 *Collectæ ex alto nubes*] i. *Collectæ ex septentrione et Aquilone, juxta Servium: quia septentrionis sublimis nobis; Auster, sive meridiæ, depresso est: at procellæ tamen e meridionali parte, Austro flante, pressertim ingruunt; et mox dicetur, Ingeminant austri.* ii. *Collectæ e mari, juxta Pomponium; quia nubes e mari et Iacobus aquas colligunt.* iii. *Collectæ ex aere sublimi: juxta alias committere.*

327 *Fervetque fretis*] *Etymon freti apposuit. Fretum enim est mare inter gemini littoris angustias compressum; ibique quasi fervescens, et spirans, et ebulliens.*

332 *Ast Atho, aut, &c.] Athos, mons est in Macedonia, immensus mari Egaeo, Rhodope in Thracia; Ceraunia in Epiro,*

Hoc metuens, coeli menses et sidera serva;
 Frigida Saturni sese quo stella receptet;
 Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.
 Inprimis venerare Deos, atque annua magnæ
 Sacra refer Cereri lœtis operatus in herbis,
 Extremæ sub casum hyemis, jam vere sereno.
 Tunc pingues agni, et tunc mollissima vina;

335

340

copiosissima: jam syloæ, jam littora sonant magno vento. Hoc timens, observa menses et signa cœli: quam in partem abeat tardum astrum Saturni: quos per circuitus planeta Mercurii vagetur. Præcipue cole Deos, et annua sacrificia per oœde magna Cereri, sacrificans in herbis fertilibus; sub exitum ultimæ hyemis, jam sudo vere. Tunc agni sunt pingues, tunc vina suavissima, tunc somni dulces, et umbras

neutrum significatum minus obvium, docet Burm., itaque *plangunt*, vulgatum inde ab Aldo, tuerit: quod et in utroque Goth. At *clangunt* Leid. Menag. alter pro var. lect. et ed. Ven. 1472. *plaudunt* unius Voss., utrinque male. Satis firmatum est, undarum allisarum esse *planctus*.—335. *Quod superstet, cœli laudat Nonius Marcellus in serrare.* *Hoc metuens* Parrhas. et ed. Mediol.—336. *quo sese* ap. Senec. Epist. 88 et Goth. pr. *qua sese* Schol. Stati Theb. 1, 305. *sese cum stella receptat* Schol. Juvenalis Sat. vi, 568. *receptat* etiam Moret. pr. et Leid.—337. *signis* Parrhas. *cœlo*, Medic. cum Julio Sabino, nec prave, ne cœli menses et ignes cœli sibi occurrant intra tres versus. 1, 6 *labetem cœlo quo ducitis annum.*—339. *in arvis multi.* Etiam Medic. *in orbis* et e correctione *in arbis.* Agnoscent tamen *vulgatum* antiqui Commentatores. v. Heins.; et cum vere inenuste *herbe frangom melius memorantur.*—340. *sub cassum* Medic. cum nonnullis; *sub cassu* alii majore numero cum Romano. Ita et edd. variant: prius Egnat. Manut. Commelin., hoc Alld. servant. *Extremo sub cassu* Ven.—341. Ita Medicum, nisi quod *Tum* scribitur, et Pierii libros cum aliis expressit Heinsius. *Vulgatum* erat: *Tunc agni pingues*, quod multi, ad vi-

NOTÆ

sic dicta, quia frequenti fulmine properter altitudinem feriuntur, a *keparwds fulmen*. Legitur in aliquot codic. *Athon:* Et vero accusativus Græca lege est *θων*. Usu tamen Theocriti, Isocratis, Strabonis, &c. *receptus* est *accusativus θων*: cuius ultima hic brevis fit, nec eliditur, Græco more, ut v. 281. *imponere Peli Osam.*

336 *Frigida Saturni, &c.] Vis astorum, planetarum in primis, ad procelias et anni temperiem sane maxima, augetur, aut minuitur, vel prout variis zodiaci signis quisque respondet, et hoc significat quo se receptet; vel prout planetis aliis conjugitur, et hoc significat quos erret in orbes. Assignatur enim planetis orbis sive circuitus quaque*

suus. Itaque Saturnus noxius est, et respondens Capricorno, ciet pluvias; respondens scorpio, grandines. Mercurius praesertim nulla virtute peculiari insignis, talis est, qualis planeta cui sese admovet: si Jovi, felix est; si Saturno, funestus: unde minister Deorum dicitur. De Saturno, Ecl. iv. 6.

337 *Cylenius]* Mercurius, a Cyllene Arcadiæ monte, in quo natus est, patre Jove, matre Maia, una ex Pleiadiibus. Bene *erret*: planetæ anima septem, ex quibus unus est, nomes habent a *wλῶν error*: quia non fixa, sed errant sidera sunt.

339 *Sacra refer Cereri]* Cereri duo indicit sacrificia, vernum unum, jum sere cerere; alterum septimum, negre

- Tunc somni dulces densæque in montibus umbræ.
 Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret;
 Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho,
 Terque novas circum felix eat hostia fruges; 345
 Omnis quam chorus et socii comitentur ovantes,
 Et Cererem clamore vocent in tecta; neque ante
 Falcem maturis quisquam supponat aristis,
 Quam Cereri torta redimitus tempora queru
 Det motus incompositos, et carmina dicat. 350
- Atque hæc ut certis possimus discere signis,

opacæ in montibus. Omnis rustica jurentus adoret tibi Cererem: cui tu misce mel cum lacte et vino leni. Et victimæ propitia ter ducatur circa novas fruges, quam totus chorus, et socii lati comitentur, et clamoribus invocent Cererem in domum suam: nec ullus subiciat falcam maturæ segeti; priusquam edat motus inconditæ, et canat carmina in honorem Cereris. Et ut possimus hæc cognoscere certis indi-

tandum scilicet hiatum, habent. Inter eos, qui ordinem: *Tunc pingues agni, servant, ut vitent tamen hiatum, habent Arundel. unus, tum sunt; Mead. sunt, fum; ex nostris recentior: tunc et; at alter: Tunc agni p. et tunc; ad tertium usque vicem cum legi malebat Reiskius.—344. Quo Medicus mutatus in Cui.—346. comitentur aliquot ap. Burm. et Goth. pr.—347. vocant unus Moret. et Goth. pr.—348. quicquam Goth. pr.—349. redimantur Zulich.—350. incompositus Mental. alter et Goth. sec.—351. in certis Franc. dicere Goth. pr.; in Medic. τῷ discere superascriptum noscere, ex interpretatione scilicet; ibi-*

NOTÆ

ante falcam maturis quisquam, &c. v. 347. Operatus] Operari et facere, sine addito, est facere sacrificium, Ecl. III. 77.

348 Cuncta tibi, &c.] Ritum describit sacrificii amboralis, quo solebant eras embire, et circuire cum hostia. Queso vide fusius apud Tibul. I. II. 1. Tibi] Tuo iussu, tui causa, &c. est que Latinis, ut et Gallis, familiaris locutio. Sic supra v. 45. Depresso incipiat jam tum nulli taurus arveto Jumenta.

344 Cui tu lacte favos, &c.] Sacrificii materiam explicat: lac, mel, vinum: hostiam: quæ, juxta Virgil. Ecl. III. 77. vitula erat: juxta Tibull. I. II. 1. agnus; juxta eundem, I. x. porcas: juxta Servium, sus griseus.

Mitt dilue Baccho] Constat ex Plauto Aulal. act. II. 5. vinum a se-

crificiis Cereris absuisse: cur igitur hic adeat? Douza in illum Plantii locum, distinguit duo Cereris sacrificia: amboralia, quæ cum vino fiebant, quod patet ex Tibulli loco citato. Eleusina, quæ nuptiarum ejus memoriam celebrabant, et hæc fiebant sine vino: de his Plautus explicandus est: Cererine has sunt facturi nuptias? quid temeti, id est, viui, nihil allatum intelligo.

347 Cererem clamore vocent in tecta] Ut eorum domino propitia sit; vel litque copiosam segetem, quam et Ceres ipsa dicitur, in ejus horreum inferri.

349 Quercu] Ob memoriam victimæ prioria, nempe glandium; a quibus ad frumenta revocati sunt, beneficio Cereris.

*Æstusque, pluviasque, et agentes frigora ventos :
Ipse Pater statuit, quid menstrua Luna moneret;
Quo signo caderent Auctri; quid saepe videntes
Agricolæ propius stabulis armenta tenerent.
Continuo, ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis
Montibus audiri fragor; aut resonantia longe
Littora misceri, et nemorum increbescere murmur.
Jam sibi tum curvis male temperat unda carinis :*

355

Jam sibi tum curvis male temperat unda carinis : 369

cis, calorem, et imbræ, et ventos adducentes frigora; Jupiter ipse definit, quid menstrua Luna indicaret, quo indicio Auctri quiescerent, quid videntes rustici saepe continerent greges non longe a stabulis. Statim ventis orientibus, aut aquor maris commotum incipit inflari, et acicus fragor audiri ex altis montibus; aut ripæ procul resonantes perturbari, et murmur sylvarum augescere. Jam tunc fluctus difficile se

dem a manu prima possemus. In Romano - erat: possemus dicere.—352. Sic plane Goth. pr. At *Æstus et p.* et Goth. sec. a m. pr. *Æstus et pl.* Franc. ed. Mediol. *Æstusque et ed.* Ven. et Medic. inserto et ab alia manu. *pluvias et sine que unus Mead. et Nurimb. et Grimoaldus apud Martin. agentes fulgura* Franc. et ed. Mediol.—353. *moveret* Franc. Parrhas. Mead. et al. etiam edd., vulgari variatione; sed potest h. l. defendi.—354. *quod* multi scripti et impressi apud Pier. Burm. et Martin., etiam Goth. pr. ita esset: *quod signum saepe videntes*: jejuno dictum. *quid ad seqq. respicit*: quibus rebus visis.—357. *ardua* ed. Ven. et Romanus. Male. vid. Not.—359. *increbescere* Medic. cum aliis; non *increbescere*.—360. *a curvis* Pierii Romanus, uterque Mentel. Voss. et Reg., sed eraso a. illustratum ab Heinsio; nec recte tamen ab eo receptum, cum non scribendum sed subintelligendum sit. *Jam se* Goth. sec. *cum curvis* Ven. *Jam tibi* Gujetus et Gebhardus emendaverant. *Jam sibi tum et curvis* alias vir doctus in Misc. Obes. Vol. II, T. II, p. 171, male.—

NOTE

353 Quid menstrua Luna] Quæ singulis ciroiter mensibus cursum conficit: ut enim Sol anni; sic Luna mensium est præses: unde et *mensis* dictus est a *μην* *Luna*. Monetque poëta, tempestatum prognostica repeti posse duplici e capite: ex astrologia et experientia. Astrologiam exprimit his verbis: *quid menstrua Luna moneret*: *Quo signo*, &c. Experientiam his verbis: *quid saepe videntes Agricole*, &c. Incipit a prognosticis experientiis, versus 356. tum exequetur prognostica astrologia, de Sole et Luna versu 424.

354 Quo signo, &c.] Vel *quo sub ei- dere*; vel melius, *quo indicio intelligi*

posset ventos deficere. *Auctri* pro quibuslibet procellosis ventis: *de iia*, Ecl. II. 68.

356 Continuo, ventis surgentibus, &c.] Ventorum affert prognostica XI. 1. Agitationem maris. 2. Fragorem e montibus. 3. Sonitum littorum. 4. Murmur sylvarum. 5. Volatum morgorum e mari. 6. Ludos fulcarum in arna. 7. Fugam ardcarum. 8. Lapsum stellarum. 9. Nocturnos lucis tractus. 10. Palearum volatum. 11. Planarum in aqua collusione.

357 Aridus fragor] Epithetum a Lucretio I. vi. 118. *Aridus unde ariet terget omnia*. Siccus et acutus; qualis est arboris, cum frangitur.

Cum medio celeres revolant ex sequore mergi,
Clamoremque ferunt ad littora; cumque marines
In sicco ludunt fulicæ; notasque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.

Sæpe etiam stellas, vento irappendente, videbis
Præcipites cœlo labi, noctisque per umbram
Flammarum longos a tergo albescere tractus;
Sæpe levem paleam et frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

At Boreæ de parte trucis cum fulminat, et cum

365

370

abstinent a curvis navibus vorandis, cum mergi revolant celeriter e medio mari, et
emittunt vocem ad littora: et cum marinae fulicae ludunt in arena: et cum ardea
retinquit paludes sibi notas, et volat supra altam nubem. Sæpe etiam, vento inani-
mente, videbis stellas præcipites cadere e cœlo: et longos tractus lucis albescere a
tergo, per tenebras noctis: sæpe paleas leves, et folia caduca volitare, aut plumas na-
tantes in superficie aquæ agitari. Sed quando fulmen cadit a regione Boreali, et

361. Quom Medic. a m. pr.—362. In Arato: *xeparia rudoscorrae ærephycorou*; unde conjicias: *Clangoremque ferunt ad littora*: Ergo Virgilinus noluit *Clango-*
remque, quæ propria vox foret, scribere?—364. Laudatur versus a Seneca Nat.
Qu. vii. 28. *altum volitat super Zulichem. altum super avolat Moret. quart. et*
Vratisl. supervolat Parrhas. unde Burm. conj. *super evolat*.—365. *impellente*
Parrhas. et ed. Mediol. unus Mead., notabilis aberratio: nam et ipsum bo-
num sensum habet; an verum sit, proquantiare non ausim; saltum non pro
arbitrio: quo in re critica nihil geritur.—366. *per umbras plures forte, quam-*
quam a Burm. nil notatum sit; etiam plures apud Martin. et Goth. pr., sic-
que editum usque ad Commelin. Sed recte jam a G. Fabricio præferebatur
umbram, quod et Medic. habet, Pieriique Rom. et Medic.—367. Ita apud
Senec. N. Qu. i. 14. at vii. 20 laudatur: *Longos a tergo flammarum alb. tractus.*
Apud Macrobi. Sat. vi. 1.: *involvere tractus. Male.*—369. *molles pro nantes* Leid.
pr. a m. pr. *collidere Toll. palmas* Goth. pr.—370. *Aut tres ap. Burm., tres ap.*

NOTÆ

361 *Mergi*] *Plongeons*, aliis corvi
aquatice dicuntur.

363 *Fulica*] *Foulques*, poules d'ea: anatibus non admodum absimiles.

364 *Ardea*] *Heron*: e præpetum ge-
nere, quæ altius volant; unde dicta
quasi *ardua*.

365 *Sæpe etiam stellas, &c.*] Consen-
tiant omnes nullam cœlo stellam labi,
sed hoc e vulgi mente dictum esse,
cui labi videtur. Lapsus autem illi
juxta Plinium l. i. 8. sunt redundan-
tiones quedam humoris illius, quo
aluntur stellæ; ut in luminibus accen-
sis liquore olei videmus accidere.

Juxta Servium, sunt particulae quæ-
dam ignis ætherei, quæ decutuntur a
vento vehementiore, cum altiora con-
scenderit. Nugæ. Juxta Aristotelem,
sunt terræ exhalationes aptæ ad con-
cipiendum ignem: quæ ad medium
usque aëris regionem eductæ, illic,
circumfusi aëris frigore compressæ
ignescunt.

370 *At Boreæ de parte, &c.*] Progno-
stica pluviarum colligit xii. 1. Ful-
men a Borea, id est, septentrione.
2. Concursum Euri venti orientalis;
et Zephii, venti occidentalis. 3.
Fugani grum e valibus. 4. Büçnam

- Eurique Zephyrique tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis, atque omnis navita ponto
Humida vela legit. Nunquam imprudentibus imber
Obsuit: aut illum surgentem vallibus imis
Aëriæ fugere grues; aut bucula coelum 375
Suspiciens patulis captavit naribus auras;
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo;
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius et tectis penetrabilibus extulit ova
Angustum formica terens iter; et bibit ingens 380
Arcus; et e pastu decadens agmine magno

quando regio Eur et Zephyri tonat; omnes campi inundantur fossis plenis: et omnis nauta per mare colligit vela humida: nunquam pluvia incautis nocuit. Vel illum veteranum grues aëriæ fugient ex imis vallibus: vel juvena carum aspicunt haurit ærem naribus patentibus: aut hirundo canora volat circa lacus: et ranæ in limo eamant antiquam querelam. Sæpe formica fodens parvam viam exportat ova ex intus cavernulis: et haurit aquam magnus arcus cœlestis: et turba corvorum rediens e

Martin., Goth. pr.—371. *domus tonat* Ven.—372. *omni a. ponto fragm.* Moret. —373. *legant* in nonnullis apud Pierium, probatum Heinsio. At *legit* etiam in Romano. *prudentibus* Medic. a m. pr., hocque præfert cum aliis Jo. Schrader. Sane et hoc suum sensum habet. Nec minus tamen alterum verum est.—374. *Adiutus* Bynckershöckii emendatio jam a Burm. rejecta est. ac *illum* Moret. quart. in *vallibus* Leid. a m. sec. ab v. Leid. alter.—375. *sen-sere* Goth. sec.—376. *Suspiciens* Zulich.—378. *Avt ed.* Ven., nonnulli ap. Pierium, Bodleii, et unus Arundel. ap. Martin., qui recepit.—379. *Ocyus* et malit Cerdia. e *tectis* ap. Charis. Inst. Grammat. II, p. 198. e *tecti penetrabilibus* conj. Voss., male. Sic *foci penetratae*. Apud Avienum p. 121 ed. Grot. *ova cavis effert pe-netrabilibus*: quod Jo. Schrader. in schedis landat.—380. *tenens* Goth. pr.—

NOTÆ

captantem naribus auras. 5. Hirundinem lacus circumvoltantem. 6. Ranas coaxantes. 7. Formicas ova e latebris educentes. 8. Arcum cœlestem. 9. Corvos rance crociantes. 10. Marinarum avium et cygnorum frequentes sub aquis demersiones. 11. Solitariam cornicam in arena dis-cursionatem. 12. Fungos in lucerna concrescentes.

371 *Eurique, &c.]* Spirat ab oriente brumali. Latinis *Vulturinus* appellatur ex Plin. I. II. 47. Dr. Zephyro, Ecl. v. 5. De Borea, Ecl. VIII. 51.

373 *Nunquam imprudentibus imber Obsuit, &c.]* Nunquam incautis nocuit:

quia tam clara dat sui signa; ut quibuscumque nocuit, ii cavere potuerint.

378 *Et veterem, &c.]* Alluditur ad metamorphosim, qua Lyciæ rustici in ranas commutati sunt; cum Latone, Diana et Apollinem liberos sinu gerenti, et ad lacum præ siti accendi, convicium fecissent. Ovid. Met. VI. *nunc quoque turpes Litibus exercent linguis; pulsoque pudore, Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant, &c.*

380 *Et bibit ingens Arcus]* Vulgus veterum putabat arcum cœlestem, sive Irin, haurire suis cornibus aquam

Corvorum increpuit densis exercitus alis.
 Jam varias pelagi volucres, et quæ Asia circum
 Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
 Certatim largos humeris infundere rores, 385
 Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas,
 Et studio incassum videas gestire lavandi.
 Tum cornix plena pluviam vocat improba voce,
 Et sola in sicca secum spatiatur arena.

pastu magno numero, strepit densis alis. Præterea videre potes diversas aves maris, et quæ circumsestant Asiana prata in mollibus paludibus Caystri, certatim aspergere humeros multa aqua: nunc objectare caput suæ, nunc currere per undas, et frustra agitari desiderio lavandi se. Tunc cornix importuna advocat imbræ alta voce, et sola privatim vagatur in arena arida. Ac ne puellæ quidem noctu nentes

383. *Tum pro Jam alter Arundel. varia Medic. et Gud. Rom. Pierii, unus Arundel. et Bodlei. Sic jam Serv. lectum fuisse notat, ut infundere pro infundunt dictum accipiatur. Ita nova sententia facienda: Nunc caput objectare—videas. Jam volucres pelagi varias in nonnullis apud Pierium. Mox atque Asia Medic. Mentel. pr. a m. et nonnulli ap. Pier.; putes, aut quæ.—384. mirantur Reg. a m. pr.—386. in undam Medic. a m. sec. Gud. et unus Mead. undis Mead. alter, ut nonnulli apud Pierium. in unda alii.—387. studio incansas malebat Jo. Schrader.—388. Tunc Nonius in pluvia rauca voce Servius et edd. nonnullæ; quod probat Kingius ap. Martin., sed est alterius glossema. plenam ed. Ven.—389. Post hunc versum addunt nonnulli: At caput objectat querulum ventientibus undis, ut in Franc. Leid. et Voss., in hoc quidem, ut et in Bodlei. et uno Arundel., post v. 388. In Medic. Gud. Mentel. Parrhas. in margine erat scriptus. Reg. et Mead. cum ed. Norimb. habebant: Et caput.*

NOTÆ

e fontibus, eaque nutriri. Unde et eam Junonis nunciam finxere, id est, aërie.

383 *Et quæ Asia circum, &c.] Cycnos intelligit: frequentes in Caystri ripis: Cayster, vel Caystrus, fluvius Asia Minoris, nascens in Phrygia Majore, trajectaque Lydia, per Ioniae littus in Ægeum mare desfluens. Asia palus et oppidum inter Caystrum fluvium, et montem Thosum, qui est in confinio Lydie et Phrygie Majoris: primam syllabam habet longam; Asia vero, mundi pars, brevem. Rimari est cibum per terræ rimas vestigare, vermiculos, &c. Stagnæ hic, prata sunt, in quæ Cayster exundat, et in quibus stant residues aquæ.*

387 *Incassum] Frustra. Quia clynorum candori nihil addi per lotionem potest. Gestare] Est letitiam et contentionem suam motu gestuque corporis exprimere.*

388 *Tum cornix plena, &c.] Ita vulgo legitur: Servius tamen rauca. Corvi itaque in utrisque prognosticis locum habent: ad pluviam quidem, Corvorum increpuit densis, &c. cornix plena pluviam, &c. Ad serenitatem vero v. 410. Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, &c. Nempe si plena voce ac rauca diu crocent, pluviam indicant; si ter aut quater, etpresso gutture, et liquida voce, serenitatem nuntiant.*

Ne nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescivere hyemem : testa cum ardente viderent
Scintillare oleum, et putres concrescere fungos.

Nec minus ex imbri Soles et aperta serena
Prospicere et certis poteris cognoscere signis :
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur ;
Nec fratri radiis obnoxia surgere Luna ;
Tenuia nec lanæ per coelum vellera ferri ;
Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt

lanam ignorant pluriam futuram : cum vident oleum emittere scintillas in lucerna ardente, et putridos fungos cumulari. Pariter post imbre, poteris praevidere, et certis indicis discere dies sordes et cælam apertum ac serenum. Tunc enim, nec lux stellarum appetit languida, nec Luna videtur oriri, debet lucem suam Nisi Solis;

.....

In Cantabr. deerat objectat. Confectus versus e. v. 386.—390. Nec vulgo. Ne Medic. Gud. Mentel. pr. et Moret. pr., item Rom., perpetua quidem variatione. Debebat tamen utique et h. l. placere, ut viri docti fere ubique restituerint: atque sic jam Naugerius ediderat; ergo secutus sum.—391. cum testa Rottend. sec.—393. *eximbras soles* Pierius et Romano et nonnullis antiquis, quod recipit Martinus, ne, cum mox e solis et siderum fulgore præcipiat poëta. Sed ut hoc argutius est, quam verius, nam pluviarum intervalla esse possunt, in quibus stellæ fulgeant, ita *eximbras* sola analogia se tinetur. Porro Reiskius conjiciebat: *soles per aperta serenos.*—394. *agnoscere Parrhas.*—395. Nam neque ut Goth. pr. tunc astris acies obtusa rideri apud Gellium N. A. vii, 17; hoc posterius impense placet Heinso; et ipse hoc a Virgilio profectum esse malum. *tunc acies stellis* inverso ordine Mentel. pr. *tum in stellis* Mentel. sec. a m. pr. *cum stellis* ed. Commel.—396. Latere videtur frans in *Nec.* Procedit sententia, si legas: *Et fratri.* Ut sit: et surgit *Luna*, quæ *fratri radiis obnoxia* est, lucem, quam habet, soli acceptam refert. Oritur, in conspectum venit, nubibus liberata. Et sic legitur in Schol. Statii Theb. ii, 146. *obnixa* Moret. pr. *fulgere* conj. Jo. Schrader.—397. *Tenuia* e Medic., sed altero et rō e linea obducto.—398. *Nec Leid.* pr. et unus Mead. *Nam* ed. Ven. *pinnas* Rom. *tepidæ*

NOTÆ

390 *Pensa*] Lanas, quæ puellis dantur ad pensum, id est intra constitutam diem expedientæ. *Testa*] Lucerna testacea. *Fungos*. Scintillas: quæ circumfusi aëris humore et crassitie erumpere cum fumo prohibitæ, in lucernis resident, et cumulantur in quandam fungorum similitudinem.

393 *Nec minus ex imbri, &c.*] Enumerat prognostica serenitatis ix. 1. Nitorem stellarum. 2. Nitorem Lunæ exorientis. 3. Coelum sine velleribus et nubeculis. 4. Halcyones alas ad Solem non explicantes. 5. Sues non

jactantes manipulos. 6. Nebulas ad terram depressas. 7. Noctuam carente Sole silentem. 8. Falconis in alaudam incursus. 9. Corvorum latos strepitus. *Ex imbri* Vel post imbre. Vel ex ipso imbre, sive observatione indiciorum pluviae tempestatis, cognosces oppositam temperiem: si nimirum indicia illa absuerint.

Aperta serena] Supra, v. 158.

396 *Obnixa*] Qui tam clare lucet; ut lucem tunc, non a Sole, sed a se ipse habere videatur. Sol et Luna, Latonæ liberi, Ecl. iii. 67.

- Dilectæ Thetidi halcyones; non ore solatos
Immundi meminere sues jactare maniplos. 400
At nebulae magis ima petunt, campoque recumbunt;
Solis et occasum servans de culmine summo
Nequicquam seros exerceat noctua cantus.
Apparet liquido sublimis in-aëre Nisus,
Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo: 405
Quacumque illa levem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus, atrox, magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,

*nec levia vellera lana volare per aërem. Halcyones caro Thetidi non explicitant Sotis alba in littore. Fadi porci non meminerunt dissipare rostro fasciculos palmarum la-
ceratos. Sed potius nebula deprimitur in valles, et residunt in campis. Et noctua,
observans occulum Sotis ex alto cœcumine, non emitit serotinos cantus. Falco vide-
tur sublimis pars in aëre, et alauda solvit parnas pro crine purpureo a se secto:
quacumque alauda fugiens findit alis tenuem aërem, ecce falco hostis crudelis magno
murmure persequitur eam per aërem: quacumque falco fertur per aërem, alauda fugiens*

Goth. sec.—399. *ore solato* alii apud Serv.—401. *Aut* Moret. sec. et fragm. Moreti. *campoque residunt* Goth. sec., non male, sed ex interpretatione.—402. *de lumine Ven.*—403. *Nequicquam*: frustra, ut sup. 96 sec illum *Flava Ceres* alto nequicquam spectat aero. Et sic saepè. De interpretatione v. Not. Jungo: *Nequicquam exerceat c.* At Eduard. King.: *Nequicquam seruans occu-
sum, quippe qui in tanta cœli serenitate vix possit observari.* Servius, quem vulgo sequuntur interpres, nequicquam pro non ponit vult. Jo. Schrader. emendabat: *Nequaquam.* 404. *æthere Rom.* unus Mead.—406—409. in Cir.

NOTÆ

399 *Dilectæ Thetidi halcyones]* Ceyx, Luciferi filius, Trachiniæ rex, ob multa domestica portenta profec-
tus ad Clarii Apollinis oraculum, in *Ægæo* mari naufragium fecit. Uxor ejus Halcyone, *Æoli* filia, cum im-
marii cadaver appulsum littori involaret amoris impetu; ambo in aves con-
versi sunt, uxoris nomine *Halcyones* dictas: et in fidei præmium quotan-
nis ipsarum fætus mare placidissi-
mum substernitur per 7. vel 11. vel
14. dies, qui inde *Halcyonii* dies ap-
pellantur, et contingent circa brumam. Hinc *dilecta Thetidi* sunt. De *Thetide*, Ecl. iv. 82. *Meminere sues]* Non memoria proprie dicta, quæ fit per species, seu imagines rerum, usu et sensu comparatas: sed memoria

impropriæ dicta, quam vocant insti-
ctum, quæ fit per species in ortu in-
genitas, quibus animantes ad rem ali-
quam fugiendam, aut appetendam
moventur; quoties species illæ, rei
similis objectu et præsentia, excitantur.
Ita species ingenita agitandi
luti, solvendique manipuli movet su-
em: quoties luti aut manipuli ob-
jectu excitatur.

403 *Nequicquam exerceat]* Id est hoc
loco, *non exerceat*: juxta Servium, qui
sic explicat Persium S. II. 51. *Ne-
quicquam fundo suspireret numinus in ins.*
id est, non suspireret. *Noctua]* Avis fu-
nesta et nocturna, chouette.

404 *Nisus, &c.]* *Haliaetus*, sive fal-
co, faucon, olim *Nisus Megarensium*
rex: *Scylla, Ceiris*, sive *alauda*, alow-

- Illa levem fugiens raptim secat æthera peanis.
 Tum liquidas corvi presso ter gutture voces 410
 Aut quater ingeminant; et sæpe cubilibus altis,
 Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
 Inter se foliis strepitant; juvat imbribus actis
 Progeniem parvam dulcesque revisere nides.
 Haud equidem credo, quia sit divinitus illis 415
 Ingenium, aut rerum fato prudentia major:
 Verum, ubi tempestas et coeli mobilis humor
 Mutavere vias, et Jupiter uvidus Austris

*ceteriter finit alii tenuem aërem. Præterea corvi ter aut quater iterant clares vo-
 ces compresso gutture: et arpe in nidiæ excochis, nescio qua letitia pleni præter mo-
 rem, inter se frontes commovent: placet redire ad parvum prolem et gratos nidos,
 plenaria exacta. Sane non puto quod sit illis datum a Diis ingenium, et rerum
 prudentia, quae potenter est fato. Sed quando temperies et humor mutabilitate carri*

repetuntur: 538 sq. *Quacumque* Gud., male. aëra unus Arundel. pinais Medic. Gud. Reg. Mentel., hic et 409.—408. *qua fert* se Rottend.—409. *raptam* Medic. a m. pr. et alter Menag. partim Probus in Grammatica. *repatis* Voss. alter et Goth. sec. *secat* aëra Parrhas. Ceterum hos tres versus 407—409 *ταυτολογούσας* et spurius damnabat Reiskius et ab edit. Argent. abesse notabat. Essent idcirco translati e Ciri putandi. At sic 406 *Quacumque* simul erit rescindendus.—410. *Cum liquidas* Ven.—*presso* corvi Moret. sec.—411. *At-*
que ter *ingeminat* Reg. a m. pr.—412. *dulcedine* capti Menag. et Goth. primus, ut alias poëta. Sed v. inf. iv. 55.—413. *in foliis* Medic. Gud. sex aliis; item Romanus, Medic. Pierii cum aliis; necnon tres apud Martin. *strepitant foliis* Moret. unns. *crepitant* Leid. alter, quod sane et ipsum dicitur, ut ap. Avien. p. 122 in hac ipso re.—414. *et dulces inviseri* Franc. natus Vratilis.—415. Reiskius eleganter conj. *Haud* (*equidem credo*) *quia sit divinitus illis* *Ingenium*; et sequitur *major*. Video in idem hoc jam alias viros doctos incidisse (in *Hist. de l'Acad. des Inscript.* Tom. XXXIV, p. 168, 169), etiam Jo. Schraderum. Ex vulgari lectione est supplementum: *Haud* *equidem credo* hoc ita fieri, *quia sit*.—416. *facto* Franc. *fato* rerum Toll.—417. *mollibus* Goth. pr.—418. *Mutavere* vios Markland. ad Stat. Sylv. v. 2. 152 eleganter conjectat, ut Catena etiam ediderat; utque in uno Arundel. legitur. Sed nec male, precelle seu

NOTÆ

et te, ejus filia: ave inimicissime. De *tua: at vero animantes reliquæ, cum ratione careant, obsequuntur naturæ aëris;*

earum metamorph. Ecl. vi. 74.

415 *Haud* *equidem, &c.*] Causam af-
 fert, cur avea, ceteraque animantes
 mutationem aëris præsentiant: non
 item homo. Ac negat eas habere ra-
 tionem, et ingenium divinitus datum:
 indeque discrimen repetit; quia ho-
 mo ratione pollet, atque adeo judicio
 et ratione, præter naturam et quali-
 tatem aëris, potest esse tristis et la-

tristes, vel tristes, vel læte apparent, id ex aliqua coeli aërisque affectione fieri probabilius est, qua necessario commoventur.

418 *Mutavere vias*] *Mutavere* ra-
 tionem et qualitatem aëris. *Vias* enim
 est *sæpe ratio et modus*. Sic Ge. II.
 22. *Sunt* *alii* *quod ipsæ via sibi reperit*
unus.

Denset, erant quæ rara modo, et, quæ densa, relaxat;	
Vertuntur species animorum, et pectora motus	420
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,	
Concipiunt: hinc ille avium concentus in agris,	
Et lætæ pecudes, et ovantes gutture corvi.	
Si vero Solem ad rapidum Lunasque, sequentes	
Ordine, respicies: nunquam te crastina fallet	425
Hora, neque insidiis noctis capiere serenæ.	
Luna, revertentes cum primum colligit ignes,	

mutavit qualitates aëris: et quando aëris humectatus Austris condensat ea, quæ prius erant rara; et rarefacit ea quæ prius erant densa: tunc species animorum mutantur; et corda nunc suscipiant effectus alios et atios dum ventus turbabat nubes. Hinc oritur ille cantus volucrum in campis, et læta sunt pecudes, et corvi exultant gutture. Si autem consideres Solem rapidum, et ordinem Lunarum sequentium; nunquam dies crastinas te decipiet, nec deciperis fraude noctis serenæ. Cum primum Luna colligit lucem renascendem, si amplectatur aërem obscurum nigris cornibus,

tempestatis ac nubium via ac ratio naturaque mutatur, cum sudum sit, et omnino mutat viam quocunque movet se, procedit. Panlo diverse ratione *via* cœli dicit Ge. ii. 477 pro motu siderum, ut via solis, siderum: quæ pro exemplis laudat Burm. h. l. *unidus* est ex Medic. *humidus* alii, *unidus* Romanus.—419. *Denset* e Medic. Rom. et melioribus Heins. cf. Cerd. *Densat* vulgo. cf. sup. ad 248. *Mox* et ante *qua* deest Leid. pr. *aut* *qua* malit Kingius ap. Martinum in app., sed et *seplasime* eadem vi. *relaxet* Ven. et Zulich. 420. *pectore* Mentreli. pr. cum duodecim aliis Heinsii et Burm., item nonnulli apud Pierium et Marti- num et Goth. uterque: ferri et hoc potest.—421. *Tunc* alios Gud.—422. *Kic ille avium contentus* Medic. a m. pr. *ovatis* Ven. in *aeris* malit Jo. Schrader.—424. *Sia* Mentreli. tert. a m. sec. *ad solem* rapidum trea, *ad rapidum solem* Moret. fragm.—425. *respicias* Menag. pr. et Seneca Epist. 88. *prospicies* Franc.

NOTÆ

419 *Denset*, &c.] *Densare* est aliquid in minorem dimensionem contrahere: *relaxare*, sen *rarefacere*, est in majorem dimensionem dilatare. Quæ duo in primis cadunt in aërem, qui natura est facile mobilis: aëris autem vis est in animantes maxima. Itaque mutato aëre, mutantur, varieque agitantur species et imagines rerum, in animantium memoria superstites: mutatis speciebus, mutatur cognitio: mutata cognitione, appetitus quoque varie movetur; sive ad tristitiam, sive ad laetitiam; sive ad prosecutionem, sive ad fugam. Per *species animorum*, cognitio exprimitur; per *motus*, affectio diversa appetitus, cuius sedes est in corde, seu *pectoris*.

423 *Ovantes*] *Lætantes*, En. III. 189.

427 *Luna, revertentes*] Proponit ea prognostica quæ ab astrologia petuntur. i. A *Luna* tria. 1. Si nova sit obscura, pluviam notat. 2. Si rubescat, ventum minatur. 3. Si quarta die serena sit, mensem serenum promittit. Unde vulgare est: *Pallida Luna pluit, rubicunda flet, alba serenat.* ii. A *Sole* octo. 1. et 2. Si in ortu, aut sit maculosus, aut media tantum sui parte appareat; imbreu munitat. 3. et 4. Si in ortu divisi sint radii, aut Aurora paleat; ventos praedit. 5. et 6. In occasu si sit cœruleus, pluviam; si igneus, ventos. 7. Si maculosus, pluviam et ventos. 8. Si in ortu

Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu :
 Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.
 At, si virgineum suffuderit ore ruborem : 480
 Ventus erit ; vento semper rubet aurea Phœbe.
 Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor,
 Pura, neque obtusis per cœlum cornibus ibit :
 Totus et ille dies, et, qui nascentur ab illo
 Exactum ad mensem, pluvia ventisque carebunt ; 485
 Votaque servati solvent in littore nautæ
 Glauco et Panopeæ et Inoo Melicertæ.
 Sol quoquè et exoriens, et cum se condet in undas,

maxima pluria iannint colonis et mari. Sed si sparserit in vultu suo ruborem virginalem, ventus erit : Luna aurea semper rubescit ex vento. Si vero quarto die (nam hic est index certissimus) incedit per aërem clara, et cornibus non habebatis ; et ille dies totus, et qui sequentur post illum usque ad mensem transactum, erunt absque imbre et vento : et nautæ seruati a tempestate reddent in littore vota Glauco, et Panopea, et Melicertæ filio Inus. Sol quoque et oriens, et quando se abecondet in

propicias Parrhas. — 427. *colligit* Goth. sec. — 428. *obscuræ Medic.*, sc. Lunæ, quod etiam eleganter haberi possit. *comprenditur* Ven. *aëra* vetustissima exemplaria habent, idque reposuit Nauger. Ald. tert., at priores aëre, quod Pierius et Catrœus præferabant; ut est in cod. Rottend., minus bene. vid. Burm. et Martin. — 429. *agricolæ* ed. Cerdæ: et mox *virginea*, sine libro, ut videtur, scripto. — 430. *Aut si Medic.* a m. pr. et Menag. *ora fragm.* Moreti: unde conj. Heins. *virgineo suffuderit ora ruborem*; quod usitatus poëtis, sed hac ipsa de causa suspectum ; *ore* erit, in ore. Saltem cum Vossio v. c. erit præferendum : *virginea s. ora ruborem*, minore etiam mutatione. — 432. *ortu in q.* editum video usque ad Pulmannum constanter; retinent tamen et post illum Ruæi, Catrœi edd., et e codd. Parrhas. Bodleie. alter Arundel. Goth. pr., et sic apud Senecam Suasor. namque his Goth. pr. Voss. pr. edd. Junt. et Ald. pr. hic Voss. — 433. *Plena nec obtusa* Seneca Suasor. In Einonis Chronicò vulgato in Analect. Matthæi Tom. III. modo vulgatum, modo *Laxa nec obscuris* recitari, monuit Burm. *obtusa* in Romano et multis scribitur. *nec* Pierii libri, et Goth. pr. — 434. *nascentur* Rom. Pierii et Regius Martini, *nascentur* Longob. Pierii. — 435. *carebit* ed. Ven. — 436. *ad littoro Romanus.* — 437. *Panopæ Medic.* Panopea ed. Junt. Melicerti Medic. a m. pr. Græce esset: Γλαῦκη καὶ Πανοπεῖς οὐδὲ Μελικέρτης. — 438. *Sol quoque exoriens*, sine et, relictio hiatu, Medic. Moreti. pr. Ven. *Sol q. cum e. ed. Ven. condit frag. Mo-*

NOTE.

et occasu lucidus, serenum ac sudum Aquilonem.

427 *Colligit ignes]* Quos decrescens amisisse videbatur, et quasi dissipasse.

437 *Glauco et Panopeæ, &c.]* Marinis numinibus. Versus bis hiat Græcum in morem. *Glaucon* piscator fuit:

qui cum pisces a se captos fortuito cujusdam herbae attactu resilire in aquam vidisset; eadem ipse degustata, pisces in mare secutus est, et in marinum Denm est conversus. *Panopea*, vel *Panopea*; Nympha maris, Nerei et Doridis filia. *Melicerta*, vel *Melicertes* *Inus* filius fuit. *Inus* autem

- Signa dabit; Solem certissima signa sequuntur,
Et quæ mane refert, et quæ surgentibus astris. 440
- Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum,
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbræ; namque urget ab alto
Arboribusque satisque Notus pecorique sinister.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese 445
Diversi rumpent radii, aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;

mare, præbabit indicia: certissima indicia sequuntur Solem, et quæ dat mane, et quæ stellæ apparetibus. Cum Sol abditus in cavo rubis, distinxerit primum ortum maculis, et media sui parte latuerit: tunc pluria sit tibi suspecta. Nam Notus fūnctus et arboribus, et segetibus, et pecudibus imminet e mari. Vel cum sub initium diei radii separati emittent se ex opacis rubibus: vel cum Aurora, retinquens an-

reti, Gudian. Moret. unus, Mentel. pr. a m. pr. nec quam se Ven. Reg. a m. pr. cunctet Goth. sec. ad undas Moreti quart. 439. sequuntur Pierius et Heins. e melioribus, sequuntur alii. Emendationem lectionem jam Nangerius dedit Ald. tert. sequuntur est pro adest, ineat, tñræ. 440. Astris Medic. et Rottend. sec. a m. pr., etiam Erf. a m. pr. 441. orbem Parrhas. et ed. Veneta Burmanni; cni abblantur lectio; modo codicim major esset auctoritas, nec recurreret versu seq. orbe. Verum etiam paulo ante v. 432 ortu quarto: et est hoc exquisitus. Eadem variatio Horat. Carm. iv, 2, 58, ubi vid. Bentlej. 442. refulerit Rottend. sec., et refulserit Erf. Videtur posse referri ad illud phenomenon, cum ex atris nubibus mediis orbis solis erumpit, bñwbre— $\tau\alpha\delta\alpha\tau\pi\mu\sigma\alpha\varphi\alpha\lambda\gamma$, h. $\tau\alpha\mu\sigma\alpha\tau\pi\mu\sigma\alpha\lambda\gamma$, medius solis orbis etucescat, ap. Arat. v. 98. At vetat hoc sententiarum ordo apud Aratum, quem Virgilium retinuisse manifestum est. Et Avien. Sed non ora caro similia medioque recedens Orbe quasi. Bergsträsser v. c. malebat: variaverit orbem—medioque refugerit ortu. Quod mutare malum, est: mediore. Nam diversum hoc ab antec. maculis variaverit. 445. At ubi Rottend. sec. 446. rumpent reduxit Heinsius, nt in alii locis, pro erumpent: quod vulgo legebatur: nec tamen ubique: rumpent jain in Egnat. Commelin. occurrit; et habent istud omnes meliores etiam Pierii. rumpunt Rom., ut et Regius et Ald. tert., sic convenit cum surgit. Mox surget etiam e melioribus repositum; idem jam Egnat. Commelin.

NOTÆ

Cadmi filia, Athamantis Thebarum regi uxor: quæ maritum fugiens, in mare se cum filio præcipitem dedit: ambo maris numinibus additi: et fœ quidem Græcis *Leucothea*, Romanis *Mutuæ*; Melicerta illis *Palemon*, his *Fortunæ*, appellatus est. Alii tamen Auroram his nominibus designatam putant: et *Leucotheam* Græco nomine, quasi *albam Deam*; *Mutuam* Latino dictam esse, quasi *matutinam*. *fœo*]

Inous, adjectivum nomen, id est, *filius Inus*.

443 *Ab alto*] Supra v. 324. *Notus*] Idem qui Auster, vèntus meridionalis, Ecl. II. 58.

445 *Sece rumpent, &c.]* Hic active sumitur, auctore Lucretio l. iv. 1109. *Tandem ubi se rupit nervis collecta cupido.*

447 *Tithoni croceum, &c.]* De *Tithoni*: deque *Aurora*, supra v. 249. Cro-

Heu, male tum mites defendet pampinus uvas :
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

Hoc etiam, emenso cum jam decedet Olympo, 450
Profuerit meminisse magis : nam saepe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores ;
Cœruleus pluviam denuntiat, igneus Euros.

Sin maculae incipient rutilo immiscerier igni :
Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis 455

Fervore : non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat convellere funem.
At si, cum referetque diem, condetque relatum,
Lucidus orbis erit : frustra terrebere nimbis,
Et claro sylvas cernes Aquilone moveri. 460

Denique, quid vesper serus vehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,

rum lectum Tithoni, oritur pallida ; heu ! tunc frondes male tuebuntur matus rascos : tam multa et horrida grando salit crepitans in tectis. Præterea magis proderit hæc alia annostare, cum Sol occidet cælo decurso : nam saepe videmus diversos colores spargi in ejus vultu. Cœruleus significat imbrum, flammæ ventum. Si vero maculae incipient misceri cum nictant lunine, tunc videbis omnia æque turbari vento et pluvia. Nulus ne hortetur ire illa nocte per mare, et solvere funem a terra. Sed si globus Solis nitidus sit, et quando reducat diem, et quando reductum abecondet : frustre timebis pluviam, sed videbis sylvas agitari sudo Aquilone. Denique Sol tibi significabit, quid ferat vesper serotonus : qua ex parte ventus pellat siccas nubes : quid humidus Auster præparat. Quis audet Solem appellare fallacem ? Ille quo-

et hinc alii. Ceteri, in his Alld., *surgit*.—448. *defendet* Pieriani, item Medic. et alii boni libri. At *defendit* Gudian. a m. sec. Moret. duo, Leid. pr. Zulich. ed. Ven. Erf. a m. sec. *defendat* Mediol. *vites* Ven. et Menag. sec. a m. sec. *tan* Ven.—449. *Tam antiquiores*. *Quam m.* apud Nonium in *Grando*. *Tum* Mentel. duo, fragm. Moreti cum octo aliis. *Jam* Ven. Leid. alter a m. pr. Genev. ed., nec displicet Burm. cf. v. 506.—450. *decedit* Medic. et Pieriani nonnulli. cf. sup. v. 209. *descendit* Rottend. alter. *emissa* Leid.—451. *Profuerit* ed. Ven. jens Toll.—453. *Cœruleos* Leid. alter. *Cœruleus* Reg.—454. *Si Romanus*. *faciatus* Medic. Gudian. Leid. pr. a m. pr., it. apud Pier. aliquot : et, si reliqua loca ad idem tempus revocentur, doctius it dictum arbitror. *miserier* Leid. alter. Franc. Mentel. et Gudian. alter.—455. *cum pariter* Franc. *tum Rom.*—457. *ab terra* Valer. Probus Art. Grammat. i. at Medic. *movere* idem a m. pr., et ita edidit Catœus, nec probante Burm. Infrequency quidem nec tammen insolens, *movere convellere*, permoveat ut solvam.—459. *nimbisque* fragm. Moret.—460. *cernis sylva* Goth. sec.—461. *Quod serus* Zulich. *ferat* Medic. a m. pr. Romanus et Cantabrig.—462. *agit* Reg. Martin. *unde serenans* Euros

NOTÆ

ceus color, du saffran, Ecl. iv. 44. De *per apud Virgilium* : ut et *fulgere*, *stridere*, *effulgere*, *effervere*.

456 *Fervore*] Penultima brevi sem.

460 *Aquilone*] Vento septentrionali,

Sol tibi signa dabit: Solem quis dicere falsum
 Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
 Sæpe monet, fraudemque et operta tumescere bella. 465
 Ille etiam extineto miseratus Cæsare Romam:
 Cum caput obscura nitidum ferrugine texit,
 Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.
 Tempore quanquam illo tellus quoque, et æquora ponti,

que sepe declarat secretos tumultus imminentes, insidiisque et bella occulta parari.
Ille quoque miseratus est Roma, occiso Cæsare, quando relavit lucidum caput obscura ferrugine, et quando homines solerati timuerunt pérpetuam noctem. Quanquam illo tempore terra quoque, et æquor maris, et fodi canes, et funesta aves dabant

agit conjiciebat Reiskius, acute, ut esset quod Austro responderet: et quia poëtam debeat magis, Eurus quam ventum excitare. Etiam Jo. Schrader. conj. serenus Eurus: ut opp. humidus Auster. Enimvero, unde Eurus veniat, ignorari nequit; sed, unde ventus venturus sit, quo nubes dispellantur, hoc dubitari potest. quid cogitet accipiebat Reiskius, quasi, cogit et compellet; ut agat sit quasi abigat. Locum declaravit Spencius Polymet. xiii, p. 203. quid cogat et edd. Aldd. pr. et sec. cum Junt. ex cogit et pro cogit, ut sepe erratum. v. Burm. qui cogitat Moret. quart. Kingius in app. edit. Martin. rō cogit non ferendum esse putabat; itaque malebat cogit et aut concitat. Hoc est, minus poëticum præferre alteri, quod poëtice rationi est consentaneum.—463. dedit Moret. pr.—465. aperta Bodlei.—467. Tum fragm. Moret.

NOTE

qui et Boreas dicitur: siccatur nubes et cœlum abstergit. Ecl. vii. 51.

464 *Ille etiam, &c.] vi. PARS. Digréssio de prodigiis, qua cedem J. Cæsar. aut præcesserunt aut subsecuta sunt. Quia singula scriptorum aliorum auctoritate, quoad poterit fieri, confirmabo. Videndum Ovidius Met. xv. 782. qui prodigia illa recensuit, et Virgilium imitatus est.*

467 *Cum caput obscura ferrugine, &c.] Servius de vero Solis defectu interpretatur, sive eclipsi; quam tamen aut illo, aut sequente anno fuisse ullam negat Scaliger, et explicat de insolito Solis pallore: de quo sic Plin. l. ii. 80. Fiunt prodigiis et longiores Solis defectus, qualis occiso Dictatore Cæsare, et Antoniano bello; totius pene anni pallore continuo. Ita quoque Plutarchus in Cæsare. Kal rō repl. ἡλιος δυσθένεια τῆς αὐγῆς, &c.*

Circa Solem quoque hebetatio splendoris: nam toto illo anno pallens ejus globus, et sine fulgore oriens, debiliter et tenue emisit calorem: itaque rubitus aëris et gracis extitit: unde fructus crudii immaturique elongaverunt ob cari rigorem, et flaccidi evasere. Ferrugine, non proprie caligine, sed rubore nigrante: de eo colore, Ecl. ii. 18.

468 *Sæcula] Genus hominum, homines, Lucretii more: cui nihil est illa locutione familiarius, l. i. 1090. Quippe etiam vesci e terra mortalia sæcula: l. v. 986. mortalia sæcula Dulcia linquebant labentia lumina vita. Sic l. iv. 1220. Et muliebre oritur patrio de semine sæcum; id est, mulieres: l. iii. 754. Desiperent homines, saperent fera sæcula ferarum; id est, feræ: l. v. 860. leonum sæcula; id est, leones: l. v. 864. bœvæ sæcula; id est, boves, &c. Suspiciatur Gifanius id e Græcis*

Obscenique canes, importunæque volvres,	470
Signa dabant. Quoties Cyclopum effervere in agros	
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,	
Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa!	
Armorum sonitum toto Germania coelo	
Audiit; insolitis tremuerunt motibus Alpes.	475

signa. Quoties vidimus Aetnam, exundantem, caninis effractis erumpere in area Cyclopum, et eructare globos flammarum ac lapides comminutos. Germania audiit tato aere strepitum armorum, et Alpes tremuerunt insuetis motibus. Voce,

et edd. Alld. pr. ac sec. Reg. Martin.—470 *Obscenaque canes* Medic. solus. v. Burm. *Obscenique annes* Ven.—472. *Aetnam* Moret. pr.—474. *sonitus* Menag. sec. Goth. et Schol. Juvenal. Sat. xi. 111. *sonitum ex toto* Venet. *sonitu* Goth. pr.—475. *tremuerunt* Moret. pr. et Zulich. *motibus* Medic. a m. pr.

NOTÆ

baustum esse, apud quos γενὰ et genus et σάκον, aut certe spatium aliquot annorum significat.

470 *Obscenique canes, &c.]* Mali ominis: sic passim a probatis anctoribus *fæda* dicuntur omina et auguria, quæ funesta sunt. De hac voce *Æn.* iii. 262. Appianus antem l. iv. civil. inter ostenta, quæ triumviratum, in ultionem Julianæ cædis institutum præcessere, hoc quoque recenset. Κίνες τε γάρ ἀρβατο δυαλῶς, οὐα λίκοι. *Canes* vero ululabant ex composito, instar luporum.

Importunæque volvres] Plutar-chus habet inter prænuncia necis illius prodigia, καταπόρras eis ἀγορὰς ἀρμένους ὄρνιθας: aves solitarias in forum delatas. Suetonius vero in Julio. c. LXXXI. *Pridie eadem Idus avem regali-golum cum laureo ramsulo Pompeiana curia se inferentem volvres varii generis ex proximo nemore persecuta ibidem discer-perant.*

471 *Cyclopum effervere in agros, &c.]* De hoc prodigo nemo singulatum hoc tempore. *Aetna*, mons est Siciliæ, mont Gibel: de quo *Æn.* iii. 571. *Cy-clopes*, juxta Diodorum, primi Siciliæ

habitatores fuere: juxta fabulas Neptuni et Amphitrites filii; sic dicti, quia unicum habebant in fronte oculum orbicularem, unde nomen ipsius inditum a κύκλος *cirkulus*, et ὁκ-λος, *vultus*: iidem Vulcano ministri et opifices attributi: tres præcipue, Brontes, Steropes, et Pyracmon: officinam habent apud *Aetnam*, supra v. 296.

473 *Liquefactaque volvere saxa]* Saxa exessæ et igne comminuta, seu pumices aridos ac spongiosos, vel cineres: quod inde constat magna interdum copia erumpere.

474 *Armorum sonitum, &c.]* Appia-nus l. iv. Ἀνδρῶν τε μεγάλαι βοῦ, &c. *Exaudiabantur magni clamores virorum, et armorum strepitus, et cursus equorum, cum nihil tale cerneretur.* De Ger-mania, quæ bello tentata, et aliqua ex parte victa a Cæsare fuerat, vide Ecl. i. 68.

475 *Motibus Alpes]* Ovidius, non Alpes, sed Romanum tremore concus-sam dicit Met. xv. 709. *motamque tremoribus urbem.* De *Alpibus*, Ecl. x. 47.

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
 Ingens; et simulacra modis pallentia miris
 Visa sub obscurum noctis; pecudesque locutæ;
 Infandum! sistunt amnes, terræque dehiscunt;
 Et moestum illacrymat templis ebur, aeraque sudant. 480
 Proluit insano contorqueas vertice sylvas
 Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes
 Cum stabulis armenta tulit. Nec tempore eodem
 Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,

etiam magnæ audita sunt passim per lucos tacitos: et spectra pallentia miris modis visa sunt circa crepusculum noctis: et pecora locuta sunt; diræ res! fluii considerant, et terra hieaverunt. Præ tristitia statuæ ebarneæ lacrymæ sunt in templis, et aerea sudarent. Padus rex fluminum imundat sylvas, eas provocans magnis vorticibus; et per omnes agros rapuit armenta cum stabulis: nec eodem tempore, aut vena minaces cessaverunt apparere in tristibus visceribus hostiarum,

cum aliis, etiam Romanus a m. sec.—476. est audita Reg. ap. Martin.—479. omnes Menag. pr.—480. lacrimat Pierii Oblongus.—481. Proruit Schol. Cruqu. Horat. Carm. iv, 4. vid. Burm. servitc alii. vid. eund.—482. Pronnatiandum Fluviorum.—483. armenta trahit Moret. sec. Zulich. edd. Ven. et Mediol. cum Regio Martini et Erf., quod solenne. vid. Burm.—484. hanc ed. Mediol. mi-

NOTÆ

476 Vox quoque per lucos, &c.] Ovid. ibidem v. 793. cantuque feruntur Aucti sancti et verba misantia lucis.

477 Simulacra modis, &c.] Plutar-chus in Cæsare. Τόρου ρέσταρ τολλαχοῦ διαφερομένους: images noctu passim discurrentes.

478 Pecudesque locutæ, Infandum] Appian. l. iv. Βούς τε φωνὴν ἀφῆκεν αὐθόρου, &c. Bos etiam humanam vocem emisit, et insans recens natus locutus est.

479 Sistunt amnes] Unde sequitur inundatio redundantium fluctuum. Horat. Od. i. 2. Vidimus florum Tibur-ri, retortis Littore Etruso violenter undis, Ire dejectum monumenta regis, Templaque Vesta, &c. Huc adde que mox dicentur. v. 482. de inundatione Eridani. De sequenti prodigio, nempe terra hieatu, nusquam mentio.

480 Et moestum illacrymat, &c.] Ap-pianus l. iv. Τὸν ἡδανὸν τὰ μὲν θρόνῳ,

τὰ δὲ καὶ αἷμα θρόνον: *E simulacris alia quidem sudabant; alia etiam sanguinem sudabant.*

482 Fluviorum rex Eridanus] Ήριδάνος Græcis, Latinis Padus, le Po: ex Vesulo monte in Alpibus Cottii exoriens: Galliam Cisalpinam, quæ nunc Italæ pars est, in Transpadanam et Cispadanam dividens: in mare Adriaticum multis ostiis influit. Rex] Vel quia fluviorum Italæ maximus est: vel quia insignitum est ejus nomine signum celeste vastæ magnitudinis, ab aquatore versus Oriona, ad circulum usque polarem antarcticum, vario anfractu pertinens. Fluviorum] Vel pes anapestus pro dactylo hic appositus; vel duæ breves fluii, in unam longam coalescent, ut supra v. 397. temna nec lance, &c.

484 Tristibus aut extis fibræ, &c.] Cicero de Divinat. l. i. 119. de J. Cæ-sare. *Cum involare illo die, quo pri-*

Aut puteis manare cruar cessavit ; et altæ
Per noctem resonare, lupis ululantibus, urbes.
Non alias coelo ceciderunt plura sereno
Fulgura ; nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi ;

485

490

aut sanguis cessavit fluere e puteis, aut urbes cessaverunt resonare alte per noctem ululantibus luporum. Altis temporibus nuncquam plura fulgura ceciderunt coelo sereno, nec toties cometæ funestæ effulerunt. Itaque campi Philippici viderunt Romanos exercitus pugnare iterum inter se armis paribus. Nec visum est indecorum

.....

natus Gud. minantes alter Rottend.—485. Hanc p. ed. Mediol. Nec p. Lat. ad Stat. Theb. iv, 374. Aut patris Franc. altæ Heins, e Medic. et al. codd. et edd., b. magna, frequentes. Obtinuerat hoc edd. inde ab Aldo vulgatas : obsedit inde Batavas edd. alte initio a Pulmannianis facto. Cunninghamius emendarat alta, ut Horat. Sat. i, 6, 43. magna sonabit. Reiskius conjectabat : altam sc. noctem.—486. Per noctes Leid. sec.—487. sinistro Gud. a m. sec.—

NOTÆ

mum in sella aures sedit, et cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit. Quia ille rei novitate perculsus : cum Sparina diceret, timendum esse, ne consilium et vita deficeret ; eam exim rerum utramque a corde proficiaci : postero die caput in jecore non fuit. Quia quidem illi portendebantur a Diis immortalibus, ut videretur interitum, non ut caveret. Eadem fere habent Plutarchus, Valerius Maximus, &c. Extra dicta juxta Festum, quia e visceribus ea Diis prosecantur, quos maxime existat eminentique. Fibra quoque dicta est antiquis juxta Varronem, cuiusque rei extremitates : unde pro venulæ et nervulæ et radiculis vulgo usurpatur : et vestium extremitates appellantur fibræ.

485 Aut puteis, &c. et alta Per noctem, &c.] De primo portento tacent historiæ : de secundo sic Appian. l. iv. Λέποι την ἀγράπα διέσπειρο : lupi per forum discurrebant.

487 Carlo ceciderunt plura sereno, &c.] Appian: l. i.v. Καὶ κεφαλῶν συνεχεῖς εἰς λόπον καὶ ὕδηματα ἔβιεντο. Et fulmina crebre in templo et statuas onda-

bant. Fulmen et fulgur sereno caro, aliquando mali omnis fuit, ut hic ; aliquando etiam boni, ut Æn. ix. 630. Audiit, et celi genitor de parte serena Intonuit larum.

488 Cometæ] Plutarchus in Cœs. "Ο τε μέγας κομήτης ἐφόρη. Grandis cometa post Cœsaris noctem eximie gentis septem noctes apparuit. Hic autem cometa, stella eadem illa fuit, de qua Ecl. ix. 47. Ecce Dionæi processat Cœsaris astrum : sic enim Sueton. in Cœs. LXXXVIII. Ludis, quos primo consecratis ei hores Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuo fulsit exoriens circa undicimam horam : creduntque est animam esse Cœsaris in celum recepti.

489 Paribus telis] Quia Romani contra Romanos bello civili certabant.

490 Romanas acies iterum oldore Philippi, &c.] Nodus difficultis. Hoc certa præmitto. I. Philippæ urbe est in confinio Thracie et Maedonie, ad radices Pangæi montis, qui pars est Hæmi. II. Pharsalus, urbe est in ea parte Thessaliam, que ad Mace-

Nec fuit indignum Superis, bis sanguine nostro

Düs, bis Macedoniam, et præsertim vastos Hæni agros, secundari nostro crore.

491. Non Moret. sec. Parrias. Markland. ad Stat. Sylv. III, 68. eam interrogatione legendum esse contendit: *Nec fuit indignum, Superi, bis.* Et sic ed. Mediol. Bene utique et hoc. Vulgata tamen nec minus bene. Itaque nul-

NOTÆ

niam vergit. III. Emathie nomen, ab Emathione rege, Memnonis fratre, datum est Macedoniae locisque confinibus. IV. Octavianus Cæsar hand dubio Brutum et Cassium delevit, ad Hæmum et Philippos Thraciae: Julius vero Cæsar Pompeium, ad Pharsalum Thessaliciæ. Atque ita locus utriusque pugnæ, tota Macedonia intermedia, immo leucis admodum octoginta, dissitus est: ut constat e Græcis scriptoribus. V. Auctores tamen Romani, Virgilio posteriores, Lucanus, Florus, &c. utramque pugnam eidem omnino addicunt loco. Ovidius ipse Metam. xv. 826. de Octaviano, futuro Bruti victore, vaticinatur: *Pharsalia sentiet ilham, Emathique iterum madefacta cœde Philippi:* plane quasi unum idemque sit, *Pharsalia et Philippi.*

Hie nodua. Hæc solatio multiplex. I. Repererunt aliqui apud Stephanum, scriptorem Græcum nobilem, Thebas Thessalicas aut Phthioticas, Pharsalo vicinas, etiam vocatas esse Philippes. Hinc utramque cladem, et Pompeianam, et Brutianam, uni eidemque, ut sit Florus, arenæ adixerint, Pharsalice minima: et Philippis, non Thracicis, at Thestalicias. Errant illi: quippe qui Brati cladem Philippis illis Thracicis et Hæmo monti abjudicant, quibus constanti todius historia fide tributar. II. Consent ali, Thessalæ Thracicæque fines, ac preinde Pharsalem et Philippo, Hæmonaque adeo montem, Emathie sive Macedoniae nomine comprehendendi: præsertim cum hæc

omnia Macedonum regum, Philippi, Alexandri, aliorumque ditione tene- rentur. Idque more poëtarum, in primis Virgilii, cui familiare esse regionum fines quam latissimos describere, jam vidimus Ecl. I. 68. Recte quidem illi, si Virgilius, et ceteri, pugnam utramque universam Emathie assignassent; non Philippis nominatim, aut Pharsaliciæ. Quis vero id capiat, urbes duas, octoginta leu- carum spatio dissitas, unum eundemque locum esse? III. Existimavi aliquando Virgilium, nullam hic de Pompeiano casu facere mentionem; sed tantum de gemina Bruti et Cassii clade: quæ utraque, apud Philippos Thraciæ, ad radices Hæmi contigit: et prima quidem Cassius, secunda Brutus, perii: utraque mensis fere unius intervallo discreta: ut liquet ex Plutarcho in Bruto. At visum est accuratius deinde meditanti, clades illas duas ita vicinas atque conjunctas esse; ut agri dicti non possint inde bis pingueescere, quod annorum diversitatem innuit. IV. Igitur simplicius et sanius ita explicto. Ad verbum iterum, non ad Philippes: sed ad Romanorum exercitum concurredum retero. Unde fit hic sensus, meo iudicio planissimus: Ergo Philippis vi- derant Romanas acies iterum concurrere. Philippi quidem tunc ipsi primum vi- derant: pugnam tamen secundam, de summo terrarum imperio decreto- riæ, inter Octavianum et Brutum, cum prima jam ante commissa esset apud Pharsalem inter Pompeium et Cæarem.

Delph. et Ver. Clas.

Virg.

O

Emathiam et latos Hæmi pinguescere campos.
 Scilicet et tempus veniet, cum finibus illis
 Agricola, incurvo terram molitus aratro,
 Exesa inveniet scabra rubigine pila,
 Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes,
 Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.
 Di patrii Indigetes, et Romule, Vestaque mater,

495

*Nempe futurum est ut aliquando colonus, vertens in illis regionibus terram curvo
 aratro reperiat tela corrosa rubigine aspera; vel pulset rastris gracibus cassides
 inutiles, et apertis tumulis, admiretur ossa ingenia. O Dii patrii, Semidei, et*

lus emendationi locus. conf. Burm. *superbis* Goth. pr.—492. *latos* Reg. Martin. cum nonnullis edd.—493. *tempus veniet et illis finibus*, cum jungebat interpretatione Reiskius. Alius forte simili acumine jungat *Scilicet et tempus veniet cum, f.*—494. *terra* ed. Junt. *terra Venetus*.—495. *inceniat* Rottend. sec. a m. pr.—498. *Di patrii, Indigetes*, distingui potest. v. Not. *Indigena*

NOTE

491 *Bis sanguine nostro Emathiam et latos Hæmi pinguescere campos]* Admissa explicatione proxime allata, sensus est facilis: *Bis sanguine nostro* Emathia, sive Macedonia, redundavit: primum ad Pharsalum, victo Pompeio; iterum ad Philippi, victo Bruto et Cassio. Pharsalus enim et Philippi, etsi non in Macedonia stricte sumta; tamen in ejus confinio sunt. Vox autem illa, *bis*, in Emathiam tantum cadit; non in Hæmi campos Philippicos, ubi semel duxtaxat pugnatum est: sed Hæmum præcipue signat, ut insignem recentiore plaga, nimirum clade Brutii et Cassii, quasi super contigerat. Quasi dicat: *Bis sanguine Romano rigata fuit Emathia, sed præsertim semel Hæmus mons*. Sic Ge. II, 192. *Pateris libamus, et auro*: id est, pateris variis, sed præcipue aureis. Sic Ge. III, 56. *Maculis insignis, et albo*: id est, maculis variis, sed præcipue albis.

498 *Dii patrii Indigetes, &c.]* Alii conjungunt, ut iudicem sint patrii et *Indigetes* Dii: alii distinguunt: primi

melius: et *Indigetes* dicti, vel quia eos indigetare, id est appellare et invocare mos erat: vel quia homines fuerant; in eodem solo cum hominibus degentes; vel jam inter Deos in celo degentes; vel quia beati, nullus rei indigentes. Talis Romulus, et Aeneas; quem turba Quirini Nucræt *Indigetem*, temploque ariquo recepit. Ovid. M. XIV. 608. *De Romulo*, En. I, 280.

Vestaque] Geminam esse volunt, alteram Saturni matrem, quam pro terra accipiunt; de qua Ovid. Fast. VI. 800. *Stat vi terra sua, et stante Vesta vocatur*: alteram Saturni filiam, quam virginem et ignis præstem statuant; ab eterna focus, de qua Cicero, de Nat. II. 67. Vulgo tamen utraque confunditur. Hanc volunt advectam ab Aenea inter Deos Penates, ut videbitur En. II. 717. ejusque sacra tradita deinde Albania, et a Numa Pomplilio illata Romam; collegio virginum instituto, quæ perpetuum ignem ad saltem imperii alearent.

Quæ Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,	
Hunc saltem everso juvenem succurrere sæclo	500
Ne prohibete ! Satis jam pridem sanguine nostro	
Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.	
Jam pridem nobis coeli te regia, Cæsar,	
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos :	
Quippe ubi fas versum atque nefas ; tot bella per orbem,	
Tam multæ scelerum facies ; non ullus aratro	506
Dignus honos ; squalent abductis arva colonis,	
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem ;	
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum ;	

Romule, et Vesta mater, que custodis Etruscum Tibrim et Romanas arcæ : ne impedit, quominus hic adolescenti subveniat mundo ruenti. Jam hundum satis expiassimus nostro cruento perfidiam Laomedontis Trojanæ. Jam hundum, o Cæsar, aula Deorum dolet te esse apud nos, et indignatur te delectari mortalibus triumphis. Si quidem hic fas ac nefas confusum est : tot bella sunt per orbem, tot criminum forma : non habetur agricultura debitus honor : horrent agri cultoribus abruptis ad militiam, et curvæ falces cruduntur in crudelem gladium : hinc Euphrates : illinc Germania

ed. Ven. *Di patriæ Heinsius maluisse fertur.*—499. Qui frag. Moret. Voss. et abest a Veneto.—500. *Huc Goth. sec. a m. sec. atvero Mentel. pr. a m. pr. juvenem everso Venetus.*—501. *Nec Ven. nam pridem ed. Ven.*—502. *Laomedonteæ Voss. pr. Parrhas., et vito sæculi. v. Burm.*—503. *ceti nobis Romanus.*—505. *versusque Franc.*—506. *Jam multæ Reg. Goth. pr. Tam multæ Moret. quart. non nullus Menag. pr. nullus aratro Cessit honor Serv. ad Æn. iv, 103. citat vitiouse.*—507. *adductis Rottend. alter.*—508. *curvantur in ensem Franc. formantur Nonius Marcell. in rigidus, et Servius ad Æn. XII, 304.*—

NOTÆ

499 *Tuscum Tiberim]* Italizæ fluvius est, Tusciā, sive Etruriā, a Latio dividens. De eo Æn. VIII. 330. *De Palatiū Romanis, Æn. ix. 9.*

500 *Juvenem]* Octavianum Cæsarem, Ecl. i. De seculo, supra v. 468.

502 *Laomedonteæ, &c.]* Laomedon Priami pater, Trojanorum rex, cum urbem suam hactenus immunitatem cingeret moenibus : Neptunum et Apollinem, qui fabricam illam suscepserant, pacta mercede fraudavit. Ideo peste et inundatione vexatus, cum ad placandos Deos, Hesionen filiam jussu oraculi marine exposuisset bellus : eaque per Herculem liberata esset : equos eidem liberatori, quos promiserat, abnuit : ideo capta urbs ab

Hercule ac direpta : Dlique complures Trojanis infesti, quorum odio Romanas quoque calamitates attribuit.

509 *Hinc movet Euphrates, illinc, &c.]* Significat bellum ab oriente, ab occidente, ab ipsa Italia imminere, a civibus vicinisque urbibus ; a Parthis, quorum terminus erat Euphrates ; et a Germanis : de utraque gente, Ecl. i. 63. Et vero de Parthis paulo ante triumpharat Ventidius, et adhuc aduersus eos bellum movebat Antonius. *Euphrates]* Nobilis fluvius, ex Armeniæ montibus ortus : Mesopotamiam deinde, Nili instar, inundatione fœcundans : denique cum Tigride coniunctus, in Persicum sinum influit.

Vicinæ ruptis inter se legibus urbes 510
 Arma ferunt; sævit toto Mars impius orbe:
 Ut, cum carceribus sese effudere quadrigæ,
 Addunt in spatia, et, frustra retinacula tendens,
 Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

parat bellum: urbes finitima violatis faderibus capiant arma invicem: Mars scelestus furit toto orbe. Vehit cum quadrigæ erupserunt e septiæ, per spatium circi, et auriga incassum adducens habenas abripitur ab equis, nec equi obtemperant habens.

510. Vicinæ inter se ruptis jam legibus duo Moret. et Menag. pr., necnon Cantabrig.—511. tota Mars improbus urbe duo MSS. apud Serv. ad Eclog. iv, 18. una urbe unus ap. eund. ib. secum aberratum Goth. pr.—513. Addunt in spatia Burmannus revocavit, cum Heins. in spatio præstulisset. Addunt in spatia erat lectio Alld. et ex his prefectorum; Addunt se in spatia Egnat. Commel. Steph. Pult., et ex his vulgatae; ita et multi codd., etiam Arundel. et uterque Gothanus; et sic legitur in edd. Quintil. Inst. Or. VIII, 8, 78. At multi codd. se omittunt, ut Heins. et Pierius de suo Medicœ, Romano, atque alii testantur; quatn' alii a Burmanno, inter quos Regius, quinque a Martino et in ed. Cuningh., e qua et ipsa exulat se, edd. 1474 et 1476 landantur. Pro hac lectione militat Silius XVI, 372, *In spatio addebant, ubi tamen vetustæ membranæ in spatio habent, quod etiam Drackenb. vulgavit.* Jam in nostro loco Medic. et Gud. habent scriptum Addunt spatio: nisi quod in Medic. in et a supra sunt ascripta. Ita etiam in MSS. nonnullis ap. Quintil. VIII, 8, 78, legitur. Erat itaque pertenuis auctoritas, qua Heins. nixus Addunt se in spatio reponebat; gravior alterius lectionis Addunt in spatia: ut se suppleatur ex antec., ut En. I, 440, *Infert se—missæque viris.* Vel ut absolute ponatur Addunt, ut sit in aliis, pro Addunt se. Hæc forte melius expedient rem, quam quæ cumulata sunt ab Heinsio. De ceteris vid. Not.

NOTÆ

512 *Ut, cum carceribus, &c.]* Septis, sive repagulis, quibus continebantur equi ad cursum parati. *Quadrigæ]* Quatuor equi simul juncti, dicti: vel quod sub eodem jugo sint, quasi *quadrijugæ*, ut est apud Gell. l. II. vel

quod impellantur et agantur simul, quasi *quadriæ*: ut recentioribus magis placet. De illo equestri decursu, ludisque Circensibus, En. v. 288.

G E O R G I C O N

AD

C. CILNIUM MÆCENATEM.

LIBER II.

ARGUMENTUM.

HABET hic liber de plantatione partes septem. i. Modos omnes producendarum arborum, tam ex natura, quam ex arte. ii. Varias earum species, et quo singulæ modo tractandæ sint, naturali, an artificioso. iii. Quibus singulæ locis felicius proveniant: ubi excurritur in laudes Italici soli. iv. Artem discernendæ naturæ cujusque soli. v. Culturam vitis. vi. Culturam oleæ, et aliarum aliquot arborum. vii. Epilogum de vitæ rusticæ felicitate.

HACTENUS arvorum cultus et sidera cœli;
Nunc te, Bacche, canam, necnon sylvestria tecum

Huc usque locutus sum de cultura agrorum, deque signis caelestibus: jam loquar

~~~~~

1. Deerat hic versus in Zulich., scilicet ut sepe primi versus, a chrysographis supplendi. A Gesnero in Thesauro LL. voc. *hactenus* inter loca, quibus illud adverbium temporis esse interdom videri possit, affertur hic versus et subjicitur: "Sed primus versus abest plane in MS." Verum codex ille Zulichem, in Virgilio tante auctoritatis non est. Tum vero in utraque lingua adverbia loci et temporis inter se permuntantur. Et h. l. *Hactenus* et *Nunc* proprie posita sunt de loco: verum temporis notio ei ipsi subeat.—

### NOTÆ

2 *Nunc te, Bacche, &c.]* Argumenta proponit hujus libri præcipua. Per *Bacchum*, vinum intelligit: per *prolem* olivæ, vel fructum, vel propaginem olearum: per *virgula*, generatim sylvestres omnes arbores.

Virgulta, et prolem tarde crescentis olivæ.  
Huc, pater o Lenæ; tuis hic omnia plena  
Muneribus; tibi pampineo gravidus autumno  
Floret ager, spumat plenis vindemia labris;  
Huc, pater o Lenæ, veni; nudataque musto  
Tinge novo mecum dereptis crura cothurnis.

5

Principio arboribus varia est natura creandis:  
Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ

10

*de te, o Bacche: et de sylvestribus arbusculis tecum, deque sobole oleæ lente crescentis. Huc adsis, o Bacche pater: hic omnia repleta sunt tuis donis: ager floret tibi, onustus pampinibus autumnalibus: vindemia spumat plenis vasis. Huc adsis, o pater Bacche; et mecum tinge novo vino suras nudas detractis calceamentis. Primo natura diversa est in producendis arboribus. Aliæ enim, nullis hominibus per artem*

.....

4. Nunc p. unus Mead., ut et v. 7. tuis hæc o. It. a Cerdæ editum. sunt in unum Arundel. ex glossa migravit, ut et in Voss. apud Burm.—  
8. dereptis ab Heinsio bene emendatum. direptis vulgo.—10. Atque alia

## NOTÆ

3 *Tarde crescentis olivæ*] Oliva tam tarde crescit, ut per ducentos annos crescere a quibusdam dicatur: tam tarde fructum olim tulit, ut ex Plin. l. xv. c. 1. *Heriodus negaverit oleæ satorum fructum ex ea percepisse quemquam*: sua tamen stæte baccas secundo anno decerpi, ait idem Plinius. Hinc dicta Græcia δέκαρος σερο γενίτα, δέκαρος σερο fructum ferens.

4 *Pater o Lenæ*] Invocatio Bacchi solius: quia præcipuum hoc libro studium impedit in vinearum cultu præscribendo. *Lenæ*, Bacchi nomen: non a lenienda mente, ut Donatus putat: sed a ληνὸς torcular. At *Pater*, licet de omnibus Diis communiter, tamen de Baccho præsertim dicitur. Ita Velleius, de M. Antonio, l. ii. *Cum curru velut Liber pater rectus esset Alexandrie*. Horat. Epist. II. 1. 5. *Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux*. De Baccho, ejusque insignibus, Ecl. v. 29. 69.

5 *Pampineo gravidus autumno*, &c.] Diomedes cœlētē vocat hunc versum,

quod in quinta sede iambum pro spondæo habeat.

6 *Floret ager*] Vites autumno non florent: adeoque hic florere, non præsum, sed metaphoricum est. Sic Æn. vii. 804. *florentes ære catervas*. Lucret. l. v. *floret mare navibus*, id est, abundat, gaudet, &c.

*Labris*] *Labrum vasis genus, in quo lavabant, quasi lavabrum*.

7 *Musto Tinge novo*] Redundat hic novo, juxta aliquos. *Mustum* enim sine addito *vinum novum est*, imo *novum* simpliciter, ut scribit Nonius, citaturque in illa significatio ne ex Nævio *virgo musta*: ex Catone Censorio, *agne musta*: pro quo magis placuit Plinio: *mustum piper, mustus caseus*: Plinius junior, *mustus liber*, id est, *novus, recens*. De cothurnis, Ecl. vii. 32.

9 *Principio arboribus*] I. PAR. *De modis quibus arbores proceruant, tam a natura, quam ab arte*. A natura tribus modis oriuntur, sponte sua, semine fortuito, et radice: semine, inquam,

Sponte sua veniunt, camposque et flumina late  
 Curva tenent: ut molle siler, lentæque genestæ,  
 Populus) et glauca carentia fronde salicta.  
 Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ  
 Castaneæ, nemorumque Jovi quæ maxima frondet      15  
 Æsculus, atque habitæ Grais oracula quercus.  
 Pullulat ab radice aliis densissima sylva:  
 Ut cerasis ulmisque; etiam Parnassia laurus

compellentibus, ipsæ ultra nascuntur, et late occupant agros, et annos flexuoso: ut  
 siler tenerum, et genesta flexibiles, et populus, et sorices albitentes foliis virentibus.  
 Alia vero orientur ex iacto semine: ut castaneæ sublimes: et Æsculus, quæ maxima  
 in spicis frondescit ad honorem Jovis: et quercus, quæ existimantur sunt a Græcis  
 oracula. Alia emittunt a radice spississimam multitudinem ramorum: ut corasi,

.....

Goth. pr.—11. que abeat a Zulich.—12. et molle Franc. latæque Mentel.  
 pr. a m. pr. genesta scripturam in scriptis plerisque invenit Heinsius.  
 Vulgo genista, quod tamen etiam in Medic. et Rom. occurrit.—14. surgant  
 Ven. surgunt posito Zulich.—15. frondent legebat Reiskius, ut sint, ne-  
 mora quo omnium frondent maxima, scil. Æsculus et quercus. Nec male  
 sic locis constitutus esset: Castaneæ, nemorumque Jovi quæ maxima frondent,  
 Æsculus atque—quercus.—16. Æsculus ali. Damnat scripturam Heins.  
 atque alte Erf. forte pro, altæ. Grais in multis scribitur.—17. a radice Ven.  
 et Moret. quart. vide lib. I, 20.—18. et jam Gudian. cum aliis.—21. timent

#### NOTE

fortuito; est enim quædam semina-  
 tio, quæ ad artem etiam pertinet.  
 Ab arte quot modis orientur, vide v.  
 22.

12 *Siler, lentæque genestæ*] Siler,  
 frutex humili et latus, *du siler*: ut  
 et genista, *du genêt*.

13 *Populus*] *peuplier*. Tria hujus ge-  
 nera: ex Plinio l. xvi. c. 23. *alba*, *ni-  
 græ*, et *qua Libycæ appellatur*, minima  
 folio ac nigerrima. *Alba* folio bicolor  
 superne candicans, inferiore parce viridi.  
 Imo contra, inferne candicans, su-  
 perne viridis, ut notat Matthiol.  
 Causam duplicitis hujus coloris repe-  
 te Ecl. vii. 61.

*Glauca carentia fronde salicta*] Loca  
 arboribus consita dixit, pro ipsis  
 arboribus; *salicta* vel *saliceta*, pro *sa-*  
*licetibus*, *sædes*. Multiplex earum spe-  
 cies: præcipua *alba* quæ validioribus  
 assurgit rami: et quemadmodum

populus, foliis hinc virentibus, inde  
 albentibus notabilis est. Reliquæ  
 gracilioribus virgis fere constant, et  
 inter vimina recensentur, *osiers*.

15 *Castaneæ*] *Chataigniers*. *Æs-*  
*culus*, arbor glandifera, frequens in  
*Dodonæo* nemore, quod Jovi dicatum  
 est; quidam cum fago confundunt.  
 Ecl. i. 1. De quercubus ejus nemo-  
 ria, e quibus oracula repeti solebant,  
 Ecl. ix. 13.

18 *Cerasis, ulmisque*] *Cerasus*, *cérissier*  
 arbor ex *Cerasunte*, urbe *Cappadociae*  
 maritima, deportata primo Romam  
 a L. Lucullo, et in ejusdem de Mi-  
 thridate Ponti rege triumpho circum-  
 lata. Scite autem notat *Cassaubonus*  
 in *Athenæum*, non arbori nomen ab  
 urbe; sed urbi potius ab arborum  
 ejusmodi multitudine inditum esse:  
 ut et aliis complaribus locis. Sic  
 enim *Rhamnus*, *antis*, vicus in Attica,

Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.

Hos Natura modos primum dedit; his genus omne  
Sylvarum fruticumque viret itemorumque sacrorum. 20

Sunt alii, quos ipse via sibi reperit usus.

Hic plantas tenero abscidens de corpore matrum  
Deposuit sulcis; hic stirpes obruit arvo,  
Quadrifidasque sudes et acuto robore valles; 25  
Sylvarumque aliæ pressos propaginis arcus  
Expectant, et viva sua plantaria terra;

*et alii: laurus etiam Apollinæ parca, at bellit as sub grandi umbraculo matris sue. Natura primo suppeditatis tres illes modos, quibus vireat omne genus sylovarum, et virgitorum, et lucorum sacrorum. Sunt autem modi, quos ipsa experientia sibi inventit certa ratione. Hic excellens ramos et fructus tenero matrum, committit eos fossulis. Iste sepetit terra radices, et perticas fissas in quatuor partes, et palos truncos acuminato. Aliæ arbores desiderant ad propagationem palmites arcuatus deprimi,*

-----

Goth. pr.—22. *Sunt alii quos etiam Medic. a pr. manu, sed a sec. aliæ quas; nt ex Foggino colligas.* Eo tendit emendatio Scalligeri: *Sunt aliæ quas ipse via sibi repperit usus; et Heinius etiam argutius: Sunt aliæ quas ipse via e.* Kingius ap. Martin. app. emendabat: *Sunt alii (modo) quies ipse viam sibi. Sunt alii quae ipse viam Venetus et Pierii Longob., quod Pierio et Heinio vennata videbatur appositione dictum.* *Sunt alii* Mentel. sec. a m. pr. *Sunt alii quae ipse via in Gudiano vidi a m. pr.* Sed bene vulgatum defendebat Burmannus. conf. Burmannus Sec. ad Anthol. Lat. pag. 527.—23. *Hic plantas teneras abscidens corpore m. unus Arundel. abscidens reposuit Heins. codicum aliquot auctoritate. abscidens vulgo scribitur; ita tamen et Medic.* Omnia ex hac varietate nihil inferre licet, cum perpetua sint librariorum ludibriæ in abscidens, abscissis et sic in similibus. *tenerum* Goth. pr. At tenerior arboris pars est eadem illa, qua stolo propullulat.—26. *alii Leid.*—26. 27. *flexos p. a. Necra* (Steph. edit. *Nec se spectant* codices quidam apud Servium ad Æn. iv, 231.—

#### NOTE

a rhombis; Achradus, unta, Atticae tribus, ab ἄργας, δόσοι, que pyrus sylvestris est; Selinus, unta, in Sicilia, itemque in Cilicia, a σάλιον οπίου. Ulmus arbor nota, orme. Laurus, Ecl. II. 54. Parnassia, quia frequens in Parnasso, vel quia in tutela est Apollinis, cui sacer Parnassus.

21 *Fruticæ*] Fratrices, quæ et virginitate: sunt ea quæ statim a radice se in ramos, ac veluti virgulas effundunt, et nunquam arborescent. Medicæ naturæ sunt, inter arbores, et herbas sive olera: quæ vero proprius ad herbas accedunt, vocantur a Plinio *affructices*.

22 *Sunt alii]* Modos enumerat septem, quibus arbores per artem proveniunt.

23 *Hic plantas, &c.]* I. Modus *Ausu-*  
*sio:* quia stolones, *les rejettez*, una cum fibris et radicalis, e stirpe aut corpore arboris abscinduntur, et suis sive scrobibus mandantur.

24 *Hic stirpes]* II. Modus, *Defor-*  
*cio stirpium*, id est, imi et crassioris trunci cum radicibus, *des souchez*.

25 *Quadrifidasque sudes et, &c.]* III. Modus. *In/essio palerum*, sive in qua-  
tuor partes, sive in acumen incli-  
sonum, *des pieux*. *Robore]* Hic trun-  
cam ipsum pali significat, qua parte

- Nil radicis egent alię; summumque putator  
Haud dubitat terre referens mandare cacumen.  
Quin et canticibus sectis (mirabile dictu) 30  
Truditur e sicco radix oleagina ligno.  
Et saepe alterius ramos impune videmus  
Vertere in alterius; mutataque insita mala  
Ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna.  
Quare agite o, proprios generatim discite cultus, 35

*et plantas vivas in propria terra defodi. Alię non indigent radice, et amputator non timet reddens terrae committere summum fastigium rami; præterea ex sicco stipite oleae, ramis circumcisio, emittitur radix oleacea, quod nigrum est dictu. Et saepe cornutus ramos unius arboris sine danno mutari in ramos alterius, et pyram transformatam producere mala sibi insita, et dura corna rubescere in pruno arbore. Agite igitur, o coloni: discitio culturam singulis generibus congruum, et mansuetam.*

28. *putatum fragm.* Moret.—31. *ex sicto* volebat Pontedera Antiqu. p. 153 et in Script. R. R. p. 1297, antique pro *secto*. At v. Not.—32. *At saepe* Menag. et Zulich.—33. *mutata tres. Vertere in alterius naturam, atque insita conjiciebat* Heinsius. Inf. 50 tamen hæc—*scrobibus mandet mutata eodem modo dicta sunt.*—35. *o abest a Medic.*—36. *cultusque feros laudant Schol. Horat. Cruqu.*

## NOTÆ

durior est: sic enim Plin. l. XVII. 17. *Ramo servatur et panicula, item myrtus, longitudine trium pedum, truncu prius excavato.* Alibi aliud est *robur.* Ge. I. 162.

29. *Sylvarumque alia, &c.] iv. Modus. Propagatio,* que præsentim in vitibus usui est, *propaginæ.* Cum palmitæ e truncu in terram arcuatim inflectuntur, evadantque novas in plantas: *qua sua, id est, propria nativaque terre deinde pullulant;* et *sive dicuntur, quia non reciduntur e matris corpore, sed ei semper adherent.* *Propagæ* est *palmitæ ille inflexus, quo vitis propagatur et multiplicatur, propin.*

30. *Nil radicis, &c.] v. Modus. Infœcœ summi surculi, sive taleæ e cœcumine rami amputate, qua absque radice crescit et virescit.*

31. *Quis et, &c.] vi. Modus. Infœcœ circumsecuti stipitia, qui non acuminatas, non e cœcumine decisus, ut in tertio quartoque modo dictum est;*

*sed præcisis ab utraque parte, et ramulis undecimque spoliatis, radicem ex sese progignit. Caudex in arboribus, idem est, quod *caulis* in herbis: nempe id, quod e terra simplex assurgit, ex quo rami et folia circum erumpunt, *la tige.**

32. *Et saepe alterius, &c.] vii. Modus. Insitio,* cum surculus unius arboris alteri immittitur, que quasi in ejus naturam transit: *enter.* De ea fusius infra v. 73. *Vertere se, ut Ge. III. 265. in glaciem vertere lacrimæ:* id est, verterunt se. Et En. I. 108. *tum prora avertit:* id est, avertit se. *Et En. II. 229. novus per pectora cracticæ insinuat pavor:* id est, insinuat se.

33. *Prunis... rubescere corna]* *Cornum, fructus est; cornus, arbor, cornuiller.* Sensus ambiguus: vel enim dicit, corna insita rubescere in prunis arboribus: vel cornos arbores rubescere prunis insitis; quo sensu ultimo, non corna, sed corni, dicendum fuisset.

Agricolæ, fructusque feros mollite colendo;  
 Neu segnes jaceant terræ. Juvat Ismara Baccho  
 Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.  
 Tuque ades, inceptumque una decurre labore,  
 O decus, o famæ merito pars maxima nostræ,  
 Mæcenas, pelagoque volans da vela patentि.

40

*cito per cultum fructus sylvestres. Cavete vero ne terra sint iutiles: prodeat Ismarum ritibus implere, et legere oleis magnum Taburnum. Tu quoque face mihi, o Mæcenas, vere ornamentum et pars maxima famæ meæ: et persequere mecum sus-*

Sat. II, 2, 66 et Macrob. Sat. VI, 6, ubi etiam molire, male.—37. Ne Menag. Miror neminem tentare: *jucet!* *ra* *Iompa* (*lpn*) etiam Propert. III, 10, 25 de Ulysse: *Cicoman mons, Ismara.*—38. *Taburnum* Goth. pr.—39. *inceptum una Franc.* *discurre alter Rottend.*—40. *O patri Moreti sec. a m. pr.* *O deus et pars maxima nostri in codd. aliquot Pierii et a m. sec. Erf.*—41. *volens Leid.*, quod Burm. verum esse putat, atque etiam, ut nunc video, Reisksins. cf. Heins. ad Æn. v. 219. Ovid. Met. II, 128. *At poëtis non minus soleme volare de navibus.* Scilicet, si hic *volens* communis lectio fuisset, tum aliquis *volens* elegante conjectura emendasset. Ita enim fere mos virorum doctorum

## NOTE

Sed interdum Virgilius fructum sumit pro arbore: ut inferius v. 426. *poma usurpat, non pomos.*

36 *Fructusque feros]* Plinius I. XVII. c. 10. de plantis: *mansuetum tractatu, seu ferae.*

37 *Jurat Ismara, &c.]* *Ismarum et Taburnum* pro quibuslibet montibus accipit. *Ismarus*, plurali neutro *Ismara*, in maritima Thracia regione mons, non procul ab ostiis Hebrei. Regionis incolæ Cicones ab Homero appellantur: ipsa regio, per celebris vino: quo Ulysses Polyphemum Cyclopem ineibriasse narratur Odyss. IX. 197.

38 *Taburnum]* *Taburnus mons Campaniae in confinio Samnii, inter Campanam et Nolam, ferax oleis, hodie Taburo.*

39 *Decurre labore]* Plerique omnes allegoriam hanc a circa repetunt, in quo citatis equis decurrebat: confirmantque suam sententiam his postremis libri hujus versibus. *Sed iam tempus equum fumentis solvere colla, &c.* Ego a navigatione repeto, ut et

cetera quæ sequuntur. Et vero verbum *decورو*, etiam aquis inservit: apud Catul. LXV. 6. *Ausi sunt vada salsa cito decurrere puppi.* Æn. V. 212. *Prona petit maria, et pelago decurrit aperto.*

41 *Pelagoque volans, &c.]* Antea rogaverat Mæcenatem, ut secum laborem susciperet: mox idem iterat per allegoriam, invitando, ut secum naviget. Solemne est autem vetustis scriptoribus, grave quolibet inceptum per navigationem explicare: quod Galli quoque familiari sermone usurpamus, *s'embargerer*, id est, negotium aliquod suspicere. *Volans,* id est, *navigans:* mutua est enim metaphora inter volatum, et natatum, aut navigationem. Sic Æn. V. 219. de navi Mnesthei: *sic illam fert impetus ipse volantem.* Et Æn. VI. 16. de volatu Dædali, *Insulam per iter gelidas enarit ad Arctos.* Et ibid. V. 18. tibi, Phœbe, *sacravit Remigium alarum.* Et Ge. IV. 59. de apibus. *Nare per aestem liquidam suspicaris agmen.*

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto;  
 Non, mihi si linguae centum sint, oraque centum,  
 Ferrea vox; ades, et primi lege littoris oram.  
 In manibus terrae; non hic te carmine ficto,  
 Atque per ambages et longu exorsa, tenebo.  
 Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,

45

*ceptum opus: et navigans pande vela mari aperto. Non ego cupio comprehendere omnia meis carminibus. Non, si haberem centum linguis, et centum ora, et vocem ferream: face midi, et rade oram proximi littoris. Terra est in propinquuo: non hic morabor te poëmale fabuloso, per circuitus et exordia prolixo. Que arbores ultra*

ferre solet. *petenti* Goth. pr.—43. *orare* Zulich.—43—44. Repetuntur *Aen.* vi, 625. 626. *Aenea vox* inutili emendatione reponitur ex Homericis. Erat, puto, poëta liberum, alterutrum ponere. cf. Burm. *Mox littoris undam* ed. Junct. *primum Regius Martini.*—47. *uras*, quod inde ab Aldo in edd. superiores erat, a Pulmanno in *oras* mutatum, iterum revocavit Heins. sic Medic. a sec. m. cum Gudiano, et ceteri ad unam omnes. Ad idem Medic. *Aen.* vii, 660, constanter habet *luminis oras*, quod Heinicus retinuit. In edd. erat *oras*, quod Cerdia c. Gifanio tuerit. Ambiguitatem ex antiqua pronunciatione protectam vix plane tollas. Sufficit, formulam ab Ennio et Lucretio poëtae nostro quasi in manus fuisse traditam; jam cum iidem in *etheris auras, aëris auras*, aut simpliciter in *uras* se prius usurpat (v. Burm. h. l.), firmari forte hinc potest et illud: in *luminis auras*. Ductum videtur potest ex *φάεος ἀθριμ*, v. c. Callim. in Di. 117. *auri aura* *Aen.* vi, 204, ubi cf. not. Priscian. Perieg. 1020 *aura viridi que splendet Iaspis*. Ne tamen in loquendi more arguteris, cumque et physica subtiliore ductum patet, hoc tene: *aura adductum ad suos sensus odorem, etiam lumen, bene videbant veteres; hinc auram luminosam, et pro ea auram luminis dixerunt; sic auram etheria, pro aura etheria, et hoc pro aethere*. Laudatur ex Iliad. N. 837. 'Ὕγη δ' ἀυτορέας τινε' αἴδηπα καὶ Δύος αὐδύς, ubi Barnesii conjectura αἴδηπα hoc ipso Latinorum poëtarum vocabulo

## NOTE

44 *Primi lege littoris oram]* Ne te, o Mæcenas, alto mari committas; sed *lege tantum*, id est, stringe terrarum littora. Tamen cum antea dixerit *polago da vela patenti*, videtur quibusdam hic secum pugnare Virgilium. Alli agnoscunt hic figuram, que *correctionem* dicitur, quasi dicat: *Expande tela in altum. Quanquam non omnia dicam, sed summa tantum capita; itaque lege duxerat littus*. Ego neque correctionem, neque pugnam hic agnovo: *patens enim mare, hic non altum et longe semotum littoribus mare significat*; sed hunc habet sensum: *Naviga dum mare patet et apertum est, non clausum ventis: id est: Aspira mihi,*

*dum vena fuit, dum scribere incipio: et lege littus terrarum, &c.*

45 *In manibus terra]* Servius explicat: In facili et in promptu est terra, ruris, descriptio; de cuius cultu scribimus: *πόλιχεων enim Greecis facile est*. Alii melius: Non recedemus a terra inter navigandum: legemus tantum littora: terræ semper erunt in propinquuo, et velut in potestate ac manibus nostris. Sic *Aen.* ix. 132. *Terra autem in manibus nostris.*

47 *Sponte sua, &c.]* Jam relegit singulos modos: docetque quid enique sit proprium: tum admoenet, artificiales modi quibus arboribus con-

Infœcunda quidem, sed lœta et fortia surgunt.  
 Quippe solo natura subest. Tamen haec quoque, si quis  
 Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis, 50  
 Exuerint sylvestrem animum; cultuque frequenti  
 In quascumque voces artes haud tarda sequentur.  
 Necnon et sterilis, quæ stirpibus exit ab imis,  
 Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:  
 Nunc altæ frondes et rami matris opacant, 55  
 Crescentique adimunt foetus, uruntque ferentem.  
 Jam, quæ seminibus jactis se sustulit arbos,  
 Tarda venit, seris factura nepotibus umbram;  
 Pomaque degenerant succos oblita priores;

*erigunt se in aërem, oriuntur quidem steriles, sed amplæ et robustæ: quia vis nativa  
 inest terra. Attamen si aliquis etiam immittat his surculos aliarum, aut has trans-  
 latas committat fossis preparatis, deponent naturalem asperitatem; et per assiduam  
 culturam, quocumque artificiali modo tractaveris, parebunt celeriter. Pariter illa  
 quæ surgit steriles e radice, idem faciet; si disponatur per campos patentes: nunc  
 alta folia et rami matris inumbant eam, et absunt fructus surgenti, et encet  
 ferentem fructus. Quæ autem arbor extulit se e semine projecto, lente crescit, sero  
 datura umbram posteris: et fructus ejus degenerant, amissò priore sapore: et vatis*

---

refelli potest.—49. *soli* Mentel. pr. a m. pr. et tert. a m. sec. interpolatum ad vulgarem loquendi modum. *hoc quoque* Ven.—50. *at* Menag. et Parrhas. *mandata* Moret. sec. *mandet multa arte subactis* Reiskius conjiciebat. At v. 33 *multalunque insta mala Ferre pirum*. *at* etiam Voss. recepit, et tanquam verius ex ipsa rei et artis indeole declaravit: nam sola translatione non potest mitecerere surculus, nisi insitio accesserit. Siquid video, assentiendum ei est.—51. *culto que* Gud. a m. pr.—52. *Ad quascumque fragm.* Moret. *voles Medic.* et Gud. a m. sec. Sic et codd. ap. Pierium, nec non velis; sed doctius alterum. cf. Burm. *sequantur* Moret. pr. *sequuntur* sec.—54. *faciat Medic.* a m. pr. et Gud. *disjecta* ed. Ven.—56. *Crescentisque* quinque, cum Goth. sec. a m. sec. et *Crescentesque* quatnror apud Burmann. hoc etiam Regius et Cantabrig. habebant.—57. *Nam* Gud. et tres alii ap. Burm. duo ap. Martin. et vett. edd. *Namque* uterque Goth.—59. *fucos* Toll. *prioris* Mentel. et Leid.—60.

## NOTÆ

veniant; quemadmodum antea de *naturalibus monuerat*, v. 12.

49 *Solo natura subest*] *Solum* Turnebns explicat, pedem seu radicem arboris: cuius natura vividior est in sylvestribus, ad eliciendum succum. Alii de *terra ipsa* explicant, cui nativa vis inest; eaque veluti fortior ad sylvestres arbores, quam ad sativas sustentandas. De *sole*, sub utraque

*significatione, terræ et pedis*, Ecl. vi. 25.

50 *Inserat*] Id est, per insitionem in alium trunco transferat, inquit Ascensius. Male: non enim arbor sylvestris alteri tranco, sed arbori sylvestri surculos ex altero trunco fecundiores imponitur. Quippe *inserere* arborē, non est duntaxat, eam alteri inserere; sed etiam, eam insitione alterius perficere: sic Plin. l. xvii. 17.

Et turpes avibus praedam fert uva racemos.

60

Scilicet omnibus est labor impendendas; et omnes  
Cogenda in sulcum, ac multa mercede demandas.

Sed truncis oleæ melius, propagine vites

Respondent, solido Paphiaæ de robore myrtus;

Plantis et duræ coryli nascuntur, et ingens.

65

*gerit uiles racemos, qui sunt præda etiæ. Nempe cura est adhibenda erga omnes, et omnes redigenda sunt in ordinem, et subigenda magno summo. At oleæ melius ex caudicibus, vites per propaginem proveniant, myrtus Veneris e crassis paliis. Orientatur e stirpibus duræ coryli, et magna fraxinus; et populus arbor umbriæ, et*

una Menag.—61. *imponendus laudat Philarg. ad v. 288, male.*—62. *magna mercede Franc. v. ad Tibull. I, 1, 2.*—64. *et Paphia Ven.* Respondent melius Paphia unus Arundel. e glossa inter lineas.—65. *et duræ Medic.* et ceteri fere omnes ap. Heins. sicutque Aidd. et hinc profectæ. Alii, in quibus Goth. sec., aduræ, quod ille præferebat, ut esset *valde duræ*, ut Ge. IV, 125. Eadem varietas apud Servium, Pierium, Martinum. Reiskins divelletabat: *Plantæ e vel ex, duræ. Edare inter editas habent Egnat. Commelin. Fabric. Pulmann.*, et hinc vulgatae. At recte revocavit alteram lectionem Burmannus. Nam sententia requirit, ut continua sit oratio: *Et coryli nascuntur melius plantis.* *nas-*

## NOTE

Corellius insevit castaneam suo metip-  
sam surculo.

60 *Uva racemos]* Aut hic *uva*, pro  
ritæ; aut *racemos*, pro *acini* *uve*, po-  
nitur. Namque, ut admonet Taub-  
mannus: *uva, racemos, et botrus*, idem  
plane; scilicet totus ipse fructus  
vitis: partes ejus sunt *acini*, sive  
*grana*: parte *acini*; *folliculus*, sive  
*cutis*; *succus*, *caro*, et *nucleus*.

62 *Multa mercede]* Vel multo la-  
bore, vel multo sumtu.

63 *Sed truncæ oleæ, &c.]* Docet  
quo singulæ modo melius arbores per  
artem tractandas sint. I. *Truncæ  
oleæ*: id est, caudicibus undecumque  
sectis, qui sextus est modus, su-  
pra v. 30. Quin et caudicibus, &c.  
*Traditor e sioco radiz oleaginea ligno,*  
n. *Propagine vites*; qui quartus est  
modus, v. 26. *Atque pressæ propaginis  
arcus*, &c. III. *Solido de robore myr-  
tus*: id est, palo acuminito; qui ter-  
tius est modus, v. 25. *Et acuto robore  
vallæ*. Et vero sic Plin. L XVII. 17.  
*Rame strenser et punica, item myrtus,*

*longitudine trium pedum, tranco prius  
excavato. Robur est ipsa pars truncæ  
sive rami durior, ut diximus v. 25.  
IV. et v. *Plantis et duræ coryli*, &c. id  
est, vel stolonibus, vel stirpibus; qui  
primus et secundus modus est, v. 23.  
*Hic plantæ tenero abscidens*, &c. VI.  
*Inseritur verso et fatu nucis arbatus*: id  
est, nux arbuto insita melius succedit.  
*Arbutus, arboisier*. Ecl. III. 82. Unus  
e septem modis superest, nempe *de-  
cuminatio*, sive *talea*: cuius usum  
non attulit, quia fere convenient vel  
cum tertio modo vel cum sexto.*

64 *Paphia]* Veneris: a *Papho*,  
urbe in insula Cypro, ubi insigniter  
colebatur. Cur myrtus sit dicata  
Veneri, Ecl. VII. 62.

65 *Et duræ coryli]* Nuces avellane,  
coudiers. Alii edera, id est valido duræ;  
litera enim e vocabulis prefixa, ali-  
quando auget, ut hic, et apud Ovid.  
in Arte, *Nec formæ edera, quod petit  
illa, nega*. Aliquando minuit, ut infra,  
v. 78. *Enodes truncæ*, id est, nodo ca-  
rentes.

**Fraxinus, Herculeæque arbos umbrosa corone,**  
**Chaoniique patris glandes; etiam ardua palma**  
**Nascitur, et casus abies visura marinos.**  
**Inseritur vero et foetu nucis arbutus horrida;**  
**Et steriles platani malos gessere valentes;**  
**Castaneæ fagus, ornusque incanuit albo**

70

ex qua *Herculis corona* fuit; et *quercus Jovis Dodonæi*: oritur etiam sic *alta palma* et *abies* quæ *expertura* est *pericula maris*. *Arbutus autem horrida inseritur surculo nucis*: et *platani infæcunda tulerunt malos robustas*: *fagus* fuit *alba flore casta-*

centur Arundel. unus.—66. que abeat a Leid. uno. *arbos frondosa* Goth pr.—67. In illo *Chaonii patris* possit subtimidns aliquis hærere, cum absolute quidem pater sæpius, vix vero cum gentili aliquo nomine dicatur, pater *Dodonæus*, *Olympius*, *Idæus*; cui rei parata medicina foret: *Chaoniique patris glandes*. Sed *Æn.* viii., 454 pater *Leminius* de Vulcano. et jam Gud. cum tribus aliis et utroque Mead., ut v. 18. et *ardua Toll.* *planta Franc.*—69. *Inseritur vero et nucis arbutus horrida fatu Medic.* a m. pr. Ita plane Gudianus et Goth. sec., nisi quod ille ex *nucis*. Utrumque ab eo, qui versi metuebat, interpolatum. *arbutus horrens* Rottend. alter, Zulich. et tres Martini, ut jam Servius male quosdam legere ait. et *fatu* (pro *vulgari fatu*) recte repositum a Burmanno, ut sex libri apud Heins. cum uno Arundel. et Goth. sec. pro *exfatu*—71. Jam veteres h. l. tentarunt. vid. *Serviana*, *Philargyr.* et *Pierium*. *Scaliger* in *Proleg.* ad *Manil.* legebat *Castaneæ fagus* antique, pro, fagi, gessere; quod Cerdæ amplexus est et *Cunningham*. Heins. *fagus Græca* forma accipiebat pro *fagus*. Alii interpunctione: *Inseritur*—et *steriles platani malis*: *gessere valentes* *Castaneæ fagos*. Pro scopulo, cui impingentur, fuit ambigua structura. Vulgo legerunt et junxerunt verba *Et castaneæ fagos* cum antecedentibus, ut subintelligatur *gessere*. Ita vero *fagus* insita esset *castaneæ*: Mira res, quam nemo facile probet. Martinus, cuius septem codd. in *Castaneæ fagos* consentiebant, cum *castaneæ* inter obvios et viles fructus fuerint in Italia, *fagineæ* contra glandes pro dulcibus habite, non dubitat has *castaneæ* inseri potuisse atque adeo vulgatam lectionem et structuram sequitur, quæ in Alld. pr. et sec. et hinc profectis occurrit, cum Egnat. et aliis. Meliorem lectionem dedit Nanger. in Ald. tert. *Castaneæ fagus, ornuisque*. Ut sententia a superiori versu sit disjuncta, utque *fagus incanuit flore castaneæ* jungatur. Mirari licet, editores eum iterum deseruisse. Legitur hoc idem in *Mentel.* pr. a m. sec. et in *Goth.* sec. Mibi *fagus* a poëta positum, sed a Grammaticis ex inani metu, ne syllaba brevis metrum solveret, in *fagos* mutatum hocque ad antecedentia retrahit.

## NOTE

66 *Fraxinus*] *Frêne*. *Herculeæque arbos*, &c.] *Populus*, *peuplier*: de qua, et *Herculis corona*, Ecl. vii. 61.

67 *Chaoniique patris glandes*] *Quercus*, dicata *Jovi*, in nemore *Chaonio*, sive *Dodonæo*, Ecl. ix. 13.

68 *Abies*] *Sapin*. Cujus aliqua species apta navibus: unde ipsi quasi sensum tribuit, ad videnda maris pericula.

69 *Arbutus*] *Arboisier*, Ecl. iii. 82. *Horrida*, quia raris est foliis, et versus ultima syllaba cum sequente versus eliditur. *Fatu nucis*] *Surculo*, vel gemma e nuce decrepta.

70 *Steriles platani malos*, &c.] *Platanus*, *un plane*: *arbor umbra tantum opacitatem*, et *foliorum amplitudinem utilis*. *Malus*, *un pomier*.

71 *Castaneæ fagus*] Vulgo legitur:

Flore piri, glandemque sues fregere sub ulmis.

Nec modus inscrere atque oculos imponere simplex.

Nam, qua se medio trudunt de cortice gemmæ,

Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso

75

*nea, et ornae candido flore pyri: et porci comedebant glandes sub ulmis. Nec una et eadem res est, inscrere, et inoculare. Nam qua parte oculi arborum emittunt se e*

ctum esse videtur. Vix dici potest, quot poëtarn loca corrupta sint ab iis, qui non videbant, casura ac tono omnem syllabam produci posse. Castaneas autem inseri alii solitas e Plinio docere possum XVII, 10, 10 *Omnia autem hæc (de satione egerat) tarda proventu ac degenerantia et insito restituenda. Interdum etiam castaneæ, sc. ut ex proveniant latins, inserenda sunt: ut h. l. fago, h. quercni esculentæ. Reiskins fagus r̄g fagus substituebat. Mox incendit, Moret. sec. et a m. sec. Erf. que abeat a Ven.—72. glandemque Gud. et quatuor alii, et duo Martini. Plin. xv, 15, s. 17 cerasum pro glandibus laudat, memorie lapsu. sues legere Moret. pr. male. vid. Burni.—74. medie Erf.*

## NOTÆ

*Castaneæ fagos:* quod absurdum videatur, in castanea fertili, fagum infuscundam inseri. Unde mire se torquent interpres. I. Ascensius legit: *Et steriles plutani malos gessere ralentes Castaneæ: fagus ornusque incenuit,* &c. hoc sensu: Platani gessere ramos castaneæ arboris, ita valentes ac robustos, ut etiam navium mali videri possent. Sed hoc durius. II. Scaliger legit: *Castaneas fagus:* ita ut fagus sit in plurali nominativo, quartæ declinationis. At illa lectio, *castaneas pro castaneæ*, paulo sane audacior. III. Melius Abramus legit, non *fagos*, sed levi literæ unius immutatione: *Castaneæ fagus:* ita ut *castanea* sit in genitivo; *fagus*, in nominativo, per casuræ licentiam hic producto: hoc sensu: fagus incenuit flore castaneæ, et ornae flore pyri. Et vero flores castaneæ cum aliquo alboire vires cant. *Fagus, hêtre, Ecl. i. 1. Orna frêne sauvage, Ecl. vi. 71. Pyrus, poirier.*

72 *Glandemque sues, &c.]* Significat quercus glandiferae ulmis fuisse insita, ad pastum porcorum.

73 *Nec modus inscrere, &c.]* Describitur insitum duplex modus: una

qui proprie vocatur *insitio*, exter en greffe; alter qui dicitur *inoculatio*, exter en écusson. Additur a Plinio tertius, *emplastratio*: quæ ab aliis cum inoculatione confunditur. Videtur tamen, inter tres illos modos, id esse discriminis: quod *insitio* fiebat, fisco arboris trunco, et surculis uno vel pluribus in ipsam trunci fissuram insertis. *Inoculatio* autem, sinus inter corticem ac truncum aperto, cui surculus includebatur. *Emplastratio* denique, sublata parte corticis, conjus in locum substituebatur alterius arboris gemma, pari magnitudine, quæ sublati corticis spatum repleret. Id patet ex Plin. l. XVII. c. 16. 18. &c. Unde constat variam fuisse, pro temporum ratione, inserendi artem: in eoque nostros homines a Virgilio discedere, quod hic *suum* in ipso arboris nodo ac gemma faciendum moneat; quem nos, infra, vel supra nodum, in corticis parte maxime terfa ac nitida, appetimus. De verbo *inoletere*, En. VI. 706.

74 *Gemmæ]* Proprie nodi sunt, et germissa, quibus in flores aut folia arbor protuberat; metaphorice vocantur oculi, et *gemmæ: oculi*, propter

Fit nodo sinus: **huc aliena ex arbore germaen**  
**Includunt, udoque docent inolescere libro.**  
**Aut rursum enodes truncī resecantur, et alte**  
**Finditur in solidum cuneis via; deinde feraces**  
**Plantæ immittuntur: nec longum tempus, et ingens** 80  
**Exiit ad coelum ramis felicibus arbos,**  
**Miraturque novas frondes et non sua poma.**  
**Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis,**  
**Nec salici, lotoque, neque Idaeis cyparissis.**  
**Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ,** 85  
**Orchades, et radii, et amara pausia bacca,**

*medio cortice, et rumpunt tenuem pelliculam; arctus sinus aperitur in ipso oculo: in quo includunt oculum ex alia arbore decisum, ex quo docent concolorari cum cortice interiore humido. Aut præterea truncī carentes modo scinduntur, et profunde rima aperitur cuneis per medium lignum: postea fertiles surculi instruuntur: nec longo post tempore magna arbor surgit in aërem ramis fructiferis; miraturque novæ foliæ, et fructus non sui generis. Præterea non est unica species, nec ulmarum robustarum, nec salicium, et lotorum, et cypressorum Idaearum. Nec oliva pingue eruntur eadem figura, Orchades, et radii, et pausia quarum baccæ acerba sunt: nec*

*tridunt medio Zulich. vertice Moret. sec.—77. Inducunt Rottend. alter et alter Menag. pro var. lect., sed vid. Heins.—78. At Moret. sec. quod et Voss. præfert. ei alta Parrhas. cum Erf.—80. immittuntur nonnulli apud Pierium. 81. arbor e tribus propter sonum præstulit Burm. *arbos* alli.—82. *Mirata* est que Servius laudat. Sic Gud. *Mirataque* Medic. Mentel. uterque, Franc. Regius cum Goth. sec. At *Mirata que novas* fragm. Gudiano codici assutum, ut anchor note Servianæ in suo inveniens videtur. Satis liquere mihi videtur, hec omnia esse eorum, qui post *exitu* idem tempus continuari volebant. *Mirataque* vel *Emirata* conj. Heins. hoc altorum quoque Schrader.—83. *numus* est alter Menag.—84. f. *lotote*; sed copulantur sic plura ejusdem generis. *neque I.* in scriptis Heinsii.—86. *Orchades*, quod dudum in melioribus erat, Aldd. et hinc propagatis, etiam Steph., Heinsius e suis et Pierianis revocavit; quo aliorum codd. aberrationes allidunt. Et sic Gr. *δρύς*. Obsidebat tamen ex edit. Egnat. et Manutii emendatione editiones *Orchites*, Servii auctoritate et usu perpetuo scriptorum de re rustica comprobatum. vid Harduin. ad Plin. xv, 1, s. 2 et h. l. Heins. At hoc metri lex non patitur, ut nec id, quod unus Meadianus offerat, *Orchades*, *radique*, nec si *Orchites* *radique* et a. scriberes, aliud ageres quam ut vulgare substitueret doctiori. Omnino varie idem vocabulum extu-*

## NOTÆ

*corrugationem corticis, quæ circum-plicatam oculorum cuticulam imita-tur; gemmeæ simili metaphora.*

78 *Enodes*] Supra v. 65.

83 *Præterea genus, &c.]* 11. PAR. De varietate arborum speciebus. De salicibus v. 13. *Lotus* arbor Africana, magni usus pro pane, et vino: nude et populi dicti *Lotophagi*: de qua fuse

Plinii. l. XIII. 17. De Cyparissis, vel cypressis, Ge. l. 20. *Idæis*] Mons Ida duplex, alter in Phrygia, alter in Creta insula: de ultimo hic seruus est, quem Plinii. l. XVI. 38. appellat *patriaco cypressi*.

86 *Nec pingues, &c.]* Tres enumerant olivarum species. *Orchades*, vel ut alii legunt, *Orchites*, non ab insulis

Pomaque, et Alcinoi sylva; nec surculus idem  
Crustumis Syriisque piris, gravibusque volemis.  
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,  
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos; 90  
Sunt Thasiæ vites; sunt et Mareotides albae;  
Pinguibus haec terris habiles, levioribus illæ;

*poma et arbores Alcinoi: nec genus idem est pyris Crustumis, Syriis, et volemis ponderosis. Non eadem uia pendet e nostris arboribus Italicas, atque illa, quam Lesbos decerpit e vite Methymnæa. Sunt vites Thasiæ, sunt quoque Mareoticae albae: Thasia aptæ solo pingui, Mareoticae solo tenui. Est quoque vitis Prithia,*

lere veteres ex ἀρχάς, ἀρχής, ἀρχίτης, ἀρχήτης.—87. *Poma neque, Alcinoi sylva* emendabat Reiskius.—88. *Syriaque pomis* ed. Ven., male. *volemis* Medic. et Mentre. pr. *volemis* Rottend.—89. *pendent* Medic., quod Heinsohn arridet, quem vid. ad *Æn.* vi, 209. Sed h. l. intemperativa elegancia.—90. *Quam* Cruqu. Schol. ad Horat. Od. i, 17, male. *Est Μέθυμνα. de cespite* Zalich.—91. *et sunt* Leid. pr. *M. uox Erf. a m. pr.*—92. *Est passo reponebat* Reiskius.

## NOTE

Scotie adjacentibus, que Orcades appellantur; sed ab *ōrxis testiculus*, quod rotundas sint: *Radios*: quod oblonge sint, iuxta radii textorii: *Pinnas*, quod ad oleum exprimendum tundantur, ab antiqua voce *parire*, id est, trindere: monet enim Columella, orchites et radios, ad escam esse, quam ad liquorem meliores: itaque paucia propter amaritatem ad oleum apta est.

87 *Alcinoi sylva*] Alcinous Phœacum rex, hortorum studio laudatus apud Homer. Odyss. 7.

88 *Crustumis, &c.*] Pyrorum species præcipue tres eligit e pluribus: *Crustumis* ab oppido Tuscio *Crustumio*, subrubicunda: *poires perles*, ex Dalecampio in Plin. I. xv: 15. *Syria*, nigræctis, alter *Terentina* dicta, quod e Syria *Tarentum* translata fuisse: *bergamottes*, juxta aliquos. *Volema*, quod volam manus impleant, bon chrœtien: unde quidam confundunt cum iis, quæ Plinius appellat *Nœvilia*, a libra pondere; sed haec ad

aliam speciem pertinet, cui nomen, *poires de lierre*.

89 *Arboribus*] Vel vitibus ipsius, quæ recensentur a Theophrasto inter arbores; vel ulmis, quibus in Italia fulciuntur. Harum species distinguit quindecim.

90 *Quam Methymnæo, &c.*] *Lesbos* insula maris *Ægæi*; cujus urbs *Methymna*, vino illustris.

91 *Thasiæ, &c.*] *Thasus*, ejusdem maris insula. *Mareotides*] Fuit *Maria*, lacus *Ægyptius*, Alexandriam a meridie aliiens, et urbs lacui propinquæ. Fuit *Mareotis*, Libyæ, seu Africa pars, *Ægypto* contermina, quæ et *Marmarica* dicta est, nunc *Barca*. Fuit denique *Mareotis* alia, para *Epiri*, seu *Græcia*. Tribus his, *vinum Mareotium* attribuitur a diversis auctoribus: lacui quidem et urbi, ab Athenæo, l. i. *Libycæ* regioni, a Strabone lib. ultimo. *Græcia* regioni a Colum. l. iii. 2. *Phures* tamen *Libycum* et *Ægyptum* fuisse censem, unde *Alexandrinum* quoque appellant.

Dolph. et Var. Clas.

Virg.

P

Et passo Psithia utilior; tenuisque Lageos,  
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam;  
Purpureæ, preciæque; et quo te carmine dicam,  
Rhætica? nec cellis ideo contendere Falernis. 95  
Rhætica? nec cellis ideo contendere Falernis.

quæ optior est ad vinum coctum; et lageos subtilis, quæ aliquando pedes captat et alligat linguam. Sunt purpareæ, et preciæ: et quo versu eos laudato, o Rhætica? ne tamen idcirco pugnate cum cellariis Falernis. Sunt præterea vites Aminææ,

.....  
Scribunt libri Phithia, Sithia, Sicchia, Phicia, Psithia. Ligeos, Legeos, ut Goth. pr. Variat scriptura etiam ap. Colum. III, 2, 24. ἡ Ψίθια sc. στροφύλη est Gepon. v, 2, 4. et apud Hesych. Etymol. p. 149, l. 26, et qui primo memorandus est ap. Nicand. Alexiph. 181. Psithium est apud Plin. XIV, 9, s. 11 pr. Athen. p. 28 extr. ex Eubulo. Vel sic tamen præferam Psithia, cum sic in Mediceo sit et in eod. Aldd., cumque librariorum senioris ævi aberret fere stupor in y. Lagea commodam etymologiam non habet (ducunt a λάγειος, pro λάγης, leporinus; ad colorem revocatum video a Vossio); memorarunt tamen ap. Macrob. II Sat. extr. et a Plin. XIV, 2, s. 4, 7 ex Virgilio, ubi additur, esse vitem extra Italiam.—94. juncta Gud. Menag. uteque, et edit. Juntæ.—95. pratiæ, præciæ, pretiæ scribitur. præco qua que in Rottend. sec. a m. sec. quo te nomine dicam apud Senecam laudatur Nat. Quæst. I, cap. 11.—96. Rethia Rottend. ne cellis multi ap. Burm. ne cellis adeo in nonnullis antiquis legi et ab Arusiano laudari notat Pierius.—97. In Aminææ et

## NOTÆ

93 *Passo Psithia utilior*] De passo Psithio et Melampethio frequens apud varios antores mentio: unde vero Psithiæ nomen, obscurum est: Cerdanus suspicatur, vel ab oppido aliquo Græcia derivatum esse: si quidem Columella, l. III. c. 2. Psithiam vitem Græculam facit: vel a ψίθια, quod apud Hesychium, est vimnum illud, quod sponte et sine torculari profuit. Passum vinnum est, quod fit ex uvis in vite diutius Sole adustis, ex Plin. l. XIV. 9. vel ex uvis in lixivia et oleo ad ignem aliquantulum exsiccatis, ex Columel. l. XII. 16. Unde passum dicitur, vel quia Solem aut ignem patitur; vel quia Soli expanditur.

93 *Tenuisque Lageos, &c.*] Λάγειος, leporaria, quæ leporis colorem refert. Tenuis dicitur: Vel juxta Servium, quasi penetrabilis; quæ facile ebrietatem inducit. Nam, ut admonet idem Servius, okim, adverbium est

cujuslibet temporis. Vel ut innuit Taubmannus, tenuis dicitur, quasi levis, et exiguae virtutis; quæ okim, id est, tarde ac lente admodum inebriant.

95 *Purpureæ, preciæque*] Illæ a colore nomen habent; hæ a maturitate, quasi præcoqua, inquit Servius: quia cito marescunt.

95 *Quo te carmine dicam Rhætica?*] Laudatur haec vitis a Catone, a Plinio; apud Augustum etiam fuisse in pretio traditur a Sueton. 77. Testatur tamen Servius, eam a Catullo fuisse vituperatam: qui locus Catulli non extat: unde putat Virgilium in ea laudanda, dubitatione usum esse. Quanquam Turnebus figuram illam, quo te carmine, &c. non dubitationi; sed admiratione tribuit, ac serice laudi, qua locum ipsi inter optima vina assignat, sed post vina Falerna: ideo addit: nec cellis, &c. Firmatque sententiam auctoritate Plinii, l. XIV. 6.

Sunt et Aminææ vites, firmissima vina;  
Tmolus et assurgit quibus et rex ipse Phanæus;

tina valde durabiliæ: quibus cedit et Tmolus, et Phanæus ipse, princeps montium

scriptura et syllabarum quantitas variat, et secundum illam vel *Sunt et*, vel *Sunt etiam* scribitur. In Medic. *Sunt et Aminææ*; quo ali variis modis alludunt. In Ald. pr. erat *Sunt et Amyneæ*, in sec. *Sunt et Amyneæ*. Correxit Nauger. in tert. *Sunt et Aminææ*, docte utique. Egnat. *Aminææ*. Primus interpolavit Paulius Manutius: *Sunt etiam Ammineæ*, quod hinc vulgo obtinuit. Non minus poëtarum anctoritas et scriptura in Gracis libris variat. vid. Pierium, Cerdam, Heins., Burm. ad h.l., Harduin. ad Plin. xiv, 2, s. 4, 1, Gesner. in Ind. ad Scriptt. de R. R. h. v., et nuper Niclas ad Geopon. v, 17, 2. Inter hæc tamen teneri poterat hoc: *Amineum* (*Aulverior*) vel *Amineum* esse veriorem et antiquiorem scripturam; nam literæ duplicatae senioris ævi sunt; syllabarum autem quantitatem constituit ex Samonicæ, c. 37, *Aut in Aminæo*. c. 29, *Succus Aminææ*: et sic in Galeno *Auraio* *olbos*. Hesych. et alii meliores. Corrupti codices fuere jam Ausonii ævo, quippe qui scripsit: *Solus qui Chium miscet et Ammineum*. Órigo vitium, unde ad multa loca translata sunt, iam olim fuit incerta. Si verum est in Probo ex Aristotele legi, vinum ex Chio fuisse: patriam hanc ei assignare licebit. Porro *fortissima vina Moret. quart. Burmanno*, *Sunt vites tina*, durius dictum videbatur; conjectebat: *Dant etiam A.* At enim: *Sunt etiam A. v.* accipiendum: Aliud vitium genus est Amineum, unde vinum diuturnæ bonitatis conficitur.— 96. *Tmolus assurgit*. Ita Pierii Medic. et Longob., nec non Medic. et reliqui potiores Heinsii, quo spectant *Tmolus* Franc. *Tmolus* fragm. Moret. *Tmolus* Voss. pr. *Mollius* uans Mead. Quod si pro vero habendum est, nolim tamen cum Burm. regem aliquem *Tmolium* et *Phaneum* intelligere, qui olim in illis partibus regnarint; quæ tota ratio jejuna et indigna foret tanto poëta; sed aut *montem* *Tmolium* et *Phaneum* substituerem, pro vino dictum, quod in eo nascitur, aut versum ex Graeco aliquo poëta conversum dicere, ubi Τμόλιος ἡδε Φανάος erat, scil. *olbos*; et legitur in Servianis: *De Lucilio hoc tractum est, qui ait Χός τε δυδόρης, id est, olbos*. In Tibullo 17,

## NOTÆ

*Rhaetica, tantum Falernis posthabita a Virgilio. Falernus mons et ager Campaniae: mons vino, ager frumento fecrassissimus. Rhætia Regio Italæ contermina, inter Alpes Rhæticas ac Tridentinas: ubi hodie Grisones, Tridentina ditio, comitatus Tirolensis, vallis Tellina, &c.*

97 *Sunt et Aminææ, &c.]* Scribunt Plinius, et Ausonius *Amminæum rissum*: Galenus et Hesychius *Auræum*: igitur juxta illos legendum: *Sunt et Aminææ vites*: et utroque sane modo diversis in codicibus legitur. Ita dictum putat Alciatus generatim vimum optimum, quasi *auræum metius*: at sine teste. Macrobius esse conjicit vinum ipsum Falernum: nam

*Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum est*, inquit ille Saturn. l. ii. 16. Virgilinus tamen hic *Amineum* a Falerno distinguit. Ego vinum puto tota sparsum Italia, ubi solas ab antiquis agnitas fuisse vites Aminæas testatur Columella; et suis quoque temporibus, vetastigias ita solitas nuncupari. Eo quippe translatas vites e Thessalia, ab *Amineis* Thessalizæ populi, ait Aristoteles in Polit. citante Philargyrio. Plin. vero l. xiv. 2, *Principatus datur Ammineis, propter firmitatem, senioque proficienciam vini ejus ubique vitam*.

98 *Tmolus, &c. Phanæus]* De vino *Tmolii Lydæ montis* Ge. i. 56. *Phanæus*, mons in promontorio Chii, in-

Argitisque minor, cui non certaverit ulla,  
 Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos. 100  
 Non ego te, Dis et mensis accepta secundis,  
 Transierim, Rhodia, et tumidis, Bumaste, racemis.  
 Sed neque, quam multæ species, nec, nomina quæ sint,  
 Est numerus, neque enim numero comprehendere refert:

*vitiferorum; et parva Argitis, cum qua nulle alia possit contendere, aut liquore tanto, aut duratione per tot annos. Non ego te preferbo, o vitis Rhodia, grata Dis secundarum mensarum; nec te, o Bumaste turgida sis. At non est numerabile quæ sint earum species, et quæ sint nomina: neque vero interest cas redigere*

1. <sup>27</sup> sunt fumosi Falerni, sc. cadi. Sed in edd., ut Alld. pr. et sec. Junt., et codd. Rottend. Gothano sec. *Tmolus assurgit* legitur, quod ego olim pro vero habebam; montes duo, Tmolus et Phanæns, pro vitibus in iis cultis poëtice ponit; idque tanto probatius fieri putabam, quoniam Tmolus erat numen montis. v. Ovid. Met. xi, 159. et cf. numum Sardianorum, qui apud malitos visitari; occurrit quoque Tmolus caput in marmoribus et gemmis: eos autem, qui metro metuebant, nec sibile geminari literam videbant, interposse id modo *Tmolus et*, modo *Tmolus conf.* Var. Lect. ad v. 71. Nunc mihi probabilius videtur, scriptum fuisse ab Marone: *Tmolus et assurgit*, excidisse postea et, cumque vitium animadverteretur, rescriptam esse *Tmolus. Tmolus et Nanger*. quoque repositus Ald. tert., Benedictus in Flor. 1520, et, qui Nangerium secuti sunt, Manut. Fabric. Commelin. Pulmann. Ad hoc itaque redii: etenim rationem habet, montes poni pro vitibus: Tmolus, et ipse Phanæns, rex inter montes vitiferos. *Faventia Vratisl.*—99. *Archivusque alter* Rottend. *Argutisque fragm.* Moret. non cui Ven.—101. Sic meliores codd. ubique omnes. Ante Heims. in edd., ut in codd. nonnullis: *Non ego te mensis et Dis a. s.*, male. *Dis aut m.* unus Arundel.—102. *Transierim* Zulich. a. m. pr. et edit. Genov. *gracidit B. racemis unus Mead.*, ex interpretatione. —103. et *nomina Voss.* unus et Moret. fragm., quod solent poëte ad variandam orationem adhibere. *quæ sint Erf.*—104. *Et numerus ed.* Ven.—

## NOTE

scilicet maris Argisi: cuius vinum aliqui cum Arvisio confundunt, de quo Ecl. v. 71. *Assurgit*] Cedit, assurgimus enim iis, quibus honorem habemus. Ecl. vi. 66.

99 *Argitisque minor*] Minor majore prestantior: duplex enim est species, ex Colum. l. iii. 2. Nomen habet, vel ab ἄργειον, albus; vel ab Argis, Peloponnesi urbe et regno, quasi Argioea.

101 *Non ego te, &c. Rhodia*] Mensis prime, carnium erant; mensis secunde, pomorum, et ceterorum ejusmodi, quæ bellaria, generatim appellab-

labant, Graeci ῥωδίαν, Galli derū. In secundis illis mensis compreocabantur Deos, ilisque vina libabant, effundebantque: Mercurio praesertim: etiam alia, Jovi, Iunoni, Bacco, ut En. i. 736. *Rhodium* igitur vinum, e *Rhode* Mediterranei maris insula, aptum dicit; vel ad usum inter bellaria, vel ad solemnum illam libationem.

102 *Bumaste*] *Boumanus*: vacce mammam magnitudine referens: *bumastus* Varroni, *bumastus* Columellæ et Plinio dicuntur.

Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem  
Discere quam multæ Zephyro turbentur arenæ ;  
Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus,  
Nosse, quot Ionii veniant ad littora fluctus.

105

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.  
Fluminibus salices ; crassisque paludibus alni  
Nascuntur ; steriles saxosis montibus orni ;  
Littora myrtetis lætissima ; denique apertos  
Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi.  
Aspice et extremis domitum cultoribus orbem,  
Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonus.

110

115

in numerum. Quem numerum quicunque vellet discere, idem vellet discere quod arenae mecentur Zephyro ; aut quod fluctus Ionii allebantur ad littus, cum Eurus vehementius irruit in naues. Nec vero terre omnes possunt producere omnia. Salices orientales circa fluvios, alii circa pigras paludes, orni infuscando in lapidosis montibus : littora feracissima sunt myrtorum : denique vitis amat colles expositos Sati ; taxi Boream et frigis. Aspice etiam ultimum orbem exaltatum ab agricolis, et regionem orientalem Arabum, et Gelonus pictos. Sua singulis arboribus patria

~~~~~

106. Quem si Gudian. Quæ qui Leid. unus a m. sec. scire volet unus Mead., non male.—106. Dicere Medic. cum aliis, perperam. turbantur in tribus ap. Burn. et apud Charisium Grammat. In Columella III, 2, 29, ubi hi versus memorantur, versentur arena in vulgaribus legitur; sed etiam ibi vetusti turbantur. Apud Ammian. Marcell. XXXI, 4 trudantur vel trudentur legitur.
—108. quod Gad. venient Moret. sec.—112. mitissima Franc., unde Burn. diffissima, sed recte nil mutabat. apricos emendabat van Hoven Campens. Fasc. III, pag. 228.—113. amant Leid. sec.—114. et aberat a quarto Moret. Aspice et exterrimus, domitis cultoribus, orbem Burn. conjiciebat; at vide Notas.
—115. domus Ven. et Longob. Pierii, Goth. sec. Gelones Franc.—116.

NOTE

105 *Libyci*] Vel Africæ; vel Libye, quæ pars est Africæ, de qua Ge. I. 241. De *Zephyro*, Ecl. V. 5. De *Euro*, Ge. I. 371.

106 *Ionii*] Ionium mare dicitur, non quod Ioniam alluit, angustum Asia Minoris regionem, inter Cariam et Æolidem; sed quod Siciliam inter et Græciam interfusum est: a quo mare Adriaticum distinguitur Aeræcum Epiri Promontorio. Nominis origo incerta.

109 Nec vero terre, &c.] III. PAR. De variis locis quibus arbores etis alias feliciter proveniunt. Salices, saules, v. 12. Alni, acules. Orni, frênes sauges.

Myrteta, loca myrto consita, Ecl. II. 54. *Turus*, *Fif*. Infra, v. 269. *Aquila*, Ecl. VII. 51.

115 *Eoasque domos Arabum*] Eoas, orientales: ab 'Hds, Aurora, quæ inde oritur. Arabia, ingens Asia regio, sinu Persico ad orientem, mari rubro ad meridiem, sinu Arabico ad occidentem, Syria et Mesopotamia ad septentrionem, definita: in tres divisæ partes: in *Desertam*; in *Felicem*, ubi *Subai*, et *Panchari* thure insigne; et in *Petream*, ubi *Nabathæi*, suis quoque nobilioris odoribus.

Gelones] Barbaros populos, de quibus ita Turnebus I. xxix. 26. Po-

Divisæ arboribus patriæ : sola India nigrum
Fert ebenum ; solis est thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaque, et baccas semper frondentis acanthi ?

assignata est. Sola India producit nigrum ebenum : soli Sabæi habent ramos thuriferos. Cur commemorem tibi balsama sudantia ex odorifera arbore, et baccas

Diversæ Reg. et Mead. Martini. Sic semper variant libri. sed India Franc. —117. hebenum alii scribunt. et Longob. Pierii.—118. Quid et o. ed. Ven. —119. bacas ali. Balsama quid baccas unus Mead; ut sit: Balsama? quid, baccas. Ingratum tamen sic, quod ter reddit Quid. que abeat a Cantabrig.

NOTÆ

pulos Scythicæ omnes esse agnoscunt, et scribunt geographi. Vibius Sequester populos Thracie exponit: ita enim scribit: Geloni Thracicæ populi, picti corporis parte: nisi si quis nomen Thracie, ut mendacem suspectat. Et vero videtur Virgiliius eos in Thracia collare, Ge. III. 461. Acerque Gelonus Cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum, Et lac concretum cum sanguine potat equino. Rhodope enim Thracicæ mons est; et Getæ, gens Dacica, Scythicæ tamen ac Thracie contermina.

116 *India nigrum Fert ebenum]* Dicitur hoc ebenum, et hæc ebenus. De ea sic Plin. I. XII. 4. Unam e peculiariis Indiæ Virgiliius celebravit ebenum, nequam alibi nasci professus. Herodotus eam Æthiopæ intelligere maluit. Romæ eam magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Uritur odore jucundo. An Ebenus nostra vera sit, dubitatur, quia suffit nullum emittit jucundum odorem: unde eam Pena existimat esse Guayaci speciem. De India, Sabæis, et thure, Ge. I. 57.

119 *Balsamaque]* Balsamum, arbuscula est, de qua sic Plin. I. XII. 25. Omnis odoribus præfertur balsamum, uni terra Judææ concessum: quondam in duabus tantum hortis, utroque regio. Ostendere arbusculam hanc urbi Impè-

ratores Vespasiani, nempe in triumpho Judaico. Servit nunc hæc, et tributa pendit cum sua gente. Sacriæ in eam Judæi, sicut in ritum quoque suam; contra defendere Romani, et dimicatum pro fratre est. Viti similior est, quam myro: et implet colles vinearum modo, qua sine adminiculis se ipse sustinent. Inciditur vitro, lapide, osseisive cultellis: ferro lœdi ritua odit. Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, eximia suavitatis, sed tenui gutta: ploratus lanis parca colligitur in cornua. Præcipuæ gratia lacryme, secunda semini, tertia cortici, minima ligno: quod etiam odoratissimum est. Sic tamen Lipsius, in Tacit. I. v. 6. Atque ita sane tuæ fuerit: postea non dubium stirpem eam in Ægyptum transeisse. Citatque Claudianum in Epithal. Palladii. Si tamen Josepho fides est, Judaic. Antiq. I. VIII. 6. balsami planta potius in Judæam ex Ægypto transit: dono data Solomoni a Nicaüi; quam hic reginam facit Ægypti et Æthiopæ, sacræ literæ reginam Sabæe nuncupant.

Acanthi] Non est hic branca ur-sina, de qua Ecl. III. 45. quæ passim in agris reperitur, herba coronaria; sed arbor est peregrina, semper frondens, et baccis ferax. Ea certe est Ægyptia spina, sive acacia, flores habens candidos; semina item in sili-

Quid nemora *Aethiopum*, molli canentia lana? 120
 Velleraque ut foliis depestant tenuia Seres?
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
 Extremi sinus orbis; ubi aëra vincere sumnum

acanthi semper virentis? Cur dicam *sylvas Aethiopum*, *albentes molli lana?* et
 quemadmodum Seres deducant e frondibus fila tenuia? aut quid describam
sylvas, *quas gerit India vicina Oceano*, et *quas est recessus ultimi mundi?* ubi

—120. *albentia* Leid. unns.—121. *depestant* alii apud Servium, ut *Seres pro Ser sit. depestant* alter Rottend. *depestant* duo. *et foliis* duo.—122. *proprio* Voss. a m. sec., forte ex eo, quod est in duobus Martini et ed. Nuremb.
proprior, solenni lapsu.—123. *Extremique sinus orbis*, *ubi vincere sumnum*

NOTÆ

quis, unde succus exprimitur medicos in usus expeditus, que *bacca* dici possunt. Hinc et *gummi* fluit, quod vocant officinæ *Arabicum*, quia plerique spinam *Egyptiam* cum *Arabica* spina confundunt. *Acanthus*, ἄκανθος, porro dicitur omnis spina, ab ἀκάνθῳ: unde *ἄκανθα* quoque deducitur: eadem igitur utriusque vocis origo est. Ita Bodaeus in *Theophrastum* l. iv. 3. Videtur nunc in Galliis arbor illa, sed propter soli mutationem ab *Egyptia* multum degener.

120 Quid nemora *Aethiopum*, &c.] De iis Plin. l. XIII. 14. *Aethiopia* *Egypto contermina insignes arbores non fere habet, preter laniferas: quarum natura, in descriptione *Indorum* atque *Arabie*, dicta est.* Haec autem *Arabicas* ita descripsérat l. XII. 10. *Ferunt cotonei molli amplitudine cucurbitas, que maturitate rupte ostendunt lanuginis pilas, ex quibus testes preciosissime faciunt. Lana illa, species est gossipii, coton.* De *Aethiopia*, Ecl. x. 68.

121 Velleraque ut, &c.] Distinguunt plerique vellera *byssina*, *bombycina*, et *serica*; ita ut *byssina*, sint e lino aurei coloris; *bombycina*, e verme satis noto; *serica* ex arborum lana. Et *byssum* quidem nasci perhibet Plinius circa *Elam* in *Achaia*, l. XIX. 1. *Bom-*

bycem vermiculum, *Assyriæ* attribuit, l. XI. 22. Ejusque vellera texendi artem a Pamphila quadam muliere repertam esse, in Coo maris *Ægæi* insula, testatur ibidem, post Aristotelem, Hist. An. l. v. 19. Unde celebrantur a poëtis *Cœlestes*. Arbores vero sericas in extremo oriente, apud Seres populos, constituit Plinius, l. VI. 17. *Seres lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depestante frondium canitiem.* *Mites* quidem, sed et ipsi feris persimiles, catum reliquorum mortuorum fugiunt, cum commercia expectant. Hi fuerunt *Scythis*, *Indis*, et *Sinis* contermini: unde cum iis omnibus vulgo confunduntur: videntur mihi eorum mores ad Sinenses proprius accedere.

122 Aut quos Oceano, &c.] Plin. l. VII. 2. *Maxima in India dignuntur animalia. Arbores quidem tanta proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant. Arundines vero tanta proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* De India Ge. l. 57. *Extremi sinus orbis]* Quia latissimum habet sinum, qui dicitur *Gangeticus*, versus oceannum *Eoum* sive *Orientalem*: et tota illa regio terrarum terminus habita est; *Sinis*, qui ad orientem uliores sunt, aut parom cognitus, aut *Indo-*

- Arboris hand ullæ jactu potnere sagittæ ?
 Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris. 125
 Media fert tristes succos tardumque saporem
 Felicis mali; quo non præsentius ullum,
 Pocula si quando sœvæ infecere noverca,
 * Miscueruntque herbas et non innoxia verba,*
 Auxilium venit, ac membris agit atra venena. 180

nulla sagitte possunt jactu superare supremum cacumen arboris: et tamen illa ratio non est pigræ in suo pharetris. Media producit succos acerbos, et lentum saporem mali fortunati: quo nullum remedium certius est, et certius expedit e corpore nigra venena: quando novercas corruperunt potum, et miscuerunt cum eo herbas, et verba perniciose. Arbor ipsa magna est, et similis lauro secundum

Parrhas, ab interpolatione.—124. *aut illa Medic.* cum tribus aliis et utroque Goth.—125. *hand tarda Schol.* Horat. Crug. Carm. III, 4. *sagittæ fragm.* Moret. *aut dura fragm.* attextum cod. Gnd.; et sane, inquit Heinicus, tardum saporem proxime subjungit. Burmannus malit altero verso durum saporem & asperum, ut Ge. IV, 102. Mirabat nemini versum totum. *Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris suspectam fuisse.* Vidi nuper Jac. Bryant non aliter statuere; etiam Brunckium in sua editione: at Voss. ad tanto majorem admirationem verba facere censem.—126. *ardumque saporem conjiciebat Reiskius*, qui contrahit os in similitudinem risus Sardonii, ut Ecl. VII, 41.—127. *præsentius Longob.* Parrhas. edit. Ven. et Macrob. Sat. II, 15, frequente errore. Post hanc in Goth. sec. versus 180 sequebatur.—129. *Miscuerunt fragm.* Moret. unus Mead. et vett. edd. *Miscuerunt Frascati Cantabrig.* Goth. sec. Eadem varietas apud Pierium. Versus insertus ex Ge. III, 283, ubi v. et ejectus a Brunckio.—130. *agitata Vratisl.*—131. *facie-*

NOTÆ

rum nomine comprehensis. *Aöre sumum*] Vel cacumen arboris ita appellat, vel aërem cacumini circumfusum.

126 *Media fert, &c.]* Regio Asia, opibus insignis: ad septentrionem mari Caspio, ad meridiem Perside, ad orientem Hircania et Parthia, ad occidentem Armenia et Assyria, definita. *Makom fert, Medicum aut Assyrum nomine, vulgo citrum, citron.* Quod quidem hic octo notis insignit poëta. I. Amaritie, eaque lenta, quod diu palato inhereat, ut explicat Philiargyrus. II. Felicitate, seu fecunditate: ut enim ait Plin. I. XII. 8. *Arbor ipsa omnibus heris pemifera est, alias cadentibus, alias maturecentibus, alias vero subnascientibus.* III. Virtute

adversus venena: futura, inquit Servius, non autem iam accepta. Immo ex Theophrasto, Athenio, Dioscoride, etiam adversus accepta, præsentim si cum vino succus ejus bibatur. IV. Foliorum cum laoro similitudine. V. Odoris fragrantia. VI. Virere perpetuo. VII. Tenacitate florum: qui abeunt in fructus, non facile vento aut maturitate excutiendos. VIII. Usu ad foetorum anhelitus corrigendum. Plin. XI. 53. *Partherum populi hoc præcipue, et a juventa propter indiscutitos cibos: namque et vino fastidit ornamio: sed sibi proceres medentur grana Assyrii mali, cuius est suavitatis præcipue, in eculenta addito. Addit et medendi sentibus anholia, id est, vel fætide respirantibus, et idem erit cum priore*

Ipsa ingens arbos faciemque simillima lauro;
 Et, si non alium late jactaret odorem,
 Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis;
 Flos apprima tenax: animas et olenias Medi
 Ora fovent illo, et senibus medicantur ambedis.

135

Sed neque Medorum, sylvae ditissima, terra,
 Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
 Laudibus Italae certent; non Bactra, neque Indi,

*formam: et laurus exest, nisi circum emitteret aliū odorem: frondes nullo vento
 decidunt: folia valde tenax est. Medi hoc malo corrugant halitum suum, et grave-
 dentia ora; et medentur senibus amhilentibus. Attamen, nec sylvae Medorum,
 regio opulentissima; nec pulcher Ganges, nec Hermus fluvius aureo limo, conten-
 dat cum laudibus Italia: nec Bactra, nec India, nec tota Panchaea dives solo*

*que uterque Mead. tenuis Medic. a m. pr.—132. ructaret Ven.—134. ad
 primum Medic. et vetustiores Pierli et Heimii, item tres Martini. In aliis
 apprime, apprime.—135. medicatur Ven.—136. ditissima regna Medic. a m.
 sec., interplacitare.—137. aura Medic. a m. pr. aut auro Zulich. neque
 Goth. sec. a m. pr.—138. certant Leid. a m. sec. nec Indi quatuor cum
 Donato ad Ter. Phorm. II, 1, 14.—139. Pates esse Totave. Sed variant*

NOTÆ

sensus; vel asthmatis, et difficile respirantibus, et diversa erit sententia, nonaque mali virtus. Denique Plinius I. XII. 3. sic ait: *Tentasse gentes transferre ad se, propter remedium praestacionem, futilibus in oasis: sed nisi apud Medos in Perseide nasci voleat. Tamen deinde Palladii diligentia convaluit arbor in Italia, et inde propagata est.*

134. *Apprime*] Pro *apprime*: neutrum plurale pro adverbio, Graeco more: id est, *inprimis*. Sic Ge. III. 500. *Et puto terram Cretam feris, &c.* Ita plerique omnes. At Jos. Scaliger et Gisianus legunt *apprise*, et contra fas corripunt ultimam, Laeretiam more I. VI. 500. *Testa superne timent, sustinunt inferne cavernas.* Et I. IV. 430. *Louge tamen parte ab summa, &c.*

135. *Sed neque Medorum, &c.]* Ex cario in landea Italie: quam commendat. I. A malis quibus caret. II. A bonis quibus abundat. *Sylva*

ditissima] que mala citria profert, de quibus v. 126.

137. *Ganges, &c. Hermus]* Aurifui fluvii: *Ganges ex Emodis profuens montibus, Indianam duas in partes medium dividens, in Oceanam Indicum exit meridiem versus: septem ostia, si fides Virgilii, Aen. IX. 30. negantem tamen Strabone, l. XV. *Hermus Lydise* fluvius, qui nactus Pactolo, aurifero etiam amne, in Phocaicum sinum illabitur.*

138. *Bactra]* Bactriana regio Asiae, inter Parthiam ab occidente, atque Indianam ab oriente, Oxo fluvio a septentrione definita. *Bactri, vel Bactrii populi sunt: Bactra, orum, urbs eorum principua.* Plin. lib. XVIII. 7. de tritico. *Tradunt in Bactris grande tantæ magnitudinis fieri, ut singula spicas nostraræ excent.* De India, de que *Panchaea, vel Panchaea, Arabice felicis, sive Sabaeorum regione*, Ge. I. 57.

- Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.
 Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
 Invertere, satis immanis dentibus hydri ;
 Nec galeis densisque virum seges horruit hastis :
 Sed gravidæ fruges et Bacchi Massicus humor
 Implevere ; tenet oleæ armentaque lœta.
 Hinc bellator equus campo sese arduus infert ;
 Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus
 Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,

thurifero. Tauri efflantes ignem naribus non erovere hanc regionem, dentibus magni draconis seminatis: nec seges riguit cassidibus, et densis hastis militum. Sed secundæ fruges, et Massicus liquor vitis, replent illam, et oleæ armentaque plaga occupant. Ex una parte equus bellicosus immittit se campis alta cervice: ex alia parte greges ovium; et tauri, quæ sunt maxime victimæ, saepe loti sacris aquæ

poëtae has copulas multis modis, ut nihil tuto statuere possis.—140. *nec t.* Medic. a m. sec. *spirantis* Mentel. duo.—141. *immanes* ante Heins. male. *immani* Goth. pr. *hydri* Medic.—142. *galea* videtur legisse Auctor Medea, v. 256 in Authol. Lat. pag. 167. *virii* Zulich.—144. *oleæque* ante Heinsium, qui Pierianos nonnullos et omnes suos secutus que sustulit. Potest tamen in istis excidisse videri. In Mediceo additum a manu sec. Deest iu libb. Burm., in Regio Martini, et Gothano sec. minus tamen grati sic sunt numeri versus. *oleæ armentaque lœta* edit. Argent., notante Reiskio; ab interpolatrice utique manu. Jo. Schrader. tentabat: *arbustaque*. Quod sane et ipsum ferri posset; uti de vitibus ea vox occurrit. Verum poëta transitum ad greges facit.—145. *Hic* hoc et sequ. versu Erf. a m. sec.—146. *Hinc alibi, Tyberyne* Goth. sec. a m. pr. *te maxima* Schol. Cruqu. Horat. Od. iv, 2. *tauri* Reg.

NOTE

140 *Hæc loca non, &c.]* Colchidem intelligit, in quam profectus Jason, vellus aureum in Martis luco suspensum diripiuit; domitis, et ad aratum alligatis ignivomis taaris: seminatis hydri dentibus: occisis militibus, qui statim ex illo semine eruperant; interfecto denique dracone, velleris custode: quæ omnia perfecit herbarum quarundam virtute, et arte Medæa. Ætæ regis filiæ, qui custodiā illam velleri suo apposuerat. Ovid. Met. vii.

143 *Massicus*] *Massicus* mons in Campania, vini ferox. De Baccho, Ecl. v. 30. 69.

146 *Clitumne, &c.]* *Clitumnus* Italie flavius, in Umbria: in Topinum pri-

mo amnem, mox cum eo in Tiberim labitur: in eo lavabantur victimæ, eoque dealbari putabantur: victimæ enim Jovi Capitolino in triumphis non immolabantur nisi candidæ. Notat Turneb. l. xxix. 26. *Clitumnus* hic pro Deo; non pro ipso flumine accipi: siquidem dicitur, *tuo cum Ammine*: Deus autem ille, vel fuit fluminis preses, cui extractum in ejus ripa templum ait Plin. Epist. l. viii. 8. Vel fuit ipse Jupiter, qui, Vibio teste, Clitumnus dictus etiam est. *Maxime tauri Victimæ*] Victimæ dictæ olim sunt majora animalia, in quibus maximus est taurus: hostiæ minoræ, ut oves. *Templo Deum*] Capitolium, Jovi sacrum.

Romanos ad templa Deum duxere triumphos.

Hic ver assiduum, atque alienis mensibus aestas;

Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbor.

150

At rabidae tigres absunt, et sæva leonum

Semina; nec miseros fallunt aconita legentes;

Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto

Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Adde tot egregias urbes, operumque laborem,

155

Tot congesta manu præruptis oppida saxis,

Fluminaque antiquos subterlabentia muros.

tuis, o Clitunne, præcessere Romanos triumphos ad templa Deorum. Hic est perpetuum ver, et aestas mensibus non solitus: bis pecudes pariunt; bis arbores ferunt fructus. Sed tigres furiose hinc absunt, et crudelis proles leonum: nec aconita decipiunt miseros colligentes: nec serpens squamosus magnis gyris rapit humi, nec tanta longitudine se convolvit in spiram. Adde tot urbes illustres, et difficultatem operum: tot oppida manu extracta in altis rupibus: et flumina subeuntia veteres muros ur-

Martiui cum Erf.—149. ver perpetuum Schol. Crnuq. Horat. Od. II, 6. conf. ad Ecl. ix, 40. *Hic iter Ven. messibus apud Martinum vir doctus legebat, e Claudiani xxxvi, 224 alieno gramine, nt de Medica, herba, intelligatur; sed male; de anni tempore cogitat poëta: aestatem etiam per eos menses durare, quibus hyemem aliae terre sentiunt.*—150. *arbor prætulit Birm., ut v. 81.*—151. *rapidae nonnulli apud Pier. et Birm. cum Gothanis, perpetua variatione. absunt Ven. leones Medic. a m. pi., quod placet Heinsio; et habet ed. Cunningham. Scilicet epexegesis illa et elegans et Virgilio familiaris. conf. Heins. ad Claudian. de B. Gild. 138. Sed v. loc. Lucretii in Notis. Reiskius locum sic refingendam conjiciebat: et secula leonum. Semina nec miseros fallunt aconita legentes, h. nec fallunt aconita miseros illos, qui semina, h. herbas, legunt, aut potius germina pro semina: namque alias pendebit legentes, neque habebit, quo referatur.*—153. *Miror rò tanto nemini displicuisse, quod explicari quidem potest, at cum nihil sit, cum quo comparatio instituatur, ad elegantiam facere vix putamus. In promptu est lenta legere, Nicand. Ther. 222 μοῖσι δλοῦ, seu torto tractu, ut alias poëte. Nemesian. Ecl. iv, 40 torto non squamea tractu Signat humum serpens. At severo cum supercilie totam observationem jugulat Voss. vir doctiss.—155. labores Vratisl. et fragm. Moret., it. Regius Martini. cf. ad Æn. I, 455.—156. Tunc c. duo. conjecta Erf.*—

NOTÆ

150 *Bis pomis utilis arboe]* Hyperbole quibadam videtur: est tamen aliquid apud Plin. l. xvi. 27. et Varonem l. i. 7. de malo bifera, apud Consentiam, Brutiorum in Italia civitatem.

152 *Aconita, &c.]* Herbae venenosæ: dictæ, vel juxta Solinum, ab Acone portu in Ponto, regione venenis infami; vel juxta Plin. Ovid., Lucan. a nudis cautibus ubi nascuntur, quæ dicuntur ἀκόναι. Nascuntur et in Italia, teste Servio: sed poëta arte uititur ut rem excuset: nam ea innuit non obese, quia sunt omnibus nota, nec fallunt legentes. Sunt item serpentes, sed parvi; neque tanti, quanti alibi: neque tanto Squameus, &c.

An mare, quod supra, memorem, quodque alluit infra ?
 Anne lacus tantos ? te, Lari maxime, teque
 Fluctibus et fremitu assurgens, Benace, marino ? 160
 An memorem portus, Lucrinoque addita claustra,

bium. *An laudabo mare, quod alluit Italiam, supra et infra ? An vero lacus tam vastos ? te, o magne Lari ; et te, o Benace, infumescens fluctu et sonitu marino ? An laudabo portus, et moles objectas lacui Lucrino, et mare circa illas indignare*

 158. *supra est* Parrhas. *abit al.*, ex more.—159. *Lauri duo*. Fabricius distinguere volebat : *Te, Lari, Maxime, teque etc.*, ut tres principi lacus Italiae memorentur, Larius, Verbanus, qui et Major, et Benaeus. *Nimis subtiliter*. —160. *assurgens* malebat Wasse ad Sallust. Jug. 33. quia hoc et alias similii sensu occurrit. At hoc ad emendationem nullam satis est.—161. *Quid memo-*

NOTÆ

158 *An mare, &c.]* Gemino mari alluitur Italia : Adriatico, quod *superum* vocant, quia est ad septentrionem, superiorem nobis mundi partem ; et *Tyrrheno*, quod *inferum*, quia est ad meridiem.

159 *Te, Lari maxime, teque, &c.]* Laces commemorat duos. Primus est *Larius*, *Lago di Como* : in ducatu Mediolanensi : qui patet in longitudinem ad 80. miliaria, bicornis versus meridiem : et altero quidem in corna *Como* urbem habet. Secundus est *Benacus*, *Lago di Garda*, in agro Veronensi : Mincium fluvium ex se emitens meridiem versus : oppidum al luens *Gardam*, ad orientem, unde ipsi nomen : Lario non multo longior, sed latior : unde maria instar agitari tempestibus a Virgilio perhibetur. Fabricius tamen ita legit : *Te Lari, Maxime, teque, &c. Benace, &c.* ita ut tres distinguantur lacus : et per *Maximum*, is intelligatur, qui nunc est *Lago Maggiore* : sed neque lacus ille dictus est antiquis *Maximus*, sed *Verbanus* ; neque versus ita interpunctus Virgilium sapit.

161 *Lucrinoque, &c.]* *Lucrinus*, in Puteolano Campanie sinu minor est sinus, inter Baias et Puteolos : intra eum Avernus lacus est, eidem per angustas fauces conjunctus. Constat

ex Strabone l. v. Lucrinum sinum fuisse jam inde a temporibus Heraulis discutuum a Thyrrheno mari, aggre re longo stadia octo ; lato, quantum trahendi curri sufficeret : cum autem vi tempestatis aquam admiraret multis locis, additum fuisse ab Agrippa id quod structuræ deerat. Causam affert illius instauratiois Sueton. in Aug. 16. ut nempe commoda esset statio continendis et exercendis navibus, quas Sex. Pompeio, Siciliam occupanti, objecturus erat Octavianus. Notandum vero, cum Abramo, quod quidam e veteribus scribere videantur, Lucrinum ab Octaviano fuisse perfossum : ut Dion. l. XLVIII. et Sueton. in Aug. XVI. Quidam contra, fuisse molibus a mari seclusum, ut Virgil. et Plinius l. XXXVI. 15. Hos ita concilio. Portus unus e gemino contiguo lacu factus est : et Avernum quidem perfossum, ut cum Lucrino confluoret; Lucrinus fere interclusus, ne mare liberius in eum influeret. Atque ita explicandus Suetonius ; *Portum Julianum apud Baias, insuoso in Lucrinum et Avernus lacum mari, effecit*. Male igitur Servius tribuit Julio Cesari opus illud, quod Julii nomen ad memoriam duntaxat Cesaris tulit : extrectum anno u. c. circiter 717. ut ex Sueton. colligitur. Nunc

Atque indignatum magnis stridoribus sequor,
 Julia qua ponto longe sonat unda refuso,
 Tyrrenusque fretis immittitur aestus Avernus?
 Hæc eadem argenti rivos aerisque metalla
 Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. 165
 Hæc genus acre virum, Marsos, pubemque Sabellam,
 Assuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos,
 Extulit; hæc Decios, Marios, magnosque Camillos,

magni magis: quo parte aqua Julia resonat, mari procul repulso; et quo Tyrrenum mare influit in faves Averni? Eadem Italia monstrat in venis rivos argenti et metallum aries, et auro multam abundavit. Hæc produxit bellicosum genus hominum, Marsos, et juventutem Sabellam, et Ligures assuetos labori, et Volcos armatos veribus. Hæc produxit Decios, Marios, et magnos Camillos, Scipiones

rem Rufian. p. 251. abedita Gud. clauso duo.—162. *magnis clamoribus* Aretinus in Epp. landat, quod probabat Wasse ad Sallust. l. l.—164. *Averni* Toll. et Serv.—167. *Hoc Zulich. et Mead.* rivos Goth. sec. a m. pr.—168. *Assuetum malo* Zulich, addita ridicula glossa, id est, navibus vel pomis. *Liguram* Medic. a m. pr. Mox *Vulcos, Vulcos, Volcos, Velctos* scribuntur. *veruto* (scil. assuetum) Lipsius emendabat. Sed vid. Not.—169. *hæc decios Marios*

NOTE

Avernus superest: Lago d'Averno: at e Lucrino nihil superest, nisi palus latus cum arundineto; ex quo mons novus, qui Cinereus dicitur, exstitit terra motu, anno 1538.

164 *Tyrrenusque, &c. Averni] Tyrrenus* mare dicitur, quicquid ab usque Tuscia sive Etruria, ad fretum usque Siculum, aquarum est. *De Averno lacu*, qui a poëtis inferorum ostium habitus est, fusa Æn. vi. 237.

165 *Eriique metalla] Plinius l. et c. ultimo, de Italia: Metallis auri, argenti, aries, ferri, quadriga libuit exercere, nullis cessit.*

167 *Marsos, &c.] De Marsis, Æn. vii. 750. De Sabellis, Æn. vii. 665. De Liguribus, Æn. x. 185. De Volscis, Æn. viii. 883.*

168 *Verutos] Armatos veribus, id est, ex Nonio, brevibus et acutis tellis. Lipsius legit: Assuetumque malo Ligurem, Volcosque veruto: et est idem, verutum et veru: sed prefero com-*

munem lectionem, verutos, a veru: quomodo passim legimus scutatos, a scuto; cinctutos, a cinctu.

169 *Decios] Familiam Romæ celeberrimam: ex qua P. Decius Mus, consul bello Latino, collega Manlio Torquato: cum utriusque consuli somnio abessisset, eos victores futuros, quorum dux in prælio cecidisset: tum collato cum collega somnio; cum convenisset, ut cuius cornu in acie laboraret, Dius se Manibus voceret: inclinante sua parte, se et hostes, per Valerium pontilem, Dius Manibus devotus: impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Ita Aurelius Victor. Cicero vero, Tuscul. i. 89. testatur idem ab ejus filio factum, bello Etrusco; idemque ab ejus nepote, bello contra Pyrrhum Epiri regem.*

Marios] Caius Marius, ex municipio Arpinate humili loco natus, triumphavit de Jugurtha rege Numidie, deque Cimbris: septies consul

Scipiadas duros bello, et te, maxime Cæsar,
 Qui nunc extremis Asiæ jam victor in oris
 Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.
 Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,
 Magna virum, tibi res antiquæ laudis et artis
 Ingredior, sanctos ausus recludere fontes,
 Ascræumque cano Romana per oppida carmen.

Nunc locus arvorum ingeniis : quæ robora cuique,

bello asperos; et te, o Cæsar maxime: qui jancunt victor, in ultimis Asia finibus, repellos molles Indos a Romanis urbibus. Salve, o terra Saturni, magna parens frugum, magna hominum: suscipio in tuam utilitatem res laudatas et excutas ab antiquis, ausus aperire prius sacros fontes: et canto per urbes Romanas carmen Hesiodi Ascri. Jam locus est disserendi de natura terrarum: quæ sit, cuique vis, quis

Ven.—170. *maxima* Gud.—171. *extremis aciem* Goth. pr.—172. *In bellum adterritis Vratisi.* *artibus* duo apud Martinum, quod ex Æn. vi, 853 probare velle, ludus esset.—174. *artem* Gud.—175. *Aggredior* Priscian. lib. vii, quod est vulgare verbum hoc sensu. *Ingredior* fragm. Moret. cf. Burm. *excludere* Zulich.—177. *ingentis, q. r. cano* Gud.—178. *aut quæ Arundel.* et edd. vett.

NOTÆ

fuit: in septimo consulatu, metuens imminentem ex Asia Syllam, aut morbo, aut voluntaria morte decessit. *Marius* junior, ejus filius, aut ex soro nepos, Præneste obsessus deinde a Syllanis, cum per cuniculum vellet effugere, septus ab hostili exercitu, mortem sibi consivit in ipso cuniculo, cum evadere se non posse animadverteret.

169 *Camillos*] M. Furium Camilum: qui de Veientibus, decenni ob-sidione victis, triumphavit: Gallos Roma capta Capitolium obsidentes vicit: alter Romulus dictus, pestilenta obiit octogenarius.

170 *Scipiadas*] E Scipionem gente, duo præcipue insignes, *Africanis* dicti: de quibus, Æn. vi. 842.

171 *Qui nunc extremis, &c.*] Certe versus illos operi jam perfecto Virgilium attexuit: nondum enim ultimum ejusmodi bellum gesserat Octavianus, cum huic libro primum scribendo poëta operam daret. Omnino igitur de bello Actiaco, aut potius *Egyptio*

intelligamus. Primo enim *Ægyptus* Asiæ confinis est: deinde, Indos et Arabes et Sabæos, inter aaxilia M. Antonii et Cleopatra fuisse memorat, Æn. viii. 705. *Omnis eo terrore Ægyptus et Indi, Omnis Araba, omnes vertebant terga Sabei.* Neque vero Indi apud veteres, ut apud nos, exacta ratione sumuntur; sed promiscue pro calidarium plagarum populis. Unde Ovidius eos cum *Æthiopibus* confundit; cum dicit alicubi, Perseum devexisse Andromedam *nigris ab Indis*: Apianus in Annib. sumit pro Afris; ubi ait Annibalem jussisse, ut Indi conservis elephantis in Claudii castra irrumperent. Hyginus ait cap. 275. *Liber in India Ammonem, &c.* id est, in Africa, ubi templum Jovis Ammonis.

173 *Saturnia tellus*] Italia, in qua Saturnius latuit. Ecl. iv. 6. Æn. viii. 318.

176 *Ascreum*] Ad imitationem Hesiodi Ascri, qui Georgica conscripsit, Ecl. iii. 40. Ecl. vi. 70.

177 *Nunc locus, &c.*] iv. PARS. De

- Quis color, et quæ sit rebus natura ferendis.
 Difficiles primum terræ, collesque maligni,
 Tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis,
 Palladia gaudent sylva vivacis olivæ. 180
 Indicio est, tractu surgens oleaster eodem
 Plurimus, et strati baccis sylvestribus agri.
 At quæ pinguis humus, dulcique uligine lœta,
 Quique frequens herbis et fertilis ubere campus; 185

color, et quæ indoles ad certas quasdam res producendas. Primo terra aspera et colles ingrati, ubi sterili argilla et lapilli sunt in agris spinosis, amant sylvam vivacis olea sacrum Minervæ. Oleaster plurimus nascentes in illis locis, et campi oberti olivæ sylvestribus, hoc indicant. At terra quæ pinguis est, et abundans dulci humore: et campus qui ferax est herbarum, et facundus ubere: qualem acce solemus

.....
cum Goth. pr. serendis tres. crendis unus Arundel. serendis vel proptereæ præferendum esse videbat Reiskins, quia v. 195 armenta seqnuntur.—180. Tenuis ubi argillæ dumosis calculus artis Probus Arte Grammat. Sed vulgatum tuerit etiam Nonius Marcellus in Tenuis. area, quæ sata sunt arata, non posse esse dumosa putabat Reiskius; itaque conjiciebat, dumosus calculus ancris. Ancræ et antra sunt abhæres, ovæ et rôres, confragosa, abrumpita, curva, sinuosa loca saltuum. Eandem vocem Propertio I, 1, 11. I, 2, 11 obtrudebat Scaliger, e Glossis Isidori. Sed arxon poëta est commune omnium agrorum nomen. vide vel II, 177.—181. gaudet Medic. Gnd. tres alii cum Goth. sec., scilicet quia calculus in animo herebat.—182. baccis stridentibus Leid. pr.—184. At que Medic. a m. pr. et Gud. Atque et alter Menag. Et quæ Franc.

NOTE

arte discernendæ nature cujusque soli.
 Et i. quidem præceptum est, *De terra apta oleis.* v. 179. II. *Apta cibis;* v. 184. III. *Apta pascuis,* v. 195. IV. *Apta frumento,* v. 208. V. *Apta ex aquo his omnibus,* v. 217. VI. *Quonodo terra cognoscatur densa et rara,* v. 227. VII. *Salsa,* v. 238. VIII. *Pinguis,* v. 248. IX. *Humida,* v. 251. X. *Gravis, levis, et frigida,* v. 264.

180 *Tenuis ubi argilla]* Sicca, nam est argilla pinguis, terre à potier.

181 *Palladia]* De Pallade, Ecl. II. 61. *De olive vivacitate,* Ge. II. 3. *Cur oliva Palladi sit sacra,* Ge. I. 14. *Oleaster,* est sylvestris olea.

184 *Dulcique uligine]* Servius: *Ulo-*
go proprie est naturalis humor terra,
ex ea nunquam recedens. Bene autem
dulci addidit, ad discretionem amaro,
et salsa: quæ ex Colomella, I. III. 1.

vitifero solo deesse debet; Ne, inquit,
saporem vini corrumpal, et incrementa
vitium veluti quadam scabra rubigine
cōcerat. Et notat Abramus nimiam
illam uliginem, quæ ex fluminum de-
curso oritur in vallibus, requiri a Vir-
gilio, ex natura Italici soli, quod ut
plurimum siccus est: a nobis enim
glareosa potius, et siccior terra ad vi-
tes expeditur.

185 *Fertilis ubere campus]* Uber ali-
 quando adjective sumitur. Propert.
 I. I. 22. *Umbria terris Fertilis uberibus,*
 et significat, facundus, copious. Ali-
 quando substantive, ut hic, et infra v.
 234. *Vitibus amis Aptius uber erit:* et
 significat ipsam ubertatem, sive mam-
 mam terra. Idque exemplo Homeri;
 qui II. IX. 141. Argos appellat mam-
 mam terra, οὐραπ ἀρόπης.

Qualem sœpe cava montis convalle solemus
 Dispicere : hoc summis liquuntur rupibus amnes.
 Felicemque trahunt limum ; quique editus Austro,
 Et filicem curvis invisam pascit aratris ;
 Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes 190
 Sufficiet Baccho vites ; hic fertilis uvæ,
 Hic laticis, qualem pateris libamus et auro,
 Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
 Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.
 Sin armenta magis studium vitulosque tueri, 195

videre in ima valle montis, in quam fluit deflant ex altis rupibus, et devolunt limum fertilem: et campus qui assurgit ad meridiem, et alit filicem incommodam curvis aratris: hic campus producit tibi aliquando vites robustas, et undantes multo vine: hic feraz est racemorum, et liquoris, qualem effundimus pateris aureis, quando pinguis Etruscus inficit tibiam eburneam ante aras, et quando offerimus Dilis viscera victimarum in patinis curvis. Si vero magis amas nutritre armenta, et vi-

—187. *Dispicere* Heins. tuetur hic et ad *AEn.* vi, 784 e Gud. Mentel. et Menag. *Dispicere* vulgo. *hic* Goth. pr. *inquinatur* Medic. a m. sec. et alli. *liquerunt* Ven. conf. ad *AEn.* III, 28. *montibus* Moret. quart.—188. *obditus* vel *avidus* *Astro* conj. Jo. Schrader.—189. *flæcum* e codd. et edd. vindicat Heinasius. In vulgarata nescio quas irrepererat *silicem*. Quod res ipsa non respueret, nam, ut Colum. ait III, 11, 8, *amicus vineis ailex*; et filice consitam humum nimis jejunam esse, quam ut vitibus idonea sit, iudicabat Millerus. Sed *filicem* Plinius confirmat. vid. Not.—190. *Hinc* Ven.—191. *Sufficiet* Gud. *cires* Reg. Martini.—192. *libatur* ed Mediol.—193. *ad euras* Gud. et Goth. sec.—194. *Lancibus et pandis* Medic. a m. pr. et unus Mead. Burmanno suspectus locus erat; modo et *pateris* conjectabat, minus feliciter; modo valet nomen latere putabat. Cur *pandis* tamen, quod et incurvum et reflexum est, de paropside aut patina non *se* que dictum putemus, ac de carina, navi? *oneras* *lances* dixit *AEn.* VIII, 284. XII, 215.—195. *studium est* v. unus Mead.—

NOTE

189 *Filicem*, &c.] *Filix, fougère,* herba fruticosa, multiplice radicum nexus aratrum impedit.

192 *Pateris libamus et auro*] Dissolutio est vocum, pro *pateris aureis*: quibus vinum exquisitissimum Diis libabatur. De *libatione*, *AEn.* I. 740. Notat morem sacrificiorum, eorum præcipue, que siebant ad *exta* victimarum consulenda: que ars *aruspicia* dicta est: in qua principes erant Etrusci que Tyrreni, qui ideo Romæ ad sacrificia adhibebantur, cum tibia eburnea. *Pinguis* dicitur Etruscus:

vel ex vitio gentis; nam Catullus, XLII. *Aut parcus Umber, aut obesus Etruscus.* Vel ex vitio tubicinum, quibus intumescent genæ. Vel ex vitio sacrificiorum, qui victimarum carnis opipare vescebantur.

194 *Lancibus et pandis*] Vel paten-tibus; vel mellius, extorum pondere curvatis et repandis. *Reddere* autem verbum est sacrificiorum: reddi enim dicebantur *exta*, ait Servius, cum pre-balæ et elixa aræ imponebantur. Tacit. I. XX. *Lustrata bove, et super capite redditis extis, &c.*

Aut foetus ovium, aut urentes culta capellas :
 Saltus, et saturi petito longinqua Tarenti,
 Et qualem infelix amisit Mantua campum,
 Pascentem niveos herboso flumine cycnos ;
 Non liquidi gregibus fontes, non gramaea deerunt ; 200
 Et, quantum longis carpent armenta diebus,
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
 Nigra fere et presso pinguis sub vomere terra,
 Et cui putre solum (namque hoc imitamus arando)
 Optima frumentis : non ullo ex æquore cernes 205

tulos, et sobolem ovium, et capellas quo exhaustum loca culta : quæ syrvas et remota arva Tarenti fertiliæ, et agros quales infelix Mantua perdidit, qui nutrient obores candidos in herboso fluvio. Ilic puri fontes non desunt gregibus, nec herbez : et quantum herbarum armenta depascent per longos dies, tantum ros humidus redet per brevem noctem. Terra ferme nigra et pinguis sub comere alte immisso, et cuius superficies mollis est (hoc enim perficiimus aratione) optima est frumentis: nullo ex

.....
 196. *Aut ovium fetus Medic. cum permultis. Aut fetus ovium urentes Menag. pr. et urentes ed. Ven.—197. Et saltus duo. satyri Medic. a m. pr. Franc. et pr. Moretanus, cum glossa, id est oppidi. Habet lectio doctrinæ speciem, Ita et veteres Grammatici legerunt et acceperunt, ut si pro Satyrii; *Satyrum Tarentum. v. Probus*, et, qui inde sua transtulit, Julius Sabinus. In veteri responsu Phalantho dato apud Strab. vi, p. 427 *Zoripus ror. 86ow.* cf. Opusc. Vol. ii, p. 218, 219. Etiam Stephani Byz. epitome, *Satyrum* tractum prope Tarentam easse, unde gentile Satyrinus et Satyrius sit. Sed præclare Heinpius has e vito scriptura et pronuntiatione vocalis u et y confusa ortas nugas rejicit. cf. inf. iv, 835. ubi *saturo colore* etiam *Satyro* legitur scriptum. *Satiri* Gud. Tarenti Medic. a m. pr.—199. *herboeo in f.* unus Mead. et edd. vett. in omnino herboeo Goth. pr.—200. derunt Heins. recepit. derunt Medic. et ab alia manu ascripto e. Sic sex alii. deinceps vulgo.—202. *reponit* Medic. reponit Rottend. tert.—203. et abeat a tribus et Goth. pr. ex Gudian. *pingui* Medic.—204. Ut cui Serv. et Philargyr. ad 203. hic fragm. Moret. imitatur Menag. pr. Rottend. et Moreti pr. a m. pr. imitatur Medic. a m. pr. et Voss. Jo. Schrader. tentabat: *rismatur*.—205. non nullo Cantabrig.—206. discedere*

NOTÆ

196 *Urentes culta capellas]* Morsus earum arbori exitialis, oliram lambendo quoque sterilem faciunt. Plin. l. VIII. 50. *'Culta, Ge. i. 153.*

197 *Saturi, &c. Tarenti]* Servius: *Aut secundi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim et Saturum, vicina sunt Calabria civitates.* Probus locum et paludem esse dicit vicinam Tarento. Qui autem explicit de *Satura palude*, sive *Pomptina*, nunc *Ausente palude*, illi graviter errant. Est enim Tarentum in orientali cornu

Italiæ, Æn. III. 396. Pomptina vero palus, in littore meridionali, ad Mare Inferum, Æn. VII. sub finem note 794.

198 *Mantua]* De ejus calamitate, in argum. Ecl. i. De cycnis, Ecl. viii. 55. *Flumen*, Mincius est, *Menzo*. Ecl. viii. 13.

204 *Hoc imitamus arando]* Hoc unum aratione contendimus, ut imitemur arte, terram natura sua mollem: ergo signum est, eam, quæ ex se ipsa mollis et subacta est, esse frumentis aptissimam.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

Q.

Plura domum tardis decidere plausta juvencis :
 Aut, unde iratus sylvam devexit arator,
 Et nemora evertit multos ignava per annos,
 Antiquasque domos avium cum stirpibus imis
 Eruit : illæ altum nidis petiere relicts ; 210
 At rufus enituit impulso vomere campus.
 Nam jejuna quidem clivosi glarearuris
 Vix humiles apibus casias roremque ministrat ;
 Et tophus scaber, et nigris exesa chelydris
 Creta, negant alios æque serpentibus agros 215
 Dulcem ferre cibum et curvas præbere latebras.
 Quæ tenuem exhalat nebulam fumosque volucres ;

agro videbis plura planeta extire, bobus difficile trahentibus. Item illa terra, ex qua arator iratus abstulit sylvam, et diruit nemora infuscata multis annis, et evulsi vetera latibula volucrum cum radicibus imis: illæ fugerunt in aërem, nidis relicts; at campus, prius incultus, refusit vomere impresso. Nam certe glarearum siccæ agri decisiva rix profert apibus parcas casias et rosmarinum: quemadmodum tophus asper, et creta corrosa a nigris chelydris. Nulli agri dicuntur producere tam gratum palubrum serpentibus, et præbere tam cavas latebras. Quæ expirat tenues vapores et

fragm. Moret. descendere nnus Mead.—207. dejicit Medic. Pierii; sed occurrat ea variatio sèpius. cf. Burn.—208. avertit ed. Mediol. vid. Ge. i, 256.—209. domus Ven.—210. alnum Ven. petivore Regius.—211. Aut Medic. a m. pr. Moreti sec. et Voss. cmm Regio Martini. Et Mentel. tert. cmm uno Mead. Et sunt, qui ad sequentia referant; male. impresso ed. Mediol., ex aliis forte locis, nt 203.—212. Vix apibus humiles Erf.—214. tofus multi scribant. fossus Goth. sec. scaber nigrisque edd. Alld. et Jnt. emendatum a Naugero. chelydris tres. chilindræs Erf.—215. Vulgo interpungebatur post Creta: ut negant esset: negant homines. Jejune.—216. furvus conj. Jo. Schrader. vacuas et varias in libris legi notat Ursinus. At vide Notam. tenebras Regius Martin.—217. Quem Goth. pr. fumosque lacoris Rom.—218.

NOTE

207 *Iratus*] Offensus ob diuturnam sylvæ sterilitatem.

211 *Enituit*] Aut campus refusit repercussus lucidi vomeris. Aut pinguis factus est: nitere enim dicuntur ea, quæ pinguis sunt. Horat. Epist. i. 4. 15. *Me pingue et nitidum, &c.* Virgil. Ge. i. 153. interque nitentia culta. Aut per commutationem, id est, in eo enituit et refusit vomer: Ge. i. 46. *sulco attritus spicndescere vomer.*

212 *Nam jejuna, &c.]* Ita cohæret oratio. Terra nigra, et putris, aut ex qua erunt sunt sylvæ, optima est

frumento; nam glarearum, quæ huic contraria est, non est frumentaria, et vix flores producit. *Glarea, du grazier.* *Tophus, tuf,* lapis asper et siccus, e terra et arena concretus. *Creta, terra alba.* *Chelydræ* sunt proprie testudines marinae, a *χλεύς testudo*, et *θάρη aqua*. Apud Nicandrum tamen versus 411. sunt serpentes, quæ modo in paludibus, modo in arboribus latent: unde *Dracones* quoque appellantur a *δρός* quercus. *De castis et rosmarinis,* herbis coronariis, Ecl. ii. 49.

- Et bibit humorem, et cum vult, ex se ipsa remittit;
 Quæque suo viridi semper se gramine vestit,
 Nec scabie et salsa lœdit rubigine ferrum : 220
 Illa tibi lœtis intexet vitibus ulmos ;
 Illa ferax oleo est; illam experiere colendo
 Et facilem pecori, et patientem vomeris unci.
 Talem dives arat Capua, et vicina Veseko
 Ora jugo, et vacuis Clanius non æquus Aceris. 225

leves fumos, et bibit humorem, et ipsa sponte ejicit illum ex se; et quæ semper tegit se propriis herbis, nec inficit vomerem scabritate et rubigine anara: illa tibi implabit ulmos facundis vitibus: illa fertilius est oleis: illam senties colendo, et apiam gregibus, et tractabilem comere aculo. Talem arat Capua dives, et regio propinqua monti Vesuvio, et Clanius non commodus Aceris desertis. Jam docebo quomodo po-

*Ut bibit Ven. Quæ mus Mead.—219. semper viridi Medic. et Moret. pr., it. Pierii Rom., uterque Goth. viridis emendat Faber. Scilicet non male ita legeretur, si poëta ita loqui placuissest.—220. Hæc unus Mead, aut salsa Medic. a m. sec. cum Leid. et Goth. sec. salsa Menag. pr.—221. Ipsa Zulich. intexit edd. aliae et Goth. sec. tibi in lœtis Mead.—222. oleo e vetustis Pierii et multis suis reposnit Heins. Sic et laudabat Nonius Marcellinus et Arrianus Messius. oleæ vulgo editum et lectum cum Medic. oleæ Goth. sec. cum Erf.—224. erat Medic. et Menthel. pr., uterque a m. pr. et Goth. pr. Vesævo idem cum Menthel. Reg., utroque Voss. Vesævo Rom.—225. Gellius N. A. vii, 20 scriptum in quodam commentario se reperiisse memorat, a Virgilio primum fuisse editum: *Nola jugo*; mox ob negatam sibi a Nolani aquam, in propinquum rus ducendam, poëtam offensum nomen urbis in *Ora matasse*; quod ipsum Gellio suavius ad aures esse videbatur, antecedente vocabulo in o desinente. Easdem nugas Philargyrini ad h. l. et in Servianis ad En. vii, 740. Refellit eas patriæ studio Ambros. Leo de Nola lib. i, c. 2 in Schotti*

NOTE

224 *Capua, et vicina Veseko, &c.]* Capua, Campania caput: unde et *Capua*, a capite dictam putat Strabo l. v. Virgilium tamen a Cäpy, *Aeneas* commititone, nomen ejus deducit, *Aen.* x. 145. Hanc constat nulli terrarum soli bonitate posthabendam; fuisse autem olim inter tres maximas urbes, *Roman*, *Carthaginemque numeratam*, testatur Florus, l. i. 16. *Vesuvius*, *Vesævo*, et *Vesævo*, mons Campaniae prope Nolam, mire fortis, præterquam in cacumine, unde saepè ignes emittit: nunquam vehementius, quam imperante Tito: quo tempore Plinius historiæ naturalis scriptor, qui cogno-

scendi illius ignis cupiditate eo se contulerat, fumo flammisque extinctus est.

— 225 *Ora jugo]* Dicitur ut narrat Gellius l. vii. 20. scripsisse primo Virgilium: *Nola jugo*, ad laudem *Nola*, urbis Vesuvio vicine; sed postea delevisse: propterea quod Nolani a quam ipsi negassent, suum in rus, quod erat in propinquuo, deducendam.

Clanius non æquus Aceris] *Aceræ: Aceræ*, antiquissima Campaniae urba, non longe a Neapoli: hanc præterfluit annis *Clanius*, *l'Agno*: cuius frequens inundatio pene urbem interdum exhaustus; unde ipse, *non æquus*

Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.
 Rara sit, an supra morem si densa, requiras;
 Altera frumentis quoniam faveat, altera Baccho;
 Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo:
 Ante locum capies oculis, alteque jubebis 230
 In solido puteum demitti, omnemque repones
 Rursus humum, et pedibus summas æquabis arenas.
 Si deerunt, rarum, pecorique et vitibus almis
 Aptius, uber erit: sin in sua posse negabunt
 Ire loca, et scrobibus superabit terra repletis : 235
 Spissus ager; glebas cunctantes crassaque terga
 Expecta, et validis terram proscinde juvencis.
 Salsa autem tellus, et quæ perhibetur amara,
 Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,

teris unquamquamque cognoscere. Si quæris an rara sit, an plus aquo densa (quiu altera bona est frumento, altera viti; densa magis frumento, rarissima quæque viti.) Primo elige locum oculis, et jubebis puteum defodi profunde in solido loco: deinde repones omnem terram in eundem locum, et complanabis pedibus summas arenas. Si non sufficient ad replendum locum; ager erit rarus, et melior ad pascua et vites almas: si vero abundant se posse redire in suum locum, et foreis repletis terra redundet; ager erit densus: existima fore glebas duras et crassos tumores, et ara terram bobus robustis. Terra autem salsa, et quæ dicitur amara, incepta est frumentis:

.....

Scriptt. hist. Ital. Clanic Parrhas, ut ab aliis appellatur.—226. Tunc, quo frag. Moret. quo quæque ed. Ven. quo cumque Romanus. Moret. quart. ; et sic Pierius in codi. fere omnibus antiquis legi testatur; add. Erf. et ex edd. Mediolan. quamcumque vel quocumque Zulich. posse Rom.—227. aut—sit densa Ven. Zulich. Erf. a m. sec. ed. Mediol. et Genev. requires Medic. a m. pr. cum tribus aliis.—230. altumque Moret. sec. videlicet Gudian. cum tribus aliis, et Medic. Pierii, it. ed. Norimbr., ac Goth. sec. a m. sec.—231. In solidum fragm. Moret. ed. Ven. dimitti phareas. reponas alter Moret.—232. summis aliquot apud Pierium.—233. rurum est Franc. Si deerunt terre Parrhas. utrumque ab interpolante manu mali interpretis. deerit edd. antiquæ vel Pierio teste; et sic ed. Norimb., quod defendi posset; sed alterum, quod inde ab Aldd. legitur, doctius. deserint unus Mead.—234. si in Mentel. pr. Sit in Ven. Sed si in Menag. Si que in Zulich.—235. superavit fragm. Moret.—236. versaque terga Moret. quart. male.—237. Et specta Servius legerat; lapsans frequens est. Exerceat et validis Rom. Pierii. et ante validis in Medic.

NOTE

Acervis: et Acervis vacuæ hic dicuntur.

229 Cereri, &c. Lyæo] De Cerere Eccl. v. 69. Lyæus, Bacchi nomen a Nōn solo: quod curia solvat et liberet.

234 Aptius, uber] Supra v. 185. Posse negabunt] Non poterant. Et quasi sensum mentemque terræ tribuit: ut alibi multis locis.

Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina servat),	240
Tale dabit specimen: tu spisso vimine qualos,	
Colaque prælorum fumosis deripe tectis;	
Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus undæ,	
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis	
Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttæ;	245
At sapor indicium faciet manifestus, et ora	
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.	
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto	

illa neque emendatur aratione, neque servat vino suum genus, ac ne nomina quidem propria pomis: tale præbabit indicium sui. Tu corbes e denso vimine, et colla torcularis detrahe e tectis fumosis. In iis terra illa mala, et dulces fontium aquæ comprimantur usque ad summam oram: quippe omnis aqua exprimitur, et longæ guttæ deflent per foramina viminum. At sapor dabit signum manifestum, et amarities ledet gustu ora agra explorantium. Præterea, hoc demum modo cognoscimus, quem terra sit pinguis: illa manibus versata nunquam dissolvitur, sed dum tenetur,

a m. pr. aberat.—240. *Nec Baccho deus* em. Jo. Schrader., ut *Æn.* II, 89 nonnihil decusque *Gessinus*. At *Colum.* x, 88 *Quo Bacchi genus aut*, ex hoc ipso loco. *nominis Rottend. servet* *Mentel. pr.*—241. *tum unus Mead. qualos* *Leid. unus. spissos v. qualos Longob. Pierii, ed. Ven.*—242. *diripi plures.*—243. *Huic Messius Arusianus legisse videbatur Heinsio; sicque a pr. m. Erf.*—244. *luctabitur* alter *Menag.*, ut plerique *Pierii. aquæ luctabitur annis a m. sec. fragm. Helmstad. in Analect. litt. Helmstad. 1783, p. 194.*—245. *Ricet* *conj. Jo. Schrader. Scilicet est ðñ. de vimine* alter *Moret.*—246. *Et idem. Sat unus Mead. Reiskius non male ita interpungeo: At s. i. faciet; man-* *festus et ora T.*, ut sit *amaror manifestus.*—247. *amaror ap. Gell. I, 21 Hyginus Grammaticus in libro, qui fuerat ex domo atque familia Virgilii, invenisse memorabat. Eadem lectionem amplectebatur Favorinus et ipse Gellius. Agnoscit quoque Macrob. Sat. vi, 1, et sic septem ap Heins., quatuor apud Burm., ed. Ven., nostri Gothani cum Erf. et Medic. a m. sec. amaro alii, et inter eos quidem vetustissimi, Romanus, necnon Medic. et Longob. Pierii a m. pr. Præfert hoc post Pierium Heinsius, quia durum esset, *sapor*; *amaror*. Quod mireris, si de canone critico cogites; *amaror* vox exquisita, Lucretiana. *sensum amaror* Tollianus, et unus Arundel. cum eodem fragm. Helmstad.—248. *tellus que sit* alter *Moret. et Goth. sec.*—249. *aut unquam**

NOTÆ

240 *Nec Baccho genus, aut, &c.]* Terra apud se depositis non servet nomen: sed eas et virtute et nomine spoliat: id est, ut arbores in ea degenerent, nec amplius ejusdem generis ac nominis esse videantur. De *Baccho*, Ecl. v. 69.

241 *Qualos, Colaque prælorum, &c.]* *Torcular* tota machina est uvis premendis, a torquendo sic dicta. *Prælum*,

sunt trabes, que uvas torculari impositas premunt: a *premendo* dictæ per contractionem, *premulum*, *prælum*: unde syllaba prima brevis est in *premo*; longa in *prælum*. *Cola* sunt sacci, vel corbes, que torculari suppositæ vinum expressum excipiunt percolantque. *Quaki*, corbes e vimine, catalithi, Ecl. II. 46.

244 *Eluctabitur]* Per vim, et quasi cum lucta exibit.

Discimus : haud unquam manibus jactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. 250
Humida majores herbas alit, ipsaque justo
Lætior, ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
Neu se prævalidam primis ostendat aristis !
Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit,
Quæque levis. Promtum est oculis prædiscere nigram, 255
Et quis cui color. At sceleratum exquirere frigus
Difficile est : piceæ tantum taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.

adhaeret digitis instar picis. Humida nutrit grandiores herbas, et ipsa secunda est plusquam oportet : ah ne illa sit mihi nimis fertilius, et ne monstret se fortiorum primis in herbis ! Quæ est gravis, et quæ levis, manifestat se ipso pondere, etsi de illa taceatur. Facile est cognoscere visu nigram, et quisquis unicuique color est. Sed difficile est investigare frigus perniciosum : tantummodo piceæ, et taxi noxæ, vel nigra hedera, dant aliquando signa illius. His cognitis, memineris patres facere

Ménag. pr.—250. ad deest fragm. Moret. et a sec. m. quarto Moret. it. Goth. pr.—251. alit herbas Zulich.—252. a, ha, nimium multi, ut solent. ne sit tibi Erf. fertilius una Menag. pr. unde Heins. conj. vñc. illa Erf. a m. pr.—253. Nec se uterque Medic. cum Romano et aliis, etiam apud Martinum. Ne se alii apud Pierum, et Parrhas. Hæc unus Arundel. præcipitem Zulich. ostendit Ven. ostentet Aldd. pr. et sec. et Junt., quod placet Burmanno de terra quasi gloriante.—254. proder Medic. promit Regius et Cerdia. tacitum apud Pierum est vitium Aldinæ sec.—255. prædicere quatnor ap. Burm. et Goth. pr. cum Erf., necnon Romanus. cognoscere Zulich. Ita et alibi Ge. i. 252, 51.—256. Et quisquis color. at edd. Aldd. primæ et hinc profectæ, et sic Medic. a m. sec. et plerique omnes; etiam nostri. Defendit hoc Servianorum auctor. Seu quisquis ed. Ven. Et quis cui civi color Romanus. Et quis cuique color : at sceleratum, ut est in Medic. a m. pr., in aliis ap. Pierum, et in uno Mead.; et cum versum labefactum viderent, color mutato in colos, quemadmodum Pierii Mediceus habet, aut excluso at lectum esse in antiquis libriss, patet e Servianis, Zulich. et uno Arundel. Scilicet Et quis cui color, quod Nangerius Ald. tert. ascerat, inde Manut. Commelin. Pulmann., vera lectio; reperitur illa in Mentel. pr. a m. pr. cxi. pro cnicunque, vid. Burm.—257. tantum piceæ Moret. sec.—258. hanc Medic. ; in eodem pandunt primæ

NOTE

250 *Habendo*] Passiva significatione, *de qua* Plin. l. xvi. 10. *Pidum habetur*: ut pleraque gerundia. Ecl. viii. 71.

252 *Ne sit mihi fertilius*] Terra enim, cuius via in herbas aut frondes absurmitur, parum habet virtutis ad frumentum ferendum.

254 *Tacitam*] Etsi de illa taceator, nullumque aliud indicium a me assignetur.

257 *Piceæ . . . taxi*] *Picea, pinus*

species: de qua Plin. l. xvi. 10. *Picea montes amat atque frigora, serralis arbor, et funebri indicio ad fores podiat, ac rogis virere: hec plurimam resinem fundit. Taxus, de l'if: de qua Plin. ibidem. Taxus, minus virere, gracilisque et tristis ac dira: letale baccis, in Hispania præcipe, venenum inest. Sunt qui taxicæ hinc appellata dicunt venena, que nunc toxicæ dicimus.*

- His animadversis, terram multo ante memento
Excoquere, et magnos scrobibus concidere montes, 260
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quam lætum infodias vitis genus; optima putri
Arva solo: id venti curant, gelidæque pruinæ,
Et labefacta movens robustus jugera fossor.
At, si quos hand ulla viros vigilantia fugit: 265
Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus seges, et quo mos digesta feratur;

terram, et operire foveis altos montes multo prius, et exponere Aquiloni glebas inversas multo prius, quam plantæ hilare genus vitæ. Optimæ sunt agri, quorum solum est tenerum: id autem efficiunt venti, et pruinæ frigidæ, et robustus fossor agitans terram proscissam. Sed si nulla vigilancia deest quibuscum viris, hi prius eligunt loca duo similia: unum, in quo primum seminarium arborum præparetur;

duæ literæ in litura a m. rec.—259. *His etiam adversis Ven.*, at vid. inf. Ge. iii, 128.—260. *circundare montes Romanus.* et omittit Medic. Pierii, quod placebat Martino, qui et malebat *magnis scrobibus*. Omissum et in edit. Cuningh., quod idem malebat Cort. ad Plin. vii, epp. 4. Scilicet quia aliqui in tertio membro copula desideratnr: *Ante supinatasque*. Jac. Bryant alioquin: *Atque supinatas Aquiloni emendat*; quod equidem præferam. Cum de collibus agatur, *magnos non bene memorari montes facile sentias*. Placet itaque quod Martinus malebat: *magnis scrobibus*.—261. *extendere Moret.* alter, male. vid. Not.—262. *lentum Zulich.* et Leid. alter cum Goth. sec., perpetua variatione, in primis in vite. v. Ecl. iii, 38. *lentum* hic verum. Multa enim præcipiunt hujus sationis autores de eligendo secundissimo et probatissimo stirpis genere. vid. Colum. iii, 6.—263. *current Voss.* pr. *gelidære unus Arundel.*—265. *Ac si Medic. aut duo cum Goth. sec. et Erf.* *surgit Vratisl.*—266. *exquirant Leid. unus.*—267. *degesta* Mentel. pr. Moret. sec. Rottend. tert. a m. pr. *egesta* Menag. sec. et Bodlej. vid. sup. v. 54. *ferantur* Goth. pr. *scratur* Voss.

NOTÆ

259 *His animadversis*] v. PARS. *De cultura vitis.* Continet præcepta præcipue xv. i. est de scrobibus et foveis hyeme parandis, v. 260. ii. *De soli similitudine in seminario et viecto*, v. 265. iii. *De signando vitis cortice, ad cognoscendum nationum ejus situm*, v. 269. iv. *De ordine, quo serenda est*, v. 273. v. *De profunditate fovearum*, v. 288. vi. *De iis que cavenda sunt in satione vitis*, v. 298. vii. *De tempore sationis*, v. 315. viii. *De stercoratione*, v. 346. ix. *De lapidum et concharum infusione*, v. 348. x. *De pastinatione, sive terra vertenda pastino, la houe, la bêche*, v.

354. xi. *De ligatione, quæ pedatio dicitur, mettre les échals*, v. 358. xii. *Defrondatione, seu frondium amputatione*, v. 362. xiii. *De septo adversus pecorum injurias*, v. 371. xiv. *De Bacchi sacris*, v. 380. xv. *De visitoris diligentiatiis in rebus*, v. 397.

261 *Aquiloni*] Vento septentrionali: generatim hic hyemem significat. De eo, Ecl. vii. 51.

267 *Arboribus*] Vel vites ipsa arbores vocat, ut supra, v. 89. Vel præceptum generale est pro omnibus arboribus. *Seges*] Bene de arbustulis, quæ seruntur in seminario.

Mutatam ignorant subito ne semina matrem.
 Quinetiam coeli regionem in cortice signant:
 Ut, quo quæque modo steterit, qua parte calores 270
 Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi,
 Restituant; adeo in teneris consuescere multum est.
 Collibus, an piano melius sit ponere vitem,
 Quære prius. Si pinguis agros metabere campi:
 Densa sere; in denso non segnior ubere Bacchus. 275
 Sin tumulis acclive solum collesque supinos:
 Indulge ordinibus. Nec secius omnis in unguem

et alterum, in quem deinde transferatur distinguendum per ordines: ne surculi non assuecant terra matri subito mutata. Præterea notant cæci situm in cortice: ut reponant arborem, quomodo unaquæque posita fuerat, qua parte passa erat calorem meridionalem, quæ terga verterat septentrionis. Tantum potest consuetudo capta a tenera ætate. Perpende prius, an melius sit plantare vites in piano, an in collibus. Si eligis agros pinguis campi, sere vites spissius: vites non est steriolor in denso agro. Si vero eligis solum assurgens in tumores, et colles inclinatos: fac ordines laxiores:

em. quod probandum videtur.—268. *Mutata* tres apud Burm., quinque apud Martin. et vett. edd. multæ, Pierio et Martino testibus: necnon Goth. pr. a m. pr., quod et ipsum bonum esset. *ignorant* Moret. duo. *subito ignorant* Menag. pr. *nec* unus Arundel. *nec* unus Mead. Locum Calphurnii II, 50 hinc expressum et Colum. x, 153 jam laudavit Burm.—269. *signal* ed. Junt. —270. *Et* Gud. a m. sec. *steterint*—*tulerint*—*obverterit* Medic. *colores* idem a m. pr.—271. *quæ terga* Heins. revocavit, quod omnes superiores edd. obtinebat; inde a Pulmannianis invaluerat *qua*, *qua communis* esset ratio; forte ea non lectio, sed sphalma librarium. *qua* et fragm. Moret. cui vel quo conjecterat Heins. *terra* unus Mead. *obverteret* Mentel. pr. Goth. pr. *avetterit* Leid. pr.—272. *in teneris* Medic. et meliores. *a teneris* alii, ait Heinsius: nec tamen vidi sic editum, aut lectum; nisi quod Pierius prefixum habet tanquam ita in edito, quo utebatur, lectum. At excitari solet a Grammaticis *a teneris*, et est illa varietas in Quintil. I, 8, 18, ubi versus laudatur: ut omnino Grammaticos vulgo *a teneris* laudasse probable sit. *a teneris assuecere multum* Schol. Horat. Carm. III, 11, 9. *mansuescere* fragm. Moret. *multum* 'st Rom. Pierii.—273. *aut* piano Zulich. *vites* Heins. e Medic. et alii. *vites* vulgo. *sit querare* vites ed. Ven.—274. *Si* Medic. a m. sec. additum. *agris* metab. *campos* Gud. *mercabere* pro var. lect. Moret. pr.—275. *Bacchum* Goth. pr.—276. *addicione* Medic. a m. pr., nec tamen a Foggino notatum. *humilis* idem a m. pr. *procive* Moret. quart. *supini* Nonius in *indulgere*, et *Parrhas.*; et potest defendi. *Qui tumulis* Goth. sec.—277. *secius* Medic. Gud.,

NOTE

268 *Semina*] Non hic grana sunt, sed surculi, sive avulsi e vitis corpore, qui vocantur *malleoli*, *marcotes*; sive cum suis radicibus translati, qui vocantur *civiradicies*.

271 *Austrinos*, &c. *axi*] Pro meridie, *Austrum* dicit, ventum inde flantein: de quo, Ecl. II. 58. Pro sep-

tentrione, *axem*, id est polum simpli- citer; quia polus hic unus a nobis videtur.

275 *Densa*] Pro *dense*, supra, v. 134. De *ubere*, supra, v. 186. De *Baccho*, Ecl. v. 69.

277 *Secius*] Vel *sequius*, ut Germano placet: *secus*, significat *alter*, et ha-

Arboribus positis secto via limite quadret.
Ut saepe, ingenti bello cum longa cohortes
Explicit legio, et campo stetit agmen aperto,

280

nihilominas omnia intervalla congruant perfecte, arboribus dispositis per sectos tristes. Quemadmodum in magno bello, cum longa legio extendit suas cohortes, et omnis turba constitit in campo vacuo: et exercitus ordinati sunt, et omnis terra

~~~~~

uterque Mentel. Erf. a m. pr. et alii. *segnus* Rottend. et unus Bodlei. cum Erf. a m. sec., solita variatione. *series* Arundel. De perpetua in hac voce varietate scribendi vid. Heins. ad Ovid. Met. II, 809. inf. En. IX, 441. v. 862. Antiquior utique est scriptura *setius* et *secius*. A *sequius* tamen vel *secus* ducere, syllabe primae quantitas vetat. Puto *secius* a se, pro sine, ductnum esse; et formatum ut, ocius. *Nec secius ut* jungit Voss. ut sit pro nec *secius* ac. Sicque esse ap. Horat. III, 25, 8, 12. De quo videant Grammatici.—278. *septo* Medic. a m. pr. Ful. et cod. Ursini in Servio, sed recte *secto* astruit exemplis Burm. *facto* Goth. sec.—279. *ingenti in bello* unus Arundel. —280. *Explicit* Junt. *regio* Menag.—281. *Derecta* Romanus, Medic. cum

## NOTÆ

bet primam brevem; *secius* vel *se-  
quias*, significat deterius, pejus, minus,  
et primam habet longam. Hac  
significatione dixit passim Apuleius,  
*sequiorem sexum*, pro muliebri,  
qui minor ac deterior est: et Seneca,  
*sequias de aliquo loqui*, id est, sinistre.  
Et derivat Turneb. I. XIX. 17. a *se-  
quor*: quia *præire* consuevit id, cuius  
melior est conditio; *sequi*, cuius dete-  
rior, ut servus.

277 *In unguem*] Exacta perfectaque  
ratione. Translata dictio a marmo-  
raria opificibus, qui marmorum jun-  
cturas ungue explorant, an perfecte  
commissas sint. Hor. de A. P. 296.  
*Perfectum decies non castigavit ad un-  
guem*. Et Sat. I. I. 5. 32. *ad unguem*  
*Factus homo*.

278 *Secto via limite quadret*] Disposi-  
tio arborum hic duplex intelligi po-  
test: ita ut singulæ viae sectæ sint  
inter arbores, vel dispositas in qua-  
drangulum, et tunc perfectly quadrata  
figura est; vel dispositas in triangu-  
lum, et tunc est quincuncialis figura,  
en échquier. Quincuncialis porro fi-  
gura, sive quincunx, ita dicebatur, a  
figura quinti numeri, V, quam singuli  
trianguli exprimunt.

| Quadrum. |   |   |   |   |
|----------|---|---|---|---|
| 0        | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0        | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0        | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0        | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0        | 0 | 0 | 0 | 0 |

| Quincunx. |   |   |   |   |
|-----------|---|---|---|---|
| 0         | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0         | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0         | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0         | 0 | 0 | 0 | 0 |
| 0         | 0 | 0 | 0 | 0 |

Vox *quadret* proprio notat priorem  
figuram; metaphorice vero secundam.  
Ita Cicero, De Orat. III. 173. *Con-  
junctionem verborum numerose cadere, et  
quadrare, et perfici volumus*. Et in  
Bruto, XLIII. *Quoniam tibi quadrat: id  
est, convenit, congruit*.

279 *Cohortes Explicit legio*] Mil-  
lennum numerus in legione, pro tempo-  
rum varia ratione, varius fuit. Uni-  
versim legio dividebatur in cohortes  
X. manipulos XXX. centurias LX. In

Directæque acies, ac late fluctuat omnis  
*A*re residenti tellus, necdum horrida miscent  
 Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis :  
 Omnia sint paribus numeris dimensa viarum,  
 Non animum modo uti pascat prospectus inanem ;      285  
 Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas  
 Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.  
 Forsitan et, scrobibus quæ sint fastigia, quæras.  
 Ausim vel tenui vitem committere sulco :  
 Altior ac penitus terræ defigitur arbos ;      290  
 Aesculus in primis : quæ quantum vertice ad auras

*undique splendet fulgore armorum ærorum : nondum tamen committunt horridam  
 pugnam, sed Mars incertus vagatur in medio armorum.* Sic omnis interwalla ar-  
 borum sint dimensæ æqualibus numeris tramitum: non solum, ut aspectus delectet  
 animum otiosum; sed quia aliqui terra non præbebit omnibus æquale robur, nec  
 resi poterunt se extendere in aërem. Forte petes quænam debeat esse altitudo  
 fessorum: audierem ego deponere vitem in tenui etiam fassu; arbor vero profundius  
 ac penitus defigidetur in terra. Præcipue aesculus; qua tantum prograditur radice

multis, ut mox *demens* v. 284. *lato* Ven. at unus Mead. et edd. vett. *fulgerat*  
 tentabat Jo. Schrader.—282. *renitenti* multi. *nitenti* Vratisl. *necdum* Zulich.  
*miss* Mentel. a m. pi., librariorum quisquiliae.—283. *mediis dubius* Rottend. alter.—285. *ut, pascat, profectus* librariorum errores vid. apud Burm. Porro ex Medicœo landat Heins. *inan*, ut sit pro inanitate. Verum, si hoc legeretur, easet potius explicandum in aëre, cœlo, ut *inane* ap. Lucret. et Virgil., ut Ecl. vi. 31. Fogginus tamen excudi curavit *inan*. Ex simili scriptura profectum, quod Voss. habet, *inan*. Burmannus e Britanno codice landat *prosp. inan*; Martin. nullam variationem notavit. Est illud etiam e conjectura docti Britanni propositum Obss. misc. Vol. i, T. 1 pr. facile firmanda ex Æn. i, 463 *animus pictura pascit inani*. Evidem, si vel codices hoc haberent potiores, alterum vel unius codicis auctoritate tuerer, tanquam exquisitus et poëticæ rationi convenientius. Epitheta ita permutari ad majorem orationis venustatem quis non observavit? *animus inanis* est ejus, qui prospectu inani pascitur; ut *animus vanus* ejus, qui vano sequitur. Transferri scilicet talia in nostrum sermonem nequeunt. Nam vanus et jejunus animus h. l. intelligi ac reddi non debebat. In Misc. Obss. iv, pag. 344 Vir doctus *animus inane* interpretatur vacuum, otiosum, ex Georg. iii, 3; at vereor, ut hoc fieri possit.—287. *se a Rom. abest*; et hunc loquendi modum amare Maronem, notat Heins. ad Æn. ii, 207. *nec idem Rom.*—289. *vel Remi* ed. Ven. cf. Burm. *ter tenui* unus Mead.—290. *Altius vulgo*. At *Altior* e Medic. Heinsius; eodem sensu, sed exquisitiore usu; qui Martinum h. l. fugiebat. Sic et nonnulli apud Pierium. *Altior* at conj. Jac. Bryant. *arboe scripti* constanter. *defigidetur* Voss. pr. *defigatur*

## NOTÆ

*incepsu quadratam servabat figuram;* in pugna porrigebatur in longum, tripli versu sive linea, quarum singula manipulos decem continebant.

281 *Fluctuat omnis Are residenti tel-*

*lus]* Id est: splendor seris tremulus  
 hoc illuc in terra circumvolat. Sic  
 supra, v. 211. *enituit impulsu comere*  
*campus.* De *Marte*, Ecl. ix. 12.

291 *Aesculus]* Arbor glandifera, e

*Aetherias, tantum radice in Tartara tendit.  
Ergo non hyemes illam, non flabria, neque imbres  
Convellunt; immota manet, multosque nepotes,  
Multus virum volvens durando saecula, vincit;*

295

*Tum fortes late ramos et brachia tendens  
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.*

*Neve tibi ad Solem vergant vineta cadentem;  
Neve inter vites corylum sere: neve flagella  
Surama pete, aut summa destringe ex arbore plantas;*

300

*Tantus amor terrae; neu ferro lade retuso*

*ad inferos, quantum progreditur cacumine ad plaga colestes. Ergo non hyemes, non venti, neque pluvia illam erunt: manet inconcussa, et per multos annos superal-  
terando transiens multas citates hominum: tum late porrigena ramos robustos, et  
brachia huc illuc, ipsa inter ramos suos media, alii magnam umbram. Ne autem  
vineas tibi inclinet ad Solem occidentem: et ne plantes corylum inter vites: et ne  
carpas supra cacammina, aut ne abscindas supremos surculos ex arbore (ad eo amant  
terrā) et ne vulneres ferro obtuso surculos: et ne plantes simul frangas olea sylo-*

\*\*\*\*\*

Goth. sec.—291, 292. idem vss. *Æn.* iv, 445, 446.—292. radicem Medic. et Rottend. tert. Parrhas., non male. Eadem varietas *Æn.* iv, 446. ad *Tartara Ven.*—293. nec fl. Arundel.—294. *Convellent* Parrhas. *nepotes* Heins. e Medic. et Vaticano veterissimis reposuit. *multosque per annos vulgo ubique*, quod et Nonii Marcelli editiones agnoscunt. cf. sup. v. 58. Jnl. Sabinus: “*nepotes*; *vincit longam posteritatem nepotum*. Sic intelligendum putat Apronianus.” Non video, quid in hoc singulare sit Apronianus. Sed Apronianus lectionem eam esse, notare voluit.—296. *Tam f. em.* Voss. *brachia pandens* Gudian. et Leid. a m. sec., ut *Æn.* vi, 282. et antecesserat modo tendit, observante Heins. Sed *tendens* Donat. ad Terent. *Phorm.* i, 2, 56, Burm.—297. ipsam Arundel.—298. *vertant* ed. Ven.—299. *corylos* Reg. Martini.—300. *Summa puda* conjecterat Heins. Sed v. Burm.; nec de putatione hic agitur. *defringe* Medic. et ceteri præstantiores magna ex parte: sic Romanus et pars Pierianorum, duo codd. et vett. edd. ap. Martin. et uteque Goth. cum Erf., quo aliud *hanc summa defringe* ed. Ven., idque vero propius esse existimabat Heinsius. Idem tamen *stringere* copiose illustrat. At Burmannus, si recte ejus verba accipio, illam lectionem non probbat; non enim sarmenta sunt mann frangenda, sed ferro acuto abscindenda; Varro i, 40 et *qua de arbore transferas, ut ea deplantes potius, quam defringas*. Enimvero id alienum ab h. l. Utrom legas, *destringe* et *defringe*, idem est, quod pete, sume. Potest autem *destrigi* et id dici, quod ferro abscinditur. Porro *distriinge* in aliis, *plates* Gud. Tandem *aut summa* Heins. post Pierium e Romano et aliis antiquioribus præstulit; cum editum esset *aut summa*, ut in uno Mead. et Erf. legitur.—301. *Non Moret.* fr. *Ne Bodlei.* *retuso* scribitur in Mediceo et multis etiam Pierianis. *laderret* suo Roman. *ledere* suo Moret. sec. et Goth. sec., at Reg. apud Martin. *Neu ferro lade retuso*, et unus Mead. *Neu ferro lege re-*

## NOTE

*queruum genere. Supra, v. 16. Tare.* Ge. i. 30.

*299 Corylum] Supra, v. 65. Nocet* radicum densitate, *quæ vitibus ali-*

*mentum præripiunt. Flagella, sunt ramorum summities, e quibus non sunt decerpendi ad plantandum surculi, sive malleoli; sed ex infima ar-*

Semina; neve oleæ sylvestres insere truncos :  
 Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,  
 Qui, furtim pingui primum sub cortice tectus,  
 Robora comprendit, frondesque elapsus in altas      305  
 Ingentem cœlo sonitum dedit, inde secutus  
 Per ramos victor perque alta cacumina regnat,  
 Et totum involvit flammis nemus, et ruit atram  
 Ad cœlum picea crassus caligine nubem :  
 Præsertim si tempestas a vertice sylvis      310  
 Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus.  
 Hoc ubi; non a stirpe valent, cæsæque reverti  
 Possunt, atque ima similes revirescere terra :  
 Infelix superat foliis oleaster amaris.

*tris. Nam sæpe pastoribus imprudentibus excidit ignis, qui primo occultus sub pingui cortice oleæ clam corripuit truncos, et crumpens in alta folia, edidit ingentem crepitum in ærem: inde glicens regnat victor per ramos et per altum verticem, et implicat flammis totam sylvam, et densus piceo fumo emittit in cœlum nigram nubem. Præcipue si tempestas a septentrione incumbat arboribus, et si ventus augens volat incendia. Cum id accidit: tum vites neque possunt e radice, neque per amputationem repullulare, et renasci similes ab ima terra: sed steriliis oleaster amaris frondibus remanet solus. Ne autem illus tam prudens, tibi auctor sit hujus*

cuo; librariorum deliciæ!—302. *olea Medic.*, quod incommodum esset; non enim hic de insitione agitur. inserere hic est intersetere.—303. *Jam sæpe conj. Heins. incidit ignis Ven.* τῷ πυρέῳ δην Homer. Iliad. A. 155, sed recte urget Burm. τὸ ικαντίς.—304. *fortem Medic. a m. pr. tectus s. c. primum Zulich.*—305. *illapous* ed. Ven., male. Burm. vid. Ge. I. 244.—307. *atque alta Nonius Marcellus agnoscit. victorque alta Parrhas.* Non vitavit poëta *alta* *alta* bis dicta.—311. *frequens* fragm. Moret. *furens* Moret. sec. a m. sec., ele-  
ganter quidem, sed ab emendatore. *ferens*, *flammis* et *incendia* longe lateque spargens, ut Brnm.—312. *Hæc* fragm. Moret. Mox malim: *cassare reverti*, nec, si vel maxime superiore parte præcisus truncus fuerit, revirescunt.—313. *ima valent revirescere Erf.* *terras Medic. a m. pr.*—314. *soltis superat Mo-*

## NOTÆ

*boris parte, que terræ vicinior est: stus l. iii. 15. Quod nempe tam jam enim terræ assueverunt, eamque amant.*

301 *Neu ferro lade retuso] Non prohibet ferro præcidi; sed ferrum obtusum adhiberi, quo lacerarentur potius, qnam amputarentur semina, id est, surculi: vide supra, v. 268.*

303 *Nam sæpe, &c.] Cur a vitibus removendæ sint oleæ sylvestrea, sive oleastri, affert alias causas Theophras-*

*tos 1. iii. 15. Quod nempe tam olea, quam ficens, alimenti plurimum exsugant, umbramque inducant maximam. 305 Robora] Truncos, supra, v. 25.*

308 *Ruit] Emittit; active hic sumit, ut Ge. I. 106. cumuloque ruit male pinguis arena.*

310 *A vertice] A septentrionali polo, juxta Servinm: quia, hic vertex nobis semper sublimis. Ge. I. 242. A ver-*

- Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,      315  
 Tellurem Borea rigidam spirante moveri.  
 Rura gelu tum claudit hyems; nec semine jacto  
 Concretam patitur radicem affigere terræ.  
 Optima vinetis satio, cum vere rubenti  
 Candida venit avis, longis invisa colubris;      320  
 Prima vel autumni sub frigora, cum rapidus Sol  
 Nondum hyemem contingit equis, jam præterit æstas.  
 Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis;  
 Vere tument terræ, et genitalia semina poscunt.  
 Tum pater omnipotens foecundis imbris imbris Æther      325  
 Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnes  
 Magnus alit, magno commixtus corpore, foetus.

*consilio: ut flante Borea aperias in scrobes terram rigentem: tunc hyems constrin-*  
*git arva frigore: nec permittit ut, surculo defosso, radix constricta infigatur terræ.*  
*Optima plantatio vinearum est, vere purpureo, cum redit avis alba, infensa longis*  
*serpentibus: vel circa prima frigora autumni: cum Sol rapidus nondum attigit equis*  
*hyemem, sed jam calores abierunt. Ver præcipue solis arborum, ver arboribus*  
*utile est. Terræ intunescunt vere, et petunt semina fecundantia. Tum Aër, qui*  
*est pater omnipotens, labitur per pluvias fertiles in sinum late uxoris terræ: et*  
*magnus ipse, commixtus magno ejus corpori nutrit omnes foetus. Tum frutices*

\*\*\*\*\*

ret. pr.—316. *movere* omnes, præter Romanum Pierii et Mentel. pr., qui, cum Nonio in *Rigidus*, habent *moveri*, quod Heins. recepit. Scilicet est hæc forma exquisitor etiam quam altera. cf. ad Ecl. vi, 85.—317. *dum* Toll. tunc Goth. pr. Rom. *nec semina jacta* C. patitur elegans est conjectura Reiskii. vide tamen Notam.—318. *Concretum* Medic. a m. pr.—319. est post *satio* meliorum anctoritate sustulit Heins. *viventis satio* est Goth. pr.—321. *rapidus* Gud. *rapidis equis* malebat Heins., at recte Burm.—323. *frondi* est Medic. *Parrhas*. Pro *sylvis* conjectabat Burm. *sulcis*, ne idem bis diceretur. At copia orationis sine synonymis nulla ease potest.—324. Donatus apud Servium interpusxit: *Vere tument* (scil. *sylvæ*): *terra et g. s.* *poscunt*. *genitalia* Zulich., perpetua variatione. *poscunt* Medic. a m. pr.—325. Tunc Rom. *omnipotens* Voss.—326. *late, late*, aberrant quatuor.—327. *permixtus* apud Lactant. de Falsa Relig. lib. i, 5.—328. *cum* Cantabr. tunc

## NOTÆ

tice arborum, juxta Germanum et Victorium. Vide Ge. i. 324. *Collectæ ex alto nubes*.

316 *Borea*] Vento septentrionali, Ecl. vii. 51.

319 *Cum vere rubenti Candida, &c.*] *Ciconia*, de qua Plin. l. x. 28. *Ciconia* quoniam e loco veniant, aut quo se referrant, incomptum adhuc est. *E longin-*

*modo. Nidos eosdem repetunt: genitri-*  
*cum senectam intricem educant. Ver hic*  
*rubens dicuntur, propter flores: ut pas-*  
*sim alibi purpureum.*

322 *Hyemem contingit equis*] *Tropi-*  
*cam Capricorni, quem ubi attigit,*  
*tunc bruma est et hyems summa:*  
*vide Ge. i. 238.*

325 *Tum pater, &c.*] Æther, sive  
 aëris, per Jovem a poëtis: terra, per

Avia tum resonant avibus virgulta canoris,  
Et Venerem certis repetant armenta diebus.  
Parturit almus ager; Zephyrique tepentibus auris      330  
Laxant arva sinus; superat tener omnibus humor;  
Inque novos Soles audent se germina tuto  
Credere; nec metuit surgentes pampinus Austros,  
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbre:  
Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes.      335  
Non alios prima crescentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem  
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat  
Orbis, et hybernis parcebant flatibus Euri:  
Cum primæ lucem pecudes hausere, virumque      340  
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,

*extra vias positi resonant volucribus, et animalia redeunt ad concubitum statis diebus. Omnis campus parturit, et agri aperunt sivum tepidis flatibus Zephyri: abundat in omnibus agris humor: et herbes audent triu exponere se novo Soli: nec vallis timet Austros surgentes, aut pluriam emissam e cœlo magnis Aquilonibus; sed propellit germina, et effundit omnia folia. Non puto alios dies fulsisse in primo ortu nascentis mundi, aut habuisse alium ordinem. Tempus illud ver fuit: magnus orbis habebat ver, et Euri continebant hybernos status. Statim ut pecudes acceptant lucem, et ferreum genus hominum extulit caput ex agris saecois, et ferre im-*

Romi.—329. *repentent* Moret. fr.—330. *omnis ager* Menag. sec. pro div. lect. Parturit alma Venus unus Arundel., mala correctoris manus. trementibus auris Romanus, Gnd. cum vetustis permultis; solita varietate. *strepentibus* Leid. pr. Zephyrique Medic., lapsu librarii.—331. *L. a. simul* Erf.—332. *germina* Burm. reponit post Catrœum. Unius Fabricii pro hac lectione anctoritas laudatur, qui vetustos libros ita legere testatur; cui adde Regium apud Martinum. Sed jam Celsus pro hac lectione pugnarat apud Philargyrium. Vulgo *gramina* legebatur; et sunt quæ pro hac lectione dici possint. *gramine* tres apud Burm. toto Ven.—333. *timuit* Ven. *pampinos* Gnd.—335. *tendit* Ven. —[336. *nascentis* Bentlei. ad Manil. II. 428.]—339. *hiberni* Euri Medic., minus poëticæ. 340. *Cum primæ* Heins. recepit, ex Medic. et permultis, etiam Rotmalo ac Mediceo apud Pierium. *Cum primum* vntgo. *Tum primum* Arundel. ed. Ven. 1472, Par. 1494. *Cum primum* Cantabrig., quod et ipsum ferri posset. *Cum lucem primum* Zulich.—341. *Terra progenies* apud Lactantium

## NOTÆ

Junonem adumbrata est. Inter utrumque quoddam quasi conjugium.

330 *Zephyrique*] Ecl. v. 5. *Austros*] Ecl. II. 58. *Aquilonibus*] Ecl. VII. 51.

336 *Non alios, &c.*] Disceptatur quo tempore mundus conditus sit: verno, an autumnali: faveat autumnalratio, quæ petitur a maturitate fru-

gum: faveat veri, quæ petitur a commodissima temperie. Poëta omnes pro vere stant. De Euro, Ge. I. 871.

340 *Virumque Ferrea progenies, &c.*] Alludit ad ætatem ferream, et instantem mundi post diluvium factam, a Deucalione et Pyrrha, jactis post tergum lapidibus. Ecl. VI. 41.

Immissæque feræ sylvis, et sidera coelo.  
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,  
Si non tanta quies iret frigusque caloremque  
Inter, et exciperet cœli indulgentia terras.

345

Quod superest, quæcumque premes virgulta per agros,  
Sparge fimo pingui, et multa memor occule terra;  
Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas:  
Inter enim labentur aquæ, tenuisque subibit  
Halitus, atque animos tollent sata. Jamque reperti,

350

*missæ sunt in sylvas, et sidera in catum. Et vero mundus adhuc tener non potuisset tolerare hunc laborem: nisi tanta quies esset inter hyemem et aestatem, et nisi clementia aëris complecteretur terras. Ceterum, quæcumque arbustulas defodias in agris, sparge stercore pingui, et membrorū tegere multa terra. Vel circa infode lapides bibulos, aut conchas asperas: nam aquæ inter eas fluant, et tenuis vapor permeabit, et ea quæ plantata sunt cunctum vires. Inventi sunt etiam, qui preme-*

Inst. 11, 10 legi jam Pierius notavit. Sic Medic. a m. sec. Probarunt id viri docti ap. Burm., et inter hos Bentlej. ad Horat. Epod. 11, 18; receptum adeo est in edit. Cunningham. Burmannus eam lectionem impugnat, forte tam argumentis parum idoneis. Scilicet quod in vulgata, *Ferreæ*, reprehendere possis, est hoc, quod ab h. l. ubi de prima hominum stirpe, adeoque de aera aëte agitur, aliena eat, et ad ætatem seriorem, ferream dictam, spectat *gens ferrea*, οὐδέποτε γένος Hesiodi, genus hominum ferreum: ad cujus imitationem dictum est de Spartis in Beotia aut in Colchide, qui cum armis ex terra orti sunt; proprie dices, fuisse eam *ferream progeniem*. Igitur nunc ad eum sensum recurrentum, ut *ferreum omnino sit durum*. Defendit vulgatam etiam Burm. Secundus ad Antholog. Lat. p. 166. Fateor tamen vel sic me prelaturum fuisse *Terrea*, modo de usu vocis mihi melius constaret; nam, quod *Terrigenas* Lucretio dici ait, nondum satisfacit, ut et *terrea progenies* dicatur. Porro *derum caput* Moret. qu. Goth. pr.; et sic vett. edd. ap. Martin. agris Franc. *armis* Bodlei.—343. *safferre* Medic. a m. pr.; quod commendat Heins. *proferre* Rottend. sec.—344. *Cum jam tanta Ven. que post calorem omittant plurimi*. Philargyrius primam lectionem fuisse ait *calorque*. Scilicet metuebant boni viri versus mensura. *inter et iret permata* sedibus habet edit. Norimb. apud Martinum.—345. Burmannus, dum in *uan rō excipere* hærebat, conjiciebat, *exciperet cœli indulgentia ventos*, aut, *adsciperet cœli indulgentia terras*. Sed vid. Notas. Unus Mead. *hæc pareret* habet pro *exciperet*; unde facile aliquid extricari possit; sed est ab inepta man. *exciperent* Rom.—348. *cocleas* Reg. a m. sec., e glossa.—350. *algae* homines ed. Ven. *tollunt* alter Menag. *Namque Ven.*—351. *saxa* nonnulli

## NOTÆ

343 *Nec res hanc teneræ, &c.]* Vel quies. Vel sensus est generalis: Nec sensus est: Nec mundi res, tum teneræ ac recentes, potuissent perferre calorem aestivum, aut frigus hybernatum: ergo convenienter fuit, nasci eas verno tempore, que anni quedam est

mundi res, quæ per se teneræ semper ac fragiles sunt, possent ferre vim testatis et hyemis; nisi vere, quasi quiete, recrearentur.

Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ,  
Urgerent: hoc effusos munimen ad imbræ;  
Hoc, ubi hiulca siti findit canis æstifer arva.

Seminibus positis, superest deducere terram  
Sæpius ad capita, et duros jactare bidentes;  
Aut presso exercere solum sub vomere, et ipsa  
Flectere luctantes inter vineta juvencos.  
Tum leves calamos et rasæ hastilia virgæ  
Fraxineas aptare sudes furcasque bicornes:

355

rent ea desuper saxo, et pondere magna testæ: et hoc munimentum est adversus  
phwias immodicas; hoc munimentum est, quando canis ardorem ferens aperit  
calore agres hiantes. Surculis plantatis, restat saxe accumulare terram ad radices  
eorum: et immittere ligones ferreos in terram. Aut movere terram sub vomere  
depresso, et deducere boves resistentes inter ipsas vineas. Deinde adjungere viti  
politas cannas et hastilia e virgis decortiatis, et palos fraxineos, et furcas bicornes;

apud Colum. 111, 15, 4, ubi hi versus repetuntur. ingentis firmat etiam Rom.,  
at ingenti pondere Medic. a m. pr. Mentel. pr. a m. sec., et Nonius Marcellus  
in urgere. ingenti pondere testæ apud Colum. 1. 1. codex Sangermanensis seu  
Goësianus. Mox Urgentur laudat ex eodem Heinsius; at Goësiana collatio,  
reurgetur.—352. et fuso idem codex. hic effuso Ven. effosso Toll. munimi-  
ne unus Mead.—353. Atque ubi Voss. pr. et unus Mead. Aut ubi Lutat. ad  
Stat. Theb. iv, 708. findit Erf. scindit ed. Medioli.—354. superem eadem ed.  
Mediol. edere Pierius ex aliquot vett. landat. diducere quatuor apud  
Burm. Sic Romanus; et defendi illud possit; et ex ipsa re video nunc pre-  
ferre Vossium.—356. cum vomere Goth. pr.; et sic edd. vett.—358. cumulos  
Ven.—359. que ante aptare abeat in fragm. Moret. et Reg. Martini. trabes  
pro sude Franc. furcasque valentes Medic. Gud. et ad minimum sex alii apud  
Heins., duo apud Martin., et Romanus cum aliquot aliis ap. Pierium. Mire-  
ris inconstantiam doctorum virorum, qui vetustatem ac consensem librorum  
modo omni ratione criticæ anteferunt, modo vel leviori cause postponunt.

## NOTÆ

353 *Canis æstifer*] Sirius, vel cani-  
cula: stella in ore majoris canis:  
eius vis in subjectas mundi partes  
insignis esse perhibetur, quo tempore  
Sol oritur in principio leonis: nempe  
exeunte Julio: tumque æstus ferven-  
tissimus est, morbiq; ex illo æstu  
frequentissimi: diesque illi *caniculares*  
vocantur, donec Sol totum leonis si-  
gnum perlustraverit, ad usque diem  
23 Augusti. *Sirius* dictus, vel a *œi-  
palu*, *siccō*, vel a *œipdu*, *vacuo*.

355 *Capita*] Vitium arborumque  
capita, stirpes sunt et radices; quibus,  
quasi ore, alimentum e terra trahunt.

*Bidentes*] *Bidens* aliquando est ovis;  
hic instrumentum fodienda terre  
comparatum, *pastinum*, *ligo*, *un hoyan*.  
Etymon a binis dentibus: quod ligd  
sit bifurcus. De ore bidente, AEn. iv.  
57.

356 *Aut. presso exercere solum*, &c.]  
Ex more Italiæ, ubi vites ulmis aliis-  
que arboribus fulciebantur: adeoque  
laxius digeste spatium arandi relin-  
quebant, imo et frugum intersetar-  
darum.

359 *Fraxineas*] E fraxino arbore,  
frêne.

**Viribus eniti quarum, et contemnere ventos** 360  
**Assuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.**

*Ac, dum prima novis adolescit frondibus ætas,  
 Parcendum teneris; et, dum se lætus ad auras  
 Palmes agit, laxis per purum immissus habenis,  
 Ipsa acie nondum falcis tentanda; sed uncis  
 Carpendæ manibus frondes, interque legendaæ.  
 Inde, ubi jam validis amplexæ stirpibus ulmos  
 Exierint, tum stringe comas, tum brachia tonde:  
 Ante reformidant ferrum; tum denique dura*

*quarum viribus assuescant assurgere, et despicer ventos, et adhaerere ramis ad usque  
 summas ulmos. Et parcendum quidem est teneris vitibus, dum prima ætas crescit  
 novis frondibus, et dum palmes letus attollit se in alium, emensus in ærem veluti  
 laxatis habenis. Ipsa acies ferri non est adhuc adhibenda; sed frondes præcidenda  
 sunt anguis manum, et passim auferenda. Postea, quando vites, firma radice  
 implicatae ulmis, creverint; tunc amputa pampinos, tunc seca palmites: prius timent*

---

*Hic valentes haud dubie maxima habet præsidia; bicornes potuit ex ipso usu  
 vulgari et ex interpretatione inferri. Reposuit quoque valentes Brunck.—  
 361. Assuescant Rottend. tert. Assuescat Goth. pr.—362. Et dann Parrhas.  
*Ac cum Leid. pr. At Goth. pr. adolescit idem cum tribus et Erf.—363.* Parcendum est duo ap. Burm., et eterque Mead; alter etiam; *dann* sese pro et  
 dum se.—364. cum se—egit Nonius Marcell. in *laxus*. aget, quod in pedestri  
 præferres, Medic. Pierii, et octo apud Heins. et Burn, cum Goth. sec. a. m.  
 pr. *lapses* Parrhas. et Reg. Martini.—365. *Ipsa acie nondum falcis tentanda*  
*Burm. recepit, ut plane Medic. et Pierii Romanus, utpote antiquissimi, tum*  
*multi allii, etiam Probus Grammat. lib. I, et Ipsa acie jam editum erat usque*  
*ad Commelin. et Pulmann., qui intulere in vulg. *Ipsa acies falcis nondum t.**  
*At Heins. ordineum immuntarat: *nondum falcis tent.*, ut est in multis. *Ipsa**  
**nondum acie falcis* Rottend. tert. Sane acies falcis, seu ferri, potest tentari,  
 sed si eam exploreat, ut in Suetonii illo loco Ner. 49. At hic acies falcis (poëti-  
 ca venustate pro falso) tentatur novellæ palmitæ, dum putantur conf. Not.  
 acie jam in vulgatis ante Pierium legebat; in Medic. acies a m. sec. rubro  
 appicta s. litera. sub undis in fine versus legebat Goth. pr.—367. validis ampl.  
 viribus Medic. a m. sec. Zulich. Moret. quart. pro var. lect. Ed. Medioli.  
 Colot. Ursini, unus Meadianus, ut arridere potest. Sed est memoria lapsus  
 ex frequenti poëtarum lectione ortas, sive Grammatici nimis acuti interpolationi.—368. tunc ante Burm., quod Romanus tuetur etiam sequ. v. tende Goth.  
 pr.—369. reformidens duo.—370. ramos compescere valentes Romanus, quod**

## NOTÆ

361 *Tabulata*] Servius: *Sunt rami effusiores, et in plana tendentes, non in altiora crescentes. Et Columella l. v. 6. Tabulata instituenda sunt: hoc enim nomine usurpant agricultæ ramos, transcoquæ prominentes; ut vites laxis difundantur.*

364 *Laxis per purum, &c. habenis, &c.]*

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

*Laxis habenis metaphora est ab equis desumpta, duce Lucretio l. v. Arboribusque datum est variis, exinde per auras Crescendi magnum immissus certamen habenis. Et per purum, significat, per aerem, sic et Horatius Od. I. 34. 7. per purum tenantes Egit equos, toluntque cursum.*

*R*

|                                                  |     |
|--------------------------------------------------|-----|
| Exerce imperia, et ramos compesce fluentes.      | 370 |
| Texendæ sepes etiam, et pecus omne tenetum,      |     |
| Præcipue dum frons tenera imprudensque laborum : |     |
| Cui, super indignas hyemes Solemque potentem,    |     |
| Sylvestres uri assidue capræque sequaces         |     |
| Illudunt, pascuntur oves avidæque juvencæ.       | 375 |
| Frigora nec tantum cana concreta pruina,         |     |
| Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas,   |     |
| Quantum illi nocuere greges, durius venenum      |     |
| Dentis, et admirso signata in stirpe cicatrix.   |     |
| Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris    | 380 |

*ferrum : tunc denum exerce dura imperia, et coörce ramos superfios. Præterea sepes jungenda sunt, et greges omnes continendi : præcipue dum frondes tenera sunt et inassuetæ noxiis rebus : quibus frondibus, præter magnas hyemes et Solem vehementem, sylvestres boves, et caprae sequaces assidue nocent : oves et avidæ juvencæ carpunt eas. Nec hyems constricta alto gelo, aut gravis æstas penetrans rupeis aridas, tantum nocuit ; quantum nocuerunt illæ pecudes, et venenum duri dentis, et cicatrix impressa in stirpe corrosa. Non aliud ob delictum caper immola-*

.....

Pierius Varronis quidem loco de R. R. i, 31 confirmat; at quantum alteri venustate cedat, facile apparet. Item ssp. 369 in parte codd. legitur : videturque adeo vagum in margine vetusti alicuius codicis appictum fuisse.—371. Post tenendum ante Heins. erat est ; sublatum secundum libros ; abest etiam a Mediceo a m. pr. et a multis et. Romanus, vetustissimus liber, et Bodleianus. Arundel. et jam pecus omne timendum ; interpolatione non mala ; ut nunc etiam Reiskium conjectisse video. At vulgata ratio doctior esse videtur.—372. Præterea cum frons tenera Nonius in frons.—373. Cui, et dum ei illudunt. solempne terpem Menag. alt. pro diversa lectione. Male. vid. Ge. i, 92.—374. tauri vel ursi conj. Cerd. Jo. Schrader. sylvestres hirci : ut III, 314 pascuntur sylvas, utque apud Homer. δρέσκονται γένεσι, et alibi sylvestres capræ. Idem tentabat : capræque fugaces. Macrob. vi, 4 f. "uri Gallica vox est, qua feri boves significantur" adeo Virgilium non respuisse peregrina voce uti. assidue Ven. capræque multi cum Medic.—375. Illudunt Ald. pr. oves Gud. a m. pr.—377. herbis arentibus Goth. sec. a m. pr. ardentibus Franc. et Cantabrig. cum Erf. æstu Medic. Pierii et Parrhas. Mead. unus et Reg. Ed. Ven.—379. In admirso magna varietas, quæ forte Grammaticis debetur, qui generi rōv stirpe timebant. Sed vid. En. XII, 208. admirso Romanus Pierii. Sic et Pierii Mediceus a m. pr. Mediceus Fogginii a morsæ, mutatum in a morsæ. Sic et in aliis Pierius ex admirso erasum esse à aut factum a morsæ vidit. Eadem varietas apud Heins. et Burm. admirso, amorsæ, amorsæ. Librariornm et Grammaticorum ludibria.—380. ob causam unus Arundel. et Schol. Statii Theb. v, 259.

## NOTE

374 *Sylvestres uri]* Bubali, quos vulgus cum uris confundit. Plin. I. VIII. 15. Uri enim juxta Cæsarem, de bello Gall. I. vi. sunt feræ, magnitudine paulo infra elephantes, specie et colore et figura tauri: quæ in sola Her-

cynia Germania sylva reperiuntur. Bubali, boves sunt sylvestres, frequentes in Italia, ex Isidoro et aliis: quanquam aliter a Plinio describuntur.

Cæditur : et veteres ineunt proscenia ludi,  
Præmiaque ingenii pagos et compita circum  
Thesidæ posuere ; atque inter pocula læti  
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

*tur Baccho in omnibus altaribus, et antiqui ludi predeunt in theatra: et magni Athenienses instituerunt præmia circa pagos, et vias, et lati inter bibendum saltare in pratis amoenis per unctas pelles hircorum. Romani quoque coloni, gens orta*

*Bacchi Parrhas., nt sint : omnibus aris Bacchi, de quibus sane solis est accipendum.—382. ingentes vel ingentis vulgo lectum; etsi Pierius jam commendaverat alterum: ad quod recipiendum mireris Heinsium hic adeo timidum fuisse. Ingeniis præclare reposuit Burmannus ex antiquissimis Pierii, Philargyrio, cod. Ursini, et ed. Ven.—384. salutare vetustissima scripture; alii, ut pronunciatum jam olim, salutare. vide h. l. Heins. et Burm. Sec. ad Anthol. Lat.*

## NOTÆ

**381 Proscenia]** Theatrum, locus fuit, semicirculi figuram habens, specaculis scenicis destinatus, a *θεοπαι* *specto*. Partes ejus fuere. I. *Porticus, scala, sedilia*: sedilium ordinis, dicebantur *cunei*; quia, cuneorum modo, eo strictiores erant, quo magis ab ambitu ad centrum theatri accedebant: et haec omnia circa ambitum theatri erant disposita. II. *Orchestra pars interior, sive centrum theatri*, eaque omnium infima et concava: unde *carea* dicebatur totum theatri spatium. Hic sedebant senatores, indebantque chori saltatorum et musicorum; ab *δρχεωθι saltare*. III. *Proscenium*, locus ab uno theatri corru ad alterum ductus, inter orchestram et scenam, altior quam orchestra, inferior quam scena: in eo agebant loquebanturque histriones comici tragicique, e pulpite, id est ex editiore aliquo et pedibus substrato tabulato. IV. *Scena, pars theatri adversa spectantibus*: velis, picturis, columnisque decorata, et olim arboribus ad inumbardos actores, cum ludi in propatulo antiquitus exhiberentur: a *σκηνή umbraculum*. V. *Poscena*, ubi actores post scenam latent. VI. *Amphitheatum*, fuit locus, non in semicirculum, sed in circulum extru-

ctus: ubi nulla erat scena, sed undecumque sedilia spectatorum; cum arena in medio, in qua gladiotorum, ferarumque et alia id genus certamina peragebantur: quare *amphitheatum* dicebatur, quasi *undique theatrum*; ab *ἀμφὶ circum*, et *θεοπαι specto*.

**382 Præmiaque, &c.]** Ludi omnes theatrales e Bacchicis ejusmodi ludicris ortum habuere, quibus victor *hircum* referebat: unde tragœdia remansit nomen a *τράγος hircus*, et *ῳδὴ cantilena*. Horatius in arte Poëtica v. 220. ‘Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum, Mox etiam agrestem Satyros nudavit,’ &c. Floruit primo apud Athenienses, qui *Theseida* dicuntur, a *Theseo* rege, qui primus eos, in pagis degentes, in urbem coegerit monibusqne sepsit. De eo, AEn. vi. 122.

**384 Unctos saliere per utres]** Præcipua pars *Liberatum sive Bacchicorum* ludorum, erat saltus per pelles hircinas, in campo cumulatas, inflatasque et unctas oleo. Hircinas eligebant pelles, sive utres, ad contentum hircorum etiam mortnorum quod vitil infestum sit animal: ungebant, ut magis essent lubricæ, nec vestigium cadentis sustinerent: uno pede insubabant, reducto altero: et cum fre-

- Necnon Ausonii, Troja gens missa, coloni  
 Versibus incomitis ludunt risuque soluto ;  
 Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis ;  
 Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique  
 Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.  
 Hinc omnis largo pubescit vinea foetu ;  
 Complentur vallesque cavæ saltusque profundi,  
 Et quocumque Deus circum caput egit honestum.  
 Ergo rite suum Baccho dicemus honorem  
 Carminibus patriis, lancesque et liba feremus ;  
 Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,

385

390

395

*e Trojanis, jocantur versibus incompositis, et rura effuso; et induunt larcas horribiles e cavis corticibus; et te vocant, o Bacche, inter hilaria carmina; et in honorem tuum alligant fictiles imaginellas ex alta pinu. Hinc vinea omnis pululat multo fructu, et valles curvae, et saltus opaci implentur uvis; et quicumque locua, in quem imago Bacchi circumvertit uultus formosissim. Itaque rite cantabimus Baccho suas laudes versibus patriis, et offeremus ei discos atque placentas, et sacer hircus deductus cornibus statuet ante aram: et torrebellimus piaginas viscera in*

p. 540.—385. a Treja Leid. et Treja Regius Martin.—386. rituque Moret. sec.—388. Et te Bacche canunt a Cerda editum.—390. rubescit Menag. pr.—391. Complenturque cavae valles Moret. sec.—392. Laudat Columella III, 21, 4. quodcumque Parrhas. Et quodcumque decus Schol. Horat. Sat. I, 2, 84, corrupte. quocumque Deos Gud. Quod vero Guellius et ex eo Cerda ad h. l. landant carmen in Bacchum, e Mureti Galliambo petitum est: ne fallaris, moneo.—393. suos honores codd. aliquot Pierii, quod ipsi rem splendidiorē efficere videbatur. honestum—honorem displicebat Jo. Schrader.—394. laticesque et Franc., per se non male. ferentes Zulich.—395. Et ductus Gud. a m. pr. Edactus Leid. tert. Si ductus Serv. ad En. ix, 627 in edd. quibusdam. stabit cornu Leid. alter. ad aras edd. Macrobii Sat. IV, 2. Serv. ad En. ix,

## NOTÆ

quenter caderent cervui, sive proni, vocabant ludos illos Cernualia; Graeci δοκεια, ab ἀρκεισ οτε.

385 Ausonii coloni] Colonus hic non agricolam significat, sed coloniam, sive Trojanos, Aenea duce, missos ad factendam Ausoniam, id est Italiam. De Ausonibus, antiquis Italie populis, En. III. 171.

389 Oscilla suspendunt] Imagunculas fictiles, Baccho sacras, et ad ejus speciem effectas; quæ vineas providere putabantur, eisque fertilitatem conferre, ad quas vento, aut numinis providentia impulsæ, sese converterent. Unde addit: ‘Et quocumque

Deus circum caput egit honestum.’ Nomen hoc, osculum, diminutivum est ab os oris, quasi parvum os: unde etiam est osculum, En. I. 260.

391 Saltusque, &c.] Saltus non esse sylvarum ipsas arboreas, sed loca sylvarum ab arboribus vacua, notavimus Ecl. vi. 56.

394 Liba] Placentæ genus. Ecl. VII. 83.

395 Et ductus] Verba solemnia: omnino enim erat in sacrificiis si victima traheretur, non facile duceretur: tum si ad aram non sponte staret, sed reluctaretur.

Pinguaque in veribus torrebitus exta columnis.

Est etiam ille labor curandis yitibus alter,  
 Cui nunquam exhausti satis est: namque omne quotannis  
 Terque quaterque solum scindendum, glebaque versis  
 Æternum frangenda bidentibus; omne levandum 400  
 Fronde nemus; reddit agricolis labor actus in orbem,  
 Atque in se sua per vestigia volvitur annus.  
 Ac jam olim, seras posuit cum vinea frondes,  
 Frigidus et sylvis Aquilo decussit honorem;  
 Jam tum acer curas venientem extendit in annum 405  
 Rusticus, et curvo Saturni dente relictam  
 Persequitur vitem attondens, fингitque putando.

*veribus e corylo factis. Est etiam iterandum in colendis vitibus labor ille, in quo nihil unquam satis perfectum est: nempe oportet omnem terram vertere singulis annis ter et quater, et assidue comminare glebas ligonibus inversis, et exonerare totum vineum frondibus. Labor revolutus in circulum reddit agricolis, et annos in se replicatur per easdem vias. Et tum denum, cum vinea amissit ultimas frondes, et cum frigidus Aquilo abstinat arboribus pulchritudinem, jam tum diligens agricola profert curas in annum futurum; et persequitur curva Saturni falce vitem nudatam,*

-----  
 627 in scriptis.—396. torquebimus Medic. Pierii. veribus Rom.—397. curandus Franc. aīte Ven.—401. laboratus Reg. a m. pr.—402. Atque ipsa sua Voss. In se perque sua vestigia Franc. annis, h. per annos singulos, volvitur, sc. labor, malebat Reiskius.—403. Et jam olim vulgo ante Heins. At alii.—404. ut sylvis Schol. Horat. Epod. xi, sed aliter Nonius et Priscianus. e sylvis Parrh.—405. extendet Medic.—406. Agricola pro Rusticus Rom.—407. Pro-

## NOTÆ

396 *Columnis*] Bene: cum enim cor-ylam et hinc viti esse infestum dixerit: utrumque ad sacrificia ad-hibet: hinc ut victimam; corylam, ut materiem veru.

397 *Est etiam, &c.]* Præcipit alte-rum, id est secundam pastinationem, qua dicitur repastatio, de qua, v. 354. Item et secundam paupinatio-nem, seu frondium amputationem, de qua, v. 365. Quanquam monet, ter aut quater laborem utrumque esse repetendum: quia nunquam hinc la-bori, id est in hoc labore, satis est ex-hausti, id est juxta Servium, exhaus-tionis, finitionis, perfectionis: sic Æn. ii. 427. ‘Servantissimus æqui,’ id est, æquitatis.

401 *Actus in orbem]* Id est, per-pe-tuus et continuus: nullus enim in orbe, seu circulo terminus est.

404 *Aquilo*] Ventus septentrionalis. Ecl. vii. 51.

406 *Curvo Saturni dente, &c.]* Præ-cepta congerit de curis hybernis cir-cus vitem: ac præcipue de ablaqueatio-ne: qua fit cum circa radices terra effoditur, tondenturque ferro super-flues radices: ex præsertim, qua ter-re superficiem proprius tangunt: ut inferiores convalescant. Dicitur ab-laqueatio, quia vitis radicibus, quasi totidem laqueis, expeditur et libera-tur. *Saturni dente]* Falce dentata seu acuta, qua Saturni gestamen est. De *Saturno*, Ecl. iv. 6.

Primus humum fodito; primus devecta cremato  
 Sarmenta, et vallos primus sub tecta reserto;  
 Postremus metito: bis vitibus ingruit umbra;  
 Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.  
 Durus uterque labor. Laudato ingentia rura:  
 Exiguum colito. Necnon etiam aspera rusci  
 Vimina per sylvam, et ripis fluvialis arundo  
 Cæditur, incultique exercet cura salicti.  
 Jam vinctæ vites; jam falcem arbusta reponunt;  
 Jam canit extremos effetus vinitor antes:  
 Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus;

410

415

*cam tondens, et componit amputando. Primus move terram, primus combure sarmenta domum deportata, et primus refer domum pedamenta; ultimus vindemiato. Bis frondes densiores inumbrent vitam, bis herbe suffocant vinetum spissas cibras: magna difficultas in utriusque amputandis. Lauda rura magna, sed cole parvum rus. Præterea secunda sunt in sylvis aspera vimina e rusco, et fluviales canæ in ripis; et habenda cura salicti sylvestris. Postquam rites ligatae sunt: postquam cineta permittunt falcem reponi, postquam rimator lassus cantat attigisse se extremos vineæ ordines; tamen tertenda est terra, et gleba communende, et aer timendus racemis jam*

-----  
*sequitur Zulich. et unus Mead., sed vid. Burm. antondens vetusta Nonii Marcelli exemplaria, ut ancidere. attundens scribunt alii. tondens Franc. fugitque Menag.—408. dejecta ed. Ven. vide sup. v. 207.—409. et deerat Ven. primum nonnulli; ut semper. reporto Voss. alter.—410. postremos Rottend. sec. umbræ Zulich.—411. obducant Leid.—413. rusti nonnulli scribunt. vid. Heius. frusi Jul. Pompon. Sab. aspere frusci a m. pr. Medic.—414. per sylvas Moret. quart. et Regius Martini. et a Franc. abest.—415. Creditur Menag. pr.—416. victæ Medic. a m. pr. et Reg. a m. sec. juncta Moret. sec. et duo ap. Martinum. juncta rites, jugata vinea Jul. Sabin. falcemque Goth. sec.—417. Jam canit effectus extremus vinitor Romanus; et sic Medic. Fogginii, nisi quod a m. sec. effectus erat, it. Erf. effectus extremus alii cum edd. vett., ut Argent., et hoc etiam Nonius Marcellinus in *antes* agnoscit. Posit hoc ferri, si nulla esset variatio. At alii plerique effectus extremos. Hinc alia librorum ludibria: effectus vel effectus extremus, effectus extremos, effectos extremos, effectus extremos, effectos extremis in Goth. pr. Scilicet primam lectionem fuisse, effectus extremos, verisimile fit, quam mutarunt Grammatici, qui brevis syllabæ productionem non ferebant, ut nunc sit quod per omnes ab Alld.*

## NOTE

410 *Bis vitibus, &c.]* Causam affert gemina pampinatio, quam antea præceperat: item et gemina runcationis, qua herbæ noxiæ eruuntur, sarclo.

413 *Aspera rusci Vimina]* Commendat curam fruticum, unde parantur viti retinacula. *Rucus*, vel *ruseum*, du *houx*. De eo, Ecl. vii. 42. *Salicum*, vel *saloctum*, locus salicibus

consitus, sausaye.

417 *Extremos effectus vinitor antes]* Antes, sunt ordines vitium, qui sunt ante ceteros positi, et vineam quasi circundant, et quavis ex parte extremi sunt. *Effectus*, lassus, qualis est mulier quæ multos edidit foetus.

418 *Pulvisque movendus]* Commovendus et excitandis pulvis, fractione glebarum.

- Et jam maturis metuendus Jupiter uvis.**
- Contra, non ulla est oleis cultura : neque illæ Procurvam exspectant falcem rastrosque tenaces, Cum semel hæserunt arvis, aurasque tulerunt. Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco, Sufficit humorem, et gravidas cum vomere fruges. Hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam. Poma quoque, ut primum truncos sensere valentes,

*maturis. Contra nulla est difficultas in colendis oleis, nec illæ petunt curvam falcam et rastros mordaces : cum semel radices egerint in terram, et assueverint aeris. Ipo terra suppeditat succum plantatis oleis, quando aperitur ligone adunco ; et reddit plenas olivas, statim cum ipso vomere. Ideo nutriti olivam pinguem et gratam paci. Poma quoque, quando sensere truncos robustos, et accepere vires sibi debitas, cito assurgunt*

.....

inde edd. vulgatum : *extremos effætus.* — 420. *nonnulla* Leid. unus et Bodlei., ut jam Servius notavit legi. Sed mala ac perpetua aberratione. — 422. Major versibus vigor inesse mihi videbatur, si post *tenaces* interpungas, et novam sententiam ordiaris : *Cum semel hæserunt arvis aurasque tulerunt : Ipo s.* Similiter subjicitur : *Poma quoque, ut primum* — *Vi propria nituntur.* Recte tamen monetur, ita cum ter iterari in eodem verborum complexu, et oleas tenellas primis annis haud dubie esse falce et rastro compescendas. *tulere* Goth. pr. — 424. *gravidas cum fenore fruges conj.* Reiske et Jo. Schrader. Vide Notam. — 426. *placidam* quinque apud Burm., male. — 426. *Pomaque jam Ven. calentes*

#### NOTÆ

419 *Metuendus Jupiter uris]* Aér, grandine et pluviis intempestivis infestus. *Jupiter* pro aère, supra, v. 325.

420 *Contra, non, &c.]* Laboriosæ virtutis culturae, facilem opponit oleæ culturam. Utraque tamen in tenera ætate similis est : disparitas igitur a firmiori tantum ætate petenda, quæ maximam in vite, vix ullam in olea curam exigit ; unde addit poëta ; *Cum semel hæserunt arvis.*

424 *Cum comere, &c.]* Id est statim atque aperitur vomere, sine mora, producit fructus. Exaggeratio, que certum et celerem proventum indicat.

*Fruges]* Olivas interpretor. Et vero voces illæ promiscue adhibentur a poëtis : *Nemus*, non proprie tantum pro sylvestriu[m] arborum multitudine, sed et pro vinea, v. 400. *omne lev-*

*dum Fronde nemus : Sylva*, pro quarumlibet rerum multitudine, ut notavimus Ge. i. 152. *Messis* pro collectione non solum tritici, sed etiam uivarum, Ge. ii. 410. *Postremus metito.* Item pro mellis proventu, Ge. iv. 231. *Duo tempora messis. Vendemia* apud Plin. l. xv. 1. pro olivarum etiam collectione. *Seges*, pro arbuculis in seminario, Ge. ii. 266. *Ubi prima paretur Arboribus seges, &c.*

425 *Placitam Paci nutritor olivam]* Nutritor, pro nutriti : passivum, activa significatio : ut apud Cicer. pro Mil. XXXIII. *Inimicissimum multo crudelius etiam punitus es.* Pro, punisti. *Placitam Paci*, quia insigne pacis fuit. Æn. VII. 237. Minervæ fuit dicata. Vide Ge. i. 14.

426 *Poma]* Fructus pro arbore : arbor enim potens est.

Et vires habuere suas, ad sidera raptim  
 Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostræ.  
 Nec minus interea foetu nemus omne gravescit,  
 Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis. 430  
 Tondentur cytisi, tædas sylva alta ministrat,  
 Pascunturque ignes nocturni, et lumina fundunt.  
 Et dubitant homines screre, atque impendere curam ?  
 Quid majora sequar ? salices humilesque genestæ,  
 Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbras 435  
 Sufficiunt ; sepemque satis, et pabula mellii.  
 Et juvat undantem buxo spectare Cytorum,  
 Naryciæque picis lucos ; juvat arva videre

in aëre virtute propria, nec agere nostro ausib. Interea sylva omnes non minus  
 onerant se fructibus, et inculta avium latobus rubescunt baccis sanguinis. Cytisi  
 secundum : sylva alta supeditat tædas, quibus ignes nocturni abentur, et præbent  
 lucem. Et homines negligunt eas plantare, et in iis curam adhibere ? Quid com-  
 memorare majores arboreas ? salices et genestæ humiles, illæ ipse præbent, aut cibam  
 pecudibus, aut umbram pastoribus, et sepem vegetibus, et cibam apibus. Et pul-  
 chrum est videre Cytorum fluctuantem buxo, et sylvos Naryciarum picearum : pul-

-----  
 Medic. a m. pr.—428. que abest a. Parrhas. et Gifanii libris, etiam a Romano  
 vetustissimo, qui opes hanc sua more scribit. Agnoscas facile fulcrum versus  
 a Grammaticis submissum.—429. gravacit Mentel. Leid. virexit Rottend.  
 pro var. lect. et Goth. pr.—430. que abest a Goth. sec. aviaria Gud. a m.  
 pr. Mox in Romano v. 432 ante versum 431 ponitur, male.—432. que abest a  
 Goth. pr. et uno Mead. ac lumina unus Pierii, nimirus Romanus, duo Heins.  
 et Goth. sec. fundi Gud. pro div. lect.—433. Abest hic versus a Mediceo,  
 et aberat ab Ursini Colotiano. Sed sententia versum absolvens facile excludere potuit. Versus per se est præclarus. carus Goth. pr. et ed. Dan., non  
 nullæque ap. Martinum. cura Rottend. tert. et Goth. sec.—434. sequor Erf.,  
 quod conjectabat Jo. Schrader. genestæ in antiquis scribi, Pierius notat. vid.  
 sup. v. 12.—435. Et tilia pecori multos legere notatum in Servianis. umbras  
 post Pierium Heins., e melioribus. umbras ali. —437. An fuit: Ut juvat.  
 Cytorum tres apud Heins. Scribunt et Citheron, Citheron, Cytheron. Est rð  
 Kþropor.—438. Maricæ Daniel. ed. et. R. Steph.—439. Non rðris Leid.  
 Non ullis hominibus ap. Priscian. lib. xviii. non nulli Rottend. sec. et Gud. a  
 m. pr. et unus Mead. At vulgata ap. Gell. vii, 17. non rðris naxia Medic.

## NOTE

431 Cytisi, tædas, &c.] De cytiso  
 frutice, qui tondetur saginando pe-  
 cori, Ecl. i. 79. De tædis, arboribus  
 e picearum genere, Ecl. vii. 49.

434 Salices, &c.] Salices, salies.

Genestæ, Genetæ: Ge. ii. 12.

436 Pabula mellii] Apibne, quæ mel  
 conficiunt.

437 Cytorum] Cytorum, urbe et  
 mons Galatia, in ora Paphlagoniae:  
 buxo fertilia. Ovid. Met. iv. 812. Sepe  
 Cytorio deducit pastore crines: id est,  
 buxes.

438 Naryciæque picis lucos, &c.] Syl-  
 vas feraces tædarum, picearum, alia-  
 rumque arborum, e quibus succus

- Non rastris, hominum non ulli obnoxia curæ.  
 Ipsæ Caucasio steriles in vertice sylvæ, 440  
 Quas animosi Euri assidue franguntque feruntque,  
 Dant alios aliee foetus; dant utile lignum  
 Navigiis pinos, domibus cedrumque cupressosque.  
 Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustri  
 Agricolæ, et pandas ratibus posuere carinas. 445  
 Viminibus salices foecundæ, frondibus ulmi:  
 At myrtus validis hastilibus, et bona bello  
 Cornus; Itureos taxi torquentur in arcus.

*chrum est videre campos non egentes rastris, aut illa cura hominum. Sylva ipsæ steriles in Caucaso monte, quæ validi Euri semper perflant et rumpunt, exhibent alios aliae fructus: præcent pinos, ligna utilia navibus; cedros et cupressos, utilia domibus: ex his agricola tornaverunt radios rotis, et rotas planariis; et fabricerunt curvas carinas navibus. Salices producent vimina, idem frondes: Myrtus vero commoda est ad valida hastilia, et cornua ad armæ alia: taxi flectuntur in arcus*

a m. pr.—440. *Caucaseo allii. vid. Eclog. vi, 48.*—441. *Quæ et assidue librariorum inceptio apud Burn. terminaque malebat Voss.*—442. *factus Gnd.*—443. *pinus Gnd. a m. pr. et quinque allii, etiam Goth. pr. cf. ad En. xi, 185.*—*cedrumque Heins. e suis; ut Pierius in Rom. et antiquioribus allii, et Martinus in duobus invenerunt; pro vulgo cedroque.* *Eidem assimilatum in aliis et alterum, cupressumque v. ap. Parm., addit. Arundel. que post cupressos omittunt multi.* *cupressus Parrhas.*—444. *Hic—hic Moret. pr.*—446. *Potest et hic duplicit modo interpongunt; aut sic, ut vulgo fit; aut: Viminibus salices, facundæ frondibus ulmi.* *Quod præferam. f. vītibus ulmi Zulich. et Medic. a m. pr., ut ap. Burn. commemoratur.* *At Foggini fide frontibus ulmi legitur, ab recenti manu alteri t. scripta.* *Est hoc quidem etiam in Leid. fraxib. Ven. et fr. Edd. Aldd. et Junt. cum Goth. pr.*—447. *Ad Medic. a m. pr., item bala.* *Tem et bona b. usus Mead. bona telo conj. Jo. Schrader., ut respondeat hastilibus.*—448. *Riteos, Tyrceos, Ithyrios, Ithyreos, Ithireos, in-*

## NOTE

erupit; qui, si igne exprimitur, dicuntur *piz*, *poiz*: si sponte fluit, dicuntur *resina*, *poix résine*, *thuri affinis*. *Nary-*  
*cium urbs Græcæ et Italæ, de qua,* En. III. 290.

440 *Caucasio, &c.] De Caucaso monte Asia, Ecl. vi. 42. De Euro, vento orientali, Ge. i. 371. Hic Caucasus, pro qualibet monte, Euras pro qualibet vento.*

444 *Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustri] Hinc, non ad cedros et cupressos, e quibus nemo rotas fabricatur; sed ad sylvas, seu sylvestres arbores, referunt. De radiis, tympa-*

*nis, et plaustri, Ge. i. 163. Trivere, perfecere tornio, de qua arte Ecl. III. 28.*

445 *Ratibus posuere carinas] Rotis proprie, sunt ligna inter se colligata, quæ per aquam aguntur; metaphorice sumunt pro navi perfecta. Carina, est trabs ima, eaque incurva, quæ totius navis fundamentum est.*

447 *De myrto. Ecl. ii. 54. De corno, cornuillier, supra, v. 24. De taxo, if, supra, v. 257. De tilia, tilleul, Ge. i. 173. Her buzzus, vel hoc buzzum, bæs.*

448 *Itareos] Gens est juxta Ser-*

- Nec tiliæ leves aut torno rasile buxum  
 Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto. 450  
 Necnon et torrentem undam levis innatat alnus,  
 Missa Pado ; necnon et apes examina condunt  
 Corticibusque cavis vitiosæque ilicis alveo.  
 Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt ?  
 Bacchus et ad culpam causas dedit : ille furentes  
 Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque  
 Et magno Hylæum Læpithis craterem minantem.

*Ityraeos. Necnon tilia polita, et buxus torno rasilis, accipiunt figuram et cavantur acuto ferro. Alnus quoque levis, demissa per Padum, innatat aquæ currenti : apes quoque abscondunt examina in cavis corticibus, et in sinu ilicis cariosæ. Quid pruduxerunt Bacchi munera, quod sit æqualiter laudandum ? Bacchus occasione etiam præbuit peccandi : ille morte affecit furiosos Centauros, et Rhætum, et Pholum, et Hylæum minantem Læpithis magno poculo. O felices agricolæ, si cognoscerent*

serto et ab aliis, librariorum fidibria apud Burm. At *Itureos* aliquot apud Pierium. Græci scriptores aediendi sunt, in quibus *'troupa'*, *carmen* in nonnullis ap. Pierium, Fabric., Goth. pr., sed est hoc interpretamentum *rou* *torquentur*, quod fere omnes scripti, Burmanno teste, habent. Mox v. 450 ante v. 449 in Goth. pr. erat positus.—451. *torquentem* Medic. a m. pr. *adnatat* ex Ed. Argent. notarat Reiskius, unde refingebat : *torrente unda levis adnatat alnus*.—452. *eragine* Medic. a m. pr.—453. *alvo* ab Medic. et aliis scribitur. vid. Burm.—454. *et quæ B.* ab aliis legi, in Servianis notatur.—455. *cupam* apud Lutat. ad Stat. uno loca, at altero *culpas*. v. Burm. *culpas* Parrhas. Goth. pr. unus Mead.—456. *Rhætum* scribi ex membranis plerisque notavit Heinsius. *Rhæcum* ex Callimacho (in Dian. 221) reponere volebat Pierius. *Rhæcum* gigantis nomen esse, *Rhætum* Centauri, statuerunt alii ; melius dixeris, nomina aut ponи promiscue aut confundi. In Latinis Hbris *Rhætum* constanter scribi, copiose docuit Bentlei. ad Horat. Carm. II, 19, 23. adde Intpp. ad Hygin. p. 5 Stav. *Centauros*, Græca flexione, ex aliquot vett. notavit Pierius.—457. *magna* Ed. Junt. *Hyleum*, *Hileum*, *Neum*, *Ylem*, *Leum*, scribitur. v. Propert. I, 1, 13. *Græcum* est *'λαιος*. *minacem* Menag. pr.,

## NOTE

vium, e Parthia ; juxta ceteros, e Syria : sagittandi arte memorabilis.

451 *Alnus Missa Pado*] *Alnus*, *alne*, nota arbor : *Padus*, *le Po*, nobilissimus Italie fluvius, de quo Ge. I. 482. Hic summitat pro quovis fluvio. *Pado*, pro, per *Padum* : ut, *It clamor caelo*, pro, *ad celum*. De *examinitibus* apum. Ecl. VII. 13. De *ītace*, arbore, *yeuse*, Ecl. I. 18.

456 *Centaures, &c.*] *Centauri* et *Læpitæ* vicini sunt populi Thessaliorum : hi *Pindum* et *Othrym*; illi *Pelion* mon-

tem incolentes. *Lapitharum rex Pírithous*, cum Hippodamiam uxorem duceret ; *Centauri*, sponsam ipso nuptiarum die rapere aggressi, a Theseo et Hercule amicis Pírithoi, ceterisque Læpitæ ingenti clade inter ipsa pocula affecti sunt. *Cestaurorum præcipios* commemorat Virgilius : *Rhætum*, *Pholum*, et *Hylæum*. Pro *Rhæto*, aliqui *Rhæcum* legunt : et vero sic apud Callimachum alioque legitur. *De craterem*, Ecl. V. 68.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,  
Agricolas! quibus ipsa, procul discordibus armis,  
Fundit humo facilem victimum justissima tellus. 460  
Si non ingentem foribus domus alta superbis  
Mane salutantum totis vomit ædibus undam;  
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,  
Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra;

*suum felicitatem: quibus terra ipsa aquiescere productum ex se victimum parabilem, longe a bellis discordibus. Si apud illos domus alta portis superbis non emitit ex totis ædibus magnam multitudinem hominum mane salutantium: si illi non appetunt limina variata pulchra testudine, et vestes distinctas auro, et æra Corinthia; si*

-----  
sed vid. Burm.—458. *bona si sua Franc. norunt Moret. pr.—462. vomat Medic. Pierii, Voss. et Moret. quart. et Schol. Cruqu. Horat. Carm. III. 18. Epod. II, quod esset elegantiæ oratoriæ; præter codices tamen, Schol. Statii Theb. I, 146 et Macrob. Sat. VI, 2, vulgatum tuentur. salutatæ Ven. notis Reg. Martini, sed vid. Notam nostram.—464. Inclusaque Medic. a m. pr., Romanus et al. ap. Pierium ac Martinum, cum Erf.; et sic in Servianis quosdam male legere notatur; a duobus que abest. Ephyraæ, Ephyrea, male alii. Est sane Ἔφυρα, Ἐφυρίος; sed et Ἐφύρειος, Ἐφύρηιος. Forte ad eum modum*

## NOTÆ

458 *O fortunatos, &c.] VII. PARIS et ultima: Diggessio de vita rustica felicitate. I. Ejus comoda præfert commodis urbanæ vita, v. 461. II. Proximam facit literarum et philosophiae studiis, v. 475. III. Præfert quibuslibet aliis hominum studiis, v. 495. IV. Hujus vitæ antiquitatem a primis Italiam colonis, primisque hominibus repetit, v. 532.*

462 *Mare salutantum, &c.] Mos apud Romanos, ut clientes magno numero patronos salutatum venirent prima luce. Undam exprimit multitudinem populi exstantis: dum alias alium, quasi fluctus fluctum tradit. Vomit, metaphora antiqui usus in eam rem: unde tomitoria dicebantur in amphitheatris aditus illi, per quos populus confertim ingrediens in sedilia sese effundebat.*

463 *Testudine postes] Portas intelligit, vel in testudinem, id est forniciem, arcuatas: vel tectas conchis testudinis Indicæ, in laminas sectis. De testudinibus, tortues, ita Plin. I. IX.*

10. ‘Testudines tantæ magnitudinis Indicum Mare emittit, ut singularum superficie habitabiles casas integrant: atque inter insulas Rubri præcipue Maris his navigabant cymbis. In mari conchyliis vivunt; tanta oris duritia, ut lapides communiant: in terra egressæ, in herbis parvunt ova, avium ovis similia, ad centena numero: eaque defossa extra aquas, incubant noctibus.’ Tum cap. II. ‘Testudinibus putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire, Corbilius Pollio instituit, prodigi et sagacis ad luxurie instrumenta ingeni.

464 *Illusasque auro vestes, &c.] ‘In quibus artifex ludens, auro aliqua depictavit,’ inquit Servius.*

*Ephyreiaque æra] Quinque syllabarum vox: apud Lucanum etiam quatuor, Ephyrea: I. vi. ‘Incedit castris Ephyreaque incenia servat’: id est Corinthia: Corinthus enim, Ephyra dicta est, ab Ephyra Nympha.*

Alba neque Assyrio fucatur lana veneno,  
Nec casia liquidi corruptitur usus olivi :  
At secura quies, et nescia fallere vita,  
Dives opum variarum ; at latis otia fundis,  
Speluncæ, vivique lacus ; at frigida Tempe,  
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni

465

470

*apud illos lana non tingitur Assyrio colore, et usus olei sinceri non depravatur casia.*  
*Tamen apud illos non deest quies tutæ, et vita nesciens decipere, afflens veris*  
*opibus : tamen otia in amplis fundis, et altra, et vivi lacus, et umbrati campi, et mu-*

\*\*\*\*\*

formatum dixeris τὰ Κύθηρα, Κυθήραιος, Κυθερίος.—465. *fucatur* quatuor ap. Burm. cum Erf. et tres apud Martinum, qui et in textum recepit. Sed ut v. seq. *corrumperit*, sic h. l. *fucatur*, cum accessione odiosæ notionis, quasi vitiatur, contaminatur. nec Goth. pr., ut in Servio aliquaque, etiam Romano. *lana Ven.*—466. *liquida* Goth. sec. *liquida oboea* Leid. laudat Burm. ad Samonic. de Medic. 961. conf. ad Ecl. v. 68.—467. *Ac Longob.* Sed Goth. sec. *vita Romanus*, alter *Mentel*. et *Menag.*, quod ferri posset, preferri alteri non potest.—468. ac in libris ap. Pier. et in Reg. Martin. *lectis* in odd. Macrob. Sat. vi. 2, quod Heinsio arridet. *At enim latas campos, agros, fundos* autem *latas* probando puto, etiam hoc sensu, ut sint patentes. et *lectis* duo ap. Burm. *lectis Gud.* a m. pr.—469. ac tres ap. Burm., duo apud Martin.

## NOTÆ

Urbs est Achaise, sita in medio Isthmi Peloponnesiaci, qui Corinthiacus ideo dicitur. Capta est et incensa, a L. Mummo consule. Æa porro Corinthium magno in pretio fuit, et ad vasa expetitum : cuius pretii causa haec affertur a Floro l. ii. 6. ‘Quantas opes et abstulerit et cremaverit hinc sciens : quod, quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus : nam et æris nota pretiosiorem ipsa opulentissime urbis fecit injurya : quia incendio perutis plurimis statuis atque simulacris, æris, euri, argenteique vene, in commune fluxere.’ Eri tamen huic fuisse pretium etiam ante Mumianum incendium, probat ex Homero Cerdanus, aliquis argumentis Germanus.

468 *Alba neque Assyrio, &c.*] Quadruplex est Syria divisio. Syria, Assyria, Cœlesyria, et Leucosyria : Phœnicia vero et Tyrus, sunt in Cœlesyria : in Phœnicia autem et circa Tyrum inventa est purpura primum c con-

chis expressa. *Venenum*, ut et φάρμακος Græcis, ambiguae significatio eius est : et significat quicquid naturam rerum immutat, in bonam malamque partem ; atque adeo et colores, quibus lana fucatur.

466 *Casia*] Casiam triplicem distinximus Ecl. ii. 49. De prima specie hand dubie hic intelligendus poëta : qua oleum ad majores delicias conditum fuisse puto, de la canelle.

469 *At frigida Tempe*] Tempe, pluralis numeri, ac neutrius gen. amoenissima vallis fuit in Thessalia : cincta montibus Ossa, Pelio, et Olympo : Peneo fluvio interfusa. Ab ea valle, multæ, amoenitate pareas, eo quoque nomine insignitæ sunt : sic in Sicilia posuit Ovid. Fast. iv. 476. ‘Heloria Tempe.’ Statius in Beotia, Theb. i. 486. ‘Theumeaia Tempe.’ Hic Virgilii amena quilibet loca intelligit. Nomen, a τέμπες lucis, fuisse ; quod Æoles deformarunt in τέμπες.

Non absunt; illic saltus ac lustra ferarum,  
Et patiens operum, exiguoque assueta, juventus;  
Sacra Deum, sanctique patres; extrema per illos  
Justitia excedens terris vestigia fecit.

Me vero primum dulces ante omnia Musæ,      475  
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,  
Accipiant; cœlique vias et sidera monstrant;  
Defectus Solis varios, Lunæque labores;  
Unde tremor terris; qua vi maria alta tumescant  
Objicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant;      480

*gitus boom, et dulces somni sub arbore, non desunt. Illic sunt sylva, et latibula ferarum, et juventus patiens in laboribus parvoque assueta, et ceremonia Deorum, et venerandi parentes. Justitia abiens e terra ultimo posuit pedem apud illos. Me vero teneant præ ceteris dulces Musæ, quarum fero res sacras, magno earum amore captus: et doceant me circulos cati, et sidera, et diversas eclipses Solis, et eclipses Luni: unde motus terre oriatur: qua virtute altum mare turgescat, superato alto;*

.....

et eterque Goth. et Medic. et Comm. Cruqu. ad Horat. Od. i, 31.—471. In antiquis edd. illi et illis legitur, et Non absint. illis etiam Cantabrig. illis Ven. nec et et lustra nonnulli.—472. At Leid. et Donat. ad Terent. Andr. i, 1, 48, ubi et parvoque, quod habent fere omnes scripti et editi eodem sensu. At exiguoque recepit Heinsius. Habent id Romanus, Medicens, Venetus, ed. Ven. et edd. Macrobi vi, 2. vid. Burm.—474. *vestigia fugit* Cantabrig., ut Æn. vi, 159.—475. *Me vero primum* malebat Reiskius, h. e. οἰκτὸν καὶ πλούτων τετράς, sibi addictum et proprium.—476. *percussus* omnes optimi et antiquissimi. Ante Heins. *percussum* prava paucorum librorum lectio obtinebat. vid. Heins.—478. *laboris* Mentel. a m. pr. Laudat versum Macrobi. de Somn. Scip. i, 15.—479. *tumescant* Longob. et Voss. pr.—480. *Obicibus* scribunt alii; et sic jam apud Gellium N. A. iv, 17. *resident* ed. Dan. et ant. edd. *resident* Mo-

#### NOTÆ

471 *Saltus ac lustra ferarum]* De saltibus, vide Ecl. vi. 56. De lustris, quæ sunt ferarum in sylvis cubilia, puto magis adhærendum Festo quam Servio. Festus derivat a lute: unde metaphorice lute dicuntur popina et lupanaria, ubi ventri ac desidios opera datur. Servius deducit ab umbra, quia loca illa parum illustrantur. Stat pro Festo Vossius in Etym.

474 *Justitia excedens]* Astræa, de qua Ecl. iv. 6.

475 *Musæ]* Profitetur se literarum studia preferre agriculturæ: si ta-

men his studiis minus se idoneam sentiret, ad hoc alterum vite genus abiturum. Musæ Non hic solius carminis præsides: sed literarum omnium, earum præcipue quæ ad coelestia pertinent, quibus præbeat Urenia.

476 *Quarum sacra fero]* Poëtae Musarum se sacerdotes appellant. Ita Horat. Od. I. iii. 1. ‘carmina non prius Audita, Musarum sacerdos, Virginibus puerisque canto.’ Sacerdotum est sacra ferre, administrare, ac ducere.

Quid tantum Oceano properent se tingere Soles  
 Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.  
 Sin, has ne possim naturæ accedere partes,  
 Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis :      485  
 Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes ;  
 Flumina amem sylvasque inglorius. O, ubi campi,  
 Spercheusque, et virginibus bacchata Lacænis  
 Taygeta ! o, qui me gelidis in vallibus Hæmi  
 Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra !  
 Felix, qui potuit rerum cognoscere causas ;      490

*ac deinde in scipsum recurrat : qua de causa Sol hyemalis ita properet se lavare aquis Oceani : vel quæ mora differat noctes æstivas. Si vero sanguis frigidus circumfusus cordi impedit, quominus possim penetrare hæc secreta naturæ ; placent miki rura, et flurii decurrentes in vallibus : amarem flutios et sylvas, sine ulla alia gloria. O ubi sunt campi, et Sperchius flavius, et mons Taygetus frequentatus a puellis Laconicis ! o, quis me transferat in valles gelidas Hæmi montis, et operiat me*

reti pr.—481. properant ed. Junt. intingere Goth. sec.—483. non quatuor ap. Burm. non possum Goth. sec.—486. rigidus Rom. Pierli.—486. O ubi *Tempe* conjectura plurium doctorum virorum apud Burm., at ea v. 469 jam memorata, et vid. Notas.—487. *Spercheusque* dictum ut Ἀλφειός, Alpheus, Πηνειός, Peneus, sic Σπέρχειός, Spercheus. Heinsius reposuit, e Mediceo; in quatuor *Spercheus*. Alii *Sperchiisque*, *Sperchios* et, *Sperchiisque*, hoc quidem in vulgg. edd. v. Heins. h. l. et ad Ovid. Met. 1, 579.—488.

## NOTÆ

481 *Quid tantum Oceano, &c.]* Hymen et æstatem significat : et sensus est : Quæ causa sit, cur dies hyberni tam sint in occasus præcipites : et quæ mora noctes æstivas differat, ac retardet. *Soles* dixit, pro dies, pluri numero : quemadmodum Ge. 1. 66. ‘ Pulverulenta coquat maturis Solidibus æstas.’

484 *Frigidus obstiterit, &c.]* ‘ Secundum physicos, qui dicunt stultos homines esse frigidioris sanguinis ; prudentes, calidi. Unde et senes, in quibus jam friget ; et pueri, in quibus secundum calet, minus sapiunt.’ Ita Servius. *Præcordia* proprie sunt membranae cordi prætense : Græci vocant διδφαρυα. Supra præcordia sunt pulmones, et cor, infra jecur et lien. Sæpe tamen sumuntur pro ex-

tis omnibus, hic et alibi præcipue pro corde, sæpe pro ipso animo.

487 *Spercheusque, &c.]* *Spercheus*, Thessaliæ fluvius, e Pindo monte, in Maliacum sinum rapide fluens : hodie *Agiromela*. *Taygetus*, plural. *Taygeta*, mons Laconiæ, Sparte et Amyclis imminens, venatione et Bacchi orgis celebris : unde *Virginibus bacchata Lacænis*: id est, frequentata a Laconiæ mulieribus, quæ illic Bacchantium cultu interdum ludebant. *Hemus*, mons Thraciæ, de quo Ge. 1. 492.

490 *Felix qui, &c.]* Videntur hi versus geminam philosophie partem distinguere : primus *physicam*, sive *naturalem*, quæ rerum causas investigat : alii *ethicam*, sive *moralē*, quæ tota est in temperandis hominum mortibus, et consecranda beatitate : bea-

Atque metus omnes et inexorabile fatum  
 Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari !  
 Fortunatus et ille, Deos qui novit agrestes,  
 Panaque Sylvanumque senem Nymphasque sorores !  
 Illum non populi fasces, non purpura regum,  
 Flexit, et infidos agitans discordia fratres ;  
 Aut conjurato descendens Dacus ab Istro ;

495

*magna umbra ramorum. Felix ille est, qui potuit discere causas rerum, et qui posuit sub pedibus omnia timorem et tumulum Acherontis avari. Sed felix quoque est ille, qui colit Deos rusticos, et Pana, et senem Sylvanum, et Nymphas sorores. Ille non motetur, nec fascibus populi, nec purpura regum, nec dissensione quaerat infidos fratres, nec Daco, qui descendit a Danubio conjurato; nec negotiis Romanorum, nec regnis*

*gelidis convallis Medic. et unus Mead, forte, gelidi, inquit Heins.—491. inuctabili fatum Romanus Pierii, ex Æn. VIII, 334 scilicet.—492. strepitusque Reg. et unus Mead. Acher. aevni Erf. a m. pr.—494. Sylvarumque senem ed. Ven.—496. incidia fratres Moret. sec., e glossemate rov discordia.—497. Et Acron ad Horat. Od. I. 35. III, 6. discedens multi, vide Burm.*

## NOTÆ

titas autem in voluptate a plerisque veterum constituebatur: nocet porro voluptati metus fati et inferorum.

493 *Acherontis avari] Acheron, inferorum fluvius de quo Æn. vi. 323. Avarus dicitur, quia inferi rapiunt omnia.*

493 *Deos agrestes, Panaque, &c.] De Diis agrestibus, Ecl. vi. in notis ad argum. De Pane, Ecl. ii. 31. De Sylvano, Ecl. x. 24. De Nymphis sororibus, puta Dryadibus aut Napeis, &c. Ecl. ii. 46.*

495 *Non populi fasces, non, &c.] Neque movet Romanorum honoribus: neque barbarorum regum. Romanos honores, per fasces; barbaros, per purpuras regum significat. Fasces, erant fasciculi virgarum, quibus erat obligata securis, ita ut ferrum in summo extaret: insignia fuere magistratum apud Romanos. Dicuntur fasces populi, quia populi suffragii magistratus eligebantur in comitiis. Fasces habebat Dictator xxiv. Consul xii.*

Prætores provinciales vi. Prætores urbani ii. Præferebantur a lictoriis, quorum nomen a ligando: quia reos ligabant, feriebantque virgis e fasce detracitis.

497 *Dacus ab Istro] Daci, nunc Transylvani, Moldavi, et Valachi, olim feræ gentes et Romanis infestæ, intra Carpatum montem, a septentrione; Istrum fluvium, a meridie: ad usque Istri ostia porrectæ. Ister sive Danubius, fluvius Europæ maximus. Oriatur ex Abnoba monte in comitatu Bar, prope Villingam oppidum Sueviæ; deinde auctus flaviis 60. navigabilibus, in Pontum Euxinum influit ostiis sex, quorum duo tantum jam navigabilia sunt, ceteris arena clausis. Danubius olim vocatus ab ortu, ad usque Axiopolim urbem Mysiac; quo loco Ister appellabatur: unde proprie Ister a Virgilio hic dicitur: et Dacus usurpatur pro quolibet hoste barbaro Romani imperii, cuius olim terminus ab ea parte Ister fuit.*

Non res Romanæ, perituraque regna; neque ille,  
Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.  
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura                       500  
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea jura,  
Insanumque forum, aut populi tabularia videntur.  
Sollicitant alii remis freta cæca, ruuntque  
In ferrum, penetrant aulas et limina regum;  
Hic petit excidiis urbem miserosque Penates,                       505  
Ut gemma bibat, et Sarrano indormiat ostro;

*perituræ: neque ille aut cum angore misericordiæ pauperis, aut invidet divitiæ. Colligit  
fructus, quos rami, quos agri ipsi volentes ultra producunt: nec cognoscit leges duras,  
et tumultuosum forum, aut tabularia populi. Alii agitant remis mare profundum, et  
current ad militiam: pervadunt in aulas et domos regum. Hic intentat ruinam urbi  
et miseria dominibus, ut bibat in poculo gemmeo, et dormiat in purpura Tyria: aliis*

-----

*Deci montibus i[n]siderent Florus iv, 12, 18.—498. res Comanae Reiskius emenda-  
bat, id est, Armenæ vel Parthicæ; cum indignum poëta, et quidem Romano,  
sit, rempublicam Romanam peritura regna appellare. conf. Notam nostram.  
Simile fere acumen argutantis Grammatici est apud Rufinian. de schem. Dian.  
pag. 267, qui locum inter eas figuræ refert, cum dicere manifeste parum tutum  
est: noluisse adeo Virgilium dicere: Non res Romanæ peritura. Argutantis  
Grammatici acumen.—499. miserans aut non invidet Zulich., ex interpolatione.  
—500. valentia Ven.—501. carpit Macrobi. Sat. vi, 1. rura Romanus.—  
502. insanumque Rom. trudit Vratiel.—503. freta rauca Leid.—504. penetrantque Menag. a m. sec.—505. patroisque Penates Parrhas.—506. indormiat Heins.,  
ex uno Mediceo, in quo tamen et ipso a sec. manu in notatum punctis. dor-*

## NOTE

498 *Non res, &c.]* Opponit Roma-  
num imperium regnis ceteris; que  
vocat peritura, ut Romanam æternita-  
tem notet.

499 *Aut doluit miserans, &c.]* Loqui-  
tur e Stoïcorum sententia, qui motus  
omnes animi atque affectus, veluti  
morbos et vitia, ex homine sublatos  
volebant ad bene beateque viven-  
dum. Ac speciatim patet misericor-  
diam excludi a Seneca ex animo  
sapientis, lib. ii. de Clement. c. v.  
'Quemadmodum religio Deos colit,  
superstitio violat: ita clementiam  
mansuetudinemque omnes boni pre-  
stabunt, misericordiam autem vita-  
bunt. Est enim vitium pusilli ani-  
mi, ad speciem alienorum malorum  
succidentis: itaque pessimo cuique  
familiarissima est.'

502 *Populi tabularis] Tabularium*  
Romæ locus fuit, in quo publica om-  
nia instrumenta de praediis, vectigali-  
bus, portoriis, redditibusque aliis  
publicis, servabantur in tabulis. Erat  
autem in atrio Libertatis. Livius, l.  
XLIII. 'Censores ex templo in atrium  
Libertatis ascenderunt, et ibi signatis  
tabellis publicis, clausoque tabulario,  
et dimissis servis publicis, negarunt  
se prius quicquam negotii publici  
gesturos, quam judicium populi de se  
factum esset.'

505 *Hic petit, &c.]* Eos carpit, qui  
opes e domitarum urbium ruinis  
colligunt. De Penatibus Æn. II.  
717.

506 *Sarrano indormiat ostro, &c.]*  
Purpura que fit e sanie ostrei sive con-  
chylii, qui sarex appellatur, Phœni-

Condit opes alius, defossoque incubat auro.  
 Hic stupet attonitus Rostris; hunc plausus hiantem  
 Per cuneos geminatus enim plebisque patrumque  
 Corripuit. Gaudent perfusi sanguine fratrum,  
 Exilioque domos et dulcia limina mutant,  
 Atque alio patriam quærunt sub Sole jacentem.  
 Agricola incurvo terram dimovit arato:

510

*occultat dñtias, et incubat auro defosso: aliis obstupecat mirabundus ad Rostra: aliis percellit hiantem plausus plebis et senatorum in theatro, nam iteratur: aliis gaudent tincti sanguine fratrum, et relictis domibus et gratis liminibus abeunt in exilium, et querunt patriam suppositam alii Soli. Agricola autem vertit terram*

miat vulgo omnes. Porro *Serano, Sarano, Serrano*, vitiōse scribitur.—508. hic plausus Medic. a m. pr.—509. *geminatus* ex omnibus scriptis Heimius reposuit. Sic et Pierii et Martini libri cum antiquis edd. Vulgate tamen edd. præter unam Egnatianam *geminatur* aut *geminantur* habebant. Illa *geminatus* enim, in parenthesis posita inde ab Elzevirianis, illustrare sibi videtur Heinsius ad *Æn.* x, 874, mihi tamen nondum satisfacit, nec ipse mihi satisfacio. Minus tamen putidus versus ad meum sensum est, si intra parenthesin aut totum, nt Aldi. pr. et sec., ut sit: *hunc plausus hiantem (Per cuneos—patrumque) Corripuit*; aut verba *geminatus enim plebisque patrumque*, cum Ald. sec. et hinc ceteris, recipias. Friget tamen utrumque, multoque magis, si *geminatus* ad *plebem* et *patres* referas. Inimo vero est, repetitus, iteratus. Servius enim retraxit; ut sit: *Corripuit enim hunc geminatus*. Atqui hoc repugnat sermonis genio. Melius esset dicere, enim esse pro *ð* *yāp*, asseverative positum: ut *Æn.* ii, 100 *Nec requievit enim. VIII, 84 Quam pius Æneas tibi enim, tibi, maxima Juno, Mactat.* Potuisset poëta facile asperitatem hanc emollire: *geminante manu*.—510. *Corripit: hi gaudent* emendat Marklandus ad Statii Sylv. III, 2, 61, non quod in præterito tempore offendebatur, ut Burmannus putabat, sed quod non sunt, ad quos referas *ad gaudent*. Nec tamen *alii* subjcere post superiora a versu inde 503 adeo durum est. Ipse Burmannus *Corripit* conjectabat; minus feliciter. *sanguine patrum* ed. Norimb.—511. *domus duo apud Burm.* et uterque Goth. *lumina Zulich*.—513. *terram molitus aratro* Mediceus et Co-

## NOTÆ

cum lingua *Sar*: unde *Tyrus*, *nrb*s *Phœnicie*, horum piscatu celebris, dicta est prius *Sarra*; et color purpureus, *Sarranus* et *Tyrias*. Distinguunt tamen plerique pupuram pisca, sive ostreum, a murice: hæc tamen a poëtis vulgo promiscue usurpantur. Purpura alia rubra, alia violacea, alia dibapha, id est bis tincta, a *ð* *bis*, et *bērra* tingo.

508 *Hic stupet attonitus Rostris, &c.*] Notat studium audiendi oratores, vel orandi e suggestibus, quæ *Rostra* dicebantur. Nam ex Lívio I. VIII. cum *Delpb.* et *Var. Clas.*

Virg.

*Astiates*, gens Latii maritima, cuius caput *Antium*, victi a Romanis et classe spoliati essent, naves eorum partim in navalia subductæ, partim incensæ sunt: servatisqne rostris, id est, eminentibus illis prore partibus, quæ ferro aut ære armabantur; plauçuit in foro suggestum ex iis adornari, unde cum populo ageretur.

509 *Per cuneos geminatus enim, &c.*] Notat studium spectaculorum: in quibus plausus, non a sola plebe, sed etiam a senatoribus ipsis dabatur et sic geminabatur. *Cunei sedilia sunt*

8

Hinc anni labor; hinc patriam parvosquo nepotes  
Sustinet; hinc armenta boum, meritosque juvencos; 515  
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,  
Aut foetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi;  
Proventunque oneret sulcos, atque horrea vincat.  
Venis hyems: teritur Sicyonia bacca trapetis;  
Glande sues læti redeunt; dant arbuta sylvæ; 520

*curvo erastro: inde est labor anni; inde alit patriam et parvos nepotes; inde alit armenta boum, et juvencos, qui id labore meruerunt. Nec cessat, donec annus abundet, vel pomis, vel foetu pecudum, vel manipulis spicarum Cerealium: et oneret sulcos proventu, et superet horrea. Postquam hyems venit, oliva Sicyonia premitur torcularibus: redeunt porci saginati glandibus: sylva præbent poma sylvestria: et autumn-*

lot. Ursini; forte ex Ge. 1, 494. *glebam* ms. ap. Voss. a pr. m. demovit Leid. et Rottend.—514. *parvosque Penates* Medicus, quod impense placebat Heinso; dummodo non v. 505 *miserosque penates* antecessisset. Malim alioqui et ipse: *patriam* (adeoque publicum) *parvosque Penates*; satis recte dici potest agricola, tueri et alere domum ac familiam. Et inf. iv, 155 *Et patriam solæ et certos novere penates.* Add. Ciris 418 et alii. Sane permittantur fere *penates* et *nepotes* in libris: vid. Markland. ad Statii Sylv. 1, 2, 146, qui etiam *penates* præfert: sed parum gravi de causa: “quare enim poëta *nepotes* potius quam *liberos* memoraret?” Atqui memorat tanquam poëta, cui liberum est et esse debet, ita permittare; alioqui concidit tota poëtica. Burmannus præfert *nepotes*, ne bis idem dicat poëta, *patriam* et *penates*: qui metns utique vanus esset; nam *patria* nequaquam ad tugurium ipsum revocari potest, sed totum rus, vicum et agros, complecti debet, ut Ecl. 1, 3. 4. 68. *Patriam* de pago Romani non dixere. Eqnidem fateor me ad hoc hærente, quod *patriam* ex anno labore sustinere dicitur agricola; vix enim hoc aliter fieri potest quam conferendo in publicum et militia ex delectu. Atqui hoc alterum non ex agro petitur, prius non est Romanum, illa saltem tempore; *Vectigalia* apud Horat. III, 15, 40 redditus sunt ex agro, non tributa. Malim utique *patriam parvosque nepotes* scriptum esse; et potest *patriam* ex versu superiore 512 repetitum videri. Enimvero non agitur de eo, quid in votis habeamus, sed quid scriptum esse a Marone probabile sit: et hic fateor nihil posse ad liquidum perducere. Idem Marklandus malebat: *Hic anni labor;* et sic Gud. pro var. lect.—516. *qui* et Menag. alter. *exuberat* Menag. quart.—517. *et Cerealis* Menag. alter.—518. *Proventunque* Goth. pr.; ferrem, si *Proventus* esset. *aut horrea* Medic. a m. pr. et Zulich. *oneret cellas* conj. Jo. Schrader. Fatendum tamen. si severius cum poëta agas, totum versum otiosum esse post antecedentia.—520. *redeunt læti Rufinian.* de Schem. Lex. p. 230. *ardua* Gud. pro var. lect.

## NOTÆ

theatrorum, de quibus supra, v. 281.

517 *Cerealis mergite culmi]* *Hæc merges*, Virgilio videtur esse manipulus spicarum, ut explicat Servius. Plinio tamen l. XVIII. 30. videtur esse furca colligendis apta manipulis: qua significacione dicitur etiam *merga*, *æ*,

a Columella, et Festo.

519 *Sicyonia bacca trapetis]* *Sicyon*, urbs Achæiæ proprie dictæ, non longe ab Isthmo Peloponnesiaco, ferox oleis. *Trapes*, sive *trapetum*, mola est, sive torcular olei.

520 *Arbuta]* Proprie sunt fructus *arbuti*, *arboris*, *arboisier*, de qua Ecl.

- Et varios ponit foetus autumibus; et alte  
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.  
Interea dulces pendent circum oscula nati;  
Casta pudicitiam servat domus; ubera vaccæ  
Lactea demittunt; pinguesque in gramine lœto      525  
Inter se adversis lactantur cornibus hædi.  
Ipse dies agitat festos; fususque per herbam,  
Ignis ubi in medio, et socii cratera coronant,  
Te, libans, Lenæe, vocat; pecorisque magistris  
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo;      530  
Corporaque agresti nudant prædura palæstra.

*nus suppeditat varios fructus: et alte racemi dulces cogitantur in apertis collibus. Interea dulces nati pendent circa ora: casta domus servat pudicitiam: vaccæ demittunt mammas plenas lacte: et pingues hædi in herba fertili certant invicem oppositis cornibus. Ipse agricola celebrat dies festos: et stratus in herba, ubi ignis est in medio, et ubi socii implent pocula, te invocat, o Bacche, vinum effundens tibi: et proponit custodibus gregis certamina celeris jaculi in ulmo, et nudat robusta eorum*

.....

—521. *ponit fructus Erf.* —523. *pendent dulces ante Heins.*, sed *dulces pendent omnes fere scripti, etiam Pierii.* —525. *dimitunt nonnulli*: duo omittunt que cum uno Mead. —527. *festos Ven.* *fususque Gud.* et Goth. sec. —528. *ingenio pro in medio Medicus*; forte *ignis ubi Genio*, inquit Burmannus, id est, ara ipsi posita. Malim *ignis ubi, Genio et socii, c. c., b.* in honorem Genii. Sed ludibrium librarii esse puto. —529. *Leneaque Voss.* Erat scilicet in alio *Lenæa*, ut in Medic. a pr. m. —531. *nudant Burm.* recepit, et sic sane Romanns, aliisque vetusti Pierii, et prestantiores Heinsii ac Burm. *nudat* tamen quod *vulgo editur*, excepta Egnatiana recensione, Medicus cum fragm. Moret. et parte librorum Martini exhibet; et videtur hæc ratio exquisitor esse, si paternifamilias *nudat membra*, dum proponit certamen et auctor est *nudandi mem-*

#### NOTÆ

III. 82. Hic forte pro baccis omnibus sylvestribus usurpantur.

523 *Mitis in apricis, &c.*] Maturessit Solia ardore. De loco *apricis*, id est, Soli exposito, vide Ecl. IX. 49.

523 *Circum oscula*] Circa os pendent, ab ore pendent. *Osculum enim, non semper basium;* sed magis proprie ipsum *os* significat. En. I. 260.

528 *Cratera coronant*] Non coronant floribus, sed vino: quod ad sum-

*mam usque poculi oram, ac veluti coronam, infunditur. Docet Atheneus l. xv. ex Aristotele. ‘Οτι οδὸν καλοβή προσφέρομεν πρὸς τὸν θεόν, ἀλλὰ τέλαια, &c. ‘Nihil mutum esse offerendum Diis, sed integra et perfecta: plenum vero perfectum est: coronare autem, plenitudinem quantum significat.’ Citatque Homerum: Κύροι δὲ κρητῆρας ἐπιστέφαντο ποτοῖο. ‘Juvenes vero crateras coronaverunt potu.’*

521 *Palæstra*] *Lucta:* Græca vox

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini;  
 Hanc Remus et frater; sic fortis Etruria crevit;  
 Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma,  
 Septemque una sibi muro circumdedit arces.

585

Ante etiam sceptrum Dictæ regis, et ante  
 Impia quam cæsis gens est epulata juvencis,  
 Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.  
 Necdum etiam audierant inflari classica, necdum  
 Impositos duris crepitare incudibus enses.

540

*corpora ad luctam rusticam. Sic instituerunt vitam olim antiqui Sabini, sic Remus, et frater ejus Romulus: sic crevit generosa Tuscia: atque adeo Roma evasit pulcherrima mundi, et una circumcinxit sibi muri septem montes. Aureus quoque Saturnus ducebat hanc vitam in terris, ante imperium Jovis Cretensis, et antequam accelerati homines vescerentur occisia bobus. Nondum etiam homines audierant inflari tubas, nondum gladios sonare impositos duris incudibus. Sed nos decurrimus*

bra. Sed in his librorum auctoritatibus non refragor. *perdura Medic. a m. pr. nudat palestræ idem cum fragm. Moret., quod Heinilio placebat. Verba, ut nunc edita sunt, diserte recitat Lintat. ad Stat. Theb. vi, 827.—582. Tangit locum Schol. Persii Sat. i, 87, quanquam mendose. vitam veteres Moret. et Parrh. volvunt Ven.—584. Malim jungere: Sic fortis Etruria crevit Scilicet, et rerum.—585. Idem versus En. vi, 786. septem qua una Ed. Junct. et aliae.—586. Antea Gud.—540. Impositis duris Medic. a m. pr.—542. spumantia Rom.*

## NOTE

ταλαιότη· radix τιλλε agito, propter corporis in ea agitationem.

582 *Sabini]* Romæ vicini, Apennini jugis circumvallati: quorum fœminas in ludis Romani rapuerunt.

583 *Hanc Remus et frater, &c.]* Remus et Romulus, fratres Romæ conditores, Ilias et Martis filii: de iis En. VIII. 680.

*Sic fortis Etruria]* Tuscia a Latio, per Tiberim, divisa: En. VIII. 479. et x. 164.

585 *Septemque..... muro circumdedit arces]* Arces, vel loca munita sunt; vel potius, montes, rupes: ut Ge. iv. 461. *Flerunt Rhodopeia arces.* Et vero arx probabilius derivatur ab ἄκρη, cacumen, vertex: quanquam in epte Solinus derivat ab Arcadibus, qui

primi in excelsa parte montis habitabant; Varro ab arcendo, Servius ab arcano. Porro septem Romæ colles inclusi muro fuere: Palatinus, nunc palazzo maggiore; Quirinalis, monte cavallo; Collinus, monte di S. Giovanni Laterano; Capitolinus, Campidoglio; Aventinus, monte di S. Sabina; Esquilinus; monte di S. Maria maggiore; Viminalis denique; quibus septem, additi deinceps fuerunt Janiculus collis, Montorio; et Vaticanus.

586 *Dictæ regis, et ante Impia quam, &c.]* Antequam regnaret Jupiter, qui educatus est in Dictæ monte, Crete insulæ, Ge. iv. 152. Id est, aurea ætate; cum homines nondum animalium carne, sed solis terræ fructibus vescerentur. *De Saturno, et aurea ætate,* Ecl. iv. 6.

Sed nos immensum spatiis confecimus æquor;  
Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

*campum immensum longitudine; et jam tempus est liberare jugo fumantia colla equorum.*

et aliquot alii Pierii, item Parrhas. Eadem varietas ap. Quinctil. viii, 6, ubi versus laudatur. At *fumantia* melius hoc quidem loco; et exhibent Charisius et Beda de tropis S. 8.

#### NOTÆ

541 *Sed nos, &c.]* Hunc librum, ut petita. *Æquor*, hic est campus. *Æn.* et priores, allegoria terminat ab equis II. 780.

# G E O R G I C O N

AD

## C. CILNIUM MÆCENATEM

## LIBER III.

---

### ARGUMENTUM.

**E**XORDIUM tria continet: invocationem Deorum, qui pabulo et pecorum pastioni præsident: deinde laudes Octavianii: denique invitationem Mæcenatis, cuius jussu suscep-tum id operis fuisse, rursus testatur. Sequuntur præcep-tiones de cultura pecorum, quatuor in partes distinctæ. I. Agit de bobus et equis. II. De ovibus et capris. III. De canibus. IV. De rebus pecori infestis; nempe serpentibus, scabie, febri, ac peste: quæ pestis descriptio epilogi locum obtinet. Sparsæ sunt præterea toto libro fusiōres, oblecta-tionis causa, descriptiones; quasi quædam diverticula. Ta-lis est descriptio cursus equestris, v. 103. Asili sive cestri, v. 147. Taurorum amantium, v. 217. Furiarum amoris, 242. Scythicæ hyemis, v. 349.

**T**e quoque, magna Pales, et te memorande canemus  
Pastor ab Amphryso; vos, sylvæ amnesque Lycæi.  
Cetera, quæ vacuas tenuissent carmine mentes,  
Omnia jam vulgata: quis aut Eurysthea durum,  
Aut illaudati nescit Busiridis aras? 5  
Cui non dictus Hylas puer? et Latonia Delos?

*Te etiam cantabo, o magna Pales; et te, o pastor memorabilis ob Amphrysum; et vos, o sylvae, et flumina Lycae. Cetera omnia argumenta, quæ delectare possent animos otiosos, jam pertractata sunt. Quis nescit, aut Eurystheum severum, aut altaria infamis Busiridis? Cui non dictus est Hylas puer, et Delos Latonia, et*

-----  
2. *Amphreos Medic.* *Amphryeo Romanus;* at *Amphryeo* fragm. Vatic. Variant eodem modo codd. in Callimacho et al. Tuetur simplicem literam Brunck. ad Apollon. Alii *Amphrieo*, *Amphrisio*, ut Goth. Mox *Lycæi* recte omnes scribunt, ut ap. Pausaniam aliquos Graecos scriptores; ubique occurrit: *τὸς Λύκαιον*. Male confunditur alibi *τὸς Λύκαιον* Athenarum: ut sup. i. 16.—3. *Carmine* Burmannus reposuit, ut erat in nonnullis Pierii; in fragm. Vatic. Medic. et aliis *carmina*, quod vulgo editur. Proclivior lapsus in hoc ex illo, quam vice versa; *mentis* idem scriptis ex Rottend. tert. pro *mentes*.—4. *vulgata* idem ex Gnd. et Mental. tert. *sunt vulgata* Parrhas. Bodleii. et unus Mead.—5. *Busiridis arces* Medic. a m. pr. *illanderi* Goth. pr.—6. *Quo*

## NOTÆ

1 *Te quoque, magna Pales]* Dea pastorum et pabuli, cui, sacra lacte fiebant: et festa celebrabantur *Pallia*, 12 Kal. Maii: quo die Romulus urbem fundavit.

2 *Pastor ab Amphryso]* *Amphryesus*, fluvius Thessalie, ubi Apollo greges pavit Admeti regis: vel ipsius regis amore captus, juxta Callimachum in hymno; vel juxta alios, eidem addic-tus in servitutem a Jove, propter interfectos Cyclopas, qui fulmina Jovi fabricaverant, ad occidendum, vel Phæthona, vel Æsculapium, utrumque filium Apollinis. Ideo dicitur *memorandus ab Amphryso*: id est, ob Amphrysum: quia ob operam, ejus in ripis Admeto exhibitam, dictus est *Apollo Nomius*, a *ρομή* *pascuum*.

*Sylæ amnesque Lycæi]* Loca quælibet pascuæ abundantia: quales sunt in Arcadia sylæ amnesque *Lycæi* montis. Ecl. x. 15.

4 *Eurysthea]* Mycenarum regem: Junonis odio obsequens, Herculem, oraculi jussu sibi subditum, difficilimis periculis objecit: e quibus evasit vitor. De *Hercule* Æn. viii. 287.

5 *Illaudati Busiridis aras]* Regis Ægypti, qui cum hospites ad aras immolarebant, ad eas ipsas cum Amphidamante filio et ministris occisus est ab Hercule, cui struebat easdem insidias. *Illaudati*] Illaudabilis, in quo nihil est laude dignum, ac proinde summa sunt omnia vitia. Sic vulgo *iacitus*, sumitur pro *incircibili*, quod non est in usu, ut notat Turneb. l. iv. 17. Videturque Virgilii carpere Isocratem, Graecum oratorem, qui scripsit, quam adhuc habemus, laudationem Busiridis.

6 *Hylas.....Latonia Delos]* *Hylas*, puer dilectus Herculi: Ecl. vi. 43. *Latona*, Coxi Titanis filia, a Jove compressa. Ecl. iii. 67. *Delos*, in-

Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno,  
 Acer equis? Tentanda via est, qua me quoque possim  
 Tollere humo, victorque virum volitare per ora.  
 Primus ego in patriam mecum, modo vita supersit,      10  
 Aonio rediens deducam vertice Musas;  
 Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas;

*Hippodame, et Pelope notabilis humero eburneo, ac peritus artis equestris? Tentanda est mihi via, qua possim attollere me etiam e terra, et victor volare per ora hominum. Ego primus rediens e Bœotia montibus deducam mecum Musas in patriam, dummodo vita duret mihi. Primus reportabo tibi palmas Idumæas, o Mantua: et ædificabo*

.....

in Pierianis: ut Ecl. iv. 62. Et sic fragm. Vatic.—8. est abest a Toll. *fus-  
danda via est* Ed. Ven.—10. *superstes* eadem Ed. Ven.—11. *veniens* Menag. pr.  
*residens* Rottend. alter, perpetua permutatione cum *rediens*.—12. *Idumæas, Idy-  
meas, Hydumæas*, ut mox *Mintius* scribitur. *Primus* et *Idumæas*, Reg. Martin.

#### NOTÆ

sula maris Ægei, ubi Latona Dianam  
 et Apollinem enixa est. *Æn.* III. 74.

7 *Hippodameque*] Vel Hippodamia, filia Cœnoma regis Elidis et Pisarum: qui cum ex oraculo se a genero occidendum esse accepisset: equis confusus velocissimis, qui ex ventorum flatu creati erant, curule certamen filie procis proposuit, ea lege; ut qui vinceret, filiam obtineret; qui vincetur, mortem subiret. Igitur tredecim victis et occisis, Pelopa Myrtillum Cœnoma aurigam pretio corruptit, ut curru fragilem axem subjungeret, aut obicem axi non adjiceret. Quo pacto Cœnoma e curru concidit, membrisque casu collisis mortuus est. Pelops Hippodamia potitus, Myrtillum perfidie mercedem contumeliosus exigentem, in Ægæum mare precipitem dedit, cuius illa pars ideo *Myrtium* mare dicta est. *Pelopis* pater Tantalus fuit, Phrygia rex: qui cum Deos exceperisset hospitio, eorumque numen explorare vellet, suum hunc filium iis epulandum dedit; a cuius esu ceteri abstinuerunt, excepta Cerere, quæ humerum ejus absunxit. Jupiter eum suscitavit, hume-

rumque ei restituit eburneum: Tantalus ob id scelus perpetua siti ac fame in inferis cruciatus fingitur, praesentibus epulis coactus abstinere. Pelops deinde non Elide tantum, sed tota peninsula potitus, eam suo nomine *Peloponnesum* vocavit.

10 *Primus ego in patriam, &c.*] Certe hanc laudem prius dederat Ennio Lucret. I. i. 117. ‘Ennius ut noster cecinit, qui primus ameno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam, per gentes Italas,’ &c. Igitur non significat Virgilius se primum omnium Græcas Musas deducturum in Italiam, sed in agrum Mantuanum.

11 *Aonio tertice*] Helicone, monte Bœotiae, quæ Aonia prius dicta est. Ecl. vi. 66. De *Musis* Ecl. III. 60.

12 *Primus Idumæas, &c.*] Id est, nobiles palmas: quales nascuntur in *Idume*, sive *Idumæa*, Syriæ regione, ab *Edom*, filio Esäü, sic dicta. Attinagit morem victorum Olympicis ludis: qui sua præmia referebant patrias in civitates; in quas triumphali pompa invehabantur, fruebanturque deinceps vectigalibus totam in vitam e republica constituta.

Et viridi in campo templum de marmore ponam  
 Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat  
 Mincius et tenera prætexit arundine ripas. 15  
 In medio mihi Cæsar erit, tempkumque tenebit.  
 Illi victor ego, et Tyrio conspectus in ostro,  
 Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.  
 Cuncta mihi, Alpheum linquens lucosque Molorchi,  
 Cursibus et crudo decernet Græcia cestu. 20

*in campo viridi templum e marmore juxta aquam, ubi magnus Mincius errat lentis  
 flexibus, et tegit marginem riparum tenera arundine. In medio templo mihi erit  
 Cæsar, et templum occupabit. Eius in honorem ego victor, et spectabilis purpura Ty-  
 ria, impellan juxta fluvium centum currus actos quatuor equis. Omnis Græcia  
 retinquens Alpheum, et sylvas Molorchi, meo jussu certabit cursu, et duro cestu.*

\*\*\*\*\*

*Est Ἰλούμην, Ἰθουμαῖος.—17. Illi, quod ubique editur, tuetur Medic. cum aliis, h. in Cæsaris honorem. At Illic Romanus, Medic. cum aliis antiquissimis Pierii. Sic in Franc. in Cantabrig. et Arundel, h. e. ad templum. Porro et abest a Franc.—20. duro—cestu Romanus Pierii. Sed crudo melius, e crudo corio. En. v. 69. decernet firmavit Heins. vetustiorum librorum auctoritate; inter quos fragm. Vatic. Sic quoque pars Pierianorum cum edd. inde ab Aldd.*

#### NOTÆ

15 *Mincius]* Fluvius Mantuan al-  
 luens, *Menzo*, Ecl. VII. 18.

16 *In medio, &c.]* Promittit multa,  
 in honorem Octaviani. I. *Templo.*  
 II. *Ledes Olympicas, et Nemeas*, Gre-  
 co more. III. *Supplicationes cum Deo-  
 rum statuis.* IV. *Sacrificia.* V. *Ludos  
 theatrales.* VI. *Trophæa, imagines et  
 statues.*

17 *Victor ego, et Tyrio, &c.]* Victor  
 poëtarum omnium Græcorum: quam  
 victoriā explicat more tum Romano,  
 tum Græco. Romano quidem,  
 juxta quem victores purpura vestiti  
 quadrigis inventi triumphabant; Græ-  
 co vero, juxta quem victores ludis  
 Olympicis palmam manu, coronam  
 capite, gestabant: unde *sopra dixit*;  
*'referam tibi, Mantua, palmas'* et  
*infra v. 21.* *'Ipse caput tonse foliis  
 ornatus olivæ.'* &c. *De Tyro ostro,*  
*sive purpura*, Ge. II. 506.

18 *Centum quadrijugos, &c.]* Vel  
 more poëtarum, *centum* dixit, pro

magna multitudine. Vel alludit ad  
 pompam Circensium ludi, in qui-  
 bus die uno fiebant viginti quinque  
 curruum missus: id est emissiones  
 curruum e repagulis et carceribus:  
 singulis autem missibus quatuor cur-  
 rus exhibant; singuli, pro sua factione,  
 suis distincti coloribus: quatuor enim  
 erant factiones; rubra; alba; prasina,  
 sive viridis; et veneta, sive cerulea.  
 Igitur centum currus Virgilii, missus  
 indicant viginti quinque, seu Circen-  
 sem unius diei pompam. Circenses  
 autem Indi, cursus equestres Olympi-  
 cos imitabantur. En. v. 288.

*Ad summa] Veteri instituto:*  
 nam ante Circorum fabricam, *'in*  
*littore fluminis Circenses agitabantur:*  
*in altero latere positis gladiis, ut ab*  
*utraque parte esset ignaviae præsens,*  
*periculum.'* inquit Servius. Vide  
 En. v. 288.

19 *Cuncta mihi, &c.]* Significat  
 ventroram esse Græciam ad suos ludos,

Ipse, caput tonsæ foliis ornatus olivæ,  
Dona feram. Jam nunc solemnes ducere pompas  
Ad delubra juvat, cœsosque videre juvencos;  
Vel scena ut versis discedat frontibus, utque

*Ego decoratus frondibus tonsæ oleæ circa caput, proponam præmia. Jam nunc juvat ducere ad tempia solemnes pompas, et videre macilatas victimas: vel videre,*

At Medic. Longob. et alii *deceret*; quomodo nonnulli ap. Heins., quatuor Martini, Goth. sec. Erf. cum vett. edd.; et sic Medic. a m. sec., nam prima scriptura in eo et Mentel. pr. ac Franc. et ed. Fabric. *decernit*. cf. ad *AEn.* vii. 525. Tandem *Græcia ludo* Zulich.—22. *deducere* Ven. alter Menag. Ed. Junct.—24. *etique* Argent. Ed., notante Reiskio.—25. *tollent* Menag. alt.

## NOTÆ

patriis contemtis, quasi vilioribus. Quatuor autem erant in Græcia ludi, sive certamina insignia. *Olympica*, *Pythia*, *Isthmia*, et *Nemea*. I. *Olympica*, Instituta sunt ab Hercule, in honorem Jovis, postquam Hercules Augæam regem Elidis occidisset: fraudatus ab eo mercede pacts, propter stabulum a triginta annorum fino repurgatum. Victores corona donabantur ex oleastro, vel olea. Constatant autem ludi illi pentathlo, sive quintuplici certamine, cestu, cursu, saltu, disco, et palestra: durabantque quinque dies, et quarto quoque anno celebrabantur: unde spatia quatror annorum, duas inter ludorum illorum celebrationes interjecta, *Olympiades* appellata sunt. II. *Pythia*: fiebant in Pythio, Macedonia loco: in honorem Apollinis, ob eadem Pythonis serpentis: unde Apollo *Pæan* dictus est, a *vælo* serire, quod sagittis serpentem percussisset: indeque carmen in ipsius et ceterorum deinde Deorum landem, vocatur *hic pæan*. Coronabantur victores lauro. III. *Isthmia*, in honorem Neptuni, a Theseo Atheniensium rege instituta, in fauibus isthmi Corinthiaci. Corona dabatur e pinn. IV. *Nemea*, edebantur in honorem Herculis, ob eadem leonis ab eo interfecti in sylva Nemea, prope Cleonas; ur-

bem Achaïe, in Peloponneso. Corona erat ex apio. Præterea ludi omnibus victores palmam manu gestabant. Virgilius per *Alpheum*, Elidis in Peloponneso fluvium, prope Olympiam urbem; certamina intelligit *Olympica*: quæ ibi committebantur. Per *fucos Molorchi*, certamina *Nemea*. Molorchus enim pastor fuit in agro Cleonæo, hospes Herculis, cuius in gratiam Herculea leonem Nemeum sive Cleonæum interfecit. Certamina alia sub his duabus complectitur. *Cestus*] Chirothecæ quedam species est, e corio bubulo, eoque crude: quo pugiles manus et brachia ad pugnam armabant. *AEn.* v. 401.

21 *Tense*] Concisis foliis apte compositæ.

22 *Ducere pompas*] *Pompa*, erant imagines Deorum impositæ ferulis; et alia quælibet ludorum ornamenta, que ad ostentationem coram populo ducebantur: præcipue in *Circenisibus*. Nomen a *wærs*; hoc autem, a *wærs* mitto, deduco, transcho. De pompa illa Circensi fuse Ovid. Amor. II. 2, 43. ‘Sed jam pompa venit: linguis animisque favete,’ &c. ‘Prima loco fertur sparsis Victoria pennis,’ &c. Tum Neptunus, Mars, Phœbus, Minerva, Ceres, &c.

24 *Vel scena ut, &c.*] Scena, frons est theatri, seu pars theatri adversa

Purpurea intexti tollant aulaea Britanni. 25

In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto  
Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini;  
Atque hic undantem bello magnumque fluentem

*quomodo scena mutetur conversa facie, et quomodo Britanni intexti attollant aulaea purpurea. In portis templi sculptam in auro et solidio ebore pugnam Indorum, et*

intexta Menag. pr.—27. *Gangeridum* Rottend., sed Græcis Γανγαρίδαι, quod alii flexisse videntur, dum a Gange ductum putabant; Salmas. ad Solin. p. 698. *victoris et arma* Parrhas.—28. *Atque hinc* Goth. sec. et Brunckii

## NOTÆ

spectantibus: quæ aulaeis, velis, aliisque ornamentiis decorata, actores tegit atque inumbrat: σκηνὴ umbra-culum, a σκὰ umbra. Ge. II. 381. Scena autem illa siebat, aut versatilis, aut ductilis. Versatilis; cum subito machinis quibusdam, ut præcipit Virtuvius, triangulis tota vertebaratur, aliamque picturæ faciem ostendebat. Ductilis; cum evolutis velis et aulaeis picturæ facies interior nudabatur. Utramque exprimit Virgilie.

25 *Intexti tollant aulaea Britanni]* Singulæ voces egent explicatione. I. *Aulae*: vela ingentia, peripetasmata, dicta sunt ab *aula* Attali, Per-gami regis ditissimi, qui populum Romanum heredem reliquit: primus que inventi aurum intexere, ut Babylonii colores, ex Plinio l. VIII. 48. unde Attalica et Babylonica aulaea vestesque memorantur. II. *Britanni*, nunc Angli et Scotti. Non ab Octavianio victi sunt, ut vult Servius; sed a Julio Cæsare: qui ex continentia Gallie his in eorum insulam navigavit: duabusque victoriis re bene gesta, et acceptis obsidibus, magnum servorum numerum, ac prædam reportavit: juxta Strabonem l. IV. Ex iis igitur Julii mancipiis puto multos officiis theatralibus addictos esse: de quibus, ut illo tempore passim notis, hic sermo est. III. *Intexti*. Nempe quia Julii victoriae in ipsis aulaeis

depictæ erant: et inter eas, fortasse Britannica: unde portabant vela iidem Britanni qui in velis acu picti videbantur.

26 *Elephantus*] De ebore, qui dens est elephanti, Ge. I. 57.

27 *Gangeridum*, &c. *Quirini*, &c.] *Gangeride*, gens Indica circa Gangem. *Quirini*] Octaviani: qui quasi alter Romulus, et alter conditor Romæ habitus est. Romulus autem Quirinus dictus est a *quiri*, quæ Sabinorum lingua bastam significat, qua semper instructus pingitur Romulus. Certum est agitatum fuisse in senatu, Romuline, an Augusti nomine, Octavianus donaretur. Sed peræque certum est, neque id contigisse nisi ann. u. c. 727. annis, post edita Georgica, circiter tribus: neque unquam Ganga ridas ab eo victos esse. Igitur appellatur a Virgilio *Quirinus*, non publica auctoritate, sed privata adulatio: *Gangeridum* vero victor, quia M. Antonii victor; qui ipse dolo Armenios, Ventidio duce Parthos vicerat; Indos vero, Arabes, aliosque Asiaticos habuerat in auxiliis, ut diximus Ge. II. 171. Unde patet, id quod illo loco jam probavimus, hunc quoque locum Georgicis libris jam perfectius attextum esse.

28 *Magnumque fluentem Nihem*] Nomen pro adverbio. Sic Æn. VII. 299. ‘Torymumque repente clamat,’ &c.

*Nilum, ac navali surgentes ære columnas.*

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphaten, 30

Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis,

Et duo rapta manu diverso ex hoste tropæa,

Bisque triumphatas utroque ab littore gentes.

Stabunt et Parii lapides, spirantia signa,

Assaraci proles, demissæque ab Jove gentis 35

*bella victoris Romuli: ibidemque sculpam Nilum agitatum classibus, et longe fluenter: et columnas extortas ex ære navium captarum. Adjicam urbes Asiæ expugnatas, et Armenos fugatos; et Parthos confidentes fugæ ac sagittis retro jactis, et spolia bis rapta manu ex diversis hostibus, et populos bis victos in utroque mari. Erunt quoque statuae e marmore Pario, simulacra prope animata, soboles Assaraci, et heroes familiæ deductæ a Jove: et Tros pater Assaraci, et Apollo*

.....

liber; quod ille recepit.—30. *At tum urbes Ed. Ven. Niphatem Medic. a m. sec. cum multis aliis. Niphatem ante Heins. Niphate Goth. sec. a m. pr. quasi Parthus ab eo monte pulsus esset. Sed virgulae omissione factum puto. Niphatem pulsus audacter dictum. Si victus, donatus, esset, nihil offendaret. Jac. Bryant fuisse conjectabat pulsusque Phraatem.—33. a littore duo et vett. edd. cerque ab l. Leid. unus. diverso a littore Schol. Horat. Cruqu. Od. 1, 35. ab adest a Goth. pr.—34. Et stabunt Acron ad Horat. Od. 1, 19. sed Cruqu. vulgatum. lapidis quatuor, et sic edd. nonnullæ. Sed alterum poëta dignius.—35. dimisso aliquot: item alii a Jove. gentes Menag. alt.*

#### NOTE

De Nilo Ægyptio flumine, Ge. iv. 288. et Nilus victoriæ significat Alexandrinam, de M. Antonio et Cleopatra ab Octaviano relatam, anno u. c. 724.

29 *Navali surgentes, &c.]* Octavianus e rostris æreis Ægyptiarum natiuum, dicitur quatuor columnas confлавisse: auctor Servius.

30, 31 *Niphaten, Fidentemque, &c.]* Per Niphaten Armeniæ montem, Armenios ipsos intelligit populos montis incolas. Sic Æn. x. 18. ‘Alpes immittere apertas:’ id est, populos Alpinos. De Parthia, diximus Ecl. i. 62. Quomodo autem Octavianus dici possit viciisse Armenios et Parthos, vide supra, in nota ad v. 27.

32, 33 *Et duo rapta—Bisque triumphatas, &c.]* Omnes explicant diversum hostem, de Gangaridis et Britanis: utrumque littus; de orientali, in quo sunt Gangaridae; et occidentalib;

in quo sunt Britanni. Sed male, si quidem Britanos Octavianus non vicit. Ego explico de Asiaticis Africisque gentibus, quæ M. Antonio parebant: de gemina clade, qua M. Antonium afficit; prima ad Actium Epiri promontorium, in Europæo littore; altera ad Alexandriam, in Africa no littore. *Rapta manu]* Notat utrumque bellum ab Octaviano, non per legatos, ut bella fere cetera; sed proprio Marte, propria manu, gestum esse.

34 *Parii lapides]* Marmora candida e Paro insula, quæ una est e Cycladicibus in mari Ægeo.

35 *Assaraci proles, &c.]* Gentis Juliam seriem et originem indicat. Hic autem fuit ordo. *Jupiter: Dardanus*, Jovis filius ex Electra Atlantis filia: *Erichthonius: Tros.* Hic scindit se familia diu in partes, per duos Trois filios, *Iulus et Assaracum*. *Iulus enim* genuit *Laomedontem*, hic *Priamum*.

Nomina, Trosque parens, et Trojæ Cynthius auctor.  
 Invidia infelix Furias amnemque severum  
 Cocytus metuet, tortosque Ixionis angues  
 Immanemque rotam, et non exsuperabile saxum.  
 Interea Dryadum sylvas saltusque sequamur      40  
 Intactos, tua, Mæcenas, haud mollia jussa.  
 Te sine nil altum mens inchoat. En, age, segnes

munitor Trojæ. Invidia infelix timebit Furias, et severum fluviū Cocytus, et tortos serpentes Ixionis, et rotam immensam, et rupem Sisyphi insuperabilem. Interea subeamus sylvas Dryadum, et saltus aliis inaccessos; subeamus tua maxdata, o Mæcenas, non sane facilia. Animus meus nihil altum incipit sine te. Eja

—37—39. Aberant ab uno Mead.—38. Cocyrum Moret. sec.; ab eodem mox que abeat. Ixionis orbes Romanus; quod perpetuum hac in re; itaque Spencius Polymetis Dial. xvi, 189, et alias Vir doctus, de quo jam Burm. monuit, in Misc. Obs. Vol. i, p. 269 et 390. Vol. iii, p. 309 vulgatae preferebat, imprimis propterea, quod nullus angubis in Ixionis supplicio locus est. At vid. Not. et ibi Serv. cf. Schrader. ad Musæum, p. 286. In iisdem Obs. cum Marklandi conjectura, Ixionis axes, tum Batavi Editoris, Ixionis artus vel angues proposita. Omnia perperam. axes etiam Davisius ad Cic. de N. D. ii, 42 conjectabat.—40. sequamur Erf.—42. actum Zulich. Eja age segnes Valer. Probus Art. Grammat. i, ap. Heins. segnis Heins. e potiori-

## NOTE

Ascaracu vero habuit Capyn, hic Anchisen: Ex Anchise et Venere, Æneas, Ascanii sive Juli pater, qui auctor fuit gentis Juliæ.

36 Trojæ Cynthius auctor] Apollo, natus in insula Delo; ubi mons est Cynthius, Ecl. vi. 8. Trojæ menia exstruxit, regnante Laomedonte. Vide Ge. i. 502.

37 Invidia, &c.] Eorum supplicium notat; qui Octaviani laudibus obtrectabant: quales multi ad id usque tempus Romæ fuerant; e veteribus Sext. Pompeii, aut M. Antonii amicis.

38 Cocytus, &c.] Inferorum fluviū, e Styge profluentem, a κοντεύει gemere, Æn. vi. 323.

Ixionis angues] Ixion, Phlegyæ Lapitharum in Thessalia regis filius; cum ob cædem socii sui Deiōnei inexpiablem vagaretur, assumptus-

que in cœlum, et expiatus a Jove esset; Junonis amore percitus, ex nube, quam ei Jupiter pro Junone obtulerat, Centauros gennit. Apud homines deinde cum suis et Junonis amores quasi veros jactaret; fulmine dejectus ad inferos, ibique tortis angubis alligatus est rotæ, cojus perpetuo circumactu torquetur.

39 Non exsuperabile saxum] Sisyphi supplicium significat. Is filius Æoli, cum Atticam latrociniis infestaret, occisus est a Theseo Athenarum rege: cuius in gratiam fixere Græci, Sisyphum apud inferos huic addictum poenæ; ut in monte verticem saxum provolvat, et continuo inde gravitate sua devolutum, continuo revolvat.

40 Dryadum, &c.] Ecl. ii. 46. Saltus] Ecl. vi. 56. Mæcenas] In argumento Georg.

Rumpe moras; vocat ingenti clamore Cithæron,  
Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum;  
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. 45  
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas.  
Cæsaris, et nomen fama tot ferre per annos,  
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.  
Seu quis, Olympiacæ miratus præmia palmæ,  
Pascit equos; seu quis fortes ad aratra juvencos: 50

*vero amputemus pigras moras: Cithæron vocat nos magno clamore, et canes Taygeti, et Epidaurus domitrix equorum: et vox reboat, multiplicata respercussu syllavarum. Pauso post tamen aggrediar celebrare animosa bella Octavianæ: et fama propagare nomen ejus per tot annos, quot annis Octavianus distat a primo ortu Tithoni. Sive aliquis alit equos, admirans præmia victoriae Olympiacæ; sive*

.....

bus.—43. *vocat Medic.* a m. pr. Mirum a viris doctis *Cythaeron* edi et scribi; quod male fit; *Ktænæ*.—44. *domitorque* Zulich. *equarum* Leid.; vulgatam agnoscit Lutat. ad Stat. Theb. iv, 123. vid. ad Ge. i, 69 Burm.—46, 47, 48. qui abesse forte poterant, pro spuriis habebat Hurdius l. l. ad Horat. Ep. ad Aug. XVI.—46. *Mox etiam Regius Martini.*—47. *tot fama* Zulich. *Cæsar* et *famam et nomen* tot Rufinian. de Schem. Lexeos p. 32. vid. Burm. Sane non male interpungas: *accingar dicere pugnas, Cæsaris et nomen fama.*—48. *quod Medic.* a m. pr. Romanus, Reg. et Goth. pr. *quotus est Ven.*—49. *miratur Menag.* alt. *præmia pugna* Nonius Marcell. in *mirari*, errore solito.

#### NOTE

43, 44 *Vocat ingenti, &c.]* Dicit se vocari eas in regiones, quæ abundant iis animalibus, quorum culturam hoc libro, docturus est. *Cithæron]* Mons Boeotæ, quæ regio a bore nomen habuit; ut dictum est Ecl. vi. 66. et a Juvenali, S. x. 50. *Vervecum patria nominatur. Taygetus]* mons in Laco-nia prope Spartam; venatu insignis, atque adeo canibus. *Epidaurus]* Urbs multiplex hujus nominis: hæc in Pe-loponneso est, in Argia regione, ad orientale littus; ubi colebatur Æsculapius. Et tota Argia ferax equorum fuit: unde laudantur eo nomine Mycenæ, urbs ejusdem regionis. v. 121. ‘Et patriam Epirum referat, forte-que Mycenæ.’

46 *Mox tamen, &c.]* Promittere vi-detur Æneida, quæ ad gentis Juliæ laudem conscripta est, continetque

passim laudes Cæsaris Octaviani. *Accingar]* Suscipiam. Translatio est ab iis qui aliquid facturi vestem altius cingunt: ne laciniis defluentibus impediantur.

48 *Tithoni]* Vel Tithonus est ille, Laomedontis, aut frater, aut filius, ab Aurora dilectus, de quo Ge. i. 249. Vel juxta Servium et Eustathium, Sol: qui Tithonus eodem modo dici-tur, quo dicitur quoque Titan; nempe a *tιτανω, extendo*, quia lucem unde-quaque extendit. Tithonus enim Aurora, distabat ab Octaviano mille duntaxat annis; Sol tota mundi ætate, atque adeo quadam æternitate, quam videtur Octaviano polliceri Virgi-lius.

49 *Seu quis, Olympiacæ, &c.]* I. PAR-S. *De equis et bobus.* Continetque præcepta quatuor. I. *De cognoscenda op-*

Corpora præcipue matrum legat. Optima torvæ  
 Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,  
 Et crurum tenus a mento palearia pendent;  
 Tum longo nullus lateri modus; omnia magna,  
 Pes etiam; et camuris hirtæ sub cornibus aures.  
 Nec mihi displiceat maculis insignis et albo,  
 Aut juga detrectans; interdumque aspera cornu,  
 Et faciem tauro propior; quæque ardua tota,  
 Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

*Ætas* Lucinam justosque pati hymenæos  
 Desinit ante decem, post quatuor incipit annos:

55

60

aliquis alit robustos bores ad arationem: eligat præsertim corpora matrum. Optima est figura terribilis vacca, cui caput est deformè, cui collum est magnum, et cui peiles pendent a mento usque ad crura: cui præterea latus longum est sine modo, et omnia magna: pes etiam, et aures hirtæ sub cornibus inflexis. Nec displicebit mihi vacca notata maculis albis, aut quæ fugit jugum, et aliquando cornibus petit, et facie similis est tauro; et quæ tota alta est, et ambulans verrit vestigia parte extrema caudæ. *Ætas* subundi legitimum conjugium, et labores partus, finit ante decem annos, et incipit post quatuor: reliqua ætas, nec opta est gene-

-----  
 —51. *Optima* scripsit Heins. ex Mentel. et Nonio Marcello, quod cum semel ille induxisset, servandum fuit per totum Virgilium.—58. *armento* Ven. ammento palearea Goth. pr.—55. *camuris* Rom. Medic. a m. pr. et alii. *cameris* apud Nonium et in libris nonnullis ap. Heins. scribitur; cf. Macrob. vi, 4 extr. *camyris* Medic. a m. sec. et Mentel. ult. *camiris* Gud. Moret. Goth. sec. *curvis* Voss. alt. *cum cornibus* Medic. a m. pr.—56. *Nec tibi* Medic. a m. pr. Parrhas., nec hoc male. *et aero* Zulich.—57. *detractans* Rom. cum vetustis. Pierianis: et sic edd. vett., in his Ald. pr., et nonnulli apud Burm., tres apud Martin. que abest a Leid. *cornum* Gudian. a m. pr.—58. *facie* Rottend. alt. et Voss. pr.—59. *una* Menag. alt. *vertit* Franc. Goth.—60. *Ætas* Medic. a m. pr. *Lucina* Romanus et Medic. a m. pr.—*Luci-*

## NOTÆ

*tima forma vacce*, v. 51. *equi*, v. 75.  
 II. *De delectu admissiorum, deo éta-  
 lons*, v. 95. et *equarum ad admissoram*,  
 v. 129. quæ etiam tauris et vaccis  
 accommodari possunt. III. *De cura  
 equarum gravidarum*, v. 140. IV. *De  
 cura et institutione citorum*, v. 157. et  
*equicorum*, v. 179.

52 *Turpe caput*] Deforme, propter magnitudinem. Sic Homerus dixit, λᾶς ἀνδῆς, *lapis impudens*. Iliad. iv. 521. et alibi.

56 *Maculis insignis et albo*] Maculæ albis: ut Ge. ii. 192, ‘Pateris libamus

et auro.’ pro pateris aureis.

60 *Lucinam—hymenæos*] Deam partus, Deosque conjugii: quæ nomina etiam pecudibus tribuit, ut infra v. 125. mariti nomen equo. ‘Et pecori dixerit maritum.’ De *Lucina*, Ecl. iv. 10. *Hymen*, a quo *hymenæus*, vel fuit filius Liberi et Veneris, qui primus certas nuptias instituit; vel vir Atticus, qui raptas a latronibus virgines parentibus intactas restituit. Unde ejus nomen invocari solebat apnd Græcos in festis nuptialibus: et nuptiae ipse dicebantur *hymenæi*.

Cetera nec foeturæ habilis, nec fortis aratris.  
 Interea, superat gregibus dum læta juventas,  
 Solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus,  
 Atque aliam ex alia generando suffice prolem. 65  
 Optima quæque dies miseris mortalibus ævi.  
 Prima fugit; subeunt morbi, tristisque senectus;  
 Et labor et duræ rapit inclemencia mortis.  
 Semper erunt, quarum mutari corpora malis:  
 Semper enim refice; ac, ne post amissa requiras, 70  
 Anteueni, et sobolem armento sortire quotannis.  
 Necnon et pecori est idem dilectus equino.  
 Tu modo, quos in spem statues submittere gentis,  
 Præcipuum jam inde a teneris impende laborem.  
 Continuo pecoris generosi pullus in arvis 75  
 Altius ingreditur, et mollia crura reponit.

*rationi, nec commoda agricultura. Interea dum læta juventus viget in armentis, de licentiam maribus, et cito immite pecora ad cotum, et propaga progeniem aliam ex alia per generationem. Optima quæque dies ritæ, prima elabitur miseris mortalibus; morbi succedunt, et morta senectus; et labor, et severitas dura mortis eos rapit. Erunt semper aliquæ pecudes, quarum coles mutare corpora: igitur semper reparare armentum: et ne postea desideres ea qua amiseris, præveni damnum, et substitue armento prolem novam sanguinis annis. Similiter necessarius est armento delectus idem equorum. Tu modo adhibe præcipuum curam circa eos, quos status seponere ad propagationem armenti, jam inde a tenera eorum astate. Statim pullus generosi pecoris alte incedit per campos, et flexibili crure figit græ-*

---

*namque pati justoque hymenæos Zulich.—63. juventus Heins., ut Roman. Medic. a m. sec. et ceteri vetustissimi. juventus vulgo, ut est in Goth. pr.—65. confise unus Arundel.—67. fuit Moret. pr. a m. pr. morbus Franc.—69. Semper erit Menag. pr., noto græcismo, quem expulsum a librariis putabat Broukh. Semper enim unus Mead. maris Medic. cum Voss. pr. Parrhas. et Ed. Ven. tres apud Martin. cum edd. vett. matris Rottend. alter. natus Goth. pr.—70. an ne Rottend. sec. admissa Medic. commissa Ven.—71. et abest a Longob. et Medic. Pierii.—72. dilectus e Medic. et vet. Heins., ut ante suboles. Vulgo delectus. ut pecori Ven. esto idem conj. Heinsii.—73. status ab Heins. ex Medic. et antiquissimis aliis; sic et Macrobi. Sat. vi, 6, et Probus in Arte Gramm.; sic tamen jam ediderant Egnatius et Naugerius. status vulgo. gentes Roman.—75. generosus Cerdia edidit, sine auctoritate.—76. reflectit Cantabrig.—77. primus inire viam ap.*

## NOTE

70 *Semper enim refice]* Hic enim, non causam notat, sed effectum: igitur, itaque. Ne post amissa requiras] Ne sero agnoscas negligentiam tuam, ne sero agimenti jacturam doleas: præveari jacturam illam, annua substitutione novæ sobolis.

Primus et ire viam, et fluvios tentare minaces  
 Audet, et ignoto sese committere ponti;  
 Nec vanos horret strepitus. Illi ardua cervix,  
 Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga; 80  
 Luxuriatque toris animosum pectus. Honesti  
 Spadices, glaucique; color deterrimus albis,  
 Et gilvo. Tum, si qua sonum procul arma dedere,  
 Stare loco nescit; micat auribus, et tremit artus;  
 Collectumque premens volvit sub naribus ignem. 85  
 Densa juba, et dextro jactata recumbit in armo.

dum. *Primus audet ingredi viam, et explorare fluvios tumentes, et exponere sese ponti incognito: nec timet strepitus inanes: Collum habet elatum, caput acutum, ventrem substrictum, terga carnoosa: pectus robustum eminet in toros. Boni sunt badii et glauci; color est pessimus albis, et gilivis. Si autem arma aliqua longe sonuerint, non potest consistere in loco: arrigit aures, et tremit membris, et rotebit sub naribus collectum calorem, eum coercens. Crines densi sunt, et agitati recidunt*

-----  
 Senec. ep. 95.—78. *ponto Medic. a m. pr. Gud. cum plerisque scriptis et edd. etiam Seneca ep. 95.* Sic et uterque Goth. et Erf. Ita *pontus quævis aqua esset. vide tamen Heins., qui defendit ponti; quod habet Rom. Longob. Pierii cum aliis, etiam Edit. Medioli. Colum. vi. 29, i si fossam sine cunctatione transibit, pontem flumenque transcendent.*—79. varios Edd. Ald. (pr. pnta) et Junt. et alia, Goth. pr. duo Martini. Interjecta hæc et parenthesi esse includenda: *Illi ardua cervix—Et gilvo dixit Quintil. Inst. Or. viii, 2, 16, quod tamen facere necesse non est.*—82. *glaucoque* Mentel. tert. a m. pr. *albo* Parrhas. *albis et gilvo* junctim, ut sint *albogilvi*, jam in Servianis pannis legitur; ita tamen *albo et gilvo* expectares, aut *albis e gilvo*.—84. *tremit* Mentel. pr.—85. *fremens* Medic. cum quinque Heins. Cantabrig. Erf. Edd. Ven. et Medioli. et Medic. Pierii a m. sec. Est sane expeditius et facilius; an vero etiam verius? *tremens* Franc. a m. pr. At *premens* etiam Seneca epist. 95.

## NOTÆ

81 *Luxuriatque toris animosum, &c.]* Tori, sunt eminentia musculorum, quasi nodosæ ac tumentes: ut in robustioribus corporibus videre est.

82 *Spadices, glaucique, &c.]* i. Tamen constat *spadices* esse, ex rubro nigricantes, badios, *bag-brans*; *owðæf* enim et *þals* significant palmæ termitem cum fructu, qui ad illum colorem accedit: unde color ille Phœnicetus etiam dictu est, a *þowðæf* palma. Vide Gellium l. II. 26. ii. Docet ibidem Fronto apud Gellium, per *glaucum*, equum, viridem hic significari: et perinde Virgilium dicere potuisse,

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

*cœruleum.* Quis autem est equus viridis, aut *cœruleus*, aut *glaucus?* Hand dubie scutulatus ille, quem ex maculariæ densitate vocamus *pommelæ ardoïst.* Ardosia quippe lapis est fissilis, et dense *cœruleus*. III. *Albus* hic, a candido distinguitur: nam candidus color maxime probatur in equis Deorum ac triumphantium. Isidorus *album* explicat *pallidum*, *blanchâtre.* iv. *Gilvus*, Varroni *helvus*, qualis est mellii aut lateri semi-cocto: *isabelle-lavé:* Germani dicunt *Gelb.*

T

At duplex agitur per lumbos spina; cavaque  
Tellurem, et solido graviter sonat ungula cornu.  
Talis Amyclæi domitus Pollucis habemis  
Cyllarus, et, quorum Graii meminere poëtæ,  
Martis equi bijuges, et magni currus Achilli. 90  
Talis et ipse jubam cervice effundit equina  
Conjugis adventu pernix Saturnus, et altum  
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.

*in dextrum humerum. At spinae dorsi duplex extenditur inter humeros: et unguis  
cavat solido cornu terram, sonaque graviter. Talis fuit Cyllarus domitus fratre  
Pollucis Amyclai: et tales equi bijuges Martis, et equi curules magni Achillis,  
quos Græci poëtae commemorant. Talis ipse quoque Saturnus velox erexit crines e  
collo equino, supercveniente uxore, et fugiens implevit altum Pelium hinnitu acuto.*

—87. Aut tres Burm. Et Parrhas. Ac Erf.—88. *quatit ungula* Rom. Pierii; ex Æn. XI, 875. VIII, 596 et Ennio ap. Macrob. Sat. vi, 1. vid. Heins. Cum solido cornu melius consentit *sonat*. *graviter solido* Menag. pr.—89. *Amyclæis habenis* Mentel. et Menag. pr. fragm. Moret. Rottend. alter, Reg. *Amycla et Rom.*—90. *Graii* scribunt multi codd. antiquiores, ut et alibi. v. Pierium.—91. *Achilli* Heins. e Mentel. pr. Gud. et duobus aliis. Adde Goth. sec. Achilles Medic. a m. pr. pro *Achillei*. At *Achillis* Rom. cum al. v. ad Æn. i, 30.—92. *effudit* Heins. depositus, motus auctoritate Romani, Mediceti et aliorum vetustias, codd. Sic et trea ap. Martin.; ratio tamen tuetur vulgatam alteram multorum lectionem; *effudit*. Sic et uterque Goth. *fudit* aliquot Pieriani, et Leid. a m. pr. *ipse comam* Moret. alt. et Rottend. tert. *jubam in cervice* Goth. sec. *equinam* Menag. pr. et Zulich. cum Erf.

## NOTE

87 *Duplex spina*] Ita Xenoph. lib. de Re Equestri. Ita Varro. Non quod re duplex sit, sed specie tantum et aspectu: ut enim in equo macilento extat et eminet quasi acuta spina dorsi; ita in robusto ac vegeto cavum quiddam videtur per medium spinam intercurgere; idque patet ex Varronis verbis: ‘Sic spina maxime duplex; si minus, non extant.’

89 *Talis Amyclæi, &c.*] De *Polluce*, ejusque fratre *Castore*, Æn. vi, 121. *Pollux* ab Homero, Theocrito, Horatio, Ovidio, dicitur pugil insignis fuisse; *Castor*, equorum domitor. Contra tamen videtur hic sentire Virgiliius. *Cyllarus*] Equus *Pollucis*, junta *Virgilium* et *Propertium*: *Castoris*,

juxta Senecam, Valerium Flaccum, et Claudianum. *Amyclæi*] *Amyclæ*, urbs in Laconia, non longe a Lacedæmoni: unde *Castor* et *Pollux*, modo *Lacedæmoni*, modo *Amyclis* nati dicuntur.

91 *Martis equi, &c.*] De *Marte* Ecl. ix. 12. *Martis equos* Servius aliquique multi appellant *Pavorum* et *Timorum*, δέιμαν et φόβον, idque ex Hesiodo et Homero conantur probare: sed ex illi ipsis ostendit Germanus, auriges fuisse, non equos. *Achilli equi*; *Bellus* et *Xanthus*, immortales; *Zephyro patre*, et *Podarge* *Harpyia* matre, geniti: Il. xv, 149. De *Achille*, Æn. i, 34.

Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam segnior  
annis 95

Deficit, abde domo; nec turpi ignoscere senectæ.

Frigidus in Venerem senior, frustraque laborema  
Ingratum trahit; et, si quando ad prælia ventum est,  
Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,  
Incassum furit. Ergo animos ævumque notabis 109  
Præcipue; hinc alias artes, prolemque parentum,  
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmae.  
Nonne vides, cum præcipiti certamine campum  
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus;  
Cum spes arrectæ juvenum, exultantiaque haurit 105

Hunc etiam include stabilis, cum deficit, aut morbo tardus, aut senio piger: et sis indulgentior senectutis non infami. Senex inutilis est ad coitum, et in eo frustra extendit laborem sterilem: et si interdum descenditur ad pugnam, frustra furit: ut aliquando magnus ignis in paleis furit sine viribus. Ergo speciabilis præsertim generositudinem et ceteram, deinde alias dotes; quorum parentum sint soboles; quomodo unusquisque doleat, cum vincitur; aut appetat victorianum. Nonne vides? in celeri certamine cum currus corripuerunt campum, et ruunt emissi e repagulis: cum spes

\*\*\*\*\*

*equina* Rottend. alter.—95. *Hinc Medic.* *gravis* a Goth. pr., et *jam abest* a Regio Martin. *segnior* etas Romanus. *annus* ed. Norimbr.—96. *et turpi* aut *turpique* emendare volvare viri docti apud Burm., sed vid. Not. *senecta* Gud. a m. pr.—97. *in Venerem* est senior Reg. Martin. *in Venere* *segnior* Medic. a m. pr.—99. *in abest* a Medic. a m. pr. et Gud. et Schol. Juvenal. vi, 366, qui tantum male *magnus nam viribus*, at idem ad Sat. x, 205 vulgatum exhibet. *in stipulis* Romanus.—100. *ruit* Erf. *animus* quart. Moret. Forte malis *anoxos* *ævumque*. De annis enim agitar. Verum declaravit vigorem juvenæ *animos* *ævumque*.—101. *morenque parentum* emendabat Markland. ad Stat. Sylv. v, 3, 188, sed vid. Burm. et Notam. *proliisque parentem* conj. Jo. Schrader.—102. *ceter* unus Arundel.—103. *conamine* veteres aliquot ap. Pierium. Redeunt hi versus En. v, 144, 145.—104. *que abest* a Menag. pr.—105, 106. Idem fere

#### NOTÆ

92 *Talis et ipse, &c.]* Saturnus, de quo Ecl. iv. 6. cum Philyram, Oceani filiam, amore insequeretur; Ope, sive Rhea mox superveniente, in equum se convertit, aufugitque in montena Thessalico *Pelium*. Philyra Chironem ex eo peperit; superiori parte hominem, inferiore equum.

96 *Nec turpi ignoscere senectæ]* Afferit Servius geminam hujus loci sententiam; Vel, *nec ignoscere turpi senecta*: vel, *ignoscere senecta non turpi*. Secunda pluribus placet, quia Ennius, Plutar-

chus, Ausonius, &c. landant equi senectatem, jubentque mitius haberi, et præsteritos labores quiete compensari: unde hic quoque est, *Abde domo*.

101 *Artes, prolemque parentum]* Id est, quorum parentum sunt proles; sive, quale sit genus, et series parentum e quibus nati sunt. *Artes]* Studia quibus apti sunt, bellone, an agro, &c.

106 *Haurit]* Ita pulsat, ut e aedibus trahere et excire videatur; hoc epig.

Corda pavor pulsans : illi instant verbere torto,  
 Et proni dant lora : volat vi fervidus axis :  
 Jamque humiles, jamque elati sublime videntur  
 Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras ;  
 Nec mora, nec requies ; at fulvæ nimbus arenæ  
 Tollitur ; humescunt spumis flatuque sequentum :  
 Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.  
**Primus Erichthonius currus et quatuor ausus**  
**Jungere equos, rapidusque rotis insistere vitor.**  
**Fræna Pelethonii Lapithæ gyrosque dedere**

110

115

*juvenum excitatur, et metus pulsans fatigat corda substantia : juvenes imminent flagello intorto, et pendentes laxant habenas : rotæ colant, calidæ ex impetu : et jam denissi, et jam alte sublati videntur ire per aërem vacuum et attollî in ventos. Nec moram faciunt, nec quiescent. At nubes flavi pulcri assurgit : equi sunt humili, spuma et halitus sequentium. Adeo amant gloriam, adeo appetunt victoriam. Erichthonius primus omnium ausus est componere currus et quadrigas : et post victoriam insidere rapidis rotis. Lapithæ Pelethonii, insidentes dorso equorum,*

versus inf. *Æn.* v. 137, 138, ubi vide.—107. vocat Medic. a m. pr., perpetuo lapsu.—108. elatis Medic. alatis Gud.—109. Aëra per tenerum Macrob. Sat. vi, 13, ut alias poëta *Æn.* ix, 699, ubi vid. Heins. *exsurgere* Romanus, cum quatuor apud Burm. Goth. sec. *insurgere* Longob. et Oblongus Pierii. in aures iidem cum aliis.—110. ut Zulich. ut sit : ut tollitur!—112. tanta est Medic. cum nonnullis. est etiam ab aliis abeat.—113. quattuor fere scribitur ex more : sed judicio parum explorato. cf. V. L. ad *Æn.* i, 227.—114. *rapidisque* Heins. e Romano, Medic. a m. pr. et aliis, etiam Servio. Vulgo, *rapidisque*, ut nostri, et omnes Martini, præter unum Arundel. *vector*, *τριβάρης*, emendabat Meursius Exerc. Crit. P. II, lib. iv, c. 27 ; nec dubito, hoc idem aliis in mentem venisse. Sed *τοννυδερπ* *victor* ; de cursus certamine agi-

## NOTÆ

significat, *haurire*, quod est ab ἀρπᾶ  
*haario* ; et istud ab ἀρπᾶ *traho* : quod enim haauritur, e profundo trahitur ; vide *Æn.* x. 314.

118 *Primus Erichthonius, &c.*] *Æschylus Prometheum*, Cicero Miner-  
 vam, Maro Erichthonium curruum inventorem facit : sive illum Atheni-  
 ensium regem, ex Vulcano et Tellure natum, et anguipedem, qui, ut pedum deformitatem tegeret, dicitur currum fabricasse ; sive illum Phrygem, Dar-  
 dani filium, Jovis nepotem, qui unus fuit ex *Æneis* majoribus, de quo v.  
 36. Et vero Plinius l. VII. 56. ‘Bigas primum junxit Phrygum natio, qua-

drigas Erichthonius.’

115 *Fræna Pelethonii Lapithæ*] Item fræni et equitationis inventionem tribuit Sophocles Neptuno, Lysias orator Amazonibus, allii aliis : Virgilii *Lapithis*, Thessalizæ populis, de quibus Ge. II. 457. *Pelethonii* vero : vel adjectivum est, epithetum *Lapitharum*, a *Pelethonio* eorum oppido ad *Pelium* montem ; vel nomen ejusdam *Lapithæ* proprium est, genitivo casu, frenorum inventoris, cuius invento *Lapithæ* deinde ceteri usi sunt ad dominandum et instituendum equum. Ait enim Plinius l. VII. 56. invenisse ‘fræno et strata equorum *Pelethonium* :

Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis  
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

Æquus uterque labor; æque juvenemque magistri  
Exquirunt, calidumque animis, et cursibus acrem;  
Quamvis sæpe fuga versos ille egerit hostes,  
Et patriam Epirum referat, fortisque Mycenas,  
Neptumique ipsa deducat origine gentem.

120

His animadversis instant sub tempus, et omnes  
Impendunt curas denso distendere pingui,  
Quem legere ducem, et pecori dixere maritum;  
Pubentesque secant herbas, fluviosque ministrant;

125

*invenerunt artem frenandi et gyrandi: et docuerunt equitem armatum insultare terræ, et glomerare superbos passus. Difficultas utraque par est; pariter magistri artis eligunt equum juvenem, et ferventem animis, et viridum in cursu: non senem, et si saepe ille converterit in fugam hostes pulsos, et referat patriam Epirum, aut fortis Mycenas, et ducat genus ab ipsa stirpe equi Neptunii. His notatis, magis solliciti sunt circa tempus admissuræ: et adhibent omne studium, ut saginet densa pinguedine eum, quem elegerunt ducem, et designaverunt admissariorum armamenta: et secant huic herbas rigentes, et præbent aquam copiosam, et frumenta: ne non*

\*\*\*\*\*

tur.—116. *Imposito Goth. pr. Impositum dorsoque equitem legendum putabat Reiskius.*—118. *Durus uterque labor Philargyr., forte ex interpretatione. juvenumque Gothi. pr.*—119. *que abeat a Goth. sec. in cursibus Parrhas. calidis unus Arundel.*—121. *Cyprum referat unus Mead.*—122. *ipsam uterque Arundel. origine nomen Romanus, quod saepe pro gente, genere, familia. vid. Heins. et Burm. l. l. mentem ed. Ven. 1475.*—123. *His anima adversis Medic. instat Menag. sec. omnem—curam Erf.*—124. *Impendent quart. Moret. distinguere Leid. uniu.*—125. *duxere in Romano fuisse, notatum inventum Burm. sed a Bartolo nil annotatum. At sic leg. in Cantabrig. et ed. Ven. 1482 et a Paullo Manutio. dixisse Franc. Quem legere cirum Serv. ad Ecl. VII, 7.*—126. *Exemplum loci, in quo ratio critica codd. consensum elevat. Antiquissimi*

#### NOTÆ

pugnare ex eqno Thessalos, qui Centauri dicti sunt, habitantes secundum Pelium montem.' Lapithæ autem vicini Centauri.

117 *Gressus glomerare]* Quasi colligere, reductis et replicatis anterioribus cruribus: dum posteriora tenduntur et explicantur.

118 *Equus uterque labor]* Par lans, atque difficultas in utraque arte: sive arrigandi, que fuit ars Erichthonii; sive equitandi, que fuit ars Lapithorum.

120 *Quamvis ille, &c.]* Agitur hic

de delectu equi admissarii, étaon.

121 *Epirum referat, &c.]* De Epiro, equorum feraci, Ge. i. 59. De equo Neptuni, Ge. i. 14. Mycena, urbs in Argia Peloponnesi regione, Argis vicina: utraque equis nobilis.

124 *Denso pingui]* Densa pinguedine: duplex adjективum, pro substantivo et adjectivo: ut Ge. i. 398. *Aperta serena, et alibi saepe.*

126 *Pubentes herbas]* Non teneriores, aut duriores: sed succi plenas; qualis est homo adulta estate, cum pubescit.

Farraque ; ne blando nequeat superesse labori ;  
Invalidique patrum referant jejunia nati.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes ;  
Atque, ubi concubitus primos jam nota voluptas  
Sollicitat, frondesque negant, et fontibus arcent. 130  
Sæpe etiam cursu quatiant, et sole fatigant,  
Cum graviter tunsis gemit area frugibus, et cum  
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.  
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus  
135 Sit genitali arvo, et sulcos oblitmet inertes ;  
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.  
Rursus cura patrum cadere, et succedere matrum

*possit sufficere jucundo labori, et ne pulli imbecilli ferant notas maciei paternæ. At de industria faciunt ipsas matres macilentas. Et cum voluptas prius cognita suadet noverum coitum : tunc auferunt eis cibum, et avertunt eas a potu : sæpe etiam agitant eas cursu, et fatigant æstu : cum area sonat frugibus graviter tritis, et cum paleæ vacue projiciuntur in ventos surgentes. Hoc faciunt ne trajectus partis genitalis sit strictior ob nimiam pinguedinem, et claudat meatus hebetes : sed ut pars illa cride attrahat semen, et interius includat. Postea incipit cura patrum recedere, et cura*

.....

omnes *Florentisque*. Sic et Gell. i, 22. At *Pubentesque Ven.* Voss. Moret. quart. et pr. a m. sec. Rottend. tert. pro var. lect. et Reg., item unus Arundel. et aliquot Pieriani, et sic Servius. Primus induxit in editos Ge. Fabric. Commelin. Steph. Nisi dicendum, banc lectionem ex Æn. iv, 514 translamat esse : *Falcibus et messa ad lanam quaruntur ænis Pubentes herbe.* Brunck. *Florentis* revocavit.—127. *nequeat* et *vetustioribus* post Pierium Heins. Ita tamen jam Nauger. correxerat Ald. tert. *nequeant* vulgo. *nec—nequeant* Goth. pr.—128. *nati*. Per Pulmann. edd. irrepererat gnati.—129. *Ipsi* Leid. a m. sec. *nocte pro macie* ed. Argent. notante Reiskio.—130. *nam nata voluptas* conjectabat Burn., et sic Cantabrig., sed vide Not. Jo. Schrader. tentabat : *ubi concubitus primi jam mota voluptas*, vel *c. primos innata voluptas* (ut iv Georg. 177 *innatus amor*, Ovid. vi Met. 468 et sepe) *vel ignota v.*—131. *et frondibus arcent nonnulli ap. Pierium.* Sic Philargyr. habebat, et Goth. sec. —133. *Tum in ed. Cerd. tonis, tuis, aliis, ut semper.*—135. *obtusior* scribunt antiquissimi.—136. *Sint unus Mead.* euro ed. Ven. 1475 et Goth. sec. cum Erf. a m. pr. *sulcoque* ed. Bas. 1686. *et abest ap. Bedam.* *succos* Zulich. *inerves* Serv. ad Æn. XII, 370. Piget convertere tales quisquilias.—137. *si- tiens rapiant Parthias.*—138. *turba patrum* Goth. sec. *eadem pro cadere Ven.* Possis quoque interpungere : *Incipit, exactis—errant.* Non illas *gravibus.*

#### NOTÆ

130 *Concubitus primos jam nota vo- luptas]* Pugnant hæc verba, *primos et jam nota.* Nisi juncta alios intelligamus *primos*, non omnino de primo con- cubitu ; sed tantum de primo et novo anni cujusque redeuntis.

134 *Zephyrum]* De vento illo occi- dentali, Ecl. v. 5.

135 *Usus]* *Trajectns, via :* ut Æn. II. 453. ‘ *Limen erat, cæcæque fores,* et pervius *usus Tectorum inter se Priami.*’

- Incipit. Exactis gravidæ cum mensibus errant :  
 Non illas gravibus quisquam juga ducere plaustris, 140  
 Non saltu superare viam sit passus, et acri  
 Carpere prata fuga, fluviosque innare rapaces.  
 Saltibus in vacuis pascant, et plena secundum  
 Flumina : muscus ubi, et viridissima gramine ripa,  
 Speluncæque tegant, et saxea procubet umbra. 145  
 Est lucos Silari circa ilicibusque virentem  
 Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo  
 Romanum est, oestrum Graii vertere vocantes ;  
 Asper, acerba sonans ; quo tota exterrita sylvis  
 Diffugunt armenta ; furit mugitibus æther 150.  
 Concussus, sylvæque et sicci ripa Tanagri.  
 Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras

*matrum succedere, quando cagantur gravidæ expletis mensibus. Nullus patiatur eis trahere juga gravium plaustrorum, aut viam trajicere saltando, aut percurvere prata celeri cursu, aut innatate fluvius rapidis. Pascuntur in spatiis apertis sylvarum, et iuxta tumentia flumina : ubi sit muscus, et ripa virens herbis ; et ubi antre tegant equas, et umbra rupium incumbat. Circa sylvas Silari, et circa Alburnum virentes ilicibus, est plurima volitans musca, qua Romane nominatur asilus, Græci appellantis interpretati sunt æstrum : aspera et acerbe murmurans, qua armenta tota territa fugiant et sylvis, aer sonat percussus mugitibus, et sylvoe, et ripa Tanagri aridi. Per hoc monstrum Juno exercuit olim iram horribilem, inferens pernicitem*

-----  
 Tum poëta non animadvertisit *gravidæ gravidibus sibi succedere*.—140. *gravidus* unus Mead.—141. *saltus* Medic. Menag. alter.—142. *fugios*—*minaces* Zulich. ex v. 77.—143. *pascuntur vero sylvas* Nonius Marcellus in v. secundum ; forte ex 314. *Pastibus* is expressum a Cerd. *pascunt* Medic. a m. pr. Moret. pr. unus Arundel.—144. *ciridissima gramina ripa* Medic. *gramina ripa* quart. Moret. *germine* unus Mead.—145. *procubat* Moret. sec. *protecta* Medic. a m. pr. Potest autem vel jungi et repeti : *ubi speluncæ tegant* ; vel sejungi : *Flumina, muscus ubi et ripa. Speluncæque tegant, et s. p. v.*—146. *lucus fragm.* Vatic. Medic. a m. sec. et Leid. male. *Silari* Medic. a m. pr., quod firmat Heins. *circum Ven.* circa Parrhas. *Est lucum Silari juxta Seneca epist. 58.*—147. *Pharibus* Seneca ibid. et tres ap. Burm., male ; v. Ge. 1, 187. *qui post Pierium ex antiquis aliquot. At cui Heinsiani et alii omnes. æsillo, æsillo,* alii, male, et mox æstron.—148. *est abest a Goth. sec. et tribus Martin.* *Grai* fragm. Vatic. et alli, ut v. 90. *vocando Longob. Pierii.* *Graii tenere vocentes conjiciebat Reiskius ; ἀλλάθασι (pro κατελήφθωσαν) καλούντες.*—149. *Aspera* Goth. pr.—150. *Diffugunt pro var. lect. Gud. fugit mugitibus* fragm. Vatic. —151. *Tanacri* fragm. Vatic.—152, 153. aberant Moret. quart.—153. *pestes*

## NOTÆ

- 146 *Est lucos Silari, &c.] Silari,* Negro, tenuis, et ideo æstate fere nunc *Selo* : Italia fluvius in Lucania : *arescens. Ilex, arbor glandifera, yeuse.* quo Lucani a Picentinis dividuntur. 147 *Asilo Romanum, &c.] Tabanus,* *Alburnus]* ejus regionis mons, *Alburno;* *teon, musca boves agitans, veteribus* ex quo monte fluvius oritur, *Tanagrus,* *Italis dicta est asilus : Græcis olotropos.*

- Inachiae Juno pestem meditata juvencæ.  
 Hunc quoque, nam mediis fervoribus acrior instat,  
 Arcebis gravido pecori, armentaque pasces                            155  
 Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.
- Post partum cura in vitulos traducitur omnis ;  
 Continuoque notas et nomina gentis inurunt,  
 Et, quos aut pecori malint submittere habendo,  
 Aut aris servare sacros, aut scindere terram                            180  
 Et campum horrentem fractis invertere glebis ;  
 Cetera pascuntur virides armenta per herbas.  
 Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem,  
 Jam vitulos hortare, viamque insiste domandi,  
 Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.                            165

*juvencæ filiæ Inachi. Expelles quoque illum asilum a gravidis matribus, nam importunior ingruit media æstate: et pasces armenta quando sol recens surrexit, aut quando stelle inducunt noctem. Post partum omnis cura transfertur in vitulos: statimque imprimunt iis signa et nomina gentis: et notant eos quos velint, sive seponere ad propagandum armentum, sive servare diculos sacrificios; sive quos velint arare terram, et versare agrum asperum glebis solutis. Reliqui vituli pascuntur inter virides herbas. Tu exerce jam tum vitulos, quos erudes ad laborem et usum rusticatum: et institue rationem eos domandi: dum animi juvenum dociles*

fragm. Moret.—154. *Hoc* Leid. tert. *Hanc* Zulich. *instant* Leid. pr. a m. pr.—155. *que* post pecori inserit Medic. a m. sec. Menag. pr., uterque Mead., male. *pasces* fragm. Vatic.—156. *austris* Cantabrig. et edd. vett.—157. *in vitulos* cura ante Pierium legitur. *deducitur Oblong.* Pierii.—159. *Turbata oratio in copula: Et non habet alterum, quod ei respondeat; nisi tertio loco aut pro et dictum velis.* Videri potest et explicative positum pro, et quidem hoc facere solent iis, quos aut-aut. *Est* tertia eaque præferenda ratio, ut post et elicias: *designant* aut simile quid ex: *inurunt*. Forte fuit *Ecclesiæ*. *Si quo.* Aut scriendum: *Et scindere terram Ac campum;* hoc tamen insuvi sono. *maluit* Moret, pr. unus Mead. *malit* Ven. et alter Mead.—160. *sacros* omnes vetusti. *sacris vulgg.* edd. ante Heins. cum nonnullis codd.—162. *pascuntur* Voss. pr. Leid. pr. nec male. Ceterum Martinus, quem olim minus bene sequutus eram, novum præceptum orditur a v. 162 *Cetera—per herbas:* *Tu quos.* Quod fit admodum dure.—163. *ad studiæ Romanus*, Gudian. pr.

## NOTÆ

153 *Inachie Juno, &c.]* Io, Inachi fluvii Peloponnesiaci, vel potius Argivorum regis, filia; ut laterat Junonem, a Jove in juvencam conversa est, et Junoni petenti dono data: ab ea tradita est Argo pastori in custodiā: qui cum fuisset a Mercurio sopitus et occisus, Io a Junone cœstro immiso agitata, in Ægyptum usque fugit: ubi implorato Jovis auxilio pristinam recepit formam, nupsitque regi Osiridi; et post mortem ab Ægyptiis habita est pro Dea, sub Iidis nomine.

Ac primum laxos tenui de vimine circlos  
 Cervici subnecte; dehinc, ubi libera colla  
 Servitio assuerint, ipsis e torquibus aptos  
 Junge pares, et coge gradum conferre juvencos;  
 Atque illis jam saepe rotæ ducantur inanes      170  
 Per terram, et summo vestigia pulvere signent:  
 Post valido nitens sub pondere faginus axis  
 Instrepat, et juctos temo trahat æreus orbis.  
 Interea pubi indomitæ non gramina tantum,  
 Nec vescas salicum frondes, ulvamque palustrem,      175  
 Sed frumenta manu carpes sata. Nec tibi foetæ,

sunt, dum *atlas mutabilis* est. *Ac primo circumdata collo laxos circulos e tenero vimine: deinde postquam colla prius libera assueverint servituti; conjunge duos juvencos æqualis, alligatos ipsis circulis, et coge eos simul incedere.* Et jam tum rotæ sine onere saepe trahantur ab illis per humum, et illi imprimant orbitas in superficie pulveris. Postea axis e fago laborans sub magno onere strideat, et temo ex ære trahat rotas sibi conjunctas. Interim manu colliges juvencis nondum domitis, non solum herbas, et frondes edulis salicum, et ulvam palustrem; sed etiam fru-

var. lect. Parrhas. a m. sec. seruabis fragm. Moret.—166. *At primum* edd. vett. Et Nonius. *lapnos* Reg. Martini. *ciclos* aliquot codd. et ed. Ven. *circos* Gud. pro div. lect. Parrhas. Goth. sec. et fragm. Vatic. a m. pr. cum Julio Sabino.—167. *Cervice Medic.*, sed idem *sub nocte et circlos a m. pr. deinde unus Mead.*—168. *ipsoe fusc* Zulich. Goth. sec. *ipsoe et Moret. quart. ipsi de Oblong.* *ipsoe et Longob.* Pierii. *ipsoe ex Reg.* *ipsoe cum unus Mead. aptis* Zulich. *actos duo.*—169. *gradus* Goth. sec. *juvencis Medic.* a m. pr.—170. *Atque illas Medic.* a m. pr. *ducantur Rottend.* pr. et unus Mead. Mentel. pr. *ductentur Ven.*—171. *sunna* Rottend. alter. *signant* Rottend. tert. et Mentel. pr.—172. *validoque* alt. Menag.—173. *Instrepet* Goth. sec. *terat* Erf. *vinctos et orbis nonnulli ap. Pierium.*—175. *Non alt.* Rottend. *vesca* Mentel. tert. *sylvestrisque Rom.* Pierii, Parrhas. in marg. *ulvæque fragm.* Vatic. a m. pr.—176. *Nec ubi* Moret. pr. *quod Heinsio placebat, ut esset necubi, pro ne alicubi.* Lucan. IX, 1058 *Necubi suppressus pereat gener.* *At sequitur, imple-*

## NOTÆ

166 *Circlos*] Syncope pro *circulos*: quemadmodum *secham* et *periculum*, pro *seculum* et *periculum*.

168 *Aptos*] Ligatos; ab *arras ligo*, ut fuse ostendimus Ecl. VII. 13.

172 *Faginus*] E fago, *de hêtre*: Ecl. I. 1.

175 *Vescas*] Edulis, quæ famem excitent. Ge. IV. 181. *Ula*] Herba qualibet palustris, sine certo nomine.

176 *Sed frumenta, &c.*] Servius aliique explicant de farragine, hoc est

de furfuribus triticeis, et farina hordeaceis. Ego de herbis adhuc tenebris, et recens ortis. Favent mihi voces, *carpes sata*, quæ plane herbarum putationem et collectionem notant. Favet præterea monitum Virgilii v. 206. ‘*Tum demum crassa magnum farragine corpus Crescere jam dominis sinito:* ergo farragine interdicit indomitis, de quibus hic agitur. Varro tamen hanc cibam permittit vitalis semestribus. Virgilius itaque dicen-

More patrum, nivea implebunt multraria vaocæ,  
Sed tota in dulces consumant ubera natos.

Sin ad bella magis studium turmasque feroce,  
Aut Alpheia rotis prælabi flumina Pisæ,      180  
Et Jovis in luco currus agitare volantes :  
Primus equi labor est, animos atque arma videre  
Bellatum, lituosque pati ; tractuque gementem  
Ferre rotam, et stabulo frænos audire sonantes ;  
Tum magis atque magis blandis gaudere magistri      185  
Laudibus, et plausæ sonitum cervicis amare.  
Atque hæc jam primo depulsus ab ubere matris  
Audeat, inque vicem det mollibus ora capistris

*menta e tenera segete. Neque vacca partu solida replebunt tibi lacte candida multraria, ut erat consummato veterum : sed exhaustiora totas mammæ ad alendos dulces factus. Si vero studium magis est ad bella, et ad exercitus feroce : aut si magis studium est radere currus annem Pisæ Alpheum, et impellere currus celeres in luco Jovis : primus labor equi est, videre contentiones et arma pugnantium, et ferre plangorem tubarum, et tolerare genitum rotæ tractæ, et audire in stabulo crepitum frænorum : præterea magis ac magis letari blandis laudibus magistri, et amare sonitum palpati colli. Audiat autem ista, ut primus depulsus est a lacte matris : et vice frænorum præbeat collum mollibus loris, adhuc doble, imo et tre-*

*bunt.—177. mulgaria nonnulli Pieriani, item apud Philargyr. et Nonium, qua forma et Valgium olim usum fuisse notant Grammatici. Ad communem lectionem accedit aliorum scriptura : multralia, multraria, multraria, ut in fragm. Vatic. a m. pr. multraria, multraria, ut in Medic. a pr. m., multraria.—178. Et fragm. Vatic. consummato Medic. a m. pr. consummato Rottend. tert. consummato Gud.—179. in turmasque Ven.—181. Si Jovis unus Mead. volentis fragm. Vatic.—182. equis Medic. animoisque ad bella alter Rottend. Jo. Schrader. post alia tentata legebat : *Primus equi labor est animosis, arma videre :* quomodo enim equus animos videre possit ? Scilicet animi, ut iræ, òmuds, pro pugna, qua animose fit ; et h. l. animi et arma bellatum sunt poëtæ ipsi belantes.—184. stabulis apud Nonium in frenos, et nouis Mead. audere Medic. a m. pr. conf. ad v. 188.—186. Plausibus et plausæ Zulich. pr. Moret. Goth. sec. amara fragm. Vatic. a m. sec.—188. Audeat Heins. recepit ex Medic. ac*

## NOTE

duo est, aut Varroni esse contrarios ; aut farraginem domitis copiose, indomitis ac junioribus parce tantum, permettere. *Fæta] Vox ambigua, quæ* sepe gravidas ; hic partu jam solutas, significat. Ecl. i. 50. *Multraria, vasa* mulgendo pecori, Ecl. iii. 30.

180, 181 *Aut Alpheia, &c.] De Pisæ,* urbs an fons tantum fuerit, dubitare videtur Strabo lib. VIII. Regio certe

fuit, et pars Elidæ, sive Eleæ, in Peloponneso : in qua Olympia urba, et Alpheus fluvius. Ge. i. 59. loca Iudæa Olympicas et Jovis templo insignia. Vide supra v. 20.

183 *Litusoisque pati] Litus,* species incurvæ buccinæ : a cuius similitute, dñe *litus* quoque dicitur augurum baculus, quo varias cœli regiones designabant.

Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius ævi.  
 At tribus exactis ubi quarta accesserit æstas,  
 Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare  
 Compositis, sinuetque alterna volumina crurum ;  
 Sitque laboranti similis ; tum cursibus auras,  
 Tum vocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,  
 Äquora, vix summa vestigia ponat arena :  
 Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris  
 Incubuit, Scythieque hyemis atque arida differt

190

195.

*mens, nequam confidens atati. At cum quartus annus accesserit tribus jam elapsis ; statim incipiat describere gyros, et incedere passibus numerosis ac sonantibus : et inflectat alterne commissuras crurum, ita ut videatur coactus ; deinde lacescat ventos cursu : et currens per campas patentes, quasi solitus freno, vix altingat pedibus superficiem arenæ. Qualis est Aquilo, cum imminet vehemens a septentrionalibus partibus, et cum dissipat*

Gud. a m. pr., Mentelianis, Reg. ; et sic Romanus videtur legisse. Ita et fragm. Vatic. *Audiat* vulgo, minus bene. vid. Not. *inque diem, inque viam, inque fidem* tentabat Jo. Schrader.—189. *et jamque—et jam* Heins. disjunxerat Charisii auctoritate. Et sic libri nonnulli ; cf. Pierium ; et edd. vett. Enimvero *jam—jamque ant jamque—jamque* dici obvium est ; at, *et jamque—et jam*, ut in primo membra altera copulativa sit otiosa, poni posse valde dubito. Magis itaque vulgariter ratio, *etiam—etiam*, placet ; ut in priore parte adjuncta copula jungat reliqua cum antecedente : *Invalidus et etiamnum tremens, etiamnum inscius avi.* cf. *Æn. vi, 485.* Atque ita plane fragm. Vatic. Medic. interpolatus *jamjamque tremens, jamjam inscius*, cum a pr. m. *etiamque* scriptum bis fuisset. *jamjamque etiam in Moret.* fragm. *Invalidusque Regius Martini. etiamque Parrhas.*—190. Ac Menag. pr. et Reg. Martini. *estas* Heins. reposuit, ut habebat Romanus, Gudian. Mentel. pr. a m. pr. et Zulichem., uterque Arundel. Mead., et vett. edd., ut Ven. et Medioli., etiam fragm. Vatic., sicutque edidit Naugeris, et qui eum seqq. Ceteri *atas*, quod an pro anno absolute dixerit ullus poëta, mihi quidem nondum liquet ; ubicunque enim legitur, varietatem lectionis inveniens. conf. Pier. et Burm. cf. inf. Ge. iv, 207. Agnoscit tamen hoc Servius et Nonius Marcellus in *Erigere*. Porro idem Romanus *accepterit* ; sic et Regius ap. Burm., exquisitiore, pnto, ratione. cf. Ecl. VIII, 39, at fragm. Vatic. a pr. m. *accepterit.*—192. *currens* Medic. a m. pr. Rottend. tert.—193. *cum cursibus* Reg. et Parrhas. in marg., fragm. Vatic. a m. sec. cum Goth. sec. *cruribus* Edit. Norimb.—194. *Tum vocet* Heins. reposuit ex Medic. et optimo quoque ; etiam Romanus sic habet : *Provoget, quod vulgare, editur vulgo. Tum vocet vel vocet Zulich.* *Cum vocet* alter Menag. *Advocet* unus Arundel. *pétat* tert. Rottend., ex interpret.—195. *ponit* alter Moret. *verras* Moret. quartus, qui a m. pr. resonat *vestigiat.* *signat* apud Serv. ad *Æn. v, 317.*—196. *condensus* Menag. alter. *horis duo.*—197. *Incumbit* Goth. sec. *horrida* Toll. *arrida* Franc. cf. inf. v. 458. *differt* alter. Rottend.

## NOTÆ

196 *Qualis Hyperboreis, &c.] De ex iisflare incipit Boreas. Differt Scythia, Ecl. i. 66. De Aquilone, sive Boreo, vento septentrionali, Ecl. VII. 51. De Hyperboreis, seu Kiphaïs Moscovice montibus, Ge. i. 240. Dicuntur Hyperborei : quia supra eos et* ex iisflare incipit Boreas. Differt *Aquilo Scythie hyems, id est, nubes in Scythia collectas, meridiem versus propellit; easque aridas, quia non solvit eas in pluviam, utpote siccus et constringens.*

Nubila : tum segetes altæ campique natantes  
 Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem  
 Dant sylvæ, longique urgent ad littora fluctus: 200  
 Ille volat, simul arva fuga, simul æquora verrens.  
 Hic vel ad Elei metas et maxima campi  
 Sudabit spatia, et spumas aget ore cruentas;  
 Belgica vel molli melius feret esseda collo.

*procellas Scythæ et nimbus adhuc siccus: tum segetes alta, et agri spicis fluctuantes tremiscunt modico flatu: et cacumina sylvarum edunt strepitum: et longi fluctus impellunt se ad littora: Aquilæ autem ruit, simul radens cursu campos, et simul mare. Talis equus, vel sudabit, et emitte ore spumam sanguineam, ad metas et magna spatia campi Olympici; vel melius trahet collo tenero vehicula Belgica. Tunc de-*

Gudian. a m. pr. Ed. Ven.—198. *tum segetes* octo boni codd. cum uno Arundel. et Mead. Martini; forte melius, ut minus impedita structura sit. Nunc esse puta: *Qualis Aquila differt, cum incubuit, cum Regius, natans fragm.* Vatic. Urget Jo. Schrader. *campos natantes* dici aqua submersos: ut sup. 1. 371 *Omnia plenis Rura natant fossis*. Lucret. sepe, v. c. vi, 1140 de *Ægypto*. et 266. Silius iv, 162, ubi Drak. Itaque conjicit *campique nitentes*: quod frequens de segete dici quis dubitet? Verum cogitandum, *campos pro segete dictos*; nihil antem magis consentaneum, quam *segetem nature, fluctuare*, dici, vento impulsam? Paulo diversum est, quod sup. *undantem buxo Cytorum* dixit ii, 437, et ii, 281 *ac late fluctuat omnis Ære residenti tellus*: etiam simili modo dici potuissent: *campi segete natantes*. Sed proxime ad Maronem Ausonius Mosella 194 *Tota natant crispis juga motibus, et tremit absens Pampinis*: de umbra in amnem projecta. Ut ap. Statium ii Sylv. 2, 49 *vitroque natant pratoria ponto*; et *nata umbra profunda* ii Theb. 42. Imitationem loci notatam video ex Maximiano (personato Gallo) *Arria sub æsticis undant horrentia flabris*. —199. *sonoris fragm.* Voss.—200. *longeque prescriptum est notæ Heinsiane*; nescio unde; nam ubique legitur editum *longique*, ut etiam Medic. Rom. et hundat Heins. κύματα μαρτὶ δαδοντα, *longeque* Medic. Pierii cum aliis.—201. abest versus a fragm. Moret. verrit citat Serv. ad Æn. iv, 72. ipse unus Arundel. *arma Reg.*—202. *Hinc* Medic. a m. sec. Gud. et alii; et sic fragm. Vatic. et Roman.; et recte; compara v. 190. 198. 205. ab hoc inde tempore, nunc denum. *Hic et ad Comment. Cruq. ad Horat. Od. iv, 2.* et etiam Rom. et Oblong. Pierii. *maxima Circi Sudabit spatia* conjiciebat Markland. ad Stat. Sylv. v, 1, 21, nimis calide; ita *Eleus Circus a poëta dictus esset*. Jungendas sunt: *ad metas et spatia campa Elei*.—203. et abest a Rottend. tert. et Parrhas. *agit* Leid. a m. pr. et fragm. Vatic.—204. *Bellica Medic. a m. pr.* Moret. pr. unus Mead. Goth. sec., quod placebat Martino; recte tamen rejecit Heins. Eadem varietas alibi. v. Heins. *Belgia Menag. pr. ferat*

## NOTE

202 *Elei.... campi spatia, &c.*] Stadium Olympicum in Elide, de quo Gr. i. 59. et Ge. iii. 20. et modo v. 181.

204 *Belgia esseda*] Essendum, vehiculi genus, tam ad iter, quam ad bella comparatum. Eo quippe uti solitos fuisse Britannos in bellis memorat

Cæsar, de bello Gall. lib. iv. Quod et vicinis quoque gentibus, ut Belgis, qui Galliæ partem tertiam occupabant, fuisse in usu colligitur ex aliis auctoribus. De *Farragine*. v. 176.

|                                                       |     |
|-------------------------------------------------------|-----|
| Tum demum crassa magnum farragine corpus              | 205 |
| Crescere jam domitis sinito; namque ante domandum     |     |
| Ingentes tollent animos, prensique negabunt           |     |
| Verbera lenta pati et duris parere lupatis.           |     |
| Sed non ulla magis vires industria firmat,            |     |
| Quam Venerem et cæci stimulos avertere amoris,        | 210 |
| Sive boum, sive est cui gratior usus equorum.         |     |
| Atque ideo tauros procul atque in sola relegant       |     |
| Pascua, post montem oppositum, et trans flumina lata; |     |
| Aut intus clausos satura ad præsepio servant.         |     |
| Carpit enim vires paulatim uritque videndo            | 215 |
| Fœmina; nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.     |     |
| Dulcibus illa quidem illecebris et saepe superbos     |     |
| Cornibus inter se subigit decernere amantes.          |     |
| Pascitur in magna sylva formosa juventa :             |     |

sique permittit, ut magnum corpus eorum, qui jam domiti sunt, pinguecat densa farragine; nam si saginatur antequam domitum, efferent animum ferocem, et comprehensi recusat pati flagella flexibiliæ, et obtemperare duris frænis. Sed nulla cura magis corroborat eorum vires, quam impudore coitum et acutius insani amoris: sive boum, sive equorum cultus aliqui placet. Et propterea removent tauros longe, et in deserta pascua, post montem interjectum, et trans latos fluvios; vel servant inclusos interius ad præsepio pabulo abundantia. Nam fœmina, dum videtur, paulatim minuit vires, et exhaustit marem: nec permittit ut meminerit sylvarum, et pabuli: illa quidem facit hoc dulcibus blanditiis: et saepe cogit superbos amantes certare inter se cornibus. Pulchra juventa pascitur in magna sylva: tauri vero illi cicissim

.....

fragm. Voss. *heseda Parrhas.*—205. Tu Reg. *ferragine* Medic. a m. pr. Sic et alii scribunt, aut *feragine*. *sartagine* Heins. conj. Causam non video.—206. *domiti* tres ap. Burm.—207. *tollunt* duo, et Serv. ad v. 174 in nonnullis MSS. *animos pressique* Zulichem.—208. *Verbera dira* fragm. Moret. *dura* Reg.—209. *nonnulla* fragm. Vatic. a pr. m. *industria servat* vett. aliquot apud Pierium cum Ed. Ven.; alterum magis poëticum.—288. *quoi* fragm. Vatic., ut v. 6.—212. *Atque adeo* Moret. quart. sed v. Heins. *procul atque infusa resurgent* Ven. *relegat* Franc.—213. *appositum* Leid., quod Heins. probabat; recte rejecit Burm. cf. Not. *nata* Medic. a m. pr.—214. *Atque* Zulich.—216. *neque herba* Pierii Oblongus.—218. *subicit* Mentel. a pr. m.—219. *Sila* olim alias legisse, Servius memorat quod ut fiat, nullam hic necessitatem cogere, ut in En. XII, 715 *Ac velut ingenti Sila, summore Taberno;* itaque vulgo ab Intpp. neglectum. Fateor tamen, mihi versum ante Servium inspectum jamdudum

## NOTÆ

- 206 *Ante domandum*] Vide infra, v. 248. bus; unde nomen est.  
 215 *Uritque videndo*] Dum videtur. *Geroudia* enim pleniusque vim habent paasivam, Ecl. VIII. 71.  
 208 *Lupatis*] Lupatum, frænum aspergium, uncis armatum ferreis lupinorum dentium formam habenti.

|                                                 |     |
|-------------------------------------------------|-----|
| Illi alternantes multa vi prælia miscent        | 220 |
| Vulneribus crebris; lavit ater corpora sanguis; |     |
| Versaque in obnixos urgentur cornua vasto       |     |
| Cum gemitu; reboant sylvæque et longus Olympus. |     |
| Nec mos bellantes una stabulare: sed alter      |     |
| Victus abit, longeque ignotis exulat oris;      | 225 |
| Multa gemens ignominiam plagasque superbi       |     |
| Victoris, tum, quos amisit inultus, amores      |     |
| Et stabula aspectans regnis excessit avitis.    |     |

multo ardore miscent pugnam plagiæ frequentibus: niger sanguis tingit membra, et cornua impinguntur conversa vicissim in adversarium obnitem, magno cum gemitu: et sylvæ et magnum cælum remugunt. Nec solent adversari manere in eodem stabulo: sed alterutrum abit victus, et procul exulat in regione incognita: multum dolens de ignominia, et vulneribus illatis a feroci victore: et de anicâ quam perdidit sine ultiōne: et exit e regnis acorum, frequenter retorquens oculos ad stu-

.....

nimis tenuem visum fuisse, etiam sono minus gratum; ita ut expunctum esse mallem; tum post sylva redeunt v. 223 sylœ. Nunc video in altero Æn. XII loco eandem comparationem institui, et taurorum pugnam narrari. Sila autem, mons sylvosus, Apennini hic procurrentis jugi pars extrema, in extremis Bruttiorum oris, unde laudata illa pix Brutia. conf. sup. ad Ge. II, 438. Videndum itaque, annon revocandum hic sit: *Pascitur in magno Sila formosa juvenca.* Aut, in magna Sila (quod Brunck. admisit), modo constaret, Silam etiam foeminino genere dictam esse. Ei enim, qui paulo modestioris est ingenii, non satis est, *syltam Silam* dici apud Plinium et Ciceronem; alioqui et *Sila nemus* efficeret, ut Sila neutrius generis sit; et *nons Ætna*, ut hæc sit masculini generis; aut, *Styx fluvius* et innumera similia. Quod vero etiamnum la Sila dicatur, non debebat memorari; nam innumeræ sunt vocabula recentioris sermonis generi mutato. De Sila sylva unicus paulo disertior locus est Strabonis lib. VI, sed in corruptus. vid. Cluver.—220. Idem fere versus Æn. XII, 720—723. *inter se cornua miscent* Zulich. *prælia tollunt unus* Mead. 221. *lavit ater vulnera sanguis* ter apud Nonium occurrit; sed male, cum eodem jam versu *vulneribus crebris* præcesserit. Heins. *lavat* tres Burm. Medic. a m. sec.—222. *vergentur Franc.*—223. *Tum Moret. pr. resonant sylva que Medic.*, sed reboant et Nonius et Macrob. Sat. VI, 4 agnoscit, qui et a Lucretio (II, 28) acceptum affirmat, *que post sylva abest a Parrhas. longus Olympus* pro vulgato *magnus Olympus* jam Heinsio probatum recepit Burm. ex uno Medicco et Macrob. VI, 4 extr., ut sit mons longo jugo excurrens. Verum. b. I. *Olympus* non mons, sed cælum; ut: *it clamor cælo.*—225. *excubat Ven.*—226. *ignominia Leid. et Menag. sec.*—228. *stabuli* in Medic. a m. pr. Fogginius

## NOTE

221 *Lavit*] Dicitur *lavare*, et *lare*: hic *lavit*, non est præteritum a *lavare*, longam enim haberet syllabam primam; sed præsens a *lavare*, atque ita habet brevem.

223 *Olympus*] Cælum translative,

proprie mons in Thessalia, de quo, Ecl. V. 56.

228 *Regnis avitis*] Agris in quibus natus erat, ac veluti dominabatur: sic Ecl. I. ‘Mea regna videns mirabor aristas.’

Ergo omni cura vires exercket, et inter  
Dura jacet pernox instrato saxa cubili, 230  
Frondibus hirsutis et carice pastus acuta;  
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit  
Arboris obnixus trunco, ventosque lacesait  
Ictibus, et sparsa ad pugnam preludit arena.  
Post, ubi collectum robur viresque refectæ,  
Signa movet, præcepsque oblitum fertur in hostem: 235

*buhum. Exercket igitur suas vires omni cura, et jacet pernoctans in cubiti strato sub  
duri saxis, comedens frondes hispidas, et juncos aquos: et experitur se: et discit  
furere in sua cornua, oblectans trunco arboris: et impedit aërem ictibus: et prolebat  
ad pugnam arenis sparsis. Deinde postquam robur reparatum est et viros refectæ,  
mutat locum, et celeriter incurrit in hostem immemorem: veluti fluctus, cum corpit*

tamen non expressit. excedit Zulich.—230. et intus Ven.—230. pernix con-  
stanter libri et Grammatici, qui a permitendo ductum esse perseverantem con-  
tendunt. Quod si a Virgilio est, nove dixit. Nondum enim locum vidi, ubi  
pernix ita dictum esset; sed semper est celer, acer, strenuus, etiam in loco,  
quem male laudant, Horat. Epod. 11, 42 *Pernicis uxor Appuli.* Pernox jam  
ab Ald. ed. alt. et tert. editam, male iterum relictum ab aliis, qui primam  
Aldinam expressere, multis doctis viris, etiam Scaligero, Heinsio, probatum  
revocavit Burm. Ex glossa Regii et Mentel. pr. Schol. Juvenal. VIII, 10,  
Philargyr. (in edit. Commelin. e cod. Palat. expressa) suspicio erat, hoc jam  
olim in libris fuisse; et exhibent sane uteque Mead. Cantabrig. Bodlei. et  
alter Arundel.—232. Hoc versus iterum apposuit poëta En. XII, 104—106.  
—233. innixus Schol. Juvenal. XII, sed et ibi Voss. obnixus. adnixus Toll.  
obnixus Gud. trunco alter Menag.—234. f. in pugnam, ut Maronis mos fert.  
præludit Franc. conf. ad En. XII, 106. aut sparsa Roman.—235. At ubi Me-  
dic. Colot. Postquam c. Goth. sec. robور scribit Romanus et Gud. viresque  
refecte Heins. repositus e Mediceo, Gud. a m. pr. Rottend. tert. pro var. lect.  
Ursini. receptæ ceteri omnes, quod ægre dimittam. Etiam apud Lucan. I. c.  
11, 604 Nec redit in pastus, nisi cum cervice recepta (ubi nunc Burm. rpleta re-  
ponuit) Excussi placuere tori. Et Statius II Theb. 326 Cum profugo placuere  
tori, cerrizque recepto Sanguine magna redit. Unde Jo. Schrader. et h. l. tenta-  
bat cervice recepta. viresque recepit Zulich.—236. oblicum (pro obliquum) Me-  
dic. Colotianus, Leid. unus. Sed hoc insidiantis potius, quam ferocis et cum

## NOTÆ

230 *Jacet pernox]* Servius tamen; et iuxta omnium, ut ait, veterum ex-  
emplarium fidem, Pierius; legunt pernix; et explicant, perseverans, a  
permitendo. At pernix nusquam ha-  
bet hanc significationem, et ubique  
celeritatem notat: ut supra, v. 98.  
'Pernix Satyrus,' et En. IV. 180.  
'Pedibus celerem et perniciibus alii.'  
Celeritas autem, huic taurō, moerenti

ac fesso, non convenit: legatur ita-  
que pernox, cum utroque Scaligero.

231 *Carice]* Planta ex arundineo  
genere, Gallice non nominata: de qua  
Ecl. III. 20.

236 *Signa movet]* Metaphora a  
bellis hominum, qui, cum castra mo-  
vent, signa terre defixa avellant alio-  
que transfruent.

Fluctus uti, medio cœpit cum albescere ponto,  
 Longius ex altoque sinum trahit; utque, volutus  
 Ad terras, immane sonat per saxa, neque ipso  
 Monte minor procumbit; at ima exæstuat unda  
 Verticibus, nigramque alte subjectat arenam.

240

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,  
 Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,  
 In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem.

Tempore non alio catulorum oblita leæna  
 Sævior erravit campis; nec funera vulgo  
 Tam multa informes ursi stragemque dedere  
 Per sylvas; tum sævus aper, tum pessima tigris.  
 Heu, male tum Libyæ solis erratur in agris.

245

*albescere procul in medio mari, et minus sinuatur: ac veluti volvens se ad littus, resonat horrende inter rupes, et cadit non minor ipsa rupe: at aqua infusa ebullit in vertices, et superjicit in altum nigram arenam. Certe omne genus in terris, et hominum, et ferarum, et genus piscium, pecudes, et volucres versicolores, rapiuntur in furorem et ignem: omnes habent eundem amorem. Nullo alio tempore leæna negligens catulos crudelior errat in campis: neque ursi turpes edunt plures cædes passim et strages in sylvis: tunc aper est crudelis, tunc tigris est pessima: heu! tunc pericu-*

impetu ruentis. et fertur Mentel. alter pro effertur, ut Heins. putat.—237. uti medio Romanus cum aliis Pierii, decem apud Heins. et Burnm. tres Martin. Goth. sec.; et ita scribi debebat: reposique nunc cum Brunckio pro *ut in medio, uti in medio duo Burnm. Oblongus Pierii, et Regius Martin. ubi in ed. Ven. in primo—ponto Medic. a m. sec. forte ex AEn. VII, 528 Fluctus uti primo cœpil cum albescere rent, ubi idem Medic. ponto habet. Sed vid. ad eum locum Var. Lect. De interpunctione vid. Not. h. l.—238. simus Menag. pr. atque volutus Ven. Parrhas. Erf.—239. nec ipso ante Heins., ut ali. neque ipso Goth. sec., felici lapsu.—240. at una tres. et jam Gud. a m. pr.—241. subiectat Medic. Romanus, optimi cum Menag. pr. Moret. quart. fragm. Moret. Ed. Medioli. Goth. sec. Sic et variatur Ge. IV, 385. Vorticibus et hic Medic. cum al.; et id constanter sequi debet Heins.—242. que post ferarum abest a tribus.—243. pecudis Ven. et pecudes Leid. sec.—246. Sævior occurrit campis Moret. sec.; quod non miror arrississe Heinsio et Burmanno.—247. infames ursi Zulich. tum multa Rottend. alt.r.—248. Per sylvas Heins. e Medic. et aliis compluribus, non restitut, sed revocasse videri debet, nam sic jam Nau- ger. ediderat; irreperat iterum in vulgo. Per sylram, quod alii habent. tunc hic et paulo post Goth. pr., ut forte plures, v. c. Romanus.—249. versatur in agris ex antiquissimo codice laudat Pierius, ex Medic. autem erravit. Porro in ursis major codd. pars, teste Heinsio et Martino; male tamen,*

## NOTÆ

241 *Subjectat*] Superjicit: et nota- 249 *Libyæ*] Africæ pars est, que  
 vimus Ecl. I. 46. prepositionem *sub* vulgo pro Africa tota sumitur. Ge. I.  
 in compositis aliquando significare 241.  
*aper.*

- Nonne vides, ut tota tremor pertentat equorum                                    250  
 Corpora, si tantum notas odor attulit auras ?  
 Ac neque eos jam fræna virum, neque verbera sæva,  
 Non scopuli rupesque cavæ, atque objecta retardant  
 Flumina, correptos unda torquentia montes.  
 Ipse ruit dentesque Sabellicus execuit sus,                                    255  
 Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas  
 Atque hinc atque illinc, humerosque ad vulnera durat.  
 Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem

*lose inceditur per desertos agros Africæ. Nonne vides, ut tremor quatiat omnia membra equorum, si duntaxat aër advexit ad nares nostrum odorem fæminæ. Tunc sane nec fræna aurigarum, nec sæva flagella, nec scopuli et rupes caræ, neque fluvii interjecti et volentes sara abrepta vi aquarum, retardant eos. Ipse aper Sabellicus irruit, et acuit dentes, et conculcat terram pedibus, et fricat costas arbore, et ex ultra que parte indurat humeros ad plagas. Quid facit juvenis, cujus in ossibus durus amor*

-----  
 cum arva culta sint. Burmannus optabat, ut codex aliquis haberet, erratur arenæ.—250. pertentat Moret. sec. et duo Rottend., quod post vides ut ferri potest. v. Burm. cf. Ge. i, 56.—252. At Franc. Goth. pr. Ed. Norimb.—253. Nec sc. Reg. retardant pr. et quart. Moret., quod Heins. ad vides ut referebat; malim nullo cum istis nexus, per se, dictum pro retardare possunt.—254. Editum erat correptoque; quam corruptelam fiduciam ejecerant Alld. sec. et tert. cum his Junt. Fabric. et al., iterum intulere Commel. Pulmann. et retere Batavae. Itaque que iterum ejecimus: quod restituunt Wakef. et Voss. tam varia sunt hominum judicia. subjectoque Goth. sec., forte quod librarii animo insidebat adhuc objecta ex vers. sup. Markland. Ep. crit. ad Franc. Hare pag. 52, emendat correptos fundo; nam alter, inquit, sensum vix efficias. Tu vero junge: retardant Flumina objecta, torquentia montes, saxa, correptos unda, fluctu et impetu suo. Jo. Schrader. tentabat pontes: quod cupide arreptum reposuit Wakefield, quia similis versus Lucret. i, 286 *Nec validi possunt pontes venientis aquai Vira subitam tolerare.* 255. dentemque Schol. Horat. Crugn. Od. i, 1, at idem ad Od. iii, 6 dentes, ut et Donat. ad Terent. excitat. —256. pedibus subigit Zulich., et in ora Edit. Junt. notatum a Pierio, sicque ed. Paris. 1494.—257. humeroque multi ap. Heins. Romanus cum aliis Pierii, tres Martini com. vett. edd., quod et Martinus recepit, et hoc recepto recte distinguas post illinc, ut jungantur: fricat arbore costas Atque hinc atque illinc; humerosque ad vulnera durat. atque hoc nunc recepi. Antea legebatur: fricat arbore costas, Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat. non video, cur ita interpnixerit Heins.—258. cum versat Regius Martin. durum cui Nonins in Durus; sed in versat habet magnum, ut et Donat. ad Terent. Andr. i, 5,

## NOTÆ

251 *Odor attulit auras]* Commutatio: id est, aura, sive aëris impulsus attulit odorem.

255 *Sabellicus sus]* Vel aper, vel sus domesticus: e Sabinorum, vel Sabellorum regione, Roma vicina. En. vii. 665.

Delph. et Ver. Clas.

258 *Quid juvenis, &c.]* Leander juvenis ex Abydo Asia oppido, cum Heronem puerilam, Veneris sacerdotem, e Sesto Thracie oppido, desperiret: clam noctu trahiciebat natatu fauces Hellesponti, inter utrumque oppidum interjectas; sed aliquando

Virg.

U

- Durus amor? Nempe abruptis turbata procellis  
 Nocte natat cæca serus freta; quem super ingens      260  
 Porta tenat cœli, et scopolis illisa reclamant  
 Æquora; nec miseri possunt revocare parentes,  
 Nec moritura super crudeli funere virgo.  
 Quid lynxes Bacchi variae, et genus acre luporum  
 Atque canum? quid, quæ imbellis dant prælia cervi? 265  
 Scilicet ante omnes furor est insignis equarum;  
 Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauei  
 Potniades malis membra adsumsere quadrigæ.  
 Illas dicit amor trans Gargara, transque sonantem

*excitat ignem? scilicet vigilans per obsecrum noctem trajicit natatu fretum agitatum subita tempestate: super ejus caput magna porta cœli tonat, et mare impactum rupibus sonat: nec miseri parentes possunt eum impeditre, nec ipsa insuper amica perfutura crudeli morte. Quid, lynxes macilosi Bacchi, et genus acre luporum et canum: quid, fugaces cervi, quanta gerunt bella? Notabilis est tamen præ ceteris furor equarum. Et vero Venus ipsa immisit illis hunc furorem, quo tempore eque Potniades devoraverunt maxillis membra Glauci. Amor rapit illas trans Gargara, et*

44.—259. *adruptis, obruptis, abruptis, a brutis*, solennes aberrationes hic vide ap. Burm. Defendi potest *obruptis*, ante ejus oculos et ora. Defendit quoque Wakef. ad *Lucret.* v. 505. *Nempe obruerit* Rottend. alt.—260. Hoc ordine omnes scripti Burm. et Heins. et vetustissimi Pierii. At ex eo apparet, lectum quoque esse: *Cæca nocte natat*; et in Oblongo: *Nocte natat cæca freta serus*. Venetus porro: *Nocte natat tota*, et Goth. pr *sectus freta*.—261. et abest tert. Rottend.—263. *fusura* Rottend. alt. *cultura* Ven. Sed vid. *Æn.* iv. 308.—264. *pecus acre* Gud. pro div. lect. Eandem diversitatem nota Burm. ex *Æn.* iii. 221.—265. *cæsus* Erf. *quisque, quidque, quæque, quaque*, aberrationes apud Burm. assentendum tamen Vossio, qui *quiique tanquam mollius eligit, in bellis Rom.*—268. *adsumsere, assumere* ibidem, et in Goth.—269. *Il-*

## NOTÆ

viribus destitutus, ac tempestate oppressus interiit. Cadaver cum esset ad littus Thracie delatum, Hero doloris impatientia ex ipsa arce in mare se præcipitem abjecit. De Sesto, *Abydo, et Hellesponto*, Ge. i. 207.

261 *Porta cœli*] Est, juxta Manutium, aër nubibus plenus: juxta alios, oriana, quia inde Solis incipit motus: juxta alios, ipsa nubes, ex qua portæ instar hiscente, fulmen erumpit. Juxta Cerdanum optime, regia, sive templum Jovis. Nam Jupiter a poësi quasi e templo fulminare fragitur.

*Lucret.* l. i. 1096. ‘cœli tonitralia templa.’ *Silius* l. i. 136. ‘tonat alti regia cœli.’

264 *Lynxes*] Species luporum cerviorum, de quibus *Ecl. viii. 3.* Has, ut et tigres, curru Bacchus alligavit.

267 *Glauci Potniades, &c.*] *Glaucus*, Sisyphi filius, e Potnia Bosotise vice; cum equas suas, quo essent velociores, a coitu cohiberet; *Venus* indignata tantum iis furorem immisit, ut dominem lanjarint.

269 *Gargara.... Ascanium*. Ger-

Ascanium; superant montes, et flumina tranant.  
 Continuoque, avidis ubi subdita flamma medullis,  
 Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illæ  
 Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,  
 Exceptantque leves auras; et sæpe sine ullis  
 Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu)  
 Saxa per et scopulos et depressas convales  
 Diffugiunt; non, Eure, tuos, neque Solis ad ortus;  
 In Boream Caurumque, aut unde nigerrimus Auster  
 Nascitur, et pluvio contrastat frigore cœlum

270

275

*trans rapidum Ascanium: transcendunt montes, et trajiciunt fluvios: statimque, postquam ignis exaruit in medullis avidis, præsertim vere (quia vere calor redit in esse) illæ omnes stant in altis rupibus obvertentes ora ad Zephyrum, exceptantque levetem aërem: et sæpe sine ullo concubitu, gravidæ vento, quod mirum est dictu, currunt per saxa, et rupe, et valles humiles: non ad ortum tuum, o Eure; neque ad ortum Solis, neque ad Boream et Caurum; neque ad eam partem, unde oriatur Auster nigerrimus, et unde contrastat aërem pluvia tempestate. Post hanc denique concep-*

-----  
*lam Commentator vetus Horat. Od. 1. 35.—271. ubi erasum in Gud., male.—272. redit omnibus quatuor ap. Colum. vi. 27, 5, ubi excitantur hi verus. reddit calor ossibus illis Romanæ.—273. Ore—versæ Ven. et fragm. Moret., prosaica forma. Ora Zelich. pro div. lect., exquisitus: sed sine auctoritate idonea; ad Zephyrum Romanus Pierii; et Medicus ad verticem vocis, item antiquiss. Goes. liber apud Columellam l. 1.—274. Exspectantque Medic. a m. pr. et Goth. sec.—276. depressos Plotius de metris p. 2630.—278. In Boream ante Heins. vulg. Chaurumque scribit Romanns, Medic. cum plurimis. Corumque Toll. Chorumque duo cum Longob. Pierii.—279. pluvio c. sidere Romanus Pierii, non improbabilibus Heins. et Burm. Ab hoc tamen loco alienum*

## NOTÆ

*gura, pars Idæ montis, et oppidum in Troade. Ascanius, Bithynie fluvius in Asia. Hic pro qualibet monte et fluvio.*

*273 Ore omnes versæ, &c.] Equas in Lusitania circa Olyssiponem ex vento concipere memorant Solinus, Columella, Varro. Fabulam putat Justinus, remque detorquet ad perniciatem equorum Gallicarum et Lusitanarum. Virgilius, duce Aristotele, ex illo conceptu non verum factum, sed lentum virus stillare ait: idque vocant hippomanes ab equi furore; *furores enim equus, et maria furor.* Est etiam hippomanes, caruncula, quæ fronti pulli adnascentur: utramque venena-*

*tum creditur.*

*277 Non Eure tuos, &c. In Boream, &c.] Alii sic interpretantur: Non ad Eurum, sed ad Boream, &c. Ego sic: Non ad Eurum, neque ad Boream, &c. Quia scriptorum maxima pars videtur hanc vim uni Zephyro tribuere: ut et ipse Virgilius: ‘Ore omnes versæ in Zephyrum.’ De Zephyro, vento occidentali, Ecl. v. 5. De Bore, septentrionali, Ecl. vii. 51. De Austr, meridionali, Ecl. ii. 58. De Euro, orientali, Ge. i. 371. Caurus, sive Corus, spirat inter septentrionem et occasum.*

*279 Pluvio frigore] Auster non est frigidus, sed calidus atque humili-*

- Hic demum, hippomanes vero quod nomine dicunt 280  
 Pastores, lendum destillat ab inguine virus;  
 Hippomanes, quod sœpe malæ legere novercæ,  
 Miscueruntque herbas et non innoxia verba.  
 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,  
 Singula dum capti circumvectamur amore. 285  
 Hoc satis armentis. Superat pars altera curæ,  
 Lanigeros agitare greges hirtasque capellas.  
 Hic labor; hinc laudem fortæ sperate coloni.  
 Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum  
 Quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem. 290

*tum distillat e partibus genitalibus riscosus liquor, quem pastores aplo nomine vocant hippomanes, quod sœpe male noceræ collegerunt, addideruntque huic herbas, et verba malefica. Sed fugit interim, fugit tempus irreparabile: dum ferimus circa singula, correpti amore. Hoc sufficit armentis. Superest secunda pars laboris, nempe tractare greges lanigeros, et capellas hirsutas: hoc difficile est; hinc sperate gloriam, o rustici laboriosi. Nec dubito animo, quam si difficile superare sermonis dignitate ista argumenta, et addere hoc ornamentum rebus vilibus. Sed amor sua.*

videtur, cum de austri effectu ac vi agatur, is contrastat frigore, *hyems*, pluvia; non vero, *sidere*. Sed est solennis ea permutatio; conf. ad Ovid. Met. v, 281; et *sidas* plurium vulgarium. In frigore consentiunt omnes libri Columellæ l. l. *pluvio*—pulcere Goth. pr., perperam. constringit Ven.—280. *Hic* Heins. e melloribus. Antea *Hinc*.—281. *destillat* omnes scribunt meliores; et recte ita Heins. *distillat* alii.—283. que abest a Menag. pr. *Miscueruntque* duo. *Miscueruntque* Romanos et Mead. Versus hic bis in hoc carmine occurrit, hic et Ge. ii, 129. Vix probabile fit in carmine tam elaborato poëtam hoc admisisse. Restat, ut judicandum sit, utro loco insertus esse videri possit ab alia manu. Jam in præsentis loco vix bene eo careas. Altero loco, Ge. ii, 129, mellius abest, cum ibi de beneficio proprie dicto agatur, cum quo carmina, *verba non innoxia*, non necessario conjuncta sunt: vid. ad e. l. Brunck.—284. *irremeabile tempus* Zulich., ut et unus *Æn.* x, 467 exhibet. conf. Burm. ad Anthol. Lat. p. 131.—285. *cum Rottend. alt. rapti Ven. rapti circum sectantur Erf.*—286. *Hic Ven. Superest Medic. a m. sec.*—287. *Lanigeras* alt. Menag.—288. *Hinc labor* Medic. Pierii cum aliis pluribus; et sic edd. vulg. ante Heinseum, qui bene revocavit *Hic*, quod jam Nauger. reposuerat. Sic Medic. Rom. et fragm. Vatic. *laudes Parrhas*. Regius et unus Mead. *sperare* Ven. Goth. interque et edd. Ven. 1475, 1476.—289. *Non sum Rottend. Leid.* alter. *verbis extincere* Gudianus, ut Lucret. v, 100 *pervincere dictis. me tinx-*

## NOTE

dus: unde *frigus* hic pro pluvia tempestate usurpatur; ut *hyems* sœpe, pro testiva etiam tempestate. Ge. i. 321. ‘Ferret hyems culmumque levem paleasque volantes.’

280 *Hippomanes*] Supra v. 273.

286 *Hoc satis armentis. Superat, &c.]*

- II. PARS. *De cultu ovium et caprarum.*  
 Praecepta continet quatuor. I. *De hyberna utriusque gregis curatione*, v. 295. II. *De aestivo utriusque cura, et meridiana ac serotina pastione*, v. 322. III. *De lanificio*, v. 384. IV. *De lactis proventu*, v. 394.

Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis  
 Raptat amor. Juvat ire jugis, qua nulla priorum  
 Castaliam molli devertitur orbita clivo.

Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam 295

Carpere oves, dum mox frondosa reducitur aetas;

Et multa duram stipula filicumque maniplis

Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat

Molle pecus, scabiemque ferat turpesque podagras.

Post hinc digressus jubeo frondentia capris 300

Arbuta sufficere, et fluvios præbere recentes;

Et stabula a ventis hyberno opponere Soli

Ad medium conversa diem: cum frigidus olim

*ris rapit me per altissimas solidudines Parnassi: placet ire per ea culmina, per que nulla orbita veterum deflectit facili inclinatione ad Castaliam undam. Nunc, o veneranda Pales, nunc canendum est magna roce. Principio, jubeo ut oves comedant herbam in mollibus stabulis, donec aetas frondosa paulatim redit: et ut colonus tegat duram terram multa palea, et manipulus filicum, sub ipsis ovibus; ne rigor frigidus terræ lædat pecus tenerum, et importet scabiem ac turpes podagras. Postea discendens ab ovibus, jubeo ut præbeat capris arbutos virides, et det aquam recentem haustam; et ut stabula tuta a ventis, objiciantur Soli hyemali; versa ad meridiem: cum*

\*\*\*\*\*

*cere Ven. Lucret. v. 734 Difficile est ratione docere et vincere verbis.—290. hinc addere malebat Burm., ex verbis scilicet honorem addere. Et sic plane Goth. pr. Enimvero *hunc honorem*, ornatum hunc, cui cum maxime operam impedit. —293. devertisse optimus quisque scribit. *devertisse* alii. v. Burm. adde Pierrius.—294. *ore canendum unus Mead.*—295. *stabulis Gud.*—296. *educitur Menag.* pr. *inducitur Parrhas.* Edico carpere—sternere—sufficere et præbere: hæc ad pastores, primo quod loco ponitur, ad oves spectat; edico oves carpere, et pastores sternere. Sed ferenda hæc in omni oratione.—297. Et multum duram Goth. sec. Et multum dura Ven. dura fragus. Vatic., et a m. sec. in stipula. durum Rom. *felicum* Mentel. pr.—300. *degressus unus Leid.* digrediens Servius ad Æn. VIII. 546.—303. At Menag. pr. *tum f. o. Jam redit Ven. dum f.**

#### NOTÆ

291 *Me Parnassi]* De eo monte Phocidis, Ecl. vi. 29. Cujus in radicibus *Castalia* est, sive fonte *Castalius*, Muis sacer. De *Pale*, Dea pabuli, supra v. 1.

297 *Filicumque maniplis]* *Filix,* *fougera*, nota herba.

301 *Arbuta]* Sunt proprie fructus arbuti: hic sumuntur pro ipsa arbuto, *arboister*: quæ arbor inter caprarum

pabula numeratur a Colum. l. vii.  
*'Ea sunt arbutus, cytisus agrestis,'* &c. Vide Ecl. III. 82.

303 *Otim]* Vulgo tempus significat præteritum, aut futurum: aliquando presens, aut indefinitum; ut hic, et Æn. v. 125. *'quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus.'* Et alibi. Tunc autem significat, *etiquen-* *do, serpe, denique, &c.*

Jam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno.

Hæ quoque non cura nobis leviore tuenda;

305

Nec minor usus erit: quamvis Milesia magno

Vellera mutantur Tyrios incocata rubores.

Densior hinc soboles; hinc largi copia lactis.

Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra:

Læta magis pressis manabunt flumina mammis.

310

*frigidus Aquarius jam demum occidit, et aquam emitte sub extremum annum. Hæ quoque capra non colenda sunt a nobis minore studio, nec minor erit utilitas ex iis: et si Milesia vellera ovium, imbuta Tyria purpura, magno pretio tendantur. E capris soboles frequentior est, et largior abundantia lactis: quando magis mulctrale spumaverit, uberibus exhaustis; tanto copiosius lac fuet ex uberibus pressis. Int.*

unus Arundel. quod pedestri verbo proprius, usque dum.—304. *extremo sudatque Parrhas.*—305. *Hæc quoque—tuenda* Romanus antiquissimus cum fragm. Vaticano; unde apparet, a lapsu librarii primum ortum habere alteram lectionem. Ms. Medic. *Hæc—tuenda.* Et hoc interpretantur Servius, Philargyrinus, Grammatici, tanquam exquisitam generis enallagen, et sic plerique libri cum edd. Ven. et Mediol. et Aldd. pr. et sec. At Nanger. in Ald. tert. *Hæc—tuenda*, quod ab illis, qui Ald. priores exprimebant, neglectum Heins. recte revocavit, Philargyrius habebat, et Gud. cum Moret. et omnes Martini libri. *Nec unus Mead.* *Hæc—tuendum* Heins. ascriperat in marg., quæ Lucretiana forma foret. Quorum tamen eam inferas? Calphurn. v, 9 *quos ecce greges a monte remotos Cernis in aprico decerpere graminis campo: Hos tibi do senior juveni pater; ipse tuendos Accipe. cura breviore Ven. vobis Moret. qu. pro var. lect.*—306. Non deterius foret distinguere: *Nec minor usus erit. Quamvis Milesia magno—rubores: Densior hinc (a capris) soboles.*—307. *incocata colores* Goth. sec., ut et Romanus cum aliis Pierii, male. *rubores etiam fragm.* Vatic. —308. *hic largi fragm.* Vatic.—309. *Quam magis* Heins. confirmavit e Mediceo et quos habebat omnibus, excepto tert. Rottend., quod idem ille copiose illustrat, et pluribus et Lucretio illustrare aliquis possit. Vulgarem formam habet alterum, *Quo magis*, in Romano, et aliis Pierii, Ed. Ven. et quod mireris Nauger. Ald. tert. cum seqq. *Mox multa fere scribunt, etiam malora* vid. ad v. 177. *exhausta* alter Rottend. *ubera* et *hic Rom. ubere exhausto, est, expresso.*—310. *manabunt flumina mammis* ubique editur; sic Mediceus cum bonis aliis; etiam fragm. Vatic. *ubera* Romanus cum aliis Pierii, Parrhas. et pars libror. Heins. Goth. pr., omnes Martini, uno excepto Cantabr., edd. Ven. et Medic. Præferebat hoc Pierius, Gifan., Cerda, Oudendorp. et alii viri docti. *ubera cum mammis juncta non magis offendant ac nemorum sylos,*

#### NOTÆ

304 *Extremoque irrorat Aquarius anno]* Annū exprimit eum, qui a Martio mense numerari incipit; et sic, desinat in Januarium et Februarium: Aquarius autem oritur Januario, cadit Februario mense. *Aquarius* dicitur Ganymedes, Trois filies: quem Jupiter, aquila transvectum in cœlum, suis poculis præfecit: unde urnam habet, aquam fundentis sita: de eo, Æn. v. 252.

305 *Milesia, &c.]* Miletus, urbs in finibus Ionie et Cariae: Ianarum preventa celebrata. De Tyro et purpura, Ge. ii. 506.

Nec minus interea barbas incanaque menta  
 Cinyphii tondent hirci, setasque comantes,  
 Usum in castrorum, et miseris velamina nautis.  
 Pascuntur vero sylvas, et summa Lycae,  
 Horrentesque rubos, et amantes ardua dumos;  
 Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosque  
 Ducunt, et gradio superant vix ubere limen.  
 Ergo omni studio glaciem ventosque nivales,  
 Quo minor est illis curæ mortalis egestas,  
 Avertes; victumque feres et virgea lætus  
 Pabula; nec tota claudes foenia bruma.

315

320

*res pastores etiam secant barbas, et pilos canos, et setas longas hircorum, ad usus bellorum, et ad vestes pauperum nautarum. Capre autem comedunt arbores et cacumina Lycae, et rubos spinosos, et dumos qui ament loca edita: et ipsæ membrerunt redire in stabula, et eo deducunt usos fructus; et vix transiliunt limen, ubribus onustis lacte. Itaque omni cura defendes ipsas a frigore et ventis nivalibus; quo minus ipsæ prorident mortali indigentia: portabisque libens cibos et pabula e*

riorum aquæ et similia. Sed ut pulchrius, ne ubera, ubere, succedant in binis versibus, ita verisimilius *fama*. Obversari poterat librario *ubere* e versu sup. Utramque lectionem Parrhas. memorat.—312. *Ciniphei, Cyniphi, Cyniphei, Cynefei*, male scribunt alii. Est *Kryn*. vid. Herod. IV, 198. *Hircis Romanus*, et in aliis Pierii *Airquæ*; ex interpolatione interpretis. vid. Not. Reiskius modo tradent pro *tendent*, ut *hirci* nominativus sit, modo *Aircis*, ut *Cinyphii* sint ipsi Afri incole, modo *Cinyphius* *hirci* conjiciebat, ut subaudiatur: pastores tendent.—313. versus ap. Colum. VII, 6, 2.—314. vere Parrhas.—316. *susque Ven. innumeros Medic.*—317. *Deducunt* Donat. ad Terent. Hecyr. IV, 4, 27.—318. *centos glaciem* Parrhas. et quart. Moret. *ventosque minaces Vratial. nivosis Venetus.*—319. *Quo minor antiquissimus et optimus quisque Rom. Medic. et alii, et sic cum Serv. ac Philarg. major pars librorum Heine. et Martini, etiam Goth. uterque cum Erf.; adde edit. Egnatii et alias nonnullas antiquiores; eodem sensu ac vulgatum* *Quo minis;* poëtica ratione adverbium in epitheton aut adjективum mutari quoties jam vidimus! Sed a sensu versus plane aberrabant critici v. Not.; *hinc erat, quod alterum præferabant.*—320. *Avertas Menag. alter. Accertis Ven. lergus malebat Jo. Schrader.*—321. *claudis Me-*

## NOTE

311, 312 *Incanaque menta Cinyphii,* &c.] *Incanæ* affirmat, augetque: ut *Æn.* vi. 809. ‘incanaque menta Regis Romani,’ Numæ, qui annos 80. natus decessit. *Tendent*] Priscianus samit passive pro *tendentur*; et *hirci*, accipit in nominative: commodius tamen active legetur; et *hirci*, in genitivo; suppresso nominativo, *pastores. Cinyphii*] Africani. *Cinypis* est *Ptolemaeo Africae fluvius, prope Ga-*

*ramantes; ubi hirci sunt villosissimi.*

313 *Usum in castrorum, &c.] Ex* hircorum pilis cilicia texuntur: vel ad nantarum militumque vestes, saccos, funes; vel etiam ad tegenda turriam tabulata, ne illa facile ignis, bellicis machinis impactus, adhaerescat. Ita Varro, Philo, &c. De *Lycos*, monte Arcadie, Ecl. x. 15.

321 *Familie] Loca in quibus foenum includuntur, non sunt claudenda: id*

At vero, Zephyris cum laeta vocantibus aestas  
 In saltus utrumque gregem atque in pascua mittet:  
 Luciferi primo cum sidere frigida rura  
 Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,      325  
 Et ros in tenera pecori gratissimus herba.  
 Inde, ubi quarta sitim cœli collegerit hora,  
 Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ  
 Ad puteos aut alta greges ad stagna jubeto

*virgis, nec clades ipsa fanile per totam hyemem.* At vero cum grata aestas imminebit, Zephyro invitante; tum inducet utrumque pecus ovium et caprarum in saltus et in pascua: sub primum ortum Luciferi fac ut pascantur campos subfrigidos; dum mane novum est, dum herbae candidæ sunt, et ros in teneris herbis jucundissimus est pecudibus. Deinde cum quarta diei hora inducerit sitim, et cicada querula fatigabunt stridore suo arbores; jube ut greges circa puteos, aut circa pro-

.....

dic. claudas Erf. feria Parrhas. a m. pr.—322. Legebatur: *At vero Zephyris cum laeta vocantibus aestas: In saltus utrumque gregem atque in pascua mittet.* Ita vero dura erat verborum juncta, cum suppiendum esset: *cum laeta aestas, scil. erit.* Obvium tamen est, duo versus 322, 323 esse protasis; et mittet et leniorem et elegantiorem orationem efficere: *aestas mittit,* qua incipiente mittuntur. Et sic Mediceus a pr. m. et libri apud Ursinum habere memorantur. Ceteri omnes, etiam fragm. Vatic. cum editis, mittit, prono lapau. mittas Franc. Obtemperavit jam monenti Brunck. in ante pascua abest Rottend. alt.—324. *Lucifero tres ap. Burm.* —325. *Carpamus omnes libri etiam apud Colum. VII, 8, 23, ubi hi versus exhibentur, nec non fragm. Vatic.* Proprie si loquimur, aliter dicimus, *carpere frigida rura, aliter, carpere viam, iter;* hoc hominibus, illud pecori herbas depascent, tribuitur: etsi et hoc, sed alio contexto, vidimus de incessu dictum *carpere campum, prata, ut sup. 142.* Proclive est, *carpantur conjicere.* Zulich. a m. sec. carpentur. Jo. Schrader. *Quaramus tentat:* ut in Calphurn. v. 51 tam longius herbas Quare. Ut tamen nunc legitur, int. cum grege pererremus rura. Sed ante diem pecus exeat, ait Calphurn. v. 52. Varro, quem ante oculos habuit uoster, R. R. II, 2, 10 *estate—cum prima luce exeat pastum.* Porro in fine versus: *dum flumina crescunt* Donatus laudat, memoriae vitio, in Terent. Adelph. III, 2, 52. *dum gramina comedunt* Goth. pr.—326. *Cum ros Nonius Marcellus in tenera, ubi et est in fine versus tollitur, quod sustulit Heins. omnium fere librorum auctoritate.* —328. Versum repetit Copa 27. cf. Cul. 151.—329. *At utroque loco Rom. et fragm. Vatic., vetere more. adque alta Rom.* Aut puteos fragm. Moret. ad vel et ad alta codd. ap. Columellam l. c. aut leta Erf. Qui talia captat, potest tentare jubebo, ut v. 300 jubeo, 295 edico, IV,

#### NOTÆ

est, ex iis semper educendum est Solis ad occasum; et noctem quamlibet duodecim in partes. Quo sensu meridies sexta hora est; quarta nonne nostræ respondet. De cicadis, cigalles, Ecl. II. 18. De arbustis, Ecl. I. 40.

327 *Quarta sitim, &c.] Horas inse- quales intelligit, quæ diem quemlibet in duodecim partes dividunt, ab ortu*

- Currentem ilignis potare canalibus undam; 330  
 Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem,  
 Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus  
 Ingentes tendat ramos; aut sicubi nigrum  
 Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra;  
 Tum tenues dare rursus aquas, et pascere rursus 335  
 Solis ad occasum: cum frigidus aëra Vesper  
 Temperat, et saltus reficit jam roscida Luna,  
 Littoraque halcyonen resonant, acalanthida dum.  
 Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu

*funda stagna, bibant aquam currentem canalibus factis ex ilice. At sub medium diem, jube ut querant opacam vallem: si alicubi magna quercus Jovis antiqua firmitate porrigit ingentes ramos; aut si alicubi obscura multis ilicibus sylva explicat sacram umbram. Postea jube ut famuli iterum dent illis dulcem potum, et iterum ducant illos pastum, sub occasum Solis: cum Vesper frigidus mitigat calorem aëris, et cum Luna humida reparat arbores, et cum littora perstrepunt voce halcyonis, et spinae cantu acanthidis. Cur dicam tenui pastores Numidia, cur pascua, et pa-*

-----  
 264 suadebo, et recepit jubebo Wakef.—330. *ilignia*. Ita fere plurimi et fragim. Vatic. In aliis aberratur: *illigneis*, *ilignis*, *iligneis*, *ilineis*, *in lignis*, *lignis*, vid. Pier. Heins. Martin. et Burmannus ad Antholog. Lat. lib. i, epigr. 110, 3. *ligneis* Goth. sec.—331. *ast* medius Parrhas. aut fragm. Vatic. Regius Martin. Longob. et tert. Rottend. ac nonnulli ap. Pier. et edd vett. et unus Mead. ut ed. Ven. 1482. in Nonius Marcell. in *astus*. adquirere Longob.—333. *tendet* Leid. alt. In patulos tendat Moret. sec., per se non male. *nigra* Gud. *nigrum* Mentel. pr.—334. *sacrum nemus* pr. Moret. Parrhas. Leid. a m. sec., et sic Gud. Sed in tali positu epithetonum perpetua permutatio. *atra* et *arta* pro *sacra* codd. apud Columell. l. c. *incubet* Rottend. tert. et Erf. *greenus* pfo *crebris* Medic. a m. pr. In vulgata nil mutat Columella.—335. *Tunc* Rom. —336. *aëre* Goth. pr. Ceterum majorem interpunctionem e medio versu sustulimus.—337. *roscida* scribunt nonnulli, nt et apud Columellam l. c. et alias. —338. *aleynom* Reg. resonant alter Rottend. *acalanthida* tuetur librorum apud Pierium, Heins, Martin, constantia, quamquam diversis modis *achantida*, *athalantida*, *acalentida*, tandem *achantida*, sine et, scribitur. *acalantida* fragm. Vatic. et *acanthida* edd. ante Heins, etiam veteres, insederat; pro quo laudari potest Calphurn. vi, 7 ut *rincat acanthida cornix*. Contra Panllinus: *Nec nisi vere novo resonant acalanthida dum*. Similiter non modo *ácanthos*, verum et *acalanthos*; occurrit, vid. hic Heins.—339. *pastoris* Leid. *versa* Goth.

## NOTE

330 *Ilignis*] Ex ilice factis. *Illex* tim omnis quercus Jovi, et omne nemus Diana sacratum est.

332 *Jovis quercus, &c.*] Quomodo sacra sit Jovi, Ecl. vii. 13. Monet Servius non esse mentem Virgilii, ut

greges in sacros lucos deducantur, quod nefas erat; sed hic *quercum Jovis*, et *sacrum umbram*, generalia esse, non specialia epitheta: quia genera-

tim omnis quercus Jovi, et omne nemus Diana sacratum est.

336 *Vesper*] Stella Veneris, Ecl. vi.

86. De *halcyone*, avi, ejusque fabula, Ge. i. 399. *Acanthis*, vel *carduetis*,

*avis*, *chardonneret*.

339 *Libyæ*] Libya generatim Africam significat, Ge. i. 241. Tamen hi pastorum mores præcipue pertinent

- Prosequar, et raris habitata mapalia tectis? 340  
 Saepē diem noctemque, et totum ex ordine mensem,  
 Pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis  
 Hospitiis: tantum campi jacet. Omnia secum  
 Armentarius Afer agit, tectumque, Laremque,  
 Armaque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram.  
 Non secus ac patriis acer Romanus in armis 346  
 Injusto sub fasce viam cum carpit, et hosti  
 Ante exspectatum positis stat in agmine castris.

*goes constantes paucis oasis? Saepē grex pascitur noctu dieque, et per totum spatiū mensis: inceditque per longas solitudines, sine ullis stabulis: tanta est vastitas camporum. Pastor Numida frākī secum omnia, et domum, et larem, et armā, et canem Amyclaeum, et pharetram Cretensem. Non aliter ac fortis Romanus in patro exercitu, cum ingreditur viam sub graviori encere, et obstat hosti, castris ordine dispositus.*

pr., quasi subinde mutari solita. Sed verius librarii est ludibrium.—340. *Perseguar* Zulich. *mappalia* male alibi scribitur, vid. Burn.—343. *campis* unus Arundel. et unus Mead.—344. *Armentarius* fragm. Vatic. a m. sec. *laboraque* Romanus, librarii stupore.—345. *Cressamque* Menag. alt. *pharetramque* ed. Junct.—346. *Hand secus* Quintil. ix. 3. *Nec secus* Goth. sec.—347. *Injusto sub fasce* fragm. Vatic. quom Rom. et fragm. Vatic. dux Nonius Marcellus in *fasces* et Donat. in Terent. Andr. i, 1, 9. *Porro et hostem* Medic. a m. pr. cum aliis nonnullis Heinsii, Regius, Goth. sec. Erf. item cod. Fabricii Chemic. et Vegetii vett. edd. i, 19, duo vett. libri apud Pierum: sed perperam. In Vegetii codd. porro est *hostis exspectatus*, et *hostes* vid. Misc. Obas. Vol. vii. p. 139. *hosti* etiam Rom. et fragm. Vatic. tuentur.—348. *stat agmine* sine

## NOTE

ad eam Africæ partem littoralem, quæ Numidia vocata est: cujus incole Numide vel Nomades, a rogo paucum; quia pastioni pecorum adicti.

340 *Mapalia*] Sallustius. ‘Ædificia Numidaram, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta; quasi navium carinæ sunt.’ Ab his non fere differunt *magalia*, de quibus Æn. i. 425. ‘Miratur molem Æneas, magalia quondam’ nisi quod haec vox primam habet longam, illa brevem.

344, 345 *Laremque . . . . Amyclaeumque canem, &c.*] De *Laribus et Penatibus*, Æn. ii. 717. *Antyola*, urbs Laconia, celebris canum genere et venato, de qua supra, v. 89. *Cressa*, e

Creta, insula Mediterranei maris, cuius incole sagittandi industria memorabiles.

347 *Injusto sub fasce*] Qui plus sequo gravis est. Sexaginta fuisse librarium a Vegetio memoratur. Quarum antem easet rerum, patet ex Cicer. Tuscul. i. 11. 37. ‘Qui labor, quantas agminis? ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre si quid ad usum velint, ferre vallum. Nam scutum, gladium, in onore nostri milites non plus numerant; quam hameros, lacertos, manna.’

347 *Hosti Ante exspectatum, &c.*] Vulgo referunt hosti ad, stat; hoc sensu; stat hosti, obstat hosti. Idemque ante exspectatum, vertunt: antequam exspectatur; ut supra v. 306. ante domi-

- At non, qua Scythiae gentes, Maeotiaque unda,  
Turbidus et torquens flaventes Hister arenas, 350  
Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.  
Illic clausa tenent stabulis armenta; neque ullæ  
Aut herbae campo apparent, aut arbore frondes:  
Sed jacet aggeribus niveis informis et alto  
Terra gelu late, septemque assurgit in ulnas. 355  
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.  
Tum Sol pallentes haud unquam discutit umbras:

*tis, antequam expectetur. At non sic fit, ubi sunt Scythiae gentes, et Maeoticae palus, et Dambius turbidus vobens floras arenas: et ubi Rhodope reflectitur tendens ad medium septentrionem. Illic continent pecora clausa in stabulis: nec ullæ apparent, aut herbae in agris, aut frondes in arboribus: sed terra jacet late deformata cumulis niveis, et alta glacie, et tumescit ad usque septem cubitos. Semper est hyems, semper Cauri prostantes frigus. Præterea nunquam Sol dissipat umbras palli-*

in Romanus. stat in ordine recitat Arsenianus Messius Grammaticus. Et sic Leid. et margo Periz. 4p. Vegetum, quod placebat Viro docto in Misc. Obs. 1. 1.—349. Maeotia Heins. cum melioribus, quem vide. Maeotica vulgo.—350. fluentes Frane. Hister sribunt precipui codd. hic et alibi; an recte, dubito. Est enim prava sequiorum sæculorum aspiratio.—351. Quanque jacet Schol. Horat. Epop. 10, sed aliter idem Od. III. 10. radix video a Pierio excitari, male. Rhodope medium Franc. sub axe Gudian. gelidum—sub axem scribendum esse contendebat Jo. Schrader. Verum medium ornatus causa adjectum, non geographicâ subtilitate.—352. nec ullæ Rom.—354. arboribus Ven. aggregibus Goth. pr.—355. surgit Franc.—356. spirantis Comm. Cruqu. ad Horat. Od. I. 22, sed ad Od. 25 spirantes. spirantes frigore venti

## NOTÆ

dum pro, antequam dometur. Quo exemplo dixit Silius, imitator Virgilli, l. II. v. 31. ‘dabitur tibi copia nostri, Ante expectatum.’ Habent tamen exemplaria nonnulla hostem, non hosti: atque ita legit Vegetius l. 1. de Re Milit. et interpretatur: ante hostem expectatum, id est speratum, optatum: ut animosam Romanorum audaciam notet.

349 *Scythiae gentes, &c.]* De iis, Eel. I. 66. *Maeotica unda]* Palus Maeotis, mar bianco: ultra pontum Euxinum, a quo per Cimmerium Bospherum distinguitur; Tanais fluvium excipiens. Primam habet syllabam brevem apud Ovid. Trist. III. 12. 2. ‘Longior antiquis visa Maeotis hyems.’ *Ister]*

Danubius, de quo Ge. II. 497.

351 *Redit medium Rhodope, &c.]* Mons ille Thracie, in orientem exten-ditar, ibique conjugitur cum Hæmo; tum inde abscedens, septentrionem versus quasi regreditar. De axe, seu polo septentrionali, Ge. I. 240.

355 *Septem . . . in ulnas]* Ulna, a Graeco ἀλένη est proprie cubiti: nive spatiū a flexu cubiti, ad mediū digiti partem extremam: atque ita hic sumuntur. Latius etiam interdum su-muntur, pro spatio brachii utrinque extensi. Notandum autem hunc ri-gorem hyemis, noctisque perpetuitatem, non convenire proprie Scythiae et Maeoticae regioni; sed iis tantum partibus, quæ ad polum accedunt

Nec cum injectus equis altum petit æthera; nec cum  
Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.  
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ, 360  
Undaque jam tergo ferratos sustinet orbes,  
Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris.  
Æraque dissiliunt vulgo, vestesque rigescunt  
Indutæ, cæduntque securibus humida vina,  
Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ, 365  
Stiriaque impexis induruit horrida barbis.  
Interea toto non secius aëre ningit:  
Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis

*das: nec quando concendens currum ascendit in altum cælum; nec quando lavat rubris aquis Oceani currum cadentem. Crusta subitæ constringuntur in currenti fluvio: et unda nunc portat dorso ferratas rotas; illa quidem ante excipiens latas naves, nunc excipiens plausta. Vasa ærea passim franguntur, et vestes indutæ congelantur; et homines rumpunt securibus vina prius liquida, et totæ lacunæ convertunt se in duram glaciem, et gutta horrida durescit in barbis impexis. Interim non segnius nix cadit per totum aërem: moriuntur pecora: magna bœum corpora*

-----  
Lata. ad Stat. Theb. iv, 653. Chauri scribunt fere et hic, ut v. 278.—358. Nec dum tres utroque loco et Goth. sec. Nec cum vectus Parrhas. et fragm. Moret. altus Ed. Ven.—359. latet æquore Venetus. cursum Goth. sec.—360. in abest Reg. Martini.—362. Distinctio hujus versus ambigua, ut semper in tali positu. Posueram antea post puppibus illa prius patulis, sane pendas carinas dixerat II, 445. Burm. patulis ad plaustris referri malit, et hoc recte, ex canone aliquoties memorato, alterum potius ornandum esse epitheto, quam nomen prius; inde enim major orationis vis existit: quamvis Wakef. male id fieri pronuntiat ad Lucret. vi, 550. Vir doctus Jac. Bryant totum versum pro suppositio habet; displicebat scilicet acumen a Maronis more et persona alienum. Si tamen sententiam prioris versus reputes: sustinet unda rotas, adeoque currus, quæ prius navigiis pervia erat: acumen perit; et hospita est simpl. quæ admittit, qua incidunt plausta.—363. dissolvunt Ven.—364. Induti Gud. in râsura, ut Heinsio conjectura sit, fuisse Indutus.—365. Et totæ in solidam Romanus.—366. Versus abest Romano.—367. non setius Rom. et plurimi. non segnius Vratisl., ut Serv.; et sic alibi. vid. ad Ge. II, 277. æquore unus Arundel.; et sic apud Priscianum lib. x. sed aliter Charisius.

## NOTE

propius: sub quo probant Geographi annum die unica, unica item nocte constare, utraque semestri. Igitur hyperbolica est hæc descriptio, et nulla frondes, nulla herba sunt, res frondes et herba. Cauri, venti inter septentrionem et occasum spirantes.

359 Rubro æquore] Non mari orientali, quod vulgo Rubrum dicitur, et Erythreum; sed occidentali, quod a

colore decadentis Solis rubescere videtur.

365 Vertere lacunæ] Fossæ, in quibus aquæ pluviae, aliæque colliguntur. Vertere: verse sunt, verterunt se: ut alibi passim.

366 Stiria] Gutta, diminutivum est stilla.

367 Non secius] Non segnius, Ge. II, 277.

- Corpora magna boum; confertoque agmine cervi  
Torpent mole nova, et summis vix cornibus exstant. 370  
Hos non immissis canibus, non cassibus ullis,  
Puniceæve agitant pavidos formidine pinuæ:  
Sed frustra oppositum trudentes pectore montem  
Cominus obtruncant ferro, graviterque rudentes  
Cædunt, et magno læti clamore reportant,  
Ipsi in defossis specubus secura sub alta  
Otia agunt terra, congestaque robora totasque  
Advolvere foci ulmos, ignique dedere.  
Hic noctem ludo ducunt, et pocula læti  
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis. 380

stant circumdata nivibus: et cervi presso agmine torpent sub novo onere, et vix emi-  
nent extremitas cornibus. Incolæ non persequuntur illos timidos immissis canibus,  
aut ullis laqueis, aut formidine pennarum rubrarum; sed cominus ferunt ferro eos,  
cum propellent pectore oppositum cumulum uivis, et occidunt eos alte rudentes, et  
lati referunt magna clamore. Scythæ ipsi securæ et quiete vivunt in excavatis  
speluncis, sub profunda terra: et inferunt foci, injiciuntque flammis quercus accu-  
mulatas et ulmos integras. Illic traducunt noctem ludendo, et imitantur vini potum  
fermento et baccis acidis. Sic genus hominum indocile, suppositum Boreali septen-

-----  
equore nigrum ex vet. libro Giphan. Ind. Lucret. in niguere. mingit Franc.—369. *Corpora nigra* Toll., forte pigra; sed vid. Burm. *conserto* Zulich. et Reg. Martini. *confecto* post Romanum Franc. Ven. et Goth. pr., sed vulgata ap. Lutat. ad Stat. Theb. vi, 601.—370. et deinceps Mediceo.—371. *Quos non* Parrhas. *immensis* Zulich. Eadem varietas Æn. i, 125. *nec cassibus fragm.* Moret. et unus Arundel.—372. *Puniceæ unu Mead.* agitant pecudes Regius. *pinnæ e melioribus* Heins. *pennæ vulgares.*—373. Et frustra Romanus. *op-*  
*positus* Goth. pr. putas fuisse *opposito*. *pectora* Gud.—376. *defossa* Venet. *speci-*  
*cibus* Rom. *specibus* Gudian. *scrubibus* Vratilis.—377. *que* in fine versus  
abest a multis; minus bene. *totis* Leid. a m. sec.—378. *ulmosque* Ven.—  
379. *Hinc* Voss. pr. et Franc. *ludo noctem* Rottend. alt. *spolia* Goth. pr.—  
380. *Firmento* Medic. *fromento* que Francianus: notabilis lectio, utpote de  
cerevisia e frumento cocta. Tacit. Germ. 23. *Potui humor ex hordeo aut fru-*

## NOTÆ

372 *Puniceæ formidine pinnæ*] *For-*  
*mido*, linea, aut funiculus erat, cui  
plumæ implicabantur variis tinctæ  
coloribus, ad feras terrendas, ut in  
retiaagerentur. *De colore puniceo,*  
splendide rubente, Ecl. v. 17.

374 *Rudentes*] Hanc vocem tribuit  
hic servis. Æo. vii. 16. *Leonibus*. Æn.  
viii. 248. *Caco semiævo*. Persius Sat.  
iii. 9. *Asino*: sed Persius primam  
producit, quam corripit Virgilius:

'Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere  
credas.'

380 *Fermento atque acidis*, . . . . *sor-*  
*bis*] Designat duplarem speciem liquo-  
ris, qui vini defectum supplet in fri-  
gidioribus plagis. Primus fit fer-  
mento, id est fermentatione hordei,  
triticæ, avenæ: cum scilicet certo  
quodam calore medicata grana tur-  
gescant et acescant; qui duo sunt  
effectus fermenti; quod ideo sic ap-

Talis Hyperboreo septem subjecta trioni  
Gens effræna virum Rhipæo tunditur Euro,  
Et pecudum fulvis velatur corpora setis.

Si tibi lanitium curæ: primum aspera sylva,  
Lappæque tribulique absint; fuge pabula læta;      385  
Continuoque greges villis lege mollibus albos.  
Illum autem, quamvis aries sit candidus ipse,

*trioni, perflatus Riphæo vento: et tegitur circa corpora futois vills animalium. Si stades lance: primo sint procul sylva spinosa, et lappa, et tribuli: fuge pabula nimis pinguis: et statim oblige greges teneris pitis candidos. Rejice autem illum arietem, eis ipse sit candidus, cui lingua solum nigra est sub humido palato; ne deni-*

mento, in quandam similitudinem risci corruptus. cf. Geopon. VII, 34. fermento que Gud.—381. Quin et H. Schol. Horat. Od. II extr., sed vulgate apud Donat. Priscian. Bedam. *Hyperborei Toll.*—382. *Piræa δημ* scribitur.—383. *velatur* recte Heins. reposit, tanquam elegantius per gracismum, e Romano, et alio Pieriano a m. pr., item Gudiano. *velatur* Ven. Wakef. ad Lucret. IV, 591. ubi *Pinea semiseri capitis vallamina quassans pro telamina intulerant viri docti, recordatos hujus loci calliter reponendo egregie locum sanasse se pronuntiat.* At Naugerius dudum hoc idem expresserat Ald. tert.; redierant tamen editores, ut innumeris alia in locis, ad vulgarem lectionem *velatur*, quæ insidet reliquis codd.; etiam Medic. *fervit* (a pr. m.) *velatur*. Verum languere facile sentias, si sententiam excusseris. Tanquam inutilem rescindere quoque volebat Jac. Bryant modo a me laudatus. Pedem fixerat poëta in loco lubrico. Narrationi finiende sententiam subjicere volebat: *Hanc: Ita vivant populi septentrionalium terrarum. Hoc, ut poëta, ornare debuit. Pro, ita vivunt, hac vita utuntur, subiecti ornatiōra: tunditur Euro gens et celatur setis pecudum: frigoris vim experitur, et adversus illam velleribus ferarum corpus manit.*—384. *Ionicum Parphas.* scribit cum aliis. Alter meliores. Sit tibi quidam codd. ap. Serv. Aen. II, 140 et Ed. Norimb.—385. *tribulique*

## NOTÆ

pellatur, a *fervo*, quasi *ferrumentum*: et sic fere cervisia fit, *la bière*. Alter liquor exprimitur e baccis fructibus que acidioribus contusis; qualia sunt poma, pyra, corna, sorba: *le cidre*, &c.

381 *Hyperboreo septem, &c.]* De nomine *Hyperboreo*, supra v. 196. De nomine *septentrionum*, variae sunt sententiae: probabilior illa, quæ Varrois est: ita diei a *babus*, qui *teriones* olim vocati sunt, quia in aratione terram terunt. Signum enim illud *Boreale*, quod uream majorem appellamus, rusticis antiquitas *plaustrum* *majes* appellavere: ob septem stellas, in eo maxime conspicuas; et in *plaustri*,

aut junctorum boum formam dispositas. Vicinumque signum dixerunt *Bootes*: quia boves illos, sive *plaustrum*, præ se agere videtur.

382 *Rhipæo Euro]* De *Rhipæis* montibus Moscovia, valde septentrionalibus, Ge. I. 240. *Eurus*, ventus est orientalis, hisque montibus ingruit, qua parte vergunt ad orientem: neque enim tota illa montium compages recto ordine ad polum tendit, sed longe lateque porrigitur.

385 *Lappæque, tribulique, &c.]* *Lappa*, glomeron; *Tribulus*, herba e carduorum genere, sine Gallico nomine; de iis jam Ge. I. 153.

*Fuge pabula læta]* Quia succus

- Nigra subest udo tantum cui lingua palato,  
Rejice, ne maculis infuscat vellera pullis  
Nascentum; plenoque alium circumspice campo. 390  
Munere sic niveo lanæ, si credere dignum est,  
Pan Deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit,  
In nemora alta vocans; nec tu aspernata vocantem.  
At, cui lactis amor, cytisum lotosque frequentes  
Ipse manu salsasque ferat præsepibus herbas. 395  
Hinc et amant fluvios magis, ac magis ubera tendunt,  
Et salis occultum referunt in lacte saporem.  
Multi jam excretos prohibent a matribus hædos,  
Primaque ferratis præfigunt ora capistris.

*gret maculis fuscis vellera satum: et elige alium in campo plena ovium. Sic Pan Deus Arcadia, si fas est credere, decepit te, o Luna, captam dono nivea lanæ: invitans te in altum sylvam: nec tu aspernata es invitantem. At qui studet lacti, ille manu inferat in præcipia cytisum, et copiosum lotos, et salutis herbas: inde magis appetuus potum, et magis implent mammas, et restringunt in lacte secretum saporem salis. Multi hædos jam separatos arcent a matribus, cingendo extrellum os loris ferratis.*

Romanus, Medic. Gud., ut Ge. i, 163. *fuge papula tetra em.* Schrader. At v. Notam.—388. *cui tantum* Donat. in Phorm. Terentii II, 56, Moret. quart. Franc. et Erf. *palatu* Mentel. tert.—389. *Reice* scribebat Romanus, sed et v. 422 *Deice*. *nam maculis* Gud. *inficit* Menag. a m. sec.—390. *Nascuntur Medic.* a m. pr. *Poscentum Ven.*; pro *Facientum* credebat Burm. *Nascantis* Mead. *pleno Reg.* Martini. *plenumque Rottend.* alt. *campum Reg.*—391. Jo. Schrader. malebat *Vellere*. *sic credere* codex Servii ad Ge. i, 16, facili lapsu.—392. *capta* Rottend. alt. In utroque Meadiano vss. 391, 392 inverso ordine erant scripti.—393. *tu abest Parrias. nec es aspernata* pr. Moret. *ne es adsperrnata* Gud., male.—395. *Ille manu* Romanus et Medic. Pierii, cum pluribus Heinsii, tribus Martini, Goth. pr. Erf. et vett. edd., quod equidem præferrem. *Ipse* Medic. Gud. Moret. pr. cum aliis tuerintur; bene utique et ipsum, quis dubitet?—396. *magis et magis* ante Heins., ut in aliis.—397. *occultam* Gud. *referant Ven.* referent Rottend. tert.—398. *Multi etiam* Leid. et Moret. quart. cum Goth. sec. et tribus Martini.—399. *Simaque* Heins. conj. *præ-*

## NOTE

omnis ex hoc cibo in adipem abit, non in lanam.

388 *Nigra subest, &c.]* Plinius l. viii. 47. 'Arietum maxime spectantur ora: quia cuius coloris sub lingua habuere venas, ejus et lanitum est in foetu; variumque, si plures fueru.'

392 *Pan Deus, &c.]* De *Pane* Ecl. ii. 31. Macrobius fabulam testatur sumtam e Nicandro, qui Georgicorum antiquus scriptor fuit. Ita narrat Probus, ut velit Pana, amore Lunæ

percitum, ei medianam gregis sui partem muneris loco obtulisse: hanc elegisse oves candidissimas: atque ita deceptam fuisse, quod esset pars illa deterior. Aliter alii: nempe Pana se in arietem candidissimum transformasse: Lunamque formæ candore deceptam, ac sequentem, abduxisse in sylvas ac vitiasse.

394 *Cytisum, lotosque]* De *Cytiso*, Ecl. i. 79. De *loto*, Ge. ii. 84.

- Quod surgente die mulsere horisque diurnis, 400  
 Nocte premunt; quod jam tenebris et Sole cadente,  
   Sub lucem exportans calathis adit oppida pastor;  
 Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.  
   Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed una  
 Veloci Spartæ catulos acremque Molossum 405  
 Pasce sero pingui. Nunquam custodibus illis  
 Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum,  
 Aut impacatos a tergo horrebus Iberos.  
 Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros,  
 Et canibus leporem, canibus venabere damas. 410

*tie. Quod expresserunt lactis sub ortum dici, et per horas diei; id coagulant per noctem: quod expresserunt sub noctem, et Sole occidente; id pastor ferens in canistris circa lucem vadit in urbem: aut condit moderat salé, et reseruant in hyemem. Nec tibi ultima sit cura canum: sed simul ale sero pingui celere canes Spartæ, et fortis Molosso. Illis custodientibus, nunquam timebis stabulis nocturnum latronem, aut incursionses luporum, aut inquietus Hispanos a tergo ingruentes. Sæpe etiam persequeris cursu pavidos onagros; urgebisque canibus leporem, et canibus damas. Sæpe insequens*

*fingunt Leid. a m. pr., unde Jo. Schrader. præstringunt.—401. a tenebris cod. Leid. Servii ad Ecl. iii. 5. cadieni Rottend. tert. cadienes Rom.—402. Sub luce Rottend. tert. exportant Romanus, Medic. Gud. cum multis scriptis et editis; etiam utroque Goth., item vett. Grammat.; atque ita illa: adit oppida pastor, secernenda sunt ab antecedentibus. Alios video distinguere: quod—cadente, Sub lucem (sc. premunt): exportans calathis adit oppida pastor. Ita totam noctem caseis premendis exigent.—403. Ut parco Rottend. sec. Ac parce qu. Moret. contingunt ubique legitur, nusquam contingunt. cf. Not.; ut nec inf. 448 Aut tonsum tridi contingent corpus amurca.—405. actunque Mol. alter Rottend. Molosum scribunt plurimi.—407. cursusque Leid.—408. indigatos Medic. a m. pr., memoria vitio. implacatos Ven. Ed. Ven.—409. onagris Leid., sed v. Burm. tumidos unus Arundel.—410. lepores Toll. et Par-*

## NOTE

402 *Exportans calathis adit, &c.*] Canistris e vimine. Sunt etiam pocula vinaria. De iis Ecl. ii. 46. et Ecl. v. 71.

404 *Nec tibi cura canum, &c.*] III. PARS. *De cultura canum.* Præceptum unicum de ipsorum cibo: quem, serum, sive aquam lactis esse jubet: idque vocat pingue, quia ejus usus inducit pinguedinem.

405 *Veloci Spartæ, &c.*] Sparta sive Lacedæmon, nobilissima totius Peloponnesi urbs, cuius legislator Lycurgus fuit. Molossia, Epiri regio, sic

dicta a Molosso, Pyrrhi Epiri regis, et Andromaches Hectoris viduae filio. En. iii. 292. Spartani canes iis respondent, quos dicimus levriers. Molossei iis, quos dicimns dogues.

408 *Iberos*] Iberi rapinis assueti memorantur a Justino l. xlrv. aliisque scriptoribus: iidem sunt, qui et Hispani; sive id nominis habuerint ab Ibero, Ebre, hujus oræ nobili flumine; sive ab Iberis Asiae populis, inter Colchidem et Albaniam sitis, unde commigrasse dicuntur.

409 *Onagros*] Sylvestres asinos.

Sæpe volutabris pulsos sylvestribus apros  
Latratu turbabis agens, montesque per altos  
Ingentem clamore premaes ad retia cervum.

Disce et odoratam stabulis accendere cedrum,  
Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. 415  
Sæpe sub immotis præsepibus ant mala tactu  
Vipera delituit, columque exterrita fugit;  
Aut tecto assuetus coluber succedere et umbræ,  
Pestis acerba boum, pecoriique aspergere virus,  
Fovit humum. Cape saxa manu, cape robora, pastor, 420

*exturbabis latratu apros ejeclos e cubilibus sylvestribus, et per montes altos impelles clamaribus magnum cervum in retia. Disce etiam ure in stabulis cedrum odoratam, et fugare galbaneo odore perniciose chelydros. Sæpe, vel viperæ tactu noctis latuit sub præsepibus male purgatis, et territa fugit lucem; vel coluber, pestis infesta bobus, solitus subire tecta atque umbracula, et infligere venenum pecori, incubuit terra: cape manu lapides, cape fustes, o pastor: et deburba tollentem*

rhas. *dannas* scribunt alii, hinc *dannas* Franc.—411. *pulsis* alter Rottend.—412. *turbabis agros montesque per altos* Medic., male. vid. Not. conf. Burm. *terreus Romanus*.—413. *Ingenti clamore Vratisl. et Schol. Statii Theb. iv, 323, ut supra v. 43* hoc libro, vocat *ingenti clamore Citharon*; et præferebat Burm., sed in utroque modo ornatui tantum inseruit epitheton; neutro vim aliquam suam habet; igitur pareo auctorati codicum, quibus accedit Nonius Marcellus. *Ingentes—ceres* Erf.—414. *in stabulis* alter Menag. *incendere* Colum. vii, 4, 6, qui recitat vss. 414—418, et 420, 421.—415. *grand* habebant Servii libri. Sic Regius et Moret. pr. et edd. vett., ut vel ex Pierio patet; quod firmes ex Nicandro, quem h. l. secutum esse nostrum manifestum est, qui v. 51. *βαρύδος ἐν φλογὶ μορθίσα Χαλβάνη*. Sed reliqui libri constanter *gravis* vel *graves*, et hoc ex propria natura hujus serpentia. v. Not. *celidros, colydros, chelindros, cylidros*, aberrationes.—416. *sub ignotis Romanus, non male.* Sic quoque Erf. Sed perpetua haec variaatio. Sic *Æn. xi, 827*, vid. Burm.—417. *delicuit* Rottend. tert. dilitat Gud.—418. *aductos* Gud. et Moret. pr. *cobrabis* Rottend. alter.—419. *pacerrisque* Gud. *adspargere* Mentel. pr.—420. *Fodit nonnulli apud Pier.*, item

## NOTÆ

414 *Disce et, &c.] iv. PAR. De rebus pecori infestis: Præcepta continent quatuor. I. Est De fugandis serpentibus, vel odorum suffitu, vel saxis, vel fustibus, v. 414. II. De scabici causis, nempe imbre, frigore, illoto sudore, spinarum vulneribus: deque ejus remedium, lotione, unctione, et sectione ulceris, v. 44. III. De febri, ejusque remedio, nempe vena aperiione, v. 457. IV. De peste, ejusque effectis latissime, v. 474.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

X

415 *Galbaneoque, &c.] Galbanum, succus est, gummi aut thuris modo expressus e ferula, sive narthece: cuius nidore serpentes fugantur, ex Plin. l. XII. 26. Chelydrus, serpentis species, de quo, Ge. ii. 214.*

417 *Vipere] Serpentis species; sic dicta, quasi vicipara; quia ex Aristotle Hist. Anim. l. I. 6. cum ceteris serpentes ova pariant, una vipera vivum animal parit.*

Tollentemque minas et sibila colla tumentem  
 Dejice ; jamque fuga timidum caput abdidit alte,  
 Cum medi Nexus extremæque agmina caudæ  
 Solvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbes.  
 Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,  
 Squamea convolvens sublato pectore terga,  
 Atque notis longam maculosus grandibus alvum :  
 Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum  
 Vere madent udo terræ ac pluvialibus Austris,

425

*minas ac tumentem sibilanti collo : jamque fugiens occuluit profunde timidum caput, cum compago media corporis, et motus extremæ caudæ abrumpitur, et extrema curvatura trahit lentes spiras. Est etiam malus ille serpens in sylvis Calabria, contorquens dorsum squamosum erecto pectore, et magnis maculis notatus sub longa alto. Qui, quandiu aliqui fluvii rumpunt e fontibus; et quandiu terra humida est, propter ver uolum, et Austris imbriferos; anat stagna, et degens in*

-----  
 Venetus; sed hoc ad poëticam rationem haud dubie deterius. Eadem diversitas Ge. iv, 43.—421. *timentem Menag. pr. tuuentem Göth. pr. cum Ed. Ven.* Idem versus Æn. II, 381.—422. *cumque fuga Medic. a m. sec. nonque Zulich. et Goth. pr. tumi'z: idem cum tribus aliis, Bodlei. et vett. edd. Norimb. et Ven. 1475. addidit Rottend. sec. et Goth. pr.*—423. *Dum quart. Moret. Tum Goth. sec. extremæ agmina et a m. pr. agmine Mentel. pr. et Romanus.*—424. *trahunt Medic. a m. pr., quod, Heinsio judice, non casui debitum videtur, qui ad Æn. vi, 209 plura hujus generis collegit, ubi nomini singulari, cui plurium partium, formarum et individuorum, et cuiusvis tandem collectionis notio subest, aut quod poëtico more pro plurali numero positum est, verbum plurale in codd. jungitur, ut sup. Ge. II, 89 pendent rendemia.* Æn. III, 142 Gudian. *victum seges agra negabant.* In perpetuis tamen librariorum in hoc genere erroribus nihil temere affirmem, nec parum tutam elegantiam captem. Alioquin malebat Heins. in nostro loco : *tardosque sinus trahit ultimus orbes; aut etiam tardosque trahi s.* Scilicet communiore ratione *orbes trahunt sinus.*—425. *Ille malus etiam C. Parrhas. Esse jam ille Romanus.*—426. *Lubrica pro Squamea Moret. pr. et Menag. pr. cum uno Arundel., qui et hunc versum exhibebat post v. 437, Regius, in quo iterum margini ascriptus erat post v. 437, item Parrhas. Sed repetitum est illud cum toto verso ex Æn. II, 473—475. *sublata Medic. a m. pr.*—428. *Et qui dum amnes ullis Parrhas. ullis etiam Menag. pr. Rottend. sec. Moret. fragm. Regius Martin. amnis Gud. ruperunt ed. Ven.*—429. *ac abest Ed. Junt., etiam Argent. et Rom. terræ palustribus Ven. pluvialis**

## NOTE

423 *Agmina caudæ]* Agmen de serpente dicitur, quia corporis pars, post partem succedit, atque agitur; instar exercitus agminatum procedentis. Sic tribuitur pluvia, Ge. I. 822. ‘cœlo venit agmen aquarum;’ quia gutta post guttam cadit. Sic tribuitur fluvio, Æn. II. 782. ‘leni fluit agmine Tybris;’ quia fluctus post fluctum volvitur.

425 *Est etiam ille, &c.] Chersydrum, significat, cumque describit e Nicandro: nomen ejus a χέρσος terra, et θερμη aqua, quia in terra et aquis vivit. Ex Solino c. VIII. frequentissima est chersydris Calabria, extrema pars Italie meridiem-versus.*

429 *Austris]* A meridie flantibus: Ecl. II. 58.

- Stagna colit; ripisque habitans, hic piscibus atram      430  
 Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.  
 Postquam exusta palus, terræque ardore dehiscunt:  
 Exilit in siccum, et flammantia lumina torquens  
 Sævit agris, asperque siti atque exterritus æstu.  
 Ne mihi tum molles sub divo carpere somnos,      435  
 Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas:

*ripis illic avidus implet fœdam gulam piscibus et ranis clamosis: postquam aquæ exsiccatæ sunt, et terra hiæt calore; emergit in siccum terram, et vibrans oculos ignitos, et sili exasperatus, atque impatiens ardoris, surit per agros. Ne mihi tum veniat in mentem indulgere dulci somno sub aëre, nec jacere inter herbas in*

Goth. pr.—430. Versus abest a Menag. pr. colet Gud. *ripiisque*; molestum *rō que*, et *rō hic*: sive ad *stagna* sive ad *ripis* referas: multo tamen molestius est, si prius adoptes. Vereor ne antiqua lectio, metri metu, mutata sit, cum esset: *stagna colit ripisque habitat; hic—hinc p.* Francianus, quod malum. *tum p.* Nonius in *Improbus*.—431. *Improbat* Ed. Ven. *implet* Gud., uterque Mentel. et multi alii, etiam Pierii.—432. *exusta* repositum ab Heins., ita enim veterrimus quisque, et sic bene dici docebat Burm. h. l. Sed confirmem etiam ex Nicandri loco, unde expressit: ἀλλ' ὅταν οὐδὲν ζέπιος ἀγρυπή (h. ἐκπάλγη). *exhausta* vulgo legebatur, ut et in Mediceo Pierii erat interpolatum, et ut Gud. Ven. Goth. pr. et plures Martini exhibebant. A Mead. altero aberat v. 432.—433. *Exultit* Medic. depravatum ex *exulit*, quod Menag. pr. exhibebat; quanquam Heins. ad *Æn.* II, 207 illud ex eo usu defendebat, quo se subcticetur, h. exultit se. *Exiii* Longob. et Medic. multi Heins. et Burm. Arundel. et Mead. Goth. alt., minus bene. et aberat a Regio Martini; in eodem *lumina linguis*.—434. *Serpit* Zulich. *asperque sinus* Medic. a m. pr. *exercitus astu* in nonnullis legi Cerdia notavit. Sic Colotianus habuit, et aliis cod. Dorvillio memoratus Obss. Misc. Crit. Vol. I, pag. 3, sicque legebat vir doctus apud Markland. ep. crit. ad Franc. Hare pag. 121, etiam Jo. Schrader. Idem Heins. pro conjectura ascripsérat; Marklandus *extorridus*. In eodem Obss. Crit. loco *expurgitus* conjectatur. At vide Not.—435. *Nec mihi Medic.* Franc. duo Martini, cum ed. Paris. 1494, Goth. sec.; et sic ap. Quintil. ix, c. 3, ubi in alio: *Nec noctu molles. sub divo vulgo editum ante Pulmann.* sicque fere codd., etiam Medic. et Rom., idque revocavit Brunck. Pulmann, intulerat *sub dio*; nil refert; sed *diro* est antiquior scriptura, ut etiam ex Lucretio patet. Goth. alter etiam *mollis* a m. pr. *clivo Arundel*.—436. *silent jacuisse* Venetus, pro *liceat*, putat Burm., quem vide. *libeat dormire* alter Rottend., ex interpre-

## NOTÆ

431 *Inglutiem*] Sinus est gutturis; sive pellis cava, qua cibus primo ingestus, et adhuc indigestus, continetur.

435 *Sub diro*] ‘Sub Jove frigido,’ inquit Horat. Od. I. 1. 25. *sub cælo* et aëre: quia Jupiter pro aëre su-

mitur: vide Ge. II. 325.

436 *Dorso*] Vel *dorso nemoris*, id est, clivo et colle nemoroſo, qui in dorsum assurgit. Vel, nt vult Man- cinellus, *dorso jacuisse*, id est, resu- pinum jacnissee.

Cum positis novus exuvias nitidusque juventa  
Volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens,  
Arduus ad Solem et linguis micat ora trisulcis.

Morborum quoque te causas et signa docebo.  
Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber  
Altius ad vivum persedit, et horrida cano  
Bruma gelu; vel cum tonsis illotus adhaesit  
Sudor, et hirsuti secuerunt corpora vepres.

440

*cū positis novis exuvias nitidusque juventa* : quando ille renovatus deposita pelle, et juventute resplendens, aut relinquens in latibris fatus vel ova, repit erectus ad Solem, et vibrat linguam trifidam. *Docbo te etiam causas et indicia morborum.* *Fæda scabies corrigit oves,* cum frigida pluvia profunde penetravit ad vitum, et hyems horrens alba glacie; vel quando sudor hæsit, nec deterans est ovibus, post tonsuram; et quando spinae

tatione.—437. *Compositis Franc. et Parrhas.* Idem versus inf. *Æn.* II, 473, ubi similis varietas. Alii post hunc versum repetunt v. 426. vid. sup. ad h. v. —438. *reponit Serv. ad Æn.* II, 357. Ceterum, quoties h. l. retracto, otiosi aliquid inesse sentio in his: *aut catulos tectis aut ova relinquens*, et offendunt in tam polito carmine cause appositæ quasi a scriptore historiæ naturalis qui de incertis pronuntiare non audeat, *aut—aut.* Satis erat afferre ista: *nova peste indutum serpentem cum maxime ira tumentem sœvire.* Nec plura memorantur in altero loco *Æn.* II, 473—475. *Qualis—nunc positis novis exuvias nitidusque juventa Lubrica convoluti sublato pectori terga Arduus ad Solem, et linguis micat ore trisulcis.* Neque ap. Nicandr. 31 sq. quem noster ante oculos habuit, annumerantur hæc, *aut catulos aut ova.* Suspicabar itaque duo a poëta ponit tempora, quibus serpens furiis maxime exardescit, pelle mutata et e perierio: ut scriptum esset ab eo: *Cum positis novis exuvias nitidusque juventa Volvitur, aut catulos tectis atque ora relinquens Arduus ad Solem linguis micat ore trisulcis.* —439. et abest a Leid. et Toll. *ore Erf.* Idem versus *Æn.* II, 475.—440. *causas.* Cum morborum causas poëta non expediatur, sed remedia; Jo. Schrader. emendat, *curas.* Nimis severe in poëta. —441. *cum frigidus Rom.* —443. *cum intonsis Ed.* Ven. *intus Medic.* et Rom. *adlatus aliquot ap.* Pierium.—444. *hirsutis Medic.*, ut modo tonsis

## NOTÆ

437 *Cum positis novis exuvias, &c.]* Plinius l. VIII. 27. ‘Anguis hyberno situ membrana corpus obducta, foeniculi succo impedimentum illud exuit, rutilusque vernat. Exuit autem a capite primum,’ &c.] Juxta alios pellem exuit, per arcta petrarum formina transuenit.

438 *Catulos aut ora, &c.]* *Catuli*, proprie sunt canum fetus; translative, quorumlibet animalium. Videturque dubitare Virgilius, sitne chersydrus, oviparus, an viviparus, quemadmodum

de vipera mox diximus. Probabilius oviparus est: et hic, *catuli*, significant fœtus ex ovis egressos.

439 *Linguis—trisulcis]* Aristoteles de Part. Animal. l. II. 17. serpentum linguam agnoscit longam ac bifidam; poëta trifidam: sive quod in modum cuspidia conformata triplex habeat acumen; sive quod ita vibretur celeriter, ut non tantum trifida, sed triplex etiam appareat: unde Ovid. Met. III. 39. ‘Tresque micant lingue.’

- Dulcibus idcirco fluiis pecus omne magistri 445  
 Perfundunt, udisque aries in gurgite villis  
 Mersatur, missusque secundo defluit amni;  
 Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,  
 Et spumas miscent argenti, vivaque sulfura,  
 Idæasque pices, et pingues unguine ceras, 450  
 Scillamque, helleborosque graves, nigrumque bitumen.  
 Non tamen ulla magis præsens fortuna laborum est,  
 Quam si quis ferro potuit rescindere summaum  
 Ulceris os. Alitur vitium, vivitque tegendo:  
 Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor 455

*asperæ læserunt earum corpora. Propterea pastores levant aquis dulcibus totum gregem, et aries humido vellere demergitur in fluvium, et mersus rapitur aqua profunde: aut ungunt acerba amurca corpus tonsum, et miscent spumam argenti, et sulphur vitrum, et picem Idæam, et ceram pinguem unguento, et scillum, et graves helleboros, et nigrum bitumen. Nulla tamen est opportunitas magis commoda in his malis, quam si quis possit secare ferro extremam oram ulceris: nam malum crescit et durat, dum tegitur; quamvis pastor recusat admovere vulneribus*

ovibus. Sic et Romanus, et hoc præferri debebat. *hirsute Franc., pro hirsute.*—445. Unde in Gotting. Edit. plurimi irrepserit, nescio. Possit præsidium parari ex Colum. VII, 4, 8 *calestis aqua sub dio solibus in hinc usum durata paulum decoquitur.*—447. *misoque Gud.* mersusque Zulich. anne Rottend. sec.—448. *assara Gud.*—449. *vivaque sulfure,* quod vulgo editur, nisi quod in Elsev. *sulfa* scriptum video, quart. Moret. Rottend. tert. et alter Mentel. habebant; et tuentur Servius, Marius Victorinus, multæ edd. vett., et est communis lectio. At Rom. Medic. omnesque alii codd. Pierii (Medic. quidem et Longobard. a m. sec.) cum Erf. et vel ac sulfura viva. *sulfura* *vivaque duo Voss.* Porro *sulphura* Rom. et alii scribunt. —450. *unguine tardas Papirianas apud Cassiodorum de orthographia, p. 2295.* Sed aliter Charisius et Priscianus, hic etiam pinguis, ut in scriptis.—452. *est* abeat Goth. sec.—453. *potuit.* Jo. Schrader. s. *properat;* sed est aoristus, pro, potest. Ut mox 459 *Profecti,* prodeesse solet.—456. *est* e melioribus omnibus Heins. et

## NOTÆ

448, 449, 450, &c. *Amurca,* sex olivarum, vel sedimentum olei. *Spu-* *terribile.* ‘Postea tam promiscuum, ut plerique studiorum gratia, ad pro-  
*ma argenti,* aliter *hethergyrum,* quæ materies in argenti fodiinis reperitur: *videnda acrius quæ commentabuntur,* Abramus ex Calphurnii Ecl. v. de *sæpius summitaverint.’ Plin. I. xxv.*  
*vivo argento explicat.* *Pix Idæa,* id 5. *Purgat, juxta eundem, vomitione,* est optima, qualis est in Ida, sive *et sternutamento.* *Bitumen limus* Cretæ insula, sive Troadi monte, *est,* duplex enim est. *Scilla* vel *squilla,* *bitumi* *natus.* *Helleborus* vel *helle-* *Vivaque sulfura:* versus dactylicus, bulbi genus. *borum,* sive *verastrum,* grece dicitar, cuius extrema syllaba cum prima quia olim noxiun habitum est ac *versus consequentis eliditur.* Sic Ge. II. 60. ‘Inseritur vero ex fetu

- Abnegat, aut meliora Deos sedet omina poscens.  
 Quinetiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa  
 Cum furit, atque artus depascitur arida febris,  
 Profuit incensos aestus avertere, et inter  
 Ima ferire pedis salientem sanguine venam : 460  
 Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus,  
 Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,  
 Et lac concretum cum sanguine potat equino.
- Quam procul aut molli succedere sæpius umbræ  
 Videris, aut summas carpentem ignavius herbas, 465  
 Extremamque sequi, aut medio procumbere campo  
 Pascentem, et seræ solam decidere nocti :  
 Continuo culpam ferro compesce, priusquam

*manum medicam, et otia tur, petens a Diis successum meliorem. Præterea, quando dolor penetrans in ossa intima ovium furit, et febris calida absunt corpus: prodest expellere calorem inflatum, et inter extre mas ungulas pedis aperire venam ex qua sanguis exilit: quomodo solent aperire Bisalta, et sævus Gelonus; cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum, et cum babit lac coagulatum cum sanguine equorum. Quam orem procul videris, aut querere sæpius dulcem umbram, aut mandere negligentius summas herbas, aut ultimam incedere, aut residere in medio campo inter pascendum, et solam abire nocte jam protecta; hujus mor-*

\*\*\*\*\*

vulgo; porro *omina*, ut castigatores habent. Vulgo *omnia*, ut et Mediceus ac Romanus.—458. *Cum fuerit*, fueritque, vitiōse nonnulli. *aut artus Menag.* alter, ut et Pierius enotarat e cod. *horrida febris* Toll. ex *arrida*, ut Franc. conf. sup. ad v. 197.—459, 460. recitat Colum. vii, 5, 10. *intenso conj.* Heins. quod nolim, et Wakef. ad Lucret. i, 301.—460. *saliente Regius*. *Bisalta* priore producta etiam Ovidius, et Clandian xxi, 134. At Gratius 523 corripit *facilis tutela Bisalta*.—462. *aut in Medic.* *deserta ferarum* Franc., repetitum ex Aen. III, 646, observante Burmanno.—463. *lac conceptum* Helen. Acro ad Horat. Carm. III, 4. Sed vulgata est in comment. Cruqu. et Porphyri.—464. *ut Reg. Martini.* *succumbere unus Arundel.* *mollius umbras* idem Reg.—465. *et summas Medic.* a m. pr. *carpentem* idem a m. sec. *segnius herbas* Romanus.—466. *Extremumque Ven.*—467. *et abest ab uno Mead.* *solum Menag.* pr. *sera—nocte* nonnulli apud Pierium. *decidere fragm.* Moret. *recedere Ven.* conf. ad Ecl. viii, 28. *deducere Erf.*—468. *morbum ferro* Zulichem. a m. sec. *ferro culpam* Aldd. et aliis hinc edita; etiam edd. vett. et omnes scripti Martini, minus concinne. Meliorem ordinem dedit

## NOTÆ

460 *Ima ferire pedis, &c.]* Jubet Colunella l. vii. 5. ‘De talo, vel inter duas ungulas, sanguinem emitte.’

461 *Bisalta quo more, &c.]* Mos ille tribuebatur, non *Bisaltis* duntaxat, Thracie, vel Macedonia populis, neque duntaxat *Gelonus*, populis Scy-

this, vel Thracie; sed generatim Scythis, Sarmathis, Getis, et Massageticis omnibus: ita Plinius, Clandianus, &c. *Lac]* Vel ovium; vel equorum cuius item spud eos usus fuit. De *Rhodope*, *Getis*, et *Gelonis*, Ge. II. 115.

- Dira per incautum serpent contagia vulgus.  
 Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo,  
 Quam multæ pecudum pestes. Nec singula morbi  
 Corpora corripiunt; sed tota æstiva repente,  
 Spemque gregemque simul, cunctamque ab origine gentem.  
 Tum sciat, aërias Alpes et Norica si quis  
 Castella in tumulis, et Iapydis arva Timavi,  
 Nunc quoque post tanto videat, desertaque regna  
 Pastorum, et longe saltus lateque vacantes. 475  
 Hic quondam morbo coeli miseranda coorta est  
 Tempestas, totoque autumni incanduit æstu,  
 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum; 480

bum coërcet statim ferro, antequam sæva contagio gliscat in turbam, quæ sibi non caret. Turbo tempestatem ferens non ingruit tam densus, quam frequentes sunt pecudum morbi: neque morbi intradunt singula corpora, sed tota æstiva statim, et factus, et gregem, et totam gentem ab ipsa origine. Tum hoc persuasum habebit, qui quis nunc etiam videbit, post tantum tempus, Alpes excelsas, et Norica castella in colibus, et agros Timavi fluvii Japidæ, et regna pastorum deserta, et sylvas longe lateque vacuas. Hic olim dira pestilentia orta est corruptione aëris, et inflammata est toto ardore autumni, et interfecit omne genus pecudum, et omne

-----  
 Egnat, hinc Commelin.—470. ruit æquora Gud., quod confirmat Heins. ad *Aen.* VIII, 63 et *Aen.* I, 84 et placet admodum; recepit quoque Wakef. aëre Vratisl. rubit Franc., pro subit conj. Burmann.—471. pecudum Gud. pecorum Ven. *Ac singula* Goth. pr.—473. totaque ab origine Zulichem.—474. Tunc Medic. aut Norica Parrhas. et congrua Ven. *Gnorica* Zulich ac Norica Goth. sec.—475. *Iapydis* scribendum. vid. Drakenb. ad *Liv.* XLIII, 5. Græcis sunt *Idrodes*. Ut apud Strab. et Steph. Byz. *Iapygis* Roman. et Medic. Pierii, Gadianus. Male defendendat Pierius. *arma* vitiōse vulgg. nonnullæ.—476. *tantam* Goth. sec.—477. *lateque* Goth. pr. *saltus* longe lateque Erf. *vagantis* Gud. *vagantes* tert. Mentel.—478. *Hinc* Ven. et unus

## NOTÆ

472 *Tota æstiva*] *Æstica* et *hyberna*, loca sunt ubi milites per æstatem et hyemem degunt: idque a militibus transtulit ad greges, quæ æstivis noctibus non continentur in stabulis; sed in pascuis sub dio.

474 *Tum sciat, aërias Alpes, &c.*] v. PARS et ultima, sive Epilogus. *Descriptio sævissima pestis*; quæ tractum omnem Alpinum vastaverat; regionem olim pascuis et pecore feracissimam: ac licet multo ante Virgilii

tempora sæviisset, illius adhuc vestigia, tum restabant. *Alpes*, montes, qui Italiam a Gallia et Germania distinguebant, Ecl. X. 47. *Norici*, natio Germanica, in limite Alpium et ultra Alpes; nunc Bavaria, fortasse et Austria. *Timavus*, fluvius Carnorum in ea Venetorum ditione quæ Forojuliensis dicitur, *le Frioul*. Hic olim *Iapides*, gens Illyrica, Straboni *Iapades*. Ecl. VIII. 6.

Corripuitque lacus ; infecit pabula tabo.  
 Nec via mortis erat simplex ; sed ubi ignea venis  
 Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus :  
 Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se  
 Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. 485  
 Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram,  
 Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,  
 Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.  
 Aut si quam ferro mactaverat ante sacerdos,  
 Inde neque impositis ardent altaria fibris ; 490  
 Nec responsa potest consultus reddere vates ;

genus ferarum, et vitiavit aquas, et fecerat pabula veneno. Nec modus mortis erat vulgaris : sed postquam sitis servida penetrans in omnes venas contraxerat misera membra ; tum humor tabidus exudabat, et convertiebat in se paulatim medullam ossium putrefactam morte. Sepa in medio sacrificio Deorum victima stans ante aram, dum infula lanea alligatur niveis tenuis, cecidit moribunda inter ministros stupefacta. Aut si sacerdos prius occiderat aliquam cultu : ex ea neque viscera impedita aris concipiunt ignem ; neque erupxit interrogatus

Arundel. cœli morbo Zulich.—481. *Corripuitque* quinque ap. Heins. et Burm. duo Martin. Goth. pr. edd. ant. *Corripuitque* Gudianus, aberrationes solennes. Confirmat alterum Pierius e Rom. et optimus quisque liber. que abest ab nonnullis. *pabula morte* Ven.—482. Sic *Nec modus morere atque oculos impener simplex* sup. II, 73 h. modi varii. *ventis Medic.* a m. pr.—483. *aucta sitis* Parrhas. apta Goth. pr. *abduxerat* aliquot ap. Burm. cum edd. Alld. Junt. (sed emendatis dedit Naugierus Aldin. tert.) Goth. sec. etiam Philargyr., qui explicat, *contraxerat*.—484. *abundant* Gud. *fluidus* Medic. cum tribus Burmanni, Rom. et Goth. pr. Servius. vid. Gifan. Ind. Lucret.—486. *media Ven.* ad aras ed. Dan. et aliæ antiquiores : saltem Egnat.—487. *Lanea* edd. quibus Pierius utebatur. *Lanea* aliæ edd. vett.—488. *magiostros* Romanus. Sed *ministri* sunt popæ, ut jam alli docuere.—489. *At si* alter Rottend. Zulich. *mactaverit* Leid. alt. et Regius Martini.—491. potes

## NOTÆ

481 *Tabo*] *Tubum*, diminuta vox a *tubes*: que liquefactio est, rei allucius soliditatem solvens : vulgo sumitur *tobum*, pro corrupto sanguine, nec multum differt a *samis*: hic tamen pro corruptione samitur. Oritur a Dorica voce *vitas* pro *vitas* *liquefactio*.

482 *Simplex*] Non facilis, ex *usa* et *ordine naturali*; sed violenta ac difficilis. Citatque Servius illud e *Sallustio*: ‘Ne simplici quidem morte

moriebantur.’

487 *Lanea dum, &c.*] *Infula*, ut ex Paschalius, aliquique constat, fuit latior fascia, lanea et alba: caput non quidem totum operiens, sed tempora instar diadematis cingens : unde vitta seu tenuia pendebat. Hac victimæ, sacerdotes, vates coronabantur. *Lanea* quidem, quia lane magnus in sacris usus fuit: vide Ecl. VIII. 64. Ad. IV. 489.

|                                                                                                                                                                                                            |     |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,<br>Summaque jejuna sanie infuscatur arena.<br>Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,<br>Et dulces animas plena ad præsepio reddunt.                      | 495 |
| Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit ægros<br>Tussis anhela sues ac faucibus angit obesis.<br>Labitur infelix, studiorum atque immemor herbæ,<br>Victor equus, fontesque avertitur, et pede terram |     |
| Crebra ferit; demissæ aures; incertus ibidem                                                                                                                                                               | 500 |
| Sudor; et ille quidem morituris frigidus; aret<br>Pellis, et ad tactum tractanti dura resistit.<br>Hæc ante exitium primis dant signa diebus.<br>Sin in processu coepit crudescere morbus:                 |     |
| Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab alto                                                                                                                                                           | 505 |

potest reddere responsa: et cultri suffixi vix colorantur sanguine, et superficies arenæ nigrescit exigua sanie. Præterea vituli moriuntur in fertilibus pascuis, et exhalant dulces animas in stabulis plenis: Præterea rabies oritur blandis canibus: et tussis anhela concutit porcos ægros, eosque strangulat, tumente gutture. Equus assuetus victoria cadit, miser post tot nobilia exercitia, cibique negligens: et abhorret a potu, et crebro percutit terram ungulis: aures dejectæ sunt: sudor dubius est ibidem, et ille quidem frigidus in iis qui mox morituri sunt: pellis rigescit, et dura ad tactum resistit tangentia. Primis diebus ante mortem dant hæc indicia. Si vero progressu temporis morbus incipit augeri: tum vero oculi

---

Goth. pr. consulto Gud. a m. pr.—492. Aut quinque Burmann. Goth. quatuor Martini et vett. edd. At alii.—493. scabie Vratial. fuscatur Menag. pr. Mentel. tert.—494. vitulus læti Goth. sec.—496. blandis canibus Parrhas. —497. et faucibus Goth. pr.—498. herbis Zalich. De interpunctione v. Notam. Pernititur tamen in retinenda interpunctione Labitur infelix studiorum Wakef.—499 advertitur Lutat. ad Stat. Theb. v. 187. fortisque Erf. a m. sec.—500. Crebro duo Barm. Longob. Goth. sec. dimissa Mentel. pr.—501. morituri Medic. a m. pr. morituris vitiōse tres Martini, Goth. pr. arvet Franc. arct Moret. sec. ares Rom.—502. tractandi Mentel. pr. alt. Rottend. et Medic. a m. pr. et attractus Schol. Statii Theb. v. attractum Leid. a m. pr., ex at tractum, ut in Romano. ad tractum Longob. Wakef. ad Lucret. vi. 1193 emend. attactu.—503. Huic Toll. dat unus Arndel., notanda lectio; ita ad morbum oratio refertur. Succedit tamen alius pluralis tendunt.—504. Siccis in Erf.—505. abstractus Regius Martini.—506. Wakef.

## NOTÆ

497 *Faucibus angit obesis]* Bone angit; quia engina morbus est fauces occupans: *spasmodicus*. Obesis: vel natura, vel morbo.

498 *Labitur, &c.]* Alii infelix studiorum; et pari forma dixit Virgiliius Ge. iv. 491. *Victus animi.* En. v.

78. *Aesi maturos.* En. II. 78. *lata laborum, Dido.* En. II. 416. *Fortunatus laborum, &c.*

500 *Incertus sudor]* Vel cuius causa incerta est, cum nulla præcesserit fatigatio; vel potius varius, instabilis, qui modo erit, modo desinit.

Spiritus, interdum gemitu gravis ; imaque longo  
Illa singultu tendunt ; it naribus ater  
Sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua :  
Profuit inserto latices infundere cornu

Lenæos ; ea visa salus morientibus una.

510

Mox erat hoc ipsum exitio, furiisque resecti  
Ardebant, ipsique suos, jam morte sub ægra,  
(Di meliora piis, erroremque hostibus illum !)  
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Ecce autem duro fumans sub vomere taurus 515

Concidit, et mixtum spumis vomit ore cruentum,  
Extremosque ciet gemitus. It tristis arator,  
Moerentem abjungens fraterna morte juvencum ;  
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.

Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt 520

*inflammantur ; et anhelitus educitur ab intimo pectore, interdum impeditus gemitu : et tendunt imæ illæ longo suspirio, sanguis niger fluit e naribus, et lingua sicca heret gutturi obstruere. Utile fuit primo immittere in os liquorem Bacchicæ insinuato cornu : hoc solum cismum remedium morientibus. Deinde hoc ipsum perniciosum erat : et vino corroborati inflammabatur furor : et jam, non longe ab ægra morte, lacerabant dentibus carne nudatis sua membra discerpta. Diu reservate meliora piis, et illam rabiem hostibus ! Ecce autem taurus anhelans cadit sub ferreo vomere, et ejicit ex ore sanguinem mistum spuma, trahitque ultimum spiritum. Arator tristis incedit, solvens taurum dolentem fratris morte, et relinquit aratum fixum in medio labore. Non umbræ profundarum oylearum, non jucundæ*

*interpungit spiritus interdum, gemitu gratis. Gravius est, quod idem in parenthesi includit vss. 505—508. gemitus Leid., ad vulgariorem rationem. alaque longo Medic. a m. pr. unaque Parrhas. imaque longi illæ singultus tendunt Reiskius conjiciebat.—507. in naribus Reg. superscr. ater et naribus Rom. autem pro ater unus Mead.—508. oppressas apud Macrob. Sat. vi, 2, male. obesus Goth. sec. aspera vel arida quart. Moret.—511. exitium Toll., sed vid. Burm. refecto Ven. referti duo Moret.—512. in morte Roman.—513. Di meliora prius Parrhas., mox que abest Leid. ardoremque hostibus Romanus. Sed vid. h. l. Burm. horrorem cod. Fabricii Chemnic. et Goth. sec.—514. Discisos Toll. Diffissos unus Mead. utis—dentibus Medicens a m. pr., ut sup. v. 389 adum palatum et alia. vid. Heins., qui et conj. crudis dentibus vel aridis; præstaret saltem duris. At nudati sunt, nudati a labiis ore reducto, more ringentium, canum inprimis ac furiosorum. Recete Philargyr. “ut sœditatem exprimeret, adjecit nudis.” Lucret. v, 1063 *Inilita canum—Mollis ricta fremunt duros nudantia dentes. Porro ossibus artus Parrhas.*—516. spumis mixtum Mentel. tert.—517. Et tristis Ven.—519. reliquit Donat. in Andr. Terentii III, 5, 1, Moret. sec. Zulichem.; et Pierius ex codd. ita notarat. Sic et unus Mead. et vett. edd. et exquisitus hoc magisque ex usu*

## NOTÆ

510 *Lenæos*] Bacchicos. Sic dictus Bacchus a ληνὸς torcular, Ge. II. 4.

Prata movere animum, non, qui per saxa volutus  
 Purior electro campum petit amnis : at ima  
 Solvuntur latera, atque oculos stupor urget inertes,  
 Ad terramque fluit devexo pondere cervix.  
 Quid labor, aut benefacta juvant ? quid vomere terras 525  
 Invertisse graves ? atqui non Massica Bacchi  
 Munera, non illis epulæ nocuere repostæ :  
 Frondibus et victu pascuntur simplicis herbæ.  
 Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu  
 Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres. 530  
 Tempore non alio dicunt regionibus illis

*possunt herbeæ recreare animos taurorum, non amnis clarior electro, qui fluens inter saxa percurrit campum : at ima latera flaccescunt, et stupor tenet oculos eorum immobiles, et cervix vergit ad terram deprimente pondere. Quid prostant illis labor, aut opere collata homini? quid prodest arasse vomere terras difficiles? Tamen, non dona Bacchi e Massico monte, non epulae coacervatae nocuerunt illis. Aluntur frondibus et pabulo herbæ communis : potus sunt rivi puri, et annes agitati cursu : nec curæ excutiunt somnum salutarem. Aiant, nullo alio tempore desideratas fuisse*

poëtae quam vulg. relinquunt.—520, 521. *Non umbra ed. Burm. et nostra prior, e vitio. non gramina possunt Grata morere edd. nonnullæ ante Pierium. Parta Zulichem.—522. et Reg. Martini.—524. ruit Erf. deflexo Menag. alt. vertice Regius Martini, e glossa.—525. juveni Nonius Marcellus in gravis. quo vomere Zulichem., non male, ut quo pro ad quid vel quid ponatur, ut milles; sed quia ambiguum facit sensum, retineo quid Burmann. terras ne sequatur post terram Wakef. emendat glebas ex Lucret. I. 212.—528. et victimu Longob. Pierii, ut sup. v. 314. iv, 181 et alia loca apud Heins., sed antecessit Frondibus.—529. atque ubique legitur; nescio unde in Elzev. irrepererat aut: quod iterum expulit Heins. Gadianus etiam, exercita cursu, ut sit græcianus. atque excita cursu Schol. Horat. Od. II. 2.—530. abrumpit tres apud Burm.—*

## NOTÆ

522 *Electro*] Electrum purissime fulget: sive pro succino sumatur, *ambre*: de quo Ecl. VIII. 54. sive pro metallo, de quo Æn. VIII. 402.

526 *Massica Bacchi*] Vina e Massico, monte Campaniæ. *De Baccho*, Ecl. v. 30. 69.

531 *Tempore non alio, &c.*] Volunt plerique omnes post Servium, allusum hic esse ad historiam, quæ ab Herodoto, Plutarcho, Valerio refertur. Sic autem a Cicerone Tuscul. I. 113. ‘ Argiae sacerdotis Cleobis et Briton filii praedicantur. Nota fabula est. Cum enim illam ad solenne et statum

(Junonis) sacrificium curru vehi jus esset, morarenturque jumenta: tunc juvenes ii ueste posita ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, cum currus ductus esset a filiis, precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo: post, epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse; mane inventos esse mortuos.’ Sed id quoquo modo Servius detorqueat, extra rem omnino est. Illud unum inde cognoscimus, Junonis sacerdotes, curri invectas, ad templa processisse. Ego suspicor

Quæsitas ad sacra boves Junonis, et uris  
Imparibus ductos alta ad donaria currus.  
Ergo ægre rastris terram rimantur, et ipsis  
Unguibus infodiant fruges, montesque per altos  
Contenta cervice trahunt stridentia plastra. 535  
Non lupus insidias explorat ovilia circum,  
Nec gregibus nocturnus obambulat; acrior illum  
Cura domat. Timidi damæ cervique fugaces  
Nunc interque canes et circum tecta vagantur. 540  
Jam maris immensi prolem, et genus omne natantum,  
Littore in extremo, ceu naufragia corpora, fluctus  
Proluit; insolita fugiunt in flumina phocæ.  
Interit et curvis frustra defensa latebris

*boves in illis plagiis, ad sacra Junonis: et currus tractos fuisse ad alia templo ab uris inaequalibus. Itaque agricola difficile procinctum terram rastris, et ipsis unguibus defodiunt semina, et obnoxio collo trahunt per altos montes planstra stridentia. Lupus non meditatur insidias circa ovile, nec errat noctu circa greges: expior cura subigit illum: timidi damæ et fugaces cervi jam vagantur, et inter canes, et circa domos. Jam in ultimo littore fluctus levat progeniem vasti mari, et omne genus piscium, veluti corpora naufragia: et vituli marini præter solidum fugiunt in*

-----  
531. ducunt alter Rottend.—534. terras rastris alt. Moret. rastris Jo. Schrader. et h. l. vid. ad II, 94. rimentur Ven.—535. effodiunt Goth. sec.—536. Contempta duo, ut fere semper variuntur in h. v. Extensis Legnick. ms.—537. insidias Romanus et Gudian., per se non male. At vid. Not.—538. Non Toll. et Franc. Goth. pr.—539. Timida alt. Rottend., at vid. Servium. damæ multi. morbiq[ue] fugaces Comment. Cruqu. ad Horat. Ep. II, 1, 136.—543. ad flumine Longob. et Regius Martin.—544. an furvis, inquit Burne,

## NOTÆ

adhibitos currus ad ipsa sacra, sive simelacra Junonis, sive alia quælibet sacrificii instrumenta convectanda: quemadmodum Cereris simelacrum planstris quoque vebebatur. Juvat conjecturam tarditas boum: at Junonis sacra lente admodum et graviter solita circumferri, notum est ex Horatio Sat. I. 3. 10. ‘Persæpe velut qui Junonis sacra ferret.’ Ex Atheneo, apud quem adagii loco est, ‘Hæc[em] Bodil[em] ‘Junonio gressu incedere.’ De Junone, En. I. 19.

532 *Uris Imperibus]* Cum boves manusueti deessent, feri jungebantur, itaque inæquales, quod in re curuli

deforme est. De uris, sive bobus sylvestribus, Ge. II. 374.

533 *Donaria]* Aliquando dona significant: hic templo, sive loca in quibus dona servantur. Apuleius I. IX. ‘Ibi donarium Deæ perquam opulentum.’

534 *Rastris]* De iis, Ge. I. 160.

536 *Planstra]* De iis, Ge. I. 163.

543 *Fugiunt in flumine phocæ]* Marinæ pestilentia, metu, ad flumina præter consuetudinem fugiunt. Plin. I. IX. 7. ‘Vitoli marini, quos vocant phocas, spirant ac dormient in terra: item testudines.’ Quare vita sunt ancipitis, et in utroque elemento vivunt.

|                                                                                        |     |
|----------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Vipera, et attoniti squamis astantibus hydri.                                          | 545 |
| Ipsis est aër ayibus non aequus, et illæ<br>Præcipites alta vitam sub nube relinquunt. |     |
| Præterea jam nec mutari pabula refert,                                                 |     |
| Quæsiteque nocent artes; cessere magistri,                                             |     |
| Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus.                                            | 550 |
| Sævit, et, in lucem Stygiis emissâ tenebris,                                           |     |

*fluvies. Moritur quoque vîpora, frustra tecta oavis latibulis, et hydri conterricti squamis arrectis. Aër est perniciens ipsi avibus, et illæ cadentes amittunt vitam inter altas nubes. Præterea nec jam prodest mutare pabula: et medicinae adhucitæ noxia sunt. Recessere medicinae principes, Cheron filius Phillyra, et Melampus filius Amythaonis. Et pallida Tisiphone furit, emissâ in lucem e nocte inferna;*

\*\*\*\*\*

sed est pro cavia. vid. Ge. II, 216 et ibi Notam.—545. exstantibus malit Jo. Schrader.—548. jam nec e libris reposuit Heins. Ita tamen jam legebatur in Commelin. Pulmann. Elzev.; vulgo alii, nec jam, cum Romano, ut et Beda de metris. At Macrob. Sat. VI, 2 Præterea nec mutari jam pabula. 549. cessare Medic. a m. pr. Amychaonius, Amitaoniusque Melampus, Meloampus, Melampus, aberrationes. vid. Apollod. I, 9, 11.—551. a Stygiis tert. Rottend.

#### NOTE

545 *Vipera]* Plinius l. x. 62. ‘Terrestrium sola, intra se parit ova unius coloris, et mollia, ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde singulos diebus singulis parit, viginti fere numero. Itaque cetera, tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa parente.’ Ita fere Aristoteles, Nicander, Plutarchus, &c. proptereaque Romæ parricidæ submergebantur insuti culeo cum viperâ, cane, gallo et simia. Elianus tamen, et alii, superesse partui suo viperam tradunt: idque verius esse nunc fere constat.

*Hydri]* Plinius l. xxviii. 4. ‘In orbe terrarum pulcherrimum anguum genas est, quod in aqua vivit: hydri vocantur, nullis serpentium inferiore veneno.’ Ab *Styx* aqua.

550 *Phillyrides Chiron, &c.]* Id est, præstantissimi medici, quales olim fuere Chiron et Melampus. Chiron fuit Centaurus, Saturni et Phillyras

filius, ut diximus supra, v. 92. Qui cum creviasset, abiit in sylvas, ibique herbarum viribus cognitis sapientissimus evasit medicus: a Peleo, Nerei genero, et Thetide, Pelei uxore, ad institendum Achillem electus. Denique cum esset graviter vulneratus fortuito casu Herculeæ sagittæ, Lernæ sanguine infectæ; doloris impatientia oravit Superos, ut sibi, quamquam immortali, mori liceret: quo concesso, ab iis in celum translatus est, et in Zodiaco locatus, ubi nunc sagittarius vocatur. *Melampus*, *Amythaonis* et *Dorippes* filius: dicitur angario claruisse, et animalium omnium atque avium perceperisse voces. Filias Præti furis agitatas ad sanam mentem restituit, Ecl. vi. 48. Ob medicinæ scientiam, templo, featis, et sacrificiis honoratus. Pausan. I. 1.

551 *Stygiis]* *Styx*, fons Arcadiæ est, fluvius habitus inferorum, et a Superis tanta veneratione cultus, ut

Pa*Hida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,*  
 Inque dies avidum surgens caput altius effert.  
 Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes  
 Arentesque sonant ripæ collesque supini. 555  
 Jamque catervatim dat stragem, atque aggerat ipsis  
 In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo :  
 Donec humo tegere, ac soveis abscondere discunt.  
 Nam neque erat coriis usus; nec viscera quisquam  
 Aut undis abolere potest, aut vincere flamma ; 560  
 Nec tondere quidem morbo illuvicque peresa  
 Vellera, nec telas possunt attingere putres.  
 Verum etiam, invisos si quis tentarat amictus,  
 Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor

*præ se dicit Morbos et Metum, et assurgens in dies, extollit altius caput insatiabile.*  
*Flutii, et sicca ripæ, et colles curri fremunt balatu oviū et frequentibus mugitibus.*  
*Jamque Tisiphone edit strages turmatim, et accumulat in ipsis stabulis cadarera diffuentia fœda tabe: donec in mentem tenit populis sepelire ea terra, et*  
*occultare in foreis.* *Nam neque nulla erat utilitas in coriis: nec quicquam potest*  
*abluere undis, aut purgare igne viscera: ac ne tondere quidem rillos corrosos lue et*  
*sanie: nec possunt tangere telas putridas.* *Sed etiam si quis attractaret restes*  
*ejusmodi odiosas, ardentes pustulae, et fœdus sudor adharet membris gracilen-*

---

*semissa Gud., adhrente s ex antec. voc.—552. agitare Metumque Ed. Ven.*  
*agitansque Metumque Erf.—553. Inque dien Ven. affert Rottend. alt.—554.*  
*mugitibus aér Chronic. Menconis apud Burmann. auras Vratisl.—555. Hor-*  
*rentesque Romanus, nec minus bene. Nam pestilenti anno omnia apud poëtas*  
*horrent, squalent, scil. tabe, illuvie. Sed est ea solennis varietas, et arere*  
*non minus idoneum, cum astus morbi causa sit: sup. 478. conf. En. III, 142.*  
*collesque superni pr. Moret. Eadem varietas Ge. II, 276.—556. stragem dat*  
*Goth. pr. aggregat Reg. Martini.—557. delapsa duo Burm. cadarera morbo*  
*alter Rottend. Eadem variatio Ge. IV, 252.—558. ac abest Goth. pr. dicunt*  
*idem. discant Moret. pr. para libb. Martini et vulgg. edd. apud Pierium,*  
*quod ei majorem dignitatem habere videbatur.—560. flammis Goth. pr.—561.*  
*Ne tondere quidem Medic. Gud. Mentel. pr. Leid. ingluicque Erf.—562. ne*  
*Ed. Junt. telas adjungere putres fragm. Moret., non indocte. Ita tela dictæ*  
*sunt proprie: quod etiam video placuisse Vossio; casus tamen an judicium*  
*lectionem produxerit, non dixerim; auctoritas utque codd. deest.—563. Quin*  
*etiam Romanus, nou inale. etiam miseris Venet. temptaret Medic. a m. pr.*

## NOTE

per illum jurarent; et, si iuramentum violarent, divinitate usque necetas per centum annos privarentur. Hic autem bonos ei concessus, quia ejus filiae Victoria, Vis, Robur, Zelus, Diis opem adversus Titanas tulerant, ut est apud Hesiodum in Theog. Non men a στρυγώ odi. 552 *Tisiphone]* Una e Furiis, de quibus Ge. I. 278.

**Membra sequebatur; nec longo deinde moranti  
Tempore contactos artus sacer ignis edebat.**

565

*tibus: et sacer ignis absuebat deinde membra attacta foedata, ejus qui vel brevi temporis spatio tardabat eas dimittere.*

-----  
—565. *sequebantur Ven. et Rottend. sec.* Similiter Ge. iv, 8 variatur. *longe Zulich.*—566. *contractos vulgares nonnullæ edd., etiam codd. contactos sacer artus Rom. cum tactos Goth. pr.*

## NOTÆ

566 *Sacer ignis]* Male Servius interpretatur de *sacro morbo*, qui *epilepsia* est. Reliqui de eo qui dicitur *vulgo, ignis sancti Antonii; Græcis ἐρυητος; Plinio, zoster et circinus; et a*

Lucretio ita describitur l. vi. ‘Exsistit sacer ignis et urit corpore serpens, Quamecumque arripuit partem, repitque per artus.’

# GEORGICON

AD

## C. CILNIUM MÆCENATEM

## LIBER IV.

### ARGUMENTUM.

POST brevem de apibus et mellatione propositionem, dedicationemque operis; opus ipsum octo partibus exequitur. I. Est de commoda apum habitatione. II. De earum pabulatione, examinibus, pugnis. III. De duabus earum speciebus. IV. De earum quasi civili prudentia et republica. V. De mellationis temporibus. VI. De morbis apum, morborumque signis ac remediis. VII. De apum reparacione, cum perierunt. VIII. De reparacionis hujus inventione, et auctore, Aristæo, cuius fabulam epi- logi loco fuse narrat: eidemque attexit fabulam Eurydices et Orphei.

**P**ROTINUS aërii mellis coelestia dona  
Exequar. Hanc etiam, Mæcenas, aspice partem.

*Continuo describam celestia munera aërti mellis. O Mæcenas! fave huic etiam*

-----

1. *Protinus* unus Gud. scribebat: ceteri *protinus* e vulgari pronuntiatione.

### NOTÆ

1 *Aërii mellis coelestia dona*] Ex aëre apibus, et mel conficitur. Quare ros defluit, adhæretque floribus et aëris et cœli donum est. *De Mæcena* arborum foliis: inde colligitur ab te in arg. Ge. i.

Admiranda tibi levium spectacula rerum,  
Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis  
Mores, et studia, et populos, et prælia dicam.  
In tenui labor: at tenuis non gloria; si quem  
Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.

5

Principio sedes apibus statioque petenda,  
Quo neque sit ventis aditus, (nam pabula venti  
Ferre domum prohibent,) neque oves hædique petulci 10

parti Georgicorum. *Dicam spectacula parvarum rerum admiranda tibi, et reges apum generosos, et mores, aliquæ artes totius generis per ordinem, et species, et pugnas.* Labor ille est in parcâ r , sed gloria non est parca; si Dii adversi permittunt aliquem id exequi, et si Apollo invocatus exaudit. Primo querenda est apibus sedes et habitat, in loco ad quem venti non possint pervenire; (nam venti impedit quoniam apes ferant pabula in alveare;) et in quo oves, et hædi petu-

\*\*\*\*\*

cf. ad Ecl. 1, 12. a rei tert. Rottend.—2. *Persequar Vratisl.*—3. *miraclu*  
rerum alter Moret., forte ex v. 441.—4. totiusque ex ordine plurimi habent,  
scripti et editi, etiam Medic. Tam parum peritos rei metric  quis credit  
grammaticos et librariorum? At recte particula metro inimica exulat ex Rom.  
et aliis melioribus. Mederi voluit vitio quart. Moret., totusque ex ordine, Ve-  
netus: totique ex ordine.—5. et abest ante studia in Mentel., at ante populos  
in Rom. fragm. Moret., etiam in edd., ut Cerd . vid. Burm. Ad populos  
offendebat Jo. Schrader. in schedis, et conj. motus: quod sane locum habere  
posset; sed populos dixit po ta, quia sub diversis regibus habentur apes.—  
6. ac Regius Martini et edit. Paulli Steph.; forte si qua vel si quem scil. la-  
borem, Burm. si quam ed. vet. ap. Wakef. At vide Notam.—7. *late* Regius  
Martini. sinant Serv. ad A n. II. 698.—8. *sedes statioque petenda* Moret. pr.  
et Mentel., at extrita litera ultima, e. et receptum hoc erat ab Heinsio.  
*petenda est* Ven. et Leid. Sed in tali variatione nil facile decernas. vid.  
Burm. *legenda* conj. Jo. Schrader. At petere est parare.—9. fit edd. nonnull.

## NOTE

7 *Numina læva*] *Læva*, modo in bo-  
nam, modo in malam partem sumun-  
tar; ut diximus Ecl. I. 16. Hic in  
malam, ita enim explicat hanc ver-  
sum Gellius l. 5. 12. dicitque ' vim  
esse quorundam Deorum in lædendo  
magis, quam in juvando potentem... .  
nam Deos quosdam, ne obessent, pla-  
cabant.' In his ponit Deum *Aterram*  
cum, et *Robigum*, et *Vejocem*, cuius  
esset Romae templum in eoque simu-  
lacrum, sagittas tenens quasi paratas  
ad nocendum: indeque nomen ejus  
deducit, quod sicut *Jovem* dixerant,  
Deum qui juvaret; ita *Vejocem*, qui  
non juvaret: particula enia ve, ali-  
quando augendae, aliquando minuen-

d  rei, valet. *Vejocem* autem, et  
*Plutonem*, et *Ditem*, unum eundem  
que esse perhibet Martianus Capella.  
Et vero Virgilii A n. IV. 636. *Plu-*  
*tonem* vocat *Jovem Stygium*: at *Plu-*  
*tonem* et Furias et cetera inferorum  
numina, *læva*, et adversa hominibus  
fuisse habita, nemo nescit, testatur  
que Arnobius l. III. De *Apolline va-*  
tum Deo, Ecl. III. 104.

8 *Principio, &c.*] I. PARS.  
*De apum*  
*habitacione*: precepta continet duo.  
I. *De commodo alvearibus loco*; deque  
iis, qua adesse circum, aut procul abesse  
debent, v. 8. II. *De forma alvearium*,  
v. 33.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

Y

Floribus insultent, aut errans bucula campo  
 Decutiat rorem, et surgentes atterat herbas.  
 Absint et picti squalentia terga lacerti  
 Pinguibus a stabulis, meropesque, aliisque volucres ;  
 Et manibus Procne pectus signata cruentis. 15  
 Omnia nam late vastant, ipsasque volantes  
 Ore ferunt dulcem nidis immittibus escam.  
 At liquidi fontes et stagna virentia musco  
 Adsint, et tenuis, fugiens per gramina, rivus,  
 Palmaque vestibulum aut ingens oleaster inumbret : 20

*lentes non saltent super floribus, et juvenca vaga per agros non excutiat rorem ex herbis, nec premat herbas nascentes. Absint quoque a pingui alveari lacerti maculosis splendenti tergo, et meropes, et cetera apes, et in primis Procne, quae notavit sibi pectus manibus sanguinolentis. Nam circum popularunt omnia, et rostro ferunt ipsas apes, ut sint gratum pubulum pullis crudelibus. Sed adhuc fontes puri, et stagna cooperta viridi lanugine, parvus rucus currens inter herbas, palmaque, vel magnus oleaster tegat vestibulum. Ut, quando novi reges ducent prima examina*

hae, male.—10. nec Goth. pr.—11. insultent Moret. sec. aut haerens Franc. buculla, bacula al.—13. pallentia terga Parrhas.—14. ab stabulis Medic. qua post meropes abeat a quatuor apud Burm. et ed. Ven. Medic. Pierii et uno Mead. adia videri potest nimis tenue esse vocabulum pro reliquorum dignitate. Sensit quoque Jo. Schrader., qui conj. meropesque maleaque volucres vel meropes avidæque v. vel blattæque v. vel vespaque v.—15. Progne scribunt deterioriores, ut cygnus pro cygnus. Est Ippocorn. vid. Heins. ad Ovid. Met. vi, 428. Et maculus Procne Markland. ad Stat. Sylv. v, 3, 84 conj.; eleganter utique, si poëta ita placuisse constaret. Maculas enim ipse poëta declarat suis verbis; eas etiam Ovid. vi, Met. 670 appellat *notas*. Si tamen maculas sibi ipsa manu aspergit, quidini *manibus cruentis*, h. cruento, pectus *signasse* bene dicatur? habens pectus signatum manibus suis.—16. ipsaque volucres ap. Nonium in aidos.—18. Et Menag. alter.—19. at tenuis melius repeti bene vedit Meierotto in Dubijs p. 22. rivos Medic. a m. pr.—20. inumbret Heins. reponit et Mediceo, Romano, aliisque Pierii, Gud. a m. pr. et Rottend. tert. Vulgo omnes, obumbret, quod et Columella agnoscit ix, 5, 4 et ipsum bene se habet. Eadem varietas Æn. xi, 66. adumbret Mentel. pr. et Bodlei.—21.

## NOTÆ

13 *Squalentia terga lacerti*] Lacer-tus, laicard. *Squalor, squalibus, squalo, squalens*, derivantur a *squamis*: significantque, quicquid ita inculatum obsitumque est, ut squamarum in serpentium pisciumque coriis densitatem et asperitatem referat. Ita definit Gellios l. ii. 6. Sic Æn. x. 314. ‘Per tunicam squalentem auro:’ quia aurum dense intextum erat. Sic

macula in lacerto. Sic in corporibus congerieis sordium.

14 *Merope*] *merops avis*, quæ et *apiaster* dicitur, græpier, apibus infesta. *Procne*, hirundo: *notas* quasdam habet in pectore, quæ sanguinem aliquo modo referunt: quas sibi impressisse fingitur, plangens pectus, manibus caede filii sui cruentatis. Fabulam vide Ecl. vi. 78.

Ut, cum prima novi ducent examina reges  
 Vere suo, ludetque favis emissa juventus,  
 Vicina invitet decedere ripa calori;  
 Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.  
 In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,      25  
 Transversas salices et grandia conjice saxa:  
 Pontibus ut crebris possint consistere, et alas  
 Pandere ad aestivum Solem; si forte morantes  
 Sparserit, aut praeceps Neptuno immerserit Eurus.  
 Hæc circum casiae virides, et olentia late      30  
 Serpylla, et graviter spirantis copia thymbræ  
 Floreat, irriguumque bibant violaria fontem.  
 Ipsa autem, seu corticibus tibi sua cavatis,  
 Seu lento fuerint alvearia vimine texta,

*vere sibi commodo; et quando juniores apes tudent egressæ ex alveariis: tunc ripa propinqua invitet eas, ut se substrahant calori; et arbor occurrens excipiat eas hospitio soliorum. In median aquam, sive stabit immota, sive fluet, projice salices obliquas, et magnos lapides: ut possint stare in iis quasi in frequentibus pontibus, et explicare alas ad Solem aestivum: si forte Eurus vehemens dissiparerit redentes, aut disjecerit in aquas. Circa illa omnia, casiae virides, et serpylla longe redolentia, et copia thymbræ graviter halantis floreat; et violæ illic irrigantur liquido rivo. Ipsa autem alvearia, sive a te compacta sint ex corticibus cacatis, sive texta rimine*

*Et cum quart. Moret. ducunt Mentel. Ut cum vere noti (Sangerm. noto) codd. apud Columellam ix, 5, 4, omisso versu sequente, exhibent.—22. Protest quoque distingui: reges; Vere suo ludetque favis. ludetque Ven. Rottend. sec. a m. pr. laudique Menag. alt. laudetque unus Mead. messa Medic. a m. pr. casis emissâ conj. Jo. Schrader., non male, de alveari. Verum et favi bene pro eodem; nam favi non modo de melle, verum et de cellis et loculum-mentis, poëta dicuntur. Sic inf. 104, 179, 161.—23. Viciano Ven. vita colori Menag. sec. qua de varietate vid. Heins. ad Ovid. Epist. vi, 54. discedere Rom., male.—25. profuit Gud. a m. pr. duo Moret.—27. Pontibus et Mentel. tert. Reg. Pontibus et crebris possunt Gud. possunt etiam Goth. pr.—28. non forte quart. Moret.—29. immerserit unus Mead. et vett. edd.—30. viridis Mentel. sec.—31. Serpilla nunc ubique fere edi mireris. Serpilla Medic. cum multis. Serpilla Rom. cum aliis. Etiam Serpila, Serpilia. conf. ad Ecl. II, 11. Est Ἐρυθραῖον.—32. iuxta pro sua Ven.—34. Seu fuerint lento Franc. alvearia Medic. Roman. vid. Burm. et Pierium. alvareia tert. Men-*

## NOTÆ

21 Examina] Apum coloniæ, ad novas sedes quærendas ex alveariis egressæ, cassans, De iii Ecl. VII. 13.

29 Neptuno immerserit Eurus] Neptunus, hic pro quibuslibet aquis: Ge. I. 14. Eurus, pro qualibet vento violentiore, Ge. I. 371.

30, 31, 32 Casiae virides] Cassia la-

vendula est, aut rosmarinus. Ecl. II.

49. Serpyllum, serpolæ: Ecl. II. 11. Thymbra, que satureia, et cunilla etium dicuntur, herbu condimentaria, sariette. Violaria, loca violis consita,

Angustos habeant aditus. Nam frigore mella  
 Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.  
 Utraque vis apibus pariter metuenda; neque illæ  
 Nequicquam in tectis certatim tenuia cera  
 Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras  
 Explent, collectumque hæc ipsa ad munera gluten  
 Et visco et Phrygiæ servant pice lentius Idæ.  
 Sæpè etiam effossis, si vera est fama, latebris  
 Sub terra sovere larem, penitusque repertæ

35

40

*flexili habeant introitum arctum. Nam hyems constringit mella frigore, et calor resolvit eadem liquefacta: utriusque violentia pariter formidabilis est apibus: neque frustra illæ diligenter cera oblinunt parvas rinas domorum, et compleant margines rimarum fuco, et floribus, et servant ad hos ipsos usus glutem collectum, tenacius visco et pice montis Idæ in Phrygia. Sæpè etiam, si vera est fama, aperuunt sibi domum sub terra, effossis latibus, et inventæ sunt profundæ in lapidibus caris,*

tel. vimene Gud.—35. aditos Medic.—36. ea quippe Barth. Adv. xxxvii, 6 e MSS. laudat. *calorique facta Romanus, calefacta remittit Parrhas.* resolvit alter Rottend., ex interpretatione.—38. in abeat Zulich.—39. succo Ven. *foco linunt et Parrhas,* male.—40. *collectum hæc quart.* Moret. ipsa hæc Goth. pr.—41. *viscoque* Goth. sec. *Figia* Gud. e *Frigia*, quod in aliis. servent idem. *lentius idem Parrhas.*—42. e *foasis* Mentel.—43. *Sub terram codd.* apud Pierium, liber Fabricii Chemnic, MSS. Barthii, Venetus, Regius, Goth.

## NOTÆ

38 *Cera Spiramenta linunt, fucoque et floribus]* Non cera proprie, neque floribus; sed *melligine*, id est, glutine quodam, et viscosa tenacique materia, unde operis fundamenta conficiunt, ex Plin. l. xi. 6. et 7. aliisque. *Commosis, pissoceros, et propolis.* *Commosis, κόμμωσις,* crusta est prima, atque ima, saporis amari, dicta quasi *gummatio* a κόμμι *gummi:* quia fit e lacrymis arborum, salicis, ulmi, arundinis: e guumni præsertim, et resina, &c. *Pissoceros, πισσόκερος,* secunda est crusta, dilutior, fitque e mitiore gummi, mediæ naturæ inter picem et ceram; unde nomen habet a πίσσα *pix*, et κηρός *cera.* *Propolis* tertia crusta, et proximum favorum stabilimentum, crassioris materiae, cui floribus succus additur: ‘hac omnes frigoris aut injurie aditus obstruuntur,’ inquit Plin.

nus: hanc significat Virgilius *fucoque et floribus;* crustas alias inferiores, per *gluten.*

39 *Fuco]* Herba est, lactucæ similis, ex algæ genere, *fucus marinus* a Plinio dicta: hujus aliqua species quadamtenus rubet. ‘Laudatissima,’ inquit, ‘quæ in Creta insula juxta terram in petris nascitur: tingendis etiam lanis ita colorem alligans, ut elni postea non possit.’ l. xxxii. 6. Et l. xxvi. 10. Notat Aldroandus in Museo Metallico, l. i. 7. mulieres antiquitus hac herba conciliasse ruborem genis: indeque factum, ut pigmenta omnia mulieribus formæ, in primisque cernua ad candorem præparata, dicta sit *fucus, fard.*

41 *Visco et Phrygia, &c.]* Hoc *Viscum*, vel hic *viscus, glæc.* De pice Idæ montis in Phrygia, Ge. iii. 469.

|                                                    |    |
|----------------------------------------------------|----|
| Pumicibusque cavis exesæque arboris antro.         |    |
| Tu tamen e leví rimosa cubilia limo                | 45 |
| Unge fovens circum, et raras super injice frondes. |    |
| Neu proprius tectis taxum sine; neve rubentes      |    |
| Ure foco cancros; altæ neu crede paludi,           |    |
| Aut ubi odor coeni gravis, aut ubi concava pulsu   |    |
| Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.      | 50 |

et in alvo arboris cariose. Tu tamen, et unga alvearia hiantia, circumlinens molli luto: et superficie luto folia tenuia: neve permittit ut taxus sit vicinior alveari: neve coque in foco cancros rubentes: neve colloca alveare prope paludem profundam; aut ubi odor lutis gravis est; aut ubi saxa intus cava resonant pulsu vocis, et soni

-----

pr. et vett. edd., velut Ven. et Paris. 1494, etiam Egnat., at Aldd. et ceteræ vulgg. *Sub terra*. *Sub terras* Medicus Pierii, et unus Arundel. conf. Burmann. *fovere* tuerit Medic. Pierii, Gud. cum septem aliis, Regius Martini. *fodere* vulgo ante Heins. *fodiere* Medic. a m. pr. vid. Heins. et Ge. III, 420.—44. *ilicis antro* Ed. Ven. conf. Ge. II, 453. *arboris alvo* codd. nonnulli apud Pierium, liber Ursini, Menag., pro *alveo*. v. Heins. Sed Macrob. Sat. VI, 7. *antrum agnoscit et pro caverna insolenter ponit notat*.—45. *e* tuerit Heins. e Medic. et aliis compluribus. Vulgo *et*, quod Nauger. intulit, haud deterius; utrumque agnoscit Serv. abest utrumque Toll. *limosa* Zulich. *cubicula Bodlei. limo*: In Declamat. XIII, p. 275 ed. Burm. ubi hic locus expressus est: *Jurabat aut lenta rimina vernis factibus texere, et - hincantes rimas tenaci linere fino*, putes eum legisse h. I. *fino*. Sed *luto* et *fino* est in Columella.—46. *faunes* Toll.—47—50. Possunt huc videri alieno loco posita, et supra inter ea, quæ cavenda sunt, referenda fuisse. Etiam Jo. Schrader. in schedis locum illis suum circumspiciebat post v. 32. Poteras pari jure post v. 17 annumerare. Scilicet si in philosopho dogmatico versabaris, id exigere poterat, ut severo ac subtili ordine ille uteretur. Servavit quoque eum Colum. I. I. IX, 5, 4. 5. 6. Nec tamen turbasse ordinem sententiarum videri debebat poëta. Supra v. 8 sqq. de situ alvearii, tum quæ in eo cavenda sunt, agebat; inde a v. 33 de ipsa fabrica; spectandum in hac, ut angustum sit ostium; ut, exemplo apum, ab apiario rimæ et foramina oblinuantur; tandem ut nec odor nec sonus infestus ad apes accedat.—47. *Nec proprius tert.* Rottend. *Ne Aruanianus.* *taxum sine tectis* alter Moret. *taxum tectis sine* Oblongus Pierii.—49. *odors* tert. Rottend. *dolor* Barthii codex, quem v. Adv. XXXVII, 6 et ex eo Keuchen. ad Ser. Samonic. 97. *dolor* pro var. lect. in Gud., forte ex *olor*. *pulus* idem a m. pr. *grandia pulu* Vratisl.—50. *voci* Ed. Norimb.—52. *terram* Moret.

## NOTÆ

44 *Pumicibusque*] Pumex, pierreponce.

45 *Tu tamen e, &c.*] Et si intus apes alvearia glutine obducant: tu tamen unga exterioris limo, ad majorem cantelam, &c.

47 *Taxum*] Taxus, if, de qua Ge. II, 29. ab alvearibus amovenda, quia ex ejus succo mel amarissimum confi-

citur, quale est Corsicum, Ecl. IX. 57.

*Neve rubentes, &c.*] Cancri, tcrevisse, rubentes cum cocti sunt; nidore nocent apibus. *Pulus* altitudine submergit apes: quia non facile patitur lapides, quibus, quasi pontibus, apes inhærescant. *Cenum*, nocet odoris gravitate. *Echo*, remisso sono pavidas facit.

Quod superest, ubi pulsam hyemem Sol aureus egit  
 Sub terras, cœlumque æstiva luce reclusit :  
 Illæ continuo saltus sylvasque peragunt,  
 Purpureosque metunt flores, et flumina libant  
 Summa leves. Hinc nescio qua dulcedine lætæ 55  
 Progeniem nidosque fovent; hinc arte recentes  
 Excudunt ceras, et mella tenacia fingunt.  
 Hinc, ubi jam emissum caveis ad sidera cœli  
 Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,  
 Obscuramque trahi vento mirabere nubem : 60  
 Contemplator; aquas dulces, et frondea semper  
 Tecta petunt. Huc tu jussos asperge sapores,

*species allisa résiliit. Quod spectat ad alia, quando Sol rutilus expulit hyemem sub terras, et aperuit cœlum lumine calido: statim apes volant per saltus et sylvas, et carpunt flores purpureos, et volando degustant superficiem fluviorum. Ex his floribus et aquis recreatae nescio qua delectatione, nutritiæ fatus, et conficiunt cornua nidos: ex his elaborant artificiosæ ceras novas, et fabricant mella glutinosa. Deinde quando ridebis examen, emissum ex altearibus per æstatem serenam, volare in altum aërem, et nigrum nubem apum diffundi vento; considera: querunt semper aquas dulces, et ramos frondentes, ubi considunt: sparge circa hunc locum odores pre-*

sec. terra Medic. a m. pr. resulsa Parrhas.—53. *sylvos saltusque* Franc. *pererrant* Toll. et Parrhas., item Ed. Paris. 1498.—57. *Excudunt* Rottend. tert. Mentel. pr. Leid. a m. pr. Goth. pr. *Extrudunt* Moret. pr. *Agunt* Franc. Ven. Goth. pr. unus Mead. Sic Servius et edd. Steph. aliæque.—58. *Kin ubi* Mentel. pr. a m. pr. pro Quia, ut Heins. conj. *Hic* Reg. Martin. quod præferam. *museum* Rottend. tert. Gud. a m. pr. vide v. 22.—59. *per æstivam* Reg. Martin.—60. *mirabile* Goth. pr. Hoc idem conjecterat Reiskius, et *Contemplator* pro nomine accipiebat. Sed vid. Ge. i, 187.—62. *Huc* Ed. Junt. cum. al. *Hic* fragm. Moret. Vratisl. et Reg. Martini. *Huc* tu cœtis asperge favorum aut tunsos asperge sapores ex v. 267 emendabat Reiskius. Sed

## NOTÆ

51 *Quod superest, ubi, &c.] II. PARS.*  
*De pabulatione apum, examinibus, pugnis.* Præcepta continet duo. I. *Quomodo examina cogenda sint in altearia;* v. 58. II. *Quomodo pugnae compescendas sint,* v. 86.

*Egit Sub terras]* Sub polum Australis, sive antarcticum: quem 'sub pedibus Styx atra videt,' Ge. i. 243. Pellit autem Sol hyemem ad illas partes, quia ad nostras accedit, ab illis recedit: quo ex recessu sequitur hyems. *Æstiva luce]* Calidiore: nec enim proprie æstas hic sig-

nificatur, sed ver.

54 *Libant]* Degustant, radunt, *Æn.* i. 740.

55 *Excudunt ceras]* Metaphora a fabris ferrariis ducta, quorum est proprie ferrum cedere: ideo comparabit apes cum Cycloibus, v. 170.

59 *Nare per æstatem liquidam]* Nare sæpe pro volare: volare sæpe pro nare, mutua translatione sumuntur: vide *Æn.* v. 219. *Liquidam* Puram, serenam: unde Ecl. vi. 38. *Et liquidi simul ignis.*

|                                                                                                                                                                                              |    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Trita melisphylla, et cerinthæ ignobile grama;                                                                                                                                               |    |
| Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum:                                                                                                                                             |    |
| Ipsæ consident medicatis sedibus; ipsæ                                                                                                                                                       | 65 |
| Intima more suo sese in cunabula condent.                                                                                                                                                    |    |
| Sin autem ad pagnam exierint; (nam saepe duobus<br>Regibus incessit magno discordia motu,<br>Continuoque animos vulgi et trepidantia bello<br>Corda licet longe præsciscere: namque morantes | 70 |
| Martius ille aëris rauci canor increpat, et vox                                                                                                                                              |    |

scriptos, melisphylla conficiata, et viles herbam cerinthæ: et excita tinnitus, et quate circum cymbala Cybeles, matris Deorum: apes consistent in sedibus sic præparatis, apes sese innimitti more suo in intima alcovaria. Si vero exire voluerint ad certamen (nam saepe discordia magno impetu inflammat utrumque regem) statim licet longe presentire et iram plebis, et corda belli avida: nam Martius etiam strepitus rauci ceris excitat tardas, et auditur bombus referens fractos sonitus bucci-

\*\*\*\*\*

vid. Not.—63. *meliophylla* Heims. e Medic. et melioribus scripsit; vulgo *meliophylla*, communi ratione. Aberrationes alias in hac et altera voce cerinthæ vid. apud Burm. et in Colum. ix, 8, 18, ubi versus laudatur. Est τὸ κῆρυκος. ignobile carmen Ven., an germon? Burm.—64. et abest Menag. sec.—65. considunt Mentel. pr. Moret. sec., et mox condunt. concident Goth. pr. meditatis Franc.—66. incusit magnos discordie motus Reiskius conjiciebat. Sed discordia incessit, ut *cupido*, *metus*, incessore modo animos, modo animis, etiam in pedestri oratione saepe dicitur.—70. prædiscrere Ven. et Vratisl., quod Burmanno in his libris usitatius videbatur.—71. canor invocat Sangerm. cod. apud Colum.

#### NOTÆ

68 *Meliophylla*] Ita restituit e manuscriptis N. Heinsius, cum ante, non sine Latinæ quantitatibus damno, legereatur secunda brevi, *meliophylla*. Citrago est Latinorum, Gallorum, *meliota*: herba apibus gratissima, Græco nomine dicta a μέλι mel et φύλλον folium.

Cerinthæ] Cerinthæ, κῆρυκος, a κηρὺλον favus: Gallice pasquette, juxta Ruellium, a pascendis apibus.

69 *Tinnitusque cie, et Matris, &c.*] Certum est apes tinnitus æris colligi unum in locum: gaudione, an metu, Aristoteles dubitat: Plato et Plinius gaudio tribuant; Varro et Columella metui. Cymbala] Ærea instrumenta concava, quæ bacillia æreis percussa tinnitus edebant. Matris] Cybeles matris Deorum, quæ et Rhea et Ops

et Vesta, vocata est: enjus in sacris quatiebantur cymbala, ex veteri insituto Corybantum sive Curetum, de quibus infra dicemus, v. 151.

67 *Duobus Regibus*] Colum. l. ix. 9. ‘Inter se, tanquam cœilibus bellis, et cum alteris, tanquam cum exteris gentibus, præliauantur.’ Hic bellum describitur civile. Nam ex Plin. l. xii. 16. ‘Nascuntur aliquando in extremitis favis apes grandiores, quæ ceteras fugant.’

69 *Trepidantia*] Non timida; sed cum festinatione tumultuantia: sic Æn. ix. 114. ‘Ne trepidate meas, Tencri, defendere naves,’ id est, ne festinate. Sic infra v. 73. ‘Tum trepidæ inter se coœunt.’

Auditur fractos sonitus imitata tubarum ;  
 Tum trepidæ inter se coëunt, pennisque coruscant,  
 Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos,  
 Et circa regem atque ipsa ad præatoria densæ  
 Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem.) 75  
 Ergo, ubi ver nactæ sudum camposque patentes  
 Erumpunt portis, concurritur ; æthere in alto  
 Fit sonitus, magnum mixtæ glomerantur in orbem,  
 Præcipitesque cadunt. Non densior aëre grando,  
 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. 80  
 Ipsi per medias acies, insignibus alis,  
 Ingentes animos angusto in pectore versant,  
 Usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos,  
 Aut hos versa fuga victor dare terga subigit. 85

*narum. Tunc festinae inter se congregantur, et micant alis, et acuunt aculeum rostris, et parant ad pugnam brachiola, et stipantur densæ circa regem et ipsius celam, et invitant hostem magno frenitu. Itaque quando incenerunt tempus serenum, et spatio aeris aperta : irruunt e portis : pugna committitur : fit strepitus in alto aere, confusa densantur in magnum globum, et cadunt precipites : non pluit grando spinosior ex aere, nec tantum glandium ex ilice quassata. Ipsi reges in mediis exercitibus, aliis notabilis, agitant magnum animum in parvo corpore obstinati non recessere, eo usque, quo victor terribilis cogat, vel hos, vel illos, dare in fugam terga con-*

-----  
 ix, 9, 4. Ibidem unus mox tonitus.—72. *Auditur Gud. a m. pr. fractos sonitus tentabat Jo. Schrader. ex v. 260 tractinque susurrant.*—73. *trepide uterque Goth. pinnisque Gud. et Mentel. pr.—74. Spicula exacuant sine que Mentel. pr. a m. pr. Spiculaque acuunt Vratisl.*—75. *ad deest pr. Moret.—77. ver sudum nactæ Erf. nactæ Gud. nate Goth. pr. campusque potentiæ Gud. Interpungebat :—potentia : Erumpunt—Ita erat durior ellipsis rōi fuerit, vel sunt, cui occurras, si cum aliis nactæ erumpunt portis : junixeris. Inde continuatur oratio : concurritur etc. Itaque mutavi.—78. Irripunt Alld. Junt., et sic Goth. pr. ; Heins. mallet se rumpunt. v. ad Ge. i, 446. concurrit Ven. et Goth. sec. Post æthere in alto interpungit Zulich. cum edd. nonnullis, sic quoque Wakef. Porro æthere alto quart. Moret. ab alto Reg. Martini.—81. *Non de Menag. pr. et Reg. pluit edd. Commelin. et al. sunt tert. Rottend. et Gud. pro var. lect.—83. in corpore alter Moret. pro var. lect., sed vulgata est apud Schol. Statii Theb. i, 417. Post hunc versum in alt. Rottendorphii erat : Ipsi inter se reges fulgentibus aliis.—86. subigit reposuit Heins., quem vide, ut omnes Pieriani et excepto fragm. Moret. Heinisi-**

## NOTÆ

75 *Prætoria]* Cellas regum : meta-phora ducta a castris tabernaculae eorum, qui bella administra-bant : quod manus primo prætoribus, deinde consulibus demandatum fuit,

ex Festo. Hinc etiam apud Columel-lam et Martialem prætoris sunt ampli-aedificia rustica; in quibus fortasse jns rusticis, a domino ac patrone di-cebatur.

Hi motus animorum atque haec certamina tanta  
Pulveris exigui jactu compressa quiescunt.

Verum, ubi ductores acie revocaveris ambo,  
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,  
Dede neci ; melior vacua sine regnet in aula.

90

Alter erit maculis auro squalentibus ardens ;  
Nam duo sunt genera ; hic melior, insignis et ore,  
Et rutilis clarus squamis : ille horridus alter  
Desidia, latamque trahens inglorius alvum.

Ut binæ regum facies, ita corpora plebis.

95

Namque aliæ turpes horrent : ceu, pulvere ab alto  
Cum venit, et sicco terram spuit ore viator

versa. *Haec commotiones animorum, et haec tantæ pugnae sedabuntur, represso jactu exigui pulueris.* Sed postquam revocaveris a pugna geminos reges : da neci eum, qui visus fuerit pejor, ne noceat consumando cibos ; et permittit ut melior regnet in domo vacua ab hoste. Alter erit lucidus notis auro asperis (sunt enim duo apum genera) hic melior est, forma pulcher, et clarus squamis rutilantibus : alter ille horridus est ignavia, et trahens magnum alvum sine honore. Ut gemina sunt formæ regum, ita species gentis. Namque aliæ apes horrent fædæ ; quemadmodum viator, quæ venit ex loco valde pulverulentus, et sitibundus excreat pulverem ore sicco : aliæ

\*\*\*\*\*

ani, Martiniani, Gothani. Edd. obaidebat cogit, quod vulgare verbum est. Est tamen Egnat., quæ subegit exhibet. Heins. etiam fugæ victor dare terga malebat. Sed et alterum Æn. XII, 463. v. Burm.—87. quiescant Medic. et ant. plerique codd. apud Pierium, et unus Arundel. et recepi nunc pro vulg. quiescent. quiescant Bodlei.—88. ambos Philarg. et alii. Sed meliores ambo, ut et Charisius ac Maurus. vid. Pierius.—89. obest Medic. a m. pr., doxalibus, inquit Heins. ne providus Zulich.—91. Alter enim Sangerm. ap. Colum. IX, 10, 2. maculis auro sec. Rottend., miro laepu.—92. Hinc melior Menag. meliorque Medic. a m. sec. Moret. quart. Zulich. et Regius, ut versu carent. insignis et auro Ed. Ven. meliori insignis et ore conjiciebat Reiskins.—93. clarus gemmis Burm.—94. lateque quart. Moret. akom Gudian.—95. corpora plebis Medic. et omnes Heinsii, quod hic recepit (idem jam ediderat Egnatius) ; et eat utique exquisitus, adeoque poëta dignius, quam vulgaratum gentis, neque exemplorum agmine firmare opus erat. Habebant plebis omnes Martini, uno Bodlei. excepto ; habent uterque Gothanus, et apud Colum. IX, 10, 2 meliores, in quo aliæ diversitates videri possunt.—97. et sicco terram aliquot Pieriani ; porro Medic. Gud. Moret. pr. et Rottend. tert.

## NOTÆ

91 *Alter erit, &c.] III. PARS. De veris opum speciebus.* Duæ sunt : rufæ, quæ minores ; et nigræ magis- que varie, quæ majores. Prima species melior. Rex magnitudine præstat in sua quisque specie, et in supremis favis habitat. *Squalentibus]*  
Vide supra, v. 18.

96 *Ceu, pulvere ab alto Cum, &c.]* Comparat horridam secundum speciei nigritatem : vel cum vultu habituque viatoris ; qui pulvere ac sudore obesus spuit ; vel cum ipso illius spato, quod in fœdum salivæ ac terre globulum humi colligitur.

- Aridus; elucēnt aliæ, et fulgore coruscant  
Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.  
Haec potior soboles; hinc cœli tempore certo      100  
Dulcia mella premes; nec tantum dulcia, quantum  
Et liquida, et durum Bacchi domitura saporem.
- At cum incerta volant, cœloque examina ludunt,  
Contemnuntque favos, et frigida tecta relinquunt:  
Instabiles animos ludo prohibebis inani.      105  
Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas  
Eripe. Non illis quisquam cunctantibus altum  
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.  
Invitent croceis halantes floribus horti,

*lucēnt et micant splendore, ardentes corporibus, que asperas sunt auro et similiib⁹ notis. Hoc genus melius est: ex his exprimes stat⁹ anni tempore mel dulce: nec tam dulce; quam et purum, et mitigatrum asperam vim vini. At cum examine volant incerta, et ludunt per aërem, et fastidient favos, et deserunt alvearia inania: revocabis animos mobiles ab inuti⁹ aëntia. Nec magna erit difficultas revocare: tu evelle regibus penas: nullus audebit illis norantibus rugari per aërem, et cruele signa e castris. Horti spirantes croceis floribus eas alicant; et tutela Priapi*

---

Et sic apud Colum. I. l. Ante Heins. et terram siccō, ut vulgo omnes. Apud Columellam porro: *quam pulvere ab alto Cum venit.* Burmannus conj. *cum pulvere anhelus Cum venit.* At inserviebat Columella sententiae suæ, ut ex lectione facile appareat.—99. et abest in libris apud Colum. IX, 4, 2. Pro *lita* erat *ita* Moret. quart. Antea cum Philargyrio interpunctum erat: *ardentes auro, et p.*—101. *premes Medic. a m. pr. Reg. et unus Arundel.*—102. et ante *durum* aberat ab Gnd. a m. pr. et Žulich. ac pr. Moret. *edomitoria* Gudianus.—103. Et *quoniam Franc.*—104. *Contemnuntque favos—relinquunt* Ms. Barthii: prius ferri possit; est tamen ex vulgarī ratione.—105. *In stabulis Medic. a m. pr. et duo alii. prohibetis Rottend. sec.*—106. *Tu rigidus Regius Martini.*—108. et *castris Rufin. de Schemat. lexeos p. 32. tollere signa unus Mead., male.*—109. *obentes floribus orti Franc. et unus Arundel. alicant*

## NOTE

102 *Liquida*] Pura et sine fæce: que enim omnino liquida sunt, mala sunt, ut admonet Servius.

Bacchi domitura saporem] Vel mulsum intelligit, quod siebat duabus vini mensuris, admixta mellis una; vel quolibet vinum asperum, quod melle temperabatur. Ita enim Horatius Sat. I. 11. 4. 24. ‘Aufidius fortis miscet mellis Falerno, Mendose . . . . leni praecordia mulso Prolneris melius: ergo distinguit Horatius hanc vini temperaturam a mulso. Ita

Cerdamus. Quanquam nihil vetat, in eo damnari Aufidium ab Horatio, quod ille mulsum non e vino leví, sed aspero Falerno condiret. De Baccho Ecl. v. 69.

108 *Castris audebit vellere signa*] Metaphora e militia Romanorum; qui cum castra metabantur, signa in terram desigebant ante prætorium; cum castra movebant, evellebant: et si facile quidem, bonum erat omen; contra si difficile.

109 *Croceis] Versicoloribus: color*

Et custos furum atque avium cum falce saligna  
Hellepontiaci servet tutela Priapi.

110

Ipse thymum pinesque ferens de montibus altis  
Tecta serat late circum, cui talia curæ;  
Ipse labore manum duro terat; ipse feraces  
Figat humo plantas, et amicos irriget imbres.

115

Atque equidem; extremo ni jam sub fine laborum  
Vela traham, et terris festinem advertere proram;  
Forsitan et, pingues hortos quæ cura colendi  
Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti;

*Hellepontiaci, abatrix latronum et volucrum, cum falce e salice, eas servet. Ille ipse, qui curat talia, transferens ex altis montibus thymum et pinos, plantet eas unigue circa aleuria: ipse alterat manus duro plantationis labore: ipse infodiat terre plantas fertiles, et inverget plantis aquam opportunam. Ego certe, nisi jam sub ultimum finem laborum colligerem vela, et properarem torquere proram ad terram: fortasse cantarem quoque, quæ ratio culturae ornaret hortos fertiles, et canta-*

Regius.—110. *custos frugum* Medic. a m. pr. *florum* Goth. sec. aut arium Rottend. sec. et Menag. pr.—112. *feres* Reg. Etiam timos legi Philargyr. monet. cf. eundem ad v. 141.—113. *ferat* quart. Moret.—114. *ferentes* quart. Moret.—115. *Affigat humo* Goth. sec.; et sic saepè alibi, ut v. 169 *Afferet et 188 Affit,* pronuntiandi vitio.—117. et *terris properarem* Mentel. pr. pro div. lect. *scertere* sec. Moret. et Vratisl. Goth. pr. *proras* Gud. a m. sec.—118. *coletis* Gud. a m. sec., quod ab emendatrice manu profectum, exquisitus est vulgato. forte *coletis*, inquit Burm., quod necesse hand esset.—119. *bifori* Erf., indoete. *Basti* Medic. a m. pr.—120. *intuba*, *intyba*, *intiba*,

## NOTÆ

certus pro incerto: de eo colore Ecl. iv. 44.

110 *Cum falce saligna Hellepontiaci,* &c.] Solebant in hortis omnibus Priapi statuam collocare, cum falce e quolibet rudi ligno: pro quo genere, salignum posuit, id est e salice. De *Priapo* Ecl. VII. 33. *Hellepontiacus* dicitur, quia colebatur in primis Lambsaci, quæ urbs est in minore Mysia ad fretum Hellepontiacum. De *Helleponto, détroit de Gallipoli*, Ge. I. 207.

112 *Pinoque]* Victorius, non *pixum* arborem, sed genus esse putat virgulti semper virentis: Taubmannus etiam florem. Sed quicquid ab iis assertur in rem suam, vanum est. Neque enim, ut volunt, Columella I.

ix. 4. *pinum* inter frutices agnoscit, sed inter arbores apibus gratas; *pinumque conjungit cum ilice, 'semper virens pinus et minor ilex.'* Neque Apollodorus eam inter flores admittit, cum admittit inter *coronamenta*: ut enim lauro triumphatores; sic pinu coronabantur victores ludis Isthmiis; nec tamen laurus est e florum genere. Neque Virgilinus in Culice v. 403. cum dixit 'semper florida pinus,' significavit pinum florem esse perennem; sed arborem perpetuo florentem metaphorice, id est, semper virentem.

119 *Biferique rosaria Pæsti]* *Pæstum*, oppidum et sinus Lucanii, *Pæsto*: cuius solum rosis nobile, quas bis, nempe mense Maio et Septembri, ferebat.

Quoque modo potis gauderent intuba rivis,  
 Et virides apio ripæ ; tortusque per herbam  
 Cresceret in ventrem cucumis ; nec sera comantem  
 Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi,  
 Pallentesque hederas, et amantes littora myrtos.  
 Namque sub Æbaliae memini me turribus arcis,  
 Qua niger humectat flaventia culta Galæsus,

120

125

rem rosaria Pæsti bis facundi : et quomodo intyba, et margines videntes apio, latarentur aquis irrigantibus : et quomodo cucumis curvatus per herbam tumesceret in modum ventris : nec prætermissem narcissum tarde florentem, et caulem acanthi flexilis, et hederas aluentib, et myrtos que amant littora. Namque sub altis manibus Tarenti, qua profundus Galæsus irrigat agros flaventes segetibus, memini

scribitur. v. sup. Ge. i, 120. positis—fibris Longobard. positis Ed. Ven., et fibris etiam Priscian. lib. ix et xi agnoscit. Sed hoc hand dubie ex Ge. i, 120 repetitur.—121. viridis fragm. Vatic. totusque Toll. per herbas Goth. pr. Regius et ed. Paris. 1494.—122. sera Medic. et alii boni, recte ; sera duo Pierii et multi alii, quod et vulgare est, et metro repugnat.—124. que abeat ab edd. ant. et fragm. Vatic. Pallentesque Rottend. sec. At tert. Pallantesque, ut Palatines hedera sint, velut Errantes. Sed sunt aberrations illæ perpetuae ; et hedera alba a nigra distinguuntur. vid. Heins.—125. Æbaliae memini me turribus altis vulgo ubique legitur. Æbaliae—arcis apud Arnsian. Messium, quod unice verum esse nullus dubito, nuncque cum Brunckio recepi. Quis enim Æbaliam dixerit de urbe Tarento, aut Tarentina regione ? quis turres Æbaliae ? quis ferat turres Attica pro Athenis ? At arcem pro urbe dicere poterat, quanquam et arx Tarenti ex Livio satis nota. turribus autis Medic. a m. pr. Æbalio Goth. pr. Mira ex hoc nomine orta est corruptela apud Corrippum de laud. Justin. iii, 94 vites—Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulysses Arce sub Æbalia Laertia limine serrans, Nondum Trojani vitans discriminata belli. Nisi Æbaliam arcem forte ex Laconica cum Penelope, Icarii filia, in Ithacam transferens, nullus ei locus esse potest. In cod. unico, unde carmen profectum est, erat : Parces ubi Italia. Nunc Barthii emendatio recepta : Pace sub Iliaca. Intererat fatendum est, corruptelam in Marone esse videri valde antiquam, quandoquidem in Clandiano ex imitatione dictum occurrit : Liris, et Æbalia qui temperat arvo Galæsus : in Prob. 260.—126. Quia niger omnes libri, scripti et expressi ; nec aliter legerat Sidonius Apollinaris c. 24, 8 Quales Corycium senem beantes Fuscabat picei lana Galæsi. At ante Heins. editiones Plantinianas et Elzev. occuparat piger ex Jo. Scopæ collectio-

## NOTÆ

120 *Intuba*] Chicorée, Ge. i. 120. *Ripæ*] Margines fontium. *Apium*] *Persii*, Ecl. vi. 68. *Cucumis*] Concombre, olim note figuræ. *Narcissum*] Ecl. ii. 48. tardius floret : ideo *sera comantem* vocat : et *sera* dicit, pro *sero* ; adjectivum plurale neutrum, pro adverbio. *Vimen acanthi*] Canalem brancæ ursinæ, de qua Ecl. iii. 45. Non vero spinæ *Egyptia*, qua alte-

rum genus acanthi est, de quo Ge. II. 119. De *myrtis*, Ecl. ii. 54.

125 *Namque sub Æbaliae, &c.]* Tarenti : urbis in Italiam sinu maxime Australi : cuius instaurator fuit Phalantus, ex Æbalia, seu Laconia, profectus.

126 *Qua niger, &c.]* Galæsus, Galæs, Calabriæ fluvius est, in sinum illum Tarentinum defluens : *niger* dicitur,

Corycium vidiſſe ſenem, cui pauca relictū  
 Jugera ruris erant: nec fertiliſ illa juvencis,  
 Nec pecori opportuna ſegeſ, nec commoda Baccho.      130  
 Hic rarum tamen in dumis olus albaque circum  
 Lilia verbenasque premens vefcumque papaver,

*me vidiſſe ſenem Corycium: qui habebat pauca jugera agri deiſti: terra illa, nec apta erat arationi boum, nec opportuna paſtioni pecorum, nec commoda cibis. Tamen in illo loco, prius dumosus, plantans rara olera, et in circuitu candida lilia, ac verbenas, ac edule papaver, æquabat animo dīvitias regum;*

\*\*\*\*\*

taneis. Alterum proprie Galæſo tribuitur; ambiguitur modo, quo ſenſu. v. Burm. ad h. l. Sed eſt hand dubie aqua nigricans, quia pellucida et pro- funda; ita enim ſolet fundus nigricare, adeoque et ipſa aqua. *Umbroſum Galæſum* dixit Propert. II. 25, 67. At enim hoc ſenſu *niger annis* abſolute dici vix potest: aliter ſe habet *sylva nigra*. *Galæſus* ſcribunt Medic. et me- lliores, *Γαλάσος*. v. Heins. *Galeſus vulgo*. Respicit h. l. Propert. II. 34, 67 ubi Maronem in haec loca dedit: *Tu canis umbrosi ſubter pineta Galeſi Thyrſin et atritis Daphnι arundinibus*.—127. *Corytum* Junt. Ed.—129. *Nec Cereri Salmas. Exerc. Plin. p. 366 laudat; memoria ſc. vitio. Tum noli cum nonnullis haerere in illa ſegeſ nec fertiliſ—nec commoda Baccho. Jungenda ſunt: pauca jugera, illa jugera erant ſegeſ nec fertiliſ per juvencorum arationem, nec opportuna. Dicta ſegeſ omnino pro agro, proprie quidem de proximo.*—130. *Hic (rарum!) in dumis, interpungendum conjectat Burm., ſed vid. Not. Hinc liber Bersmanni; ipſe conj. Hinc: quod et Erf. a m. ſec. habebat. Hinc etiam Longobard., ex paucis illis jugeribus, inquit Pierius.*—

#### NOTE

vel ab umbra circumſtantium arbo- rum: unde a Propertio l. II. 34, 67. vocatur umbrosus: ‘Umbroſi ſubter spineta Galeſi’ vel a profunditate aquarum, que nigritatem inde contra- hunt: unde frequens eſt illud epithetum Homero, μέλαν θερ, *nigra aqua*. Erythræus legit *piger*, quia certum eſt eum lentissime labi.

127 *Corycium ſenem*] Vel nomen fuit hujus ſenſis proprius; vel appellatiuum a gente: *Corycus* enim, κόρυκος, mons croci ferax, et oppidum fuit Cilicie: que regio eſt Asia in littore maris inde dicti Cilicij. Hujus incoleſ Cilices, eo quod piraticam exercerent, a Pompeio petiti bello; et partim occisi, partim in fidem recepti, agris ab eo donati ſunt: præſertimque Cilicum remiges, quorū opera uſus erat Pompeius, in Calabria Tarenti-

noque agro collocati ſunt. Ex iis hunc unum eſſe aliquem non imme- ritto ſuſpiciantur. *Flaventia culta*] Loca culta et flaventia: duo adjiectiva quorum alterum substantivi vim obtinet: ut Ge. I. 393. *Aperta serena*.

130 *Rarum*] Raris, non densis or- dinibus, conſitum; quod in sterili terra fit.

131 *Verbenasque premens*] *De la ver- veine*. Ecl. VIII. 65. *Premens*] Plan- tans Ge. II. 346. ‘quæcumque pre- mes virgulta per agros.’

*Vefcumque papaver*] Edule, cau- ſam vide ſupra Ge. I. 212. Vefcum item, minutum ac parvum ſignificat. Ovid. Fast. I. III. ‘Vefque parva vocant.’ Plin. I. VII. 20. ‘Corpo- vefco fuſſe, ſed eximiis viribus Tri- tanum,’ memorat.

Regum æquabat opes animis ; seraque revertens  
 Nocte domum dapibus mensas onerabat inemtis.  
 Primus vere rosam atque autumno carpere poma,  
 Et, cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa  
 Rumperet, et glacie cursus frænaret aquarum,  
 Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi,  
 Æstatem increpitans seram Zephyrosque morantes.  
 Ergo apibus foetis idem atque examine multo  
 Primus abundare, et spumantia cogere pressis  
 Mella favis ; illi tiliæ, atque uberrima pinus ;  
 Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos  
 Induerat, totidem autumno matura tenebat.

135

140

*et nocte jam provecta rediens domum, onerabat mensam cibis non emtis. Primus colligebat vere rosam, et autumno poma : et cum tristis hyems frangeret adhuc lapides vi frigoris, et cohiceret glacie fluxum aquarum ; ille jam tum tondebat frondes flexilis acanthi, incuans estatim pigrum et Zephyros tardos. Itaque primus abundabat apibus secundis, et multis examinibus ; et colligebat mel spumosum e faris compressis : habebat tilias, et pinos copiosas : et quot pomis arbor ferax se vestierat tempore novorum florum ; totidem matura poma retinebat*

132. *æquabit* quart. Moret. *animo* quatuor apud Burmannum, et sic Serv. ad *Æn.* I., 18. vid. ad *Phædr.* II., 3. Burmann. *Versus* 130. 131 aberant a Goth. sec.—133. *ineptis* Franc.—134. *atque* omittit pr. Moret., hiatu non inandito.—135. *etiamnum* Heins. e Medic. et Gud., etiam Pierianis. *etiam nunc* vulgo, et hoc recte ; *est enim antiquius* ; itaque revocavi. Monitum ad Ecl. II., 41.—136. *firmaret* Moret. sec. Pro *glacie* Wakef. *glacies* reponuit, eleganter quidem.—137. Vulgata erat lectio : *Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi.* Mirationem jam per se facit hoc, quod acanthus, seu branca ursina, cum inter semper frondentes sit (ut Ge. II., 119 *bacca* *semper frondentis acanthi*), alienus ab h. l. est, in quo de floribus *alieno tempore* *florentibus* agitur. Jam vero *mollis* *jam* (*non, tum*) *tondebat* *hyacinthi* scribunt diserte Mediceus, Gud. Rottend. tert. a m. pr. Mentel. duo, Menag. alt. et Moretani tres (quo Regius alludit: *jam tond. acanthi*). Eandem lectionem in vetust. libris invenerat Achilles Statius; itaque nondum receptam esse olim mirabar; et nunc eam recepi, ad stipulante Brunckio. Nam manifestum est, aut importunum metum de metri ratione, aut scripturam sine aspiratione locum dedisse depravationi in *acanthus* ad ductum Ecl. III., 45, ubi *mollis acanthus* occurrebat. *jam* *tunc* Ven. At Martini libri cum Gothanis in vulgatam lectionem conspirabant; nec Pierius quicquam de suis monuit.—138. *Zephyrosque racantes* Erf. a pr. m.—139. *multum* Gud. a m. pr.—141. *tilia* Medic., quod merito præsert Heins. Et sic emendarat Reiskius.—142. *Quodque*, *Quoque* al. apud Burm.—143. *ferebat* Schol. Cruqu. Horat. III., 1, quod in prosa ferrem. *legebat* Moret. fragm.

## NOTE

138 *Zephyrosque*] De *Zephyris*, Ecl. y. 5.

141 *Tiliæ, atque, &c.*] *Tiliæ, tilleul:* arbor nota. *Pinus uberrima*, vel plu-

*rima*, vel *ferax* *pinearum* *nucum*, vel *ferax* *glutini*, quo apes utuntur ad *mellis* *fundamina*, vide supra, v. 39.

- Ille etiam seras in versum distulit ulmos,  
Eduramque pirum, et spinos jam pruna ferentes, 145  
Jamque ministrantem platanum potentibus umbras.  
Verum hæc ipse equidem spatiis exclusus inquis  
Prætero, atque aliis post me memoranda relinquon.
- Nunc age, naturas apibus quas Jupiter ipse  
Addidit, expediam, pro qua mercede, canoros 150  
Curetum sonitus crepitantiaque æra secutæ,

autumni tempore. *Ille etiam digesserat in ordinem ulmos tarde crescentes, et pirus duras, et spinos jam ferentes pruna, et platanum jam præbentem umbracula bibentibus.* Sed ego quidem arctatus spatiis angustioribus, ista omitto, et relinquo alii deinde commemoranda. Nunc age, describam proprietates, quas ipse Jupiter addidit apibus: propter quod donum obtinendum, apes, secutæ canoros sonitus Co-

quod in cultorem, non de arbore, dici posse, bene monuit Burm.—145. que abest a duobus Burm. *Iduramque Leid. pr. a m. pr. pirus Medic. a m. pr. Edurasque pirus Goth. pr., metro invito. spinas* Leid. Zulich. Rottend. pr. a m. pr. Moret. sec. *prunas jam spina ferentes* Ven.—146. *umbras* Heins. e Pierianis et suis. Sic Goth. sec. et omnes Martini. *umbra vulgo. platanus—umbra* Goth. pr.—147. *hæc ipse quidem novem apud Burm., uterque Goth. Regius et Ed. Norimb.* *hæc ipse eadem* Ven. *ipsa Medic. a m. pr. exclusus* omnes Pieriani et Heinsiani, Goth. sec. et omnes Anglici; et confirmat Colmellæ imitatio lib. x pr. Vulgg. *disclusus*, male. Altera tamen lectio jam ab Egnatia erat prodita, et e Palat. in ed. Commelin., tum H. Steph. et Pulmann. *seclusus* Menag. pr.—148. *post me memoranda* Nanger. cum Steph., quod deseruere alii: itaque revocavit Heins. e parte librorum; ut Goth. sec. Reg. et Cantabrig. exhibent; et confirmari id potest e Colum. x praef. 3 et x, 5, quo major pars alludit cum Mediceo et uno Arundel. *post memoranda*, ita, ut similis syllaba excluderit; quam supplevere alii, ut in Pierianis aliquot et uno Meadiano: *post hæc memoranda*, aut, ut vulgo legebatur, et ut in tribus Martinianis

## NOTÆ

144 *In versum, &c.] De arborum ordinata plantatione, Ge. ii, 27.*

*Eduram pirum]* Duritium vel ad lignum referit; vel ad fructum, aut nondum maturum, aut etiam in maturitatem intus lapidescentem. De hac voce, *edura*, vide Ge. ii, 65. De *Platano, plane*, ibidem Ge. ii, 70.

145 *Spinosa jam pruna ferentes]* Spinosis, vel significat prunum sylvestrem, quod vult Car. Stephanus, vel spinam ipsam, quæ in prunum conversa sit per insitionem, de qua insitione Ge. ii, 73.

149 *Nunc age, &c.] iv. PARS. De apum republica, et quasi civili prudentia,*

in melle conficiendo, in rege observando, &c.

151 *Curetum sonitus, &c.] Saturnus* cum filios mares devoraret, vel ex pacto cum Titane fratre, vel ex meta suo, cum esset in fatis fore ut a filiis regno pelleretur; Rhea sive Ops, aut Cybele, ejus uxor, Jovem, in Creta natum, in antro Dictæ montis, qui Idæ monte vicinus est, occuluit: jusisque ut Curetes, sive Corybantes, sive Dactyli, sacrorum suorum administri, cymbalis, æreisque clypeis circa cunas obstreperent, ne vagitus proderet infantem patri. Hujus porro insula rex dicitur fuisse Metissus, cuius filii

Dictæo coeli Regem pavere sub antro.  
 Solæ communes natos, consortia tecta  
 Urbis habent, magnisque agitant sub legibus ævum;  
 Et patriam solæ et certos novere Penates; 155  
 Venturæque hyemes memores æstate laborem  
 Experiuntur, et in medium quæsita reponunt.  
 Namque aliæ victu invigilant, et foedere pacto  
 Exercentur agris; pars intra septa domorum  
 Narcissi lacrymam, et lendum de cortice gluten, 160  
 Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces  
 Suspendunt ceras; aliæ, spem gentis, adultos  
 Educunt foetus; aliæ purissima mella

*rybantium et æra crepitantia, nutriverunt regem cœli sub caverna Dictæa. Sole animalium habent, factus communes, et domos urbis communes, et vitam ducunt sub legibus immobilibus: et sole cognoscunt patriam, et statas domos: et prævidentes hyemem futuram, exercent se labore per æstatem, et congregant in commune bona parta. Aliæ enim prævident cibis, et lege constituta, laborant per campos: pars intra claustra alvearium, compónunt ima fundamenta favorum, ex succo narcissi et viscoso glutine corticis: postea tenaces concamerant ceras: aliæ autem incubando factus crescentes, qui sunt spes generis: aliæ addensant mella expurgata, et implet*

legitur: post commemoranda. aliis primo memoranda Ed. Ven.—154. que abest a quart. Moret. uno Mead. et velt. edd. forte melius. *ærom* Gudianus.—155. *A patriam pro Ah codd.* aliquot apud Pierium. *et ante certos* abest Longobard.—156. *laboro* Arundel. Erf.—157. *reportant* Voss.—158. *rictum* quart. Moret. *victui sec.* Moret. *vigilant* apud Priscian. VII. *fædere parco* Reg. Martin.—159. *inter unus* Arundel. *tecta domorum* unus Mead.—160. *lente* Moret. quart. *lectum* Longobard. cum aliquot alii apud Pierium et Reg. Martini, non male; sed recepta lectio est pulchrior.—161. *tenacia* Priscian. VII. Rottend. tert. Gud. *tenaces* al.—162. *in spem* Leid. a m. sec. Goth. sec., male.—163. *durissima* Medic. a m. pr., male. *liquentia* et mox dulci distend. *nectare* Seneca Ep. 84, ex Æn. I, 438, ubi et sequentes versus 167, 168, 169

## NOTE

duæ Jovem aluerunt caprino lacte et melle: unde fabulæ ferunt, capram nomine Amaltheam, et apes Curetum cymbalis excitas, Jovis nutrices fuisse: et ob id quidem beneficium, capram a Jove relatam inter sidera, cornu ejus nymphis nutricibus datum, hac adjecta facultate, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter emanaret; apes, cum antea nihilo essent muscis aliis sagaciore, nova sagacitate fuisse prædictas: unde facul-

tates illæ *additæ* dicuntur. *Pro qua mercede?* Supple, *consequenda:* quasi hoc sibi officii sui præmium ac finem apes proposuerint.

158 *Victu*] *Pro victu:* dativus contractus, de quo, Ecl. v. 29. De *Narciso*, Ecl. II. 48. De *glutine*, quo cera et mellis fundamenta confiant, supra, v. 39.

162 *Suspendunt ceras, &c.*] Plinius I. xi. 10. Ruentes ceras fulciant, pilorum intergerinis a solo fornicatis,

|                                                  |     |
|--------------------------------------------------|-----|
| Stipant, et liquido distendunt nectare cellas.   |     |
| Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti;   | 163 |
| Inque vicem speculantur aquas et nubila cœli;    |     |
| Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto  |     |
| Ignavum, fucos, pecus a præsepibus arcent.       |     |
| Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. |     |
| Ac veluti, lentis Cyclopes fulmina massis        | 170 |
| Cum properant, alii taurinis follibus auras      |     |
| Accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt    |     |
| Æra lacu; gemit impositis incudibus Ætna;        |     |
| Illi inter sese magna vi brachia tollunt         |     |
| In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.    | 175 |

feces puro nectare. Sunt aliquæ quibus statio ad portas sorte obtigit: et quæ per vices praescindunt pluviam et nubes aëris; aut accipiunt onera venientium; aut conflato agmine expellunt ex alveari fucos, quod est genus pigrum. Fervet labor, et mella thymum halantia benevolent. Ac veluti quando Cyclopes fabricantur fulmina e massis emollitiæ: alii accipiunt, et remittunt aërem, follibus e tauri corio factis; alii mergunt in aquas æra stridentia: Ætna plangit sub incudibus sibi impositis. Illi inter se attollunt brachia magno robore, et per ordinem, vertuntque ferrum mordaci

-----

iterum appositi.—164. *nectare telas Ven.*—165. *ad portam tendit unus Arundel. aorte Leid. et Zulich. sec. Goth. sec. et Erf. a m. sec.* sorte est idem casus sextus, ut vesperi, ruri, vid. Drakenb. ad Sil. VII, 368, quanquam non video, cur non sorti cadere res possit, tertio casu, b. in sortem, cum sors et ipsa portio ac munus sit. *ad portam Alcminus Grammat. vid. ad Liv. iv, 37, 6 Burmann.* Sed illud minus poetum.—166. *que nubila Ven.* accipiunt: pro vulgari, expiunt; hoc tamen repositus Wakef. quia sit proprium.—168. *Ignavum Gud. Agninem* duo Barthii. a præsepibus urgunt unns Arundel.—169. *Fervit conj. Cunningham. et Jo. Schrader. sique legerat Philargyr.* *flagrantia, flagrantia, fraglantia* et in Franc. *frangentia* legitur. v. Burm.—170. *lenti fragm. Vatic.*—171. *alii t. f. auras aberait Longob.* Idem versus En. VIII, 449—453, sed ibi *ventosus follibus*; et *cistrum pro Ætna, et multa vi, et tenaci forcipe massam.*—172. *stringentia Ven.*—173. *pro Ætna, antrum in Longobard.* Medic. et Pierianis nonnullis, aliis, Rottend. pr. Menag. pr. alt. Voss. Franc. Goth. sec. (in quo alterum pro glossa ascriptum), et uno Arundel., quibus addes fragm. Vatic., forte ex En. VIII, 451.—174. *multa ei Rottend. sec. ex eod. loco;* sique inf. v. 450 et alibi.—175. *massam in fine versus, Vratisl. et Nonius in Formis;*

#### NOTE

ne desit aditus ad sarcendum.' De Nectare potu Deorum, Ecl. v. 71.

165. *Sorti]* Pro sorte: sic igni pro igne Ge. i. 267. Capiti pro capite Ecl.

vi. 16.

168. *Fucos]* Guépes. Ex Plinio I. xi. 11. 'Sunt quasi servitia apum, his

Delph. et Var. Clas.

sunt cellarum minimæ: quamobrem imperant iis, primoisque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt.'

170. *Cyclopes, &c.]* De iis et Ætna monte, Ge. i. 471. et fusius En. III, 560.

175. *In numerum]* Certo quadam

Virg.

Z

Non aliter, si parva licet componere magnis,  
 Cecropias innatus apes amor urget habendi,  
 Munere quamque suo. Grandævis oppida curse,  
 Et munire favos, et daedala fingere tecta:  
 At fessæ multa referunt se nocte minores, 180  
 Crura thymo plense; pascuntur et arbuta passim,  
 Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem,  
 Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos.  
 Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.  
 Mane ruunt portis; nusquam mora: rursus easdem 185  
 Vesper ubi e pastu tandem decedere campis  
 Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;  
 Fit sonitus, mussantque oras et limina circum.

*forcipe. Non aliter (si licet comparare parva magnis) ingenita cupiditas congre-gandi mella urget apes Atticas, unamquamque juxta suum officium. Seniores cu-rant alcearia, et tuentur favos, et construant domos artificiosas. At juniores redunt lana proiecta nocte, referta thymo circa crura: et hinc inde carpunt arbuta, et salices virides, et casiam, et crocum rufum, et tiliam viscosam, et hyacinthos nigre-scentes. Simil omnes quiescant a labore, simil omnes laborant. Mane exueniunt portis, nullo in loco ignorvia est. Postea cum Hesperus eis significavit recessendum esse ex agris, et pastione: tunc adcent alcearia, tunc reficiunt corpora. Murmur excitatur, et*

\*\*\*\*\*

*ex Aen. VIII, 453.—176. opponere Goth. sec.—177. Cecropias multi scribunt ex more.—178. quamque suo Franc.—179. figere unus Mead., quod hic legendum putabat Burm. Sec. ad Anthol. Lat. pag. 875.—180. multæ Zulichem. Laudat Burm. Intpp. ad Suet. Aug. 78, Drakenb. ad Liv. v. 26.—183. talam Gud. a m. pr.—184. Distinguunt multi post quies. vid. Heins. et Burm., quod et ipsam ferri potest. labor omnibus idem Rottend. pr. ut Ge. III, 244 sed et v. 212 mens omnibus una est.—187. dum Edit. Norimb. pectora Rottend. sec. vid. Aen. VIII, 607.—188. musatque duo. musatque Leid. lumina Ed. No-*

#### NOTE

ordine, ac veluti numero malleorum concantu.

177 *Cecropias*] Atticas, a primo Atticorum rege Cecrope: mel antem Atticum celebre fuit, praesertim ex *Hymette* monte.

179 *Dædala*] A Dædalo, ingeniosissimo Atheniens fabro, qui labyrinthum condidit; artificiosa quælibet opera, *Dædala*, vel *Dædales* dicta sunt. De eo plura Aen. vi. 29.

181 *Crura thyme plena*] Plin. I. xi.

10. 'Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra; priores pedes rosstro.'

*Arbute passim, &c.]* Arbuta, fruits d'arbousiers, Ecl. III. 82. Casia, la-vande, Ecl. II. 49. Crocus, safran, Ecl. IV. 44. Hyacinthus, glaïou, Ecl. III. 63. Tilia, tilleul. De ferruginea colore, Ecl. II. 18.

186 *Vesper*] Stella Veneris, Ecl. VI. 86.

|                                                                                                   |     |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Post, ubi jam thalamis se composuere, siletur<br>In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.   | 190 |
| Nec vero a stabulis pluvia impendente recedunt<br>Longius, aut credunt coelo adventantibus Eurus; |     |
| Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur,<br>Excursusque breves tentant, et saepe lapillos,     |     |
| Ut cymbæ instabiles fluctu jactante saburram,<br>Tollunt: his sese per inania nubila librant.     | 195 |
| Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,<br>Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes   |     |
| In Venerem solvunt, aut foetus nixibus edunt:<br>Verum ipsæ e foliis natos et suavibus herbis     | 200 |

strepunt circa vestibulum et portas. Deinde cum iam considerunt in cellis, silent per noctem, et conveniens sopor tenet membra lassa. Non autem abeunt longius ab alvearibus, quando imber instat, nec confidunt aeri, quando imminent venti: sed securæ propæ parietes alvearis, circum hauriunt aquas, et faciunt breves excursiones; et saepe, et quemadmodum naves fluitantes habent arenam contra agitationem fluctuum, ita apprehendunt lapillos, et his sustinent se per nubes vagas. Miraberis autem hanc consuetudinem placuisse apibus: quod nec vacant coitri, nec inertes enervant corpus libidine, nec emittunt foetus partu. Sed ipsæ rostro colligunt foetus e foliis et herbis

rimb.—190. *sus* *sopor* Mentel. tert. et Reg. Goth. pr. *sus* *sopor* Ven.—191. *recedunt* Medic. a m. pr.—192. *haud* *credunt* Leid. Franc. *advenientibus* Goth. pr.—193. *Sed tutæ circum* Franc. *pro mœnibus* Priscian. viii, sed *vul-*  
*gatum agnoscit Nonius Marcellus, Prisciano antiquior, in aquari apud Heins,*  
—195. *cymbæ* Medic. a m. pr. et Gud. *cymæ reliqui, saburram* Medic. a m. pr. et al., aut *saburam*.—196. *hi sese* Leid. *is saepe* Gud. *pro var. lect. vibrans* Menag. alt.—198. *Quod neque Romanus* (in quo a v. 36 ad 181 lacuna erat)  
cum aliis. *concubito* Mentel. pr.—199. *nixibus* Gud. a m. sec. *nexibus* Medic.  
Gud. a m. pr. et duo Leid. cum Rom. *Eadem diversitas apud Ovid. Met. ix,*  
294, notante Burm., sed et alibi saepe.—200. *ipsæ e foliis* Heins. e Medic. Gu-  
dian. Moret. quart. Franc. Toll. Sic et Roman. et omnes Martiniani cum edo.  
nonnullis ant. et Goth. uterque. *et foliis natos et Rottend.* tert. At aliae cum

## NOTÆ

192 *Eurus*] Quibuslibet ventis, pro-  
prie tamen orientalibus.

195 *Saburram*] Arenam graviorem  
qua naves ad certam usque mensuram  
omerantur, ac *saburrantur*, ut stabi-  
liores fiant.

198 *Concubitu*] Pro *concubitu*, Ecl.  
v. 29. Plin. I. xi. 16. ‘Foetus quo-  
nammodo progenerarent, magna inter-  
eruditos et subtilis questio fuit:  
apum enim coitus viens est nunquam.

Plures existimavere oportere confi-  
floribus. Gallinarum modo incubant.  
Id quod exclusum est, primum vermi-  
culus videtur candidus... donec rup-  
tis membranis, quæ singulos cingant,  
ovorum modo, universum agmen  
emergat.’ Ita fere Aristoteles ali-  
que, qui omnes putant reperiri ab iis  
aliiquid in floribus, quod sit seminis  
loco; idque deinde, formatum in fo-  
etus, ab iis demitti ore.

Ore legunt; ipsæ regem parvosque Quirites  
Sufficiunt, aulasque et cerea regna refingunt.  
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas  
Attrivere, ultroque animam sub fasce dedere:  
Tantus amor florum, et generandi gloria mellis.

205

*dulcibus: ipsæ supplent reges et parvos cives, et reparant palatia ac regna cerea. Sæpe quoque vagando confundunt alas in duris saxis, et sponte amicere vitam sub onere: tantus est ipsis amor florum, tanta gloria faciendi mellis. Itaque licet bre-*

vulgg. e omittunt; snt etiam, qui ordinem mutent, *natos foliis*; ut apnd Pierium et in vett. edd. *natas* Catœus edidit. e *maribus herbis Medicis et Mentel.* pr. sed *suavibus Romannis.*—201. *pabulumque Quirites Medic.* a m. pr., manifesto socordiæ vestigio. Heins. tamen hinc faciebat: *paulosque.*—202. que abest a Franc. *alorum et cerea regna Longobard.*, cum in aliis *tecta* sit, si recte capio Pierium. Verum hoc deterius esset: nam in majus auger rem poëta et alveare in aulam ac regnum mutat. Mox *refigunt* vulgo editur inde ab Aldi, quod tuentur Medic. cum aliis codd. et edd. vett., nec non Serv. et Philargyr. *refigunt*, editum, jam a Commelin, et Pulmann., tuentur Rom. Medic. et quedam alia Pierii exemplaria antiquiora, ex Heinianis Mentel. pr. Rottend. pr. et Leid., forte et alii Burmanni libri, Ed. Ven., tres Martini, Goth. sec.; et multo magis grammatica ratio, cum de favis agatur; de quorum structura et ratione multa sunt ap. Plin. xi, 10 et al. et *Agere* quidem *favo*, *tecta*, dici possit, non *refigere*, conf. Heins. ad Ovid. i Fast. 158.—203—206. Primo statim oculorum conjecta, alieno loco hos tres versus positos esse intelligas; quam etiam fuisse opinionem docti alicuius Britanni ex Martino disco; et promptum est locum iii suum post v. 196 assignare, nec enim percommum fore dubitari potest. Neque aliter Jo. Schraderus censebat. Nec vulgarem ordinem defendas facile, nisi in poëta nos versari dixeris, in quo subtilitatem dialecticam male requiras. Ad hanc itaque legem possunt sententiae loci sic constitui: *apes ex floribus et herbis factus legere dixerat v.* 200. Quæ sequuntur: *ipsæ regem parvoque Quirites Sufficiunt, aulasque et cerea regna refigunt*, non diversa, sed eadem sententia, novis imaginibus exornata, est: *ipsæ sufficiunt regem et populum*, scil. ex floribus, sive e *foliis* et *herbis*; nam hic modo præcesserant; et, ubi illi habitare possint, *aulas et cerea regna refigunt*, h. favos parant, ex florum anucco ac polline. Cum itaque ex floribus et factum, et factus cumabula ac cubicula, et cibum etiam capiant: tanto florum ac mellis ex iis conficiendi studio inflammantur, ut etiam onere, quod ferunt, ita humo affligantur, ut alias atterant acutia lapillis, et viribus exhauste deficiant. Nunc a v. 206 nova omnino propositio exordium dicit: itaque majorem interpunctionem apposui.—203. *Ipsæ etiam Erf. certando* Ven. et Ed. Ven.—204. *ultraque Reg. cum glossa inepta: aquæ et florum.*—205. *gignendi* alter Rottend. *gratia mellis conj.* Jo. Schrader.—206. *angustus*

## NOTÆ

201 *Quirites]* Cives, ducta meta-phora a Romanis civibus, qui dicti sunt *Quirites*; vel a Romulo rege, qui dictus est *Quirinus*; vel a *Curibus*, oppido Sabinorum, postquam foedus iectum est inter Tatium eorum regem, et Romulum.

203 *Duris in cotibus]* Cos, usur-patur sepe pro lapide, qui ferro actuendo adhibetur. Hic tamen et alibi pro quolibet lapide aspero, et cante. Cos, itaque et *cantes*, idem sunt: quem-admodum et a Græcis usurpatur *datom*, in utraque significatione.

Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi  
 Excipiat: neque enim plus septima ducitur æstas:  
 At genus immortale manet, multosque per annos  
 Stat Fortuna domus, et avi numerantur avorum.  
 Præterea regem non sic *Ægyptus* et ingens  
*Lydia*, nec populi Parthorum, aut *Medus Hydaspes*,  
 Observant. Rege incolumi mens omnibus una est;  
 Amisso rupere fidem, constructaque mella

210

*vis vita finis eas urgeat (non enim vivent plus quam septem annos) tamen genus earum manet immortale, et fortuna familiaria subsistit per multos annos, et numerantur avi avorum. Præterea *Ægyptus*, et magna *Lydia*, et gens Parthorum, et *Hydaspes Media*, non ita venerantur regem. Rege vivo, unanimia est concordia omnium; rege mortuo, dissolvent societatem, et ipsæ rapient mella accumulata, et*

.....

*terminus* edd. plurimæ cum Alld. pr. et sec. et Nonius in *excipere*; minus poëtice; et *angusti* defendunt omnium bonorum eodd. auctoritate.—207. *Excipiat* quart. Moret. *Accipiat* Ed. Ven. et Erf. *ætas* Rottend. tert. Leid. quart. Moreti et pr. a m. pr. Goth. sec. vid. ad Ge. iii, 190.—208. *Et Rom.* *At* est attamen. *manent* Franc., non ineleganter, judge Burm.; ipsæ, apes, genus immortale, manent. Nam videtur nimis temeriter dictum *genus manet immortale*. Debebas tamen jungere: *genus manet*, durat, ita ut subjungatur ornatus *immortale*. Bentl. ad Lucan. conj. *At genus immortale tamen* recepit Wakef.—210. *nec sic* Erf. *Ægyptos* e Medic. Heins., quem vide. *Ægyptus* vulgo.—211. *Ludia* Rom. *Lybia* male duo apud Burm. *Lydia Parthorum populi* quart. Moreti; forte *India* legendum, inquit Burmannus, quæ rectius *ingens* dicitur. At vide Notam. Porro et *Medus Medic.*, sed a m. pr., quod Heins. firmat hic et ad *En.* vi, 327. *Medus Hydaspes* alii; sed recte rejicit Burm. et vid. Not.—212. *Observant regem* Gud. pro var. lect., male. Porro *incolumi* scribunt quatuor apud Burm. *est* omittunt quatuor apud Heins. et unus Mead.—213. *constrictaque* sec. Rottend. Vratisl.—214. Dirupere Ed. Junt. et Zulich.—

## NOTÆ

210 *Regem non sic, &c.]* Comparat obsequia apum erga reges, cum studio populorum; eorum maxime qui deliciis fracti, dominos quasi servili cultu adorabant. Talea *Ægyptii*, de quibus infra, v. 287. *Lydi*, quorum regio pars est Asia Minoris, Pactolo, aurifero flumine perfusa, Croeso olim regi ditissimo subdita. *Parthi*, de quibus Ecl. i. 62. *Medi* ad occidentem Parthorum siti: qui hic per *Hydaspem* fluvium notantur. *Hydaspes* tamen ab uno Virgilio in *Media*, ab aliis in *India* collocatur; ab aliis in

*Indum* infuere dicitur ad urbem *Nisam*, ab aliis in mare labi. Probus putat *Medam* dici victoriae causa; quia Medi et Perse, duce Alexandro, Indiam domuerunt: quod si admittatur *Græcus* etiam et *Macedo* meliori jure potuit vocari; quod quis ferat? Abramus legit, *Indus Hydaspes*, sed sine fide manuscriptorum. Ego admodum incertam fuisse et esse ejus notitiam puto, nec alia de causa dixit Horatius, Od. i. i. 22. 8. ‘que loca fabulosus Lambit *Hydaspes*:’ adeo varia de illo narrantur.

- Diripuere ipsæ, et crates solvere favorum.  
 Ille operum custos; illum admirantur, et omnes 215  
 Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes;  
 Et saepe attollunt humeris, et corpora bello  
 Objectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.  
 His quidam signis, atque hæc exempla secuti,  
 Esse apibus partem divinæ mentis et haustus 220  
 Ætherios dixerunt; Deum namque ire per omnes  
 Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum;  
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
 Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas;

*erunt compagem favorum. Ille rex præsidet operibus, admirantur illum, et omnes circa illum congregantur multo cum murmure, et ambiant illum magno numero, et saepe effervent humeris, et in bello obliquant corpora pro eo, et querunt per vulnera gloriósam necem. Quidam ob hoc indicia, et considerantes hec specimena prudentiae, dixerunt, partem divinæ mentis et celestes spiritus inesse apibus. Quippe dixerunt Deum fusum esse per omnes, et terras, et tractus maris, et cœlum profundum: ex illo pecudes, armenta, homines, omne genus ferarum, denique quem-*

215. *Ipsæ quart. Moret. ille admiratur Medic. a m. pr.—216. frementes Mentel. pr. Zulich. et Bodlei. —218. per funera Goth. pr.—221. Æthereos alii, ut semper.—222. Terras et Moret. quart. Et terras Zulich. Terrarum tractusque Medic. a m. sec., sed interpolatrice. Versus legebatur jam Ecl. IV. 51.—223. Hic Rom. —224. nascentur quart. Moret. nascentum Erf., quod defendi posset. accersere scribunt*

#### NOTE

214 *Crates favorum]* Quia favi in modum craterularum cancellati sunt.

220 *Esse apibus partem, &c.]* Sequitur hic doctrinam Pythagoræ et Platonis. Pythagoræ opinio sic a Servio explicatur. ‘Omnia animalia ex quatuor elementis et divino spiritu constare manifestum est. Trahunt enim a terra carnem, ab aqua humorem, ab aëre anhelitum, ab igne fervorem, a divino spiritu ingenium: quod quia est in apibus, sicut in hominibus, (namque metuunt, cupiunt, dolent, gaudent; quæ probantur ex his quæ faciunt: dimicant enim, colligunt flores, prævident pluvias) fateamur necesse est, etiam apes partem habere divinitatis. Platonis autem opi-

nio est in Timæo, Deum, cum mundum condidit, astris parem distribuisse duunerum animarum; singulisque astris singulas attribuisse, quasi totidem vehiculis. Pythagoræ autem et Platonis communis sententia est, animalia esse interitus expertem; et, cum exit, pervenire in cognatam sibi animam mundi, ut testatur Plutarchus I. iv. de Placit. Philos. Juxta has igitur sententias docet Virgilinus, *morti non esse locum*, id est, exinanitione; quippe cum anima remaneat: deinde animam reverti sideris in numerum, id est, ad ea sidera quibus singula addicuntur; atque ita in cœlum reverti, quæ præcipua Dei sedes est.

- Scilicet **huc reddi deinde ac resoluta referri** 225  
**Omnia; nec morti esse locum; sed viva volare**  
**Sideris in numerum, atque alto succedere celo.**
- Si quando sedem *augustam* servataque mella**  
**Thesauris relines: prius haustu sparsus aquarum**  
**Ora fove, fumosque manu prætende sequaces.** 230

*libet nascendo sibi attrahere animam. Quippe dixerant omnia post dissolutionem reverti ad eum: nec esse locum extinctioni; sed omnia volare vita, nisi quæque sideris in ordinem, atque ire in altum celum. Si aliquando recludis arctum alveare, et mella servata in favis; prætus os tuum ample, imbutus haustu aquarum; et prætende manu fumos qui insequantur apes. Apiarii bis colligunt favos plenos,*

alii ex more pravo. *accessere unns Mead. vitam Regius Martini.* — 225. *hac resoluta referri* pr. Voss. Moret. fr. Gud. Rottend. sec. (forte pro *huc*). *ad resoluta Reg. Martin. aëre solute unus Mead. referre Medic.*; *at vulgatain tuetur Lutat. ad Stat. Theb. vi, 112. Possis et h. l. scilicet jungere cum antecedentibus: accessere *vitas Scilicet, huc r.* — 227. succidere Leid. solo Toll. alto se condere celo Rom., se recipere in celum animas, docte, et ut vulgaris lectio esse possit ejus interpretatio. Ceterum varietatis similia exempla vid. apud Burn. ad Lucan. II, 609. — 228. *augustam* Rom. cum al. Pierii; quinque ap. Burn., sex ap. Martin., utequer Goth., multa vett. et vulg. edd., etiam Alld. pr. et tert., nec sane hoc incongruum aut ab apibus alienum. Recte tamen Heins. et Burn., ex Mediceo in primis ac Servio, tuebantur alterum, *augustam*; cum jam dudum regiam ac palatia allaque a regum maiestate petitia apibus tribui viderimus; statim autem v. 229, 230 alia adjiciantur, quæ ad earum sanctitatem pertineant, ut caste ac pure, ore proluto, adeundas esse dicat. *augustam sedem Erf.* — 229, 230. Magna lectionis in his vers. est diversitas: ut plerumque fit in tali nominum et epithetorum positu: *prius haustu sparsus aquarum Ora fove.* Ita post Grimoaldum Heins. emendavit e Gud. a m. pr. Medic. a m. sec. et quatuor aliis; addie Ed. Ven.; et sic Longobard. Pieril a m. pr. et pars Martinianorum legere videtur. Alludunt alii: Rom. Mentel. sec. a m. pr. *haustu*. Medic. a m. pr. *astu*. Moret. sec. *haust.* Tum *Ora* Moret. pr. a m. sec. et Goth. sec. Ante Heins. lectum erat eodem sensu, sed forma minus exquisita: *prius haustus sparsus aquarum Ora fove:* quod et Servins legerat. Ald. pr. *haustus* — *Ora fove.* Ald sec. *haustus sparsus aquarum, Ora fove* (quod et in Erf., nisi quod *Ora scriptum est*): tert. *haustus sp. aq. Ora fove.* Est vir doctus qui in ore latere suspicatur *rore*; ita leg. *haustus sparsus aquarum rore fove*: ut sit sparsus rore aquarum fove hanstus vel hanstum. Sequentes editores modo hoc modo illud sunt amplexi. *prius haustus parcus aquarum Ora fove* conjiciebat Reiskius, ut *parcus* pro *parce* sit. Ludibria lectionum sunt *auctas* in Reg. *fave* Arundel. At Philargyr. *Ora**

## NOTE

229 *Relines, &c.] Aperies, detracta illa omni materia, qua totum alveare apes lisser. Tum duplici utere industria ad fugandas apes. I. Aquam hanstam ore presso sparge super alvearia, pluviae in modum. II. Prætende fumum,*

*Haustu sparsus aquarum Ora fove]*  
*Supple: et deinde projice in pluvia modum. Prius legebatur, ore fove: ambiguia et difficili sententia. Rescripsit e Manusc. N. Heinsius: Ora*

Bis gravidos cogunt foetus, duo tempora messis:  
 Taygete simul os terris ostendit honestum  
 Plias, et Oceani spretos pede repulit amnes:  
 Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi  
 Tristior hybernas coelo descendit in undas.

235

*duo sunt tempora mellationis. Simul ac Taygete Pleias monstravit terris formosum valrum, et repulit pede aquas Oceani a se contentas; aut cum eadem, fugiendo astrum piscis imbriferi, descendit mesta e celo in aquas hybernas. Illa apes ira-*

face, "cum religione ac silentio accede." Et Servius: alii *Ore face* legunt, ut sit, tace. Etiam Medic. a m. pr. *Ore face*, cum Ald. sec. Recepit hoc Brunckius tanquam præcipiti Apronianum judicio mutatum: esse ex re sacra petitum, ut adeo purus et cum silentio accedat apiarium. Premunt tamen hanc lectionem haec: quod aliena esse videtur religionis notio ab h. l. Si "ad sedem augustam" (quam de regia ac palatio accipiendo esse, docent reliqua) tanquam ad aram seu delubrum accedere jubetur agricola," mira profecto illa esset religio, ut sacrilegium commissurus lingua et ore favere, et tum funum inferre jubetur. Jo. Schrader. conj. prius *haustu sparsum aquarum* *Ore, move, scil. alveum*: ingeniose saltem: Colum. IX, 15, 8, ubi hac de re: *Talis olla*, (per quam possit afflari) *cum est alveari objecta* (h. e. admota) *spiritu admodum fumus ad apem promovetur*. Fuit quoque, qui voces, *Ore fove*, ita acciperet, ut esset, ore fove fumos (spiritu excita) et manu prætende.—231. *setos* pr. Rottend. "flores emendatum fuit. Et bene *gravidos flores*, quia ex his omnia generant." Sic Philargyrus. Vides ineptias Grammatici: qui tamen bene sensit difficultatem inesse voci *fetus*. Versus 231—234 interposui cursum orationis impeditare videbantur Jo. Schradero; malebatque ille eos post v. 238 collocare. Ita vero alia orationis asperitas suboritur.—233. *Plias* Heins. e Medic. et al., ut dissyllabum sit, ex IIdeis. Vulgo *Pleias*, quod esset IIpias. —234. *Piscis amoris* Mss. Barthii in Adv. xxxvii, 6 cum glossa, que fabulam Veneris Typhoei metu in pisces mutatae respicit; inepti librarii seu grammatici acumen. *aquosus* est, qui aquas, imbræ, concitat. conf. Exc. ad h. l.

## NOTÆ

231 *Bis gravidos cogunt, &c.]* v.  
 PARS. *De mellationis temporibus; verbo scilicet, et autumnali. Per gravidos fetus, hand dubie mella intelligit, quae sunt fructus et proventus apum: neque enim significat proprie foetus, qui non sunt gravidi: neque matres apes, quae dici non possunt fetus.*

232 *Taygete simul, &c.]* Una e *Pleiadibus*, sub qua sex etiam alias comprehendit: de his Ge. I. 138. Easrum ortu et occasu notat duplex tempus colligendi mellis, quod metaphorice *messem* vocat. Oriuntur oriente Sole in tanro, circa ultimum Apriliem aut initium Maii: occidunt oriente

Sole, circa finem Octobris, aut initium Novembri: vide Ge. I. 221.

233 *Oceani amnes]* Quia Oceanus terram ambit.

234 *Sidus fugiens Piscis aquosus]* Certe fugimus tantum insequentes: at nullum proprie piscium sidus Pleiades sequitur, sed antecedit. Nodus hunc ut solvat Petitus versum sic interpongit: 'Aut eadem sidus fugiens, ubi piscis aquosus Tristior hybernas coelo descendit in undas.' hoc sensu: 'Aut eadem fugiens sidus,' id est Sollem; 'ubi descendit in undas hybernas piscis aquosus,' id est, in quas jam sidus piscium ante descendit. Alli

Illis ira modum supra est, læsæque venenum  
Morsibus inspirant, et spicula cæca relinquunt  
Affixæ venis, animasque in vulnere ponunt.  
Sin, duram metuens hyemem, parcesque futuro,  
Contusosque animos et res miserabere fractas :

240

*cuncta dunt supra modum, et offensa inmittunt venenum punctione, et affixa venis  
relinquunt aculeos occultos, et amittunt ritam in vulnere. Si vero timeas hyemem  
sterilem, et provideas in futurum, et miserescas gentis afflictæ opumque direptarum:*

sub fin.—236. *modum super est* nonnulli Pieriani et Giphanii MSS., unde ille *super* facit, quod Lucretianum est.—238. *Affixa venis* vulgatum inde ab Ald. *Affixa in venis* sec. Mentel. a m. sec. et pr. Moret. unus Arundel. et alter cum Erf. et cum edd. nonnullis (inter quas Argent. 1502, notante Reiskio, cui valde arridebat ea lectio), *Affixa in venis*. Videri potest hoc Grammatici, de metro solliciti, opera interpolatum esse ex *Affixa venis*, scil. spicula, ut erat in Pierii pervetere libro, Mentel. pr. Reg. Moret. sec. Leid., item Goth. sec. et Brunckii libro, *Affixa venis* Leid. sec. Habet tamen et altera lectio, qua ipse apes affigentes se cuti ejus, qui eas infestat, Lucret. v, 1321 *les Deplexæque dabant in terram vulnere victos Morsibus affixe validis atque magnibus uncis;* *Affixa venis* dicuntur, cum grammaticam rationem, est enim elegantissima, tum librorum auctoritatem, Romani, Medicei, et ceterorum; eodem referendum *Affixa* Zulichem. At vero *Affixa* Oblongus Pierii, quod si aliorum librorum suffragia haberet, non incontum esset. Latius processit interpolatio in Ed. Ven. *Affixas venis animas in,* et in Ed. Mediol. *Affixa venis animas in.* Porro *animasque* Moret. qu. *in vulnera Gud.*, et *in vulnera Romanus*, Mentel. pr. fragm. Moret., uterque Goth. Erf. unus Arundel. et Pierii aliquot; siveque jam Naugerius edidit in Ald. tert., et hinc alii, sed pauci. Atque ita Nonius in *anima*, Schol. Juvenal. iv, 91. Macrob. Sat. vi, 6. extr. Probat Ondendorp. ad Lucan. II, 151, sed ita, ut ad eum *rovi* in usum referat, cum finem ac causam denotat. Malim ad exquisitiorem illum usum referre, cum quartus pro sexto casu adjungitur; neque adeo præferre alteri ut magis vulgari dubitem. Neque tamen rejici *in vulnere*, dum vulnus inferunt, potest, quod Mediceus et alii tuentur.—239. Editum erat *metues*. Pro hoc *metuens* Gud. a m. pr. Franc. Toll., porro Roman. et codd. aliquot Pierii et Regins Martin. Edit. Junt., nec rejiciendum est, inquit Heins., quinetiam elegantius hoc dictum censeo; itaque nunc recepi, probatum quoque Vossio. *metus* sec. Moret.—240. *Contusos* Gud. et duo Moret. *Concussosque* Regius Martin.

## NOTÆ

aliter solvunt. Ego, servata vulgari interpunctione, per pisces aquosum, intelligo *hydram*, qui serpens est in aquis degens, unde nomen habet ab *hæsup*, *aqua*: hoc enim sidus eti in occasu Pleiadum, gradibus circiter quinqaginta ab iis distet; tamen eas subsequitur, lisque videtur imminere.

238 *Animasque in vulnera ponunt]*  
Hoc inde fit: quia aculeus cum alvo, sive intestino, consertus est; et, cum infixas fuit, e vulnera retrahi nequit

sine alvi ruptione.

239 *Sin, durum, &c.]* Si providens in futurum nolis mella omnino detrahere, ne per hyemem deficientibus floribus apes fame pereant: rorlique partem aliquam mellis ad cibam hibernum; et interim purga alveare a noxiis pestibus; ut sunt stellio, laisard, blatta, cloporte: fucus, græpe; crabro, fredon: tinea, vermiculi genua, corrodens vestes et alia, &c.

At suffire thymo, cerasque recidere inanes,  
 Quis dubitet? nam sœpe favos ignotus adedit  
 Stellio; et lucifugis congesta cubilia blattis;  
 Immunisque sedens aliena ad pabula fucus;  
 Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis;      245  
 Aut dirum, tineæ, genus; aut invisa Minervæ  
 Laxos in foribus suspendit aranea casses.  
 Quo magis exhaustæ fuerint: hoc acrius omnes  
 Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,

*tamen quis omittat fumigare eas thymo, et auferre ceras superfumas? nam sœpe occultus lacertus corroxit favos, cubilia plena sunt blattis fugientibus lacem, et fucus iners stictar prope alienum cibum, aut asper crabro se miscet apibus, armatus majori aculeo, aut importunum genus tinearum, aut aranea odiosa Minervæ suspendit in portis telas tempes. Quo magis fuerint evanescere, eo diligentius omnes contendens reparare jacturam gentis vexatae, et replebunt cellas, et conscient favos e floribus.*

-----  
 miserabile idem Regius cum Ed. Ven. mirahere Longobard. a m. sec.—241. *At* omnes fere codi. Heinai: *Aut vulgo. An Relskius conjiciebat; an quis dubitet?* *Aut suffire thymo (thymos apud Foggin.) Medic., necnon Roman. et Ed. Ven. thymum trea apud Burm. At suffire fino, scil. bubulo, conj. Jo. Schraderus, ex communi præcepto auctorum de R. R. et Plin. xxI, 14, s. 47. Recte. Verum etiam thymo et cuore suffumigatur: v. c. Geopon. xv, 2, 37. *cerasque recidere* Zulich. *incidente* Parrhas. habuisse videbatur.—242. *Quis dubites* Goth. pr. *adhesit* Romanus.—243. *Stellio et lucifugis omnes Pieriani, omnes* fere Heinsii; nec abesse a suis rō et monet Martinus; nec abest a Goth., extrusum tantum est, id quod et ipse malum factum, in edd. vulg. ante Heins., et quidem inde a Manut. Fabric. Commelin. Heinsius revocavit, ut pes creticus sit; quod mihi merum Grammaticorum commentum esse videtur. Quid enim jejunius et ineptius a poëta fieri possit, quam in heroico versu alienos pedes admiscere! Verum pronuntiandum est binis syllabis *Stellio*. Hoc ab aliis *Stelio*, *Stilio*, *Stilius* scribitur. Porro *lucifugi* c. c. *blatti* Zulich. *ex ea cubilia* Pierii manus in ora codicis, ex interpolatione non inscita; Jo. Schrader. *contexta*. Tum *blatis*, *blactis*, *plattis* scribitur ap. Burm. et Colum. IX, 7, 5. Relskius ita locum refinebat: *An suffire thymo cerasque recidere inanes* *Quis dubitet* (*nam—Stellio*), *lucifugis congesta cubilia blattis?* ut *ceræ* *inanes* sint hæc *cubilia*.—244. *fucus* Gud. a m. pr. Mentel. pr. *ad pocula* Medic. a m. pr., libra-rius scilicet, qui de se forte agi putabat.—245. *scabro* Medic. a m. sec. duo Moret. Franc. Goth. sec. *crebro* trea alii. *se miscuit* Voss. pr. Moret. fr. Franc. Toll. Ed. Mediol., porro Goth. sec. Erf. et unus Mead. *imparibusque* *immiscuit* qu. Moret.—246. *dirum* optimus quisque apud Heins., hoc idem jam ediderat Nauger. et Egnat. neglectum a sequioribus. *durum vulgo.* *tinaæ* *scriptura* vett. librorum. vid. Ursin. Cerd. Heins.—247. *In foribus laxos* edd. ante Heins., sed jam Pierius monuerat, codices aliter habere. *Laxosque in* *foribus* Zulich. *arachnea* Toll.—248. *fuerunt et mox complerunt* Medic. *fuerit* Ven. *omnis multi*.—249. *Incubant* Zulich. Moret. fragm., idem fulcere ruinas.*

## NOTE

246 *Invisa Minervæ aranea*] Arachne, ab eadem confractum esse, suspedio Lydia, lanificii arte assa cum Minerva sibi vitam abstulit; a Minerva in arac-tendere: sege ferens opus suum seam transformata est.

|                                                                                              |     |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Complebantque foros, et floribus horrea texent.                                              | 250 |
| Si vero, quoniam casus apibus quoque nostros<br>Vita tulit, tristi languebunt corpora morbo; |     |
| Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis:                                               |     |
| Continuo est ægris alius color; horrida vultum<br>Deformat macies; tum corpora luce carentum | 255 |
| Exportant tectis, et tristia funera ducunt;                                                  |     |
| Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,<br>Aut intus clausis cunctantur in ædibus, omnes |     |
| Ignavæque fame et contracto frigore pigræ.                                                   |     |
| Tum sonus auditur gravior, tractimque susurrant:                                             | 260 |

*Si autem (quoniam vita conditio instans quoque apibus nostras miseras) corpora carum languent tristi agritudine, poteris deinceps cognoscere id signis non incertis. Statim ægræ habent alium dolorem, horridæ macies deturpat speciem: tum efferunt ex alvearibus cadavera carentia lumine, et ducunt tristia funera: aut eadem dependent ad portam simul impicta pedibus: aut omnes intus clausæ morantur in alvearibus, desides præ fame, et pigræ præ frigore contrahente membra. Tum murmur obscurius auditur, et susurrant longo tractu: quemadmodum Auster frigi-*

*ruinam Ed. Ven. operis lepsi conj. Schrader.—260. foros edd. nonnullæ, ut Cerdæ, et Pierius in ora codicis sui. Posit esse vestibulum. caves l. favos Jo. Schrader. ex Colum. IX, 15, 4 et sup. v. 104. In horres duplice lectio nem agnoscit Julius Sabinus, et horrea, et horres: nam horreum esse mel astivnum, “et ita legendum esse puto; Plinius sic ait: Alterum genus est mellis astivii, quod ideo vocatur horreum a tempestate precipua.” Male hoc: mel illud est Æpaon ap. Plin. XI, s. 18.—261. Siu quatuor apud Burm. Oblongus Pierii, Goth. sec. nostris Rom. et aliquot apud Pierium.—262. tristis Moret. sec. languebant Moret. pr. tubo pro morbo Voss. alter. Eadem variatio Ge. III, 557. vid. Heins. ad Ovid. Met. xv, 627.—264 color horridus alta Medic. a m. pr. horrida multum Franc. et Zulichem. pro div. lect.—265. Diformat unus Arundel, et corpora Donat. ad Terent. Hecyri. II, 4, 27.—267. an connixa? quoniam negant in morbis id solere fieri, ut plures in usus modum, Æterpœdr, conglobatae aliæ ex aliis pendent; sed tum singulas passim horrere. connexæ edd., male. Porro: Atque illæ aliquot apud Pierium.—268. ante omnes distinctionem ponebat Reiskius, nec male, idque ipse nunc sequor cum Wakef. —269. Ignavaque Romanus, sed idem fama. et abeat Goth. pr. contractæ Cerdæ editio; sed in illa multa vitiouse excusa.—260. tractimque Mentel. et*

## NOTÆ

250 *Foros*] Fori sunt spatia in navibus apertiora, tabulata: in quibus inceditur, unde nomen habent, vel a forendo, vel quod foris emineant. Sunt item in circa ejusmodi spatia, e quibus videntur spectacula. Hinc dimidiativum est foros: que sunt apud Suet. et Juven. librorum conditoria in bibliothecis. Hic pro cellulis mel-

leis usurpantur.

261 Si vero, &c.] vi. PARS. De morbis apum, corrumque signis et remediis.

267 Pedibus connexæ, &c.] Non potest hic usum significari, si quidem ut latitudo indicat apponitur infra, v. 558. Itaque intellige de singulis aut pauculis apibus, que vel mortue, vel lan-guidæ pedibus adhaerent ad limina.

Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster;  
 Ut mare sollicitum stridit refluentibus undis;  
 Estuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.  
 Hic jam galbaneos suadebo incendere odores,  
 Mellaque arundineis inferre canalibus, ultro      265  
 Hortantem et fessas ad pabula nota vocantem.  
 Proderit et tunsum gallæ admiscere saporem,  
 Arentesque rosas, aut igni pinguia multo  
 Defruta, vel psithia passos de vite racemos,  
 Cecropiumque thymum, et grave olientia centaurea.      270  
 Est etiam flos in pratis, cui nomen amello

*dus aliquando sibilat in sylcis; quemadmodum mare turbatum stridet fluctibus reciprocantibus; quemadmodum ignis fervens estuat in fornacibus clausis. Tunc consulo, ut Galbani odores urantur illic, et mella infundantur per cannas arundineas; ultro excitando et invitando apes languidas ad cibum familiarem. Jucabit etiam addere huic mellii succum gallæ contrite, et rosas siccas, vel mustum multo igne spissatum, vel passas ucas e psithia vite, et thymum Atticum, et centaurea gracia odore. Est etiam in pratis flos, cui agricola dedere nomen amelli: planta est facilis*

Bodlei. vid. ad Gratii Cyneg. 362, Burm. tractemque Goth. pr. *susurrant* Gud. *susurrant* Franc.—261. *sylos innurmurat* Longobard., nec male. v. Heins.—262. Abest versus a Parrhas. *Aut Medic. Pierii, Moret. pr. Zulich. Reg. apud Martin. stridit* Heins. e Medic. Gud. Roman. Vulgo stridet; quod et Romanus tuetur.—263. *Estuat inclusis* Servius Danielis et aliorum ad *Æn.* v. 505. *ingens* Medic. a m. pr.—264. *Hinc jam Medic. cum tribus aliis apud Heins. et Erf. infundere Rottend. tert. pro div. lect. inferre canalibus ultro, interpungit Wakef.—267. *tunsum, tunsum, tuscum, tutum, tonsum,* scriptum vid. apud Burm. et III. 133. *inmixcere* Franc. et Reg. Martini.—268. *Ardentesque* Reg. Martin.—269. *psythia* Medic. cum quatuor Heinsii: quem vide. *psit**

## NOTÆ

261 *Frigidus Auster*] Quilibet ventus: Auster enim non frigidus, sed humidus est. Macrobius tamen ait frigidum esse ab origine; et humidum fieri cum per zonæ torridæ plagam ad nos comeat. *Quondam*] Aliquando. Sic Ge. III. 99. ‘Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis In cassum furit.’

264 *Galbaneos, &c.*] Galbanum *galbanum*, gummi e narthece sive ferula, in Syria: hujus odor fugat serpentes. *Galla, pomme de chêne.* Defrutum, vinum coctum, *resinæ*, de quo Ge. I. 295. *Racemi passi, séchés au Soleil:* quem in usum apta præ ceteris vitis

*Psithia*, de qua Ge. II. 93. *Centaurea, orum; vel centauria, &c; et centaurum, ii;* *&el de terre:* herba que nomen traxisse dicitur a Chirone Centauro; quia adhibita vulneri, quod ipsi Herculis sagittæ fecerant, cum sanavit. *Cecropium thymum*, quia frequens in Hymetto monte Attice regionis, in qua primus regnavit Cecrops. *Amellus* certissime est *Aster Atticus*, id est *stella Attica*; ob formam et patriam sic dicta: aliter *bubonium*, id est *inguinalis*; quod inguinum doloribus medeatur: in kortis visu notissima, nomine Gallis ignota.

- Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba;  
 Namque uno ingentem tollit de cespite sylvam,  
 Aureus ipse; sed in foliis, quæ plurima circum  
 Funduntur, violæ sublucet purpura nigrae; 275  
 Sæpe Deum nexit ornatae torquibus aræ;  
 Asper in ore sapor; tonsis in vallibus illum  
 Pastores et curva legunt prope flumina Mellæ.  
 Hujus odorato radices incoque Baccho,  
 Pabulaque in foribus plenis appone canistris. 280
- Sed, si quem proles subito defecerit omnis,  
 Nec, genus unde novæ stirpis revocetur, habebit;  
 Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri  
 Pandere, quoque modo cæsis jam sæpe juvencis  
 Insincerus apes tulerit crux. Altius omnem 285  
 Expediam prima repetens ab origine famam.

reperi. Quippe uno e cespite erigit magnam copiam caulinum: aureus ipse est; sed purpura viola nigrantis sublucet in foliis, que multa in orbem ambiunt flosculum. Sæpe altaria Diorum ornantur torquibus amello implexis. Sapor illius asper est palato: pastores colligunt eum in pratis demessis, et ad flexuosa fluenta Mellæ. Coque radices illius in vino optime, et plenis calathis offer apibus in cibum ad foramina alvearis. Sed si aliquis amiserit subito totam gentem, nec habeat, unde reparetur genus nova familiæ: tunc tempus est aperire inventum memorabile Arcadii apiariorum; et quomodo occisis bobus, jam saepe sanguis putridus producerit apes. Narrabo famam omnem hujus facti, repetens eam altius a prima origine. Nam,

hæc Romanus. *Sithia Reg. vid. ad Ge. II, 93. passus* Mentel. pr.—273. *Namque immo aliquot Pieriani, Franc. et Ed. P. Dan. Basil. et al., item Goth. pr. Erf. unus Mead. et edd. vett., etiam Egnat.; et probavit Heins. ad Ovid. Ep. XX, 41 et Catæns, notante etiam Burmanno; fluxit ex perpetua varietate. Major librorum auctoritas pro immo, etiam sic inde ab Alld. editum. de vertice vett. apud Pierium.—275. Funduntur Leid. Edantur Zulichem., mox sublucet qu. Moret. Goth. pr. succubunt Zulich.—276. Forte hinc nexit Burmann. Est sane subintelligendum.—278. incurva (Foggini. en curva) Medic. a m. pr., et probat Heins. per flumina Romanus, quod admodum placebat Burmanno. *Amelleæ* Medic. a m. sec. unus Arundel. et Cantabrig., male.—280. expone Roman. quia in foribus.—281. Sed si quidem Medic. et aliquot alii apud Pierium, Bodlei. unus Arundel. et vett. edd.—282. *habenis* Rom., ferrem: *habebis*.—284. *cæsis* jam forte j. pr. Moret.—286. *patria repetens* Ven. primum*

## NOTÆ

- 278 *Mellæ*] Vei Melæ, fluvii Galliæ Cisalpinæ, prope Brixiam. Unde non men habet *anellus flos*, juxta Servium. 281. *Sed, si quem, &c.] VII. PARS. De reparatione opum, quæque reparationis intentore Aristæo.* Is Apollinis filius
- suit, ex Cyrene filia Penei fluminis, vel regis: in Arcadia deinde regnasse dicitur; et apum ac mellis usum, lactisque coagulum invenisse, v. Ge. I. 14.

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi  
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,  
Et circum pictis vehitur sua rura faselis ;  
Quaque pharetratæ vicinia Persidis urgeat,

290

*qua parte felix natio Pellæi Canopi accolit Nilum incidentem agris inundante flumine, et circumnavigat suos agros in naviculis versicoloribus : et qua parte regiones vicina Persis pharetratus attingunt Ægyptum ; et qua parte fluvius defluens*

Goth. pr.—287. *Nam quam Medic.* *qua* Gud. *Pellei, Pelei, Palei,* nonnulli. *Penei* Franc. Est Πέλλα, Πελλαιος.—288. *Affulit Zulich.* et suo Goth. pr.—289. *pactis Rottend. sec. phaselus* Cerdà secundum lapides.—290. *Presidis* Goth. pr. *vicina Pathyridos* Clerici conjectura, a Burmanno satis acerbe explosa. Possint hujus generis plura conjectari: ut, *vicina Papremidis*, vel

## NOTE

287 *Qua Pellæi, &c.]* Locus perdifficilis. Vult Cerdanus duplicum hic regionem significari, Ægyptum et Indiam: duplicum fluvium: Nilum et Indum: utrobius inventam esse artem reparandarum apum. Sed refutatur: tum quia non est verisimile quod contendit, versus hunc suppositum esse; ‘Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,’ qui versus plane de Nilo intelligi debet; et locus ipse totus, de Nilo, non de Indo: tum quia male diceretur Indus devectus ab Indis, cum Indiæ fines non egrediatur. Abramus hic comminiscitur nescio quid de Gange Indico fluvio, qui per subterraneos meatus erumpat in Ægyptum, ibique Nilum efficiat. Ego omnia de Nilo interpretor: et quæ duo videntur obstat, sic explico. I. Dicitur *Devectus ab Indis*, id est Æthiopibus, qui ab antiquis Indi vocabantur, ut jam notavimus Ge. II. 171. Et vero quicquid olim jactatum sit de ignotis Nili fontibus, nunc compertum est oriri ex duobus fontibus ad radices Lunæ montium, ad meridiem lacus ingentis, quem impermixtis aquis mox deinde præterfluit. Lacus dicitur *Zembre*. II. *Vicinia Persidis urgeat reipsa Ægyptum*, non inquam, ipsa Persis, sed vicinæ Persidis regiones, nempe Ara-

bia, Syria, &c. quæ omnia Persidis nomine comprehendit, quia subjecta aliquando fuerant Persarmi imperio, Cyri nempe et Cambysis ejus filii, qui Ægyptum ipsam ditioni adjectit. Solet autem Virgilius terminos regionibus, quam potest latissimos, assignare: ut vidimus Ecl. I. 63. et Ge. I. 490. Nunc singulæ voces explicandæ.

*Canopi, &c.]* Urbs est Ægypti, quam poëta innuit vicinam esse Alexandriæ, cum Canopum vocat *Pellæum*, id est *Alexandrinum*. Alexander enim, conditor Alexandriæ, in urbe Macedoniae Pella natus erat. Per gentem *Canopi* Ægyptios omnes intelligit, quia urbs illa erat antiquissima; sita ad maximum et septem ostiis, quibus Nilus in mare se exonerat. *Gen. fortunata*] propter fertilitatem regionis. *Stagnantem flumine Nilum]* Quia Sole in cancrum subeunte, crescere incipit per centum dies ad usque Autumnum: qua exundatione fœcundantur agri, per quos itur phaselis et navigi angustis, ex arundine papyracea. *Pharetrata Persidis]* Quia Persæ equitatu, venatione, et sagittandi arte insignes fuerunt: siti ad orientem Assyriæ, ad occidentem Ariæ, ad meridiem Parthiæ, ad septentrionem sinus Persici. *De Indis*, Ge. I. 57.

\*Et viridem *Aegyptum nigra foecundat arena,*\*

\*Et diversa ruens septem discurrit in ora\*

Usque coloratis amnis devexus ab Indis;

Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.

Exiguus primum, atque ipsos contractus ad usus,

295

*ab usque nigris *Aethiopibus* foecundat *Egyptum nigro limo*, et præcipitans exonerat se in oestia septem distincta; tota regio collocat in hoc invento spem certam. Primum*

Prospidis. Sed vid. Not. Nisi vicinium haberetur, liceret confinia conjectare. Hoc ipsum nunc video Bentleium conjectasse ad Lucan. II. 435. Mira cum subtilitate Persas Herculis comites ap. Sallust. Jugurtha 18 in Africam adductos huc deportat Hasæus in Diss. et Obss. Bremæ 1731. Diss. XI.—291. In Romano versus ita transpositi, ut sint: *Quaque pharetræ*—*Et diversa—Usque coloratis—Et viridem Aegyptum.* Medic. Gud. duo Rotend. et Leid. duo hos transponunt: *Et diversa ruens—Et viridem.* Præstat hand dubie utraque versuum collocatio ea, quæ vulgata est. Verum vel sic otiosi aliquid manet in versu: *Et viridem Aegyptum nigra foecundat arena;* etsi in verbis ipsis nihil reprehendum esse video: nam arena pro limo recte, ut poëta, dicere potuit; vid. Notam ad h. v. Mihi valde probable fit, versum aut fuisse ascriptum in tabulis poëtæ, cum nondum decretum esset, utrum hunc an alterum *Et diversa* anteficeret, aut ex bono poëta in marginem fuisse appietum a Grammatico. Ita scriptum erat: *Quaque pharetræ vicinia Persidis urget Usque coloratis amnis devexus ab Indis.* Versu 291 *Et viridem* utique melius caret totus locus: et jam Cerdæ, sed alia eaque parum idonea de causa, quia v. 190 ad Persidem rovocabat, eo defendit, ut versum 291 damnaret. Acutissimus vir, Jac. Bryant, locum varie tentabat. Primo versus sic collocatos malebat: *Et circum—Et diversa—Usque—Et viridem—Quaque pharetræ—Omnis in hac.* Tum damnat stagnantem Nilum; et lusum in verbis agnoscit nigra arena et viridem AE. Tandem eo devenit, ut alteram loci partem a Nilo ad Gangem transferat, excluso versu 291, aut retracto post v. 289 et emendato: De Gange adeo dicta essent hæc: *Quaque pharetræ vicinia Persidis urget, Et diversa ruens septem discurrit in ora, Usque coloratis amnis devexus ab Indis.* Sane Gangem per septem ora in mare inferri ipse poëta alio loco memoravit: En. IX. 30, 31. Addit vir doctus Melam III. 63—66. Propert. III. 22, 16. Inciderat et ipse aliquando in hanc suspicionem, imprimis quia Maro etiam altero loco Gangem et Nilum jungit: *Ces septem surgens sedatis annibus altus Per tacitum Ganges aut pingui flumine Nilus.* Enimvero revocabant me plura: primo quod apum generationem nemo ad Indos retulit; quid quod nec mellificium inter Indos memoratum ne ex recentibus quidem de India scriptoribus, memini; tum non minus contortum est illud, quod, quæ vicinia Persidis urget, Ganges narratur decurrere. Omnes has nebulas discussas esse arbitror, si, quod in Nota apposui, animadverteris: Nili oestia duo extrema, ab occidente Canopicum, ab oriente Pelusiacum, inni; hoc alterum ad fines imperii Parthici spectare videri potuit, cum Arabes modo armis domiti modo societate armorum juncti interjecti essent. Tum vero vicinia a vicinum ubi deduxeris, intelliges: *eundem Nilum urgere vicinia Persidis*, propiorem habere cursum versus Parthos ostium Nili Pelusiacum. *foecundat* Gud. quod arripuit Wakef. hunc in modum: *Quique pharetræ. Et diversa ruens. Usque coloratis. Ut viridem Aegyptum nigra foecundat arena.*—292. Ille Bottend. pr. pro var. leet. rō Usque. *devexus nonnullos legisse, nondubites;* sensu plane eodem; sed minus poëticæ; quod declivi via defertur, id est *devexus.* ab undis Franc.—294. in hanc Roman. *regio certam Franc.* certe Medic. a m. pr. *jacet Roman.* Gud. a m. pr. et alii. *petit Venetus, ex interpretatione. imbre salubrem Erf. a m. pr., stupore librarii.*—295. *Exiguus*

- Eligitur locus : hunc angustique imbrice tecti  
 Parietibusque premunt arctis, et quatuor addunt,  
 Quatuor a ventis, obliqua luce fenestras.  
 Tum vitulus, bima curvans jam cornua fronte,  
 Quæritur : huic geminæ nares et spiritus oris      300  
 Multa reluctanti obsuitur, plagisque peremto  
 Tunsa per integrum solvuntur viscera pellem.  
 Sic positum in clauso linquunt, et ramea costis  
 Subjiciunt fragmenta, thymum, casiasque recentes.  
 Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus undas,      305  
 Ante novis rubeant quam prata coloribus, ante

*queritur locus angustus, et arctatus ad hunc ipsum usum : hunc tegulis parvi tecti et contractis muris coarctant : adjunguntque quatuor fenestras, oblique lumine, et quatuor ventis.*) Tum queritur juvencus jam flectens cornua in fronte bienni : huius multum repugnanti clauduntur ambae nares, et halitus oris; et huius interficto terribibus, contusa viscera putrefacta intra pellem non laseratam. Sic relinquent depositum in loco clauso, et lateribus subternunt fragmina ramorum, thymum, et casias novas. Hoc sit, cum primum Zephyri agitant aquas, antequam campi pingantur noctis coloribus florum, antequam loquax hirundo desigat nidum in tignis domo-

Erf. in usus Medic. a m. pr. et allii, more solito. vid. Burm. *ipso* ab Mediceo a pr. m. alerat. Lenius fuisse atque hos.—297. *premunt oras* Ed. Ven.—298. *adversa luce* edd. nonnullæ, ut ex Cerdia liquet.—299. *bina sex ap.* Burmann. *tima Medic. corcans Gud.*—301. *Multa resultanti Menag. pr. obewitur Heina.* repositus ex unico Mediceo, in quo *oposuitur*, ut et in Gud. a m. pr., quod iam defenderat ad Ovid. Fast. II, 578. Laudavit tamen idem ex libro Colot. Ursinus. *obratur Ven. Parrhas.* Vulgo legebatur: *obstruitur*, quod utique proprium et pedestri sermoni conveniens erat, ἀρωρόδηγαι. idque tuentur viri docti Voss. et Wakef. neque intercedam: *Æn. IV, 440 Fata obstat placidasque viri Deus obstruit aures.* Apud Lucret. VI, 225 est *oppilare.*—302. *Tonea, Tusa,* allii. v. ad v. 267.—303. *in deest quart.* Moret.—304. *recentis* Heins. repositus ex scriptis, etiam Pierianis, seu verius revocavit; nam sic jam Egnat. Commelin, hinc alii ediderat; reliqua edd. fere, carentes, e glossa. vid. Heins. ad *Æn. VI, 674.* Ovidii Fast. V, 128.—306. *et ante Roman.*

## NOTÆ

296 *Quatuor a ventis]* Qui flant e quatuor mundi cardinibus, sive partibus oppositis, unde *cardinales* vocantur: Eurus ab oriente, Zephyrus ab occidente, Boreas a septentrione, Notus a meridie.

300 *Nares et spiritus, &c.]* Oculi etiam, et partes omnes ad halitum aut egestationem necessarie, linteo pice oblitio obstruebantur.

302 *Per integrum, &c.]* Nec enim laceranda est pellis et cruentanda,

sed paulatim ictibus maceranda; ita ut viscera, carnes, et ossa etiam comminuantur intra pellem. Id caverendum admonet auctor Geoponicarum præceptionum.

304 *Casiasque] Rosmarinum, vel lavendulam.* Ecl. II. 49.

305 *Hoc geritur, Zephyris, &c.]* Id est circa initium veris: moneteque auctor Geoponic. per tres hebdomadas includendum esse, donec putrefiat.

Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.  
 Interea teneris tepefactus in ossibus humor  
 Aestuat; et visenda modis animalia miris,  
 Trunca pedum primo, mox et stridentia pennis      310  
 Miscentur, tenuemque magis magis aëra carpunt;  
 Donec, ut æstivis effusus nubibus imber,  
 Erupere; aut ut, nervo pulsante sagittæ,  
 Prima leves ineunt si quando prælia Parthi.  
 Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem?      315  
 Unde nova ingressus hominum experientia cepit?  
 Pastor Aristæus fugiens Pencia Tempe,

rum. *Interea humor calefactus in ossibus teneris effervescit: et congregantur mirabil modo animalia dignæ visu, prima carentia peilibus, deinde aliis etiam strepentiæ, et magis, magisque tentant auræ tenues: donec evolent, tam dense, quam imber oadens per æstatem e nubibus; aut quam sagittæ ex arcu emittente, si quando fugaces Parthi faciunt preludia pugnandi.* O Musæ! quis Deus inventit hanc artem in nostra commoda? Unde nova hac hominum experientia cepit exordium? Pastor Aristæus relinques Tempe, quæ Pene alluntur, apibus amissis per morbum et

-----  
 307. *Sercula quam Zulich. signis Voss. suspendit* Mentel. pr. a m. pr. pr. Moret., et Nonius in *Garrulae*.—310. *pinnis video Heinsiam emendare, ut fere alias.* Et sic in Pierii libris et Romano. Interpungere licet l. post primo, ut ad viscera retrahas; l. post miris, ut jungas: *Trunca pedum primo, mox et str. p. Miscentur.*—311. *tenuemque magis ac magis Romanus, et alii Pierii, unus Mead. Goth. pr. Erf.* Sic etiam Medic. a m. pr., deleto postea τῷ αι, et in Menteliano, sed eraso que a m. sec., ut sit *tenuem magis ac magis:* quomodo pr. Mentel. et pr. Voss. et alii quinque Heinsii; quatuor Burmanni, tres Martini, Goth. sec. Et sic Ge. III, 185.—316. *magis atque magis.* Probat itaque Heinsius; et est lenius quam: *magis magis;* quod uno Catulli exemplo, quanquam et illo ambiguae juncturæ, defendi poterat LXIII, 274 *Post vento crescente magis magis increbescunt.* Porro aëra captat Rom. male; hoc facerent spirantes.—312. et a. *effusis quart.* Moret. et unus Mead.—313. *Eripuerunt aliquot Pieriani; in aliquot aliis velut;* quod et in quinque apud Burm. in uno Arundel. Goth. sec. a m. sec. cel. at Franc. et unus Mead.—315. *aut Musæ Moret. quart. extudit permulti; sed extudit,* quod inde ab Aldd. editur, et meliorum consensus, et grammatica ratio defendit, quod est exquisitus; habet etiam adjunctam aliquam notionem assiduitatis. Dicat aliquis, hanc in Deum non cadere; verum non ita argutantur poëtae. *excudit* vitiōse nostri, duo Burm. et plures Martini. vid. ad Ge. I, 183. *qui nobis codd.* apud Pierium. *vobis Erf. a m. pr.*—316. *ingressum* Mentel. sec. *ingressum hominem* Ed. Ven. *cepit* edd. multæ apud Burm.—317. *Aristeus semper* Goth. sec.—

## NOTE

310 *Trunca pedum, &c.]* Hinc aliqui      314 *Leres . . . Parthi]* De iis Ecl. dictas volant apes, quasi tristes, sine      I. 62. Levitatem refero, vel ad fugere pedibus: sed verum etymon retuli.      delos, vel ad equitandi peritiam.

Ecl. VII. 13.

311 *Magis magis aëra carpunt]* Ex-      317 *Pastor, &c.] VIII. PARS. Fabules*  
primit primos conatus ad volandum,      *Aristai et Orphei; Epilogi loco. Tem-*  
cum alas ventilant.      *pe] Thessalicae vallis est, quam Peneus*  
*fluvius preterfluit. Ge. II. 460. Eu-*

*Delph. et Var. Clas.*

*Virg.*

2 A

Ammissis, ut fama, apibus morboque fameque,  
 Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,  
 Multa querens, atque hac affatus voce parentem :      320  
 Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis hujus  
 Ima tenes, quid me præclara stirpe Deorum,  
 Si modo, quem perhibes, pater est Thymbraeus Apollo,  
 Invisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri  
 Pulsus amor? quid me coelum sperare jubebas ?      325  
 En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,  
 Quem mihi vix frugum et pecudum custodia solers  
 Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.  
 Quin age, et ipsa manu felices erue sylvas;  
 Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes;      330  
 Urc sata, et validam in vites molire bipennem:

*famem, ut narratur; stetit maestus ad sacrum fontem summi fluvii, multum querendo; et allocutus est matrem his verbis. Mater Cyrene, mater, quæ habitas in fundo hujus fontis: cur me produxisti odiosum fatus ex illustri Deorum genere, si modo Thymbraeus Apollo pater mens est, ut memoras? aut quoniam depulsus est a te amor tuus erga me? Cur jubebas me sperare honores immortalium? Ecce amitto, cum sis mea mater, hunc ipsum honorem vitæ mortalis, quem diligens cura frugum et pecorum vix pepererat mihi exploranti omnia. Age ergo, ipso etiam evelle manu fæcundas arbores, innatice infestum ardorem in pecora, et eneca segetes, incende agros et*

319. *extremum libri aliquot apud Pierium. extremum sacri fragm. Moret. placidum caput Medic.*—320. *affatus* Mentel. pr. *effatus* Goth. pr. *parentem* est tres ap. Burm. Goth. pr.—321. *Distingui potest mater!* *Cyrene mater!* *Cyrene* Gud. semper, et alter *Mentel*, forte ex pronuntiatione *rōv n* in *Kuphry*. Vox hæc priorem productam habet h. i. et ap. Apollonium; at correptam apud *Pindarum* et *Callimachum*. *Observavit quoque Spanhem. ad Callimach. in Poll. 73.*—322. *tenens* Mentel. pr. *de clara Erf.* a stirpe Rom. cum uno *Pieriano*, Gud. et sec. Moret. vid. ad *En. 1, 19.*—324. *an quo Menag. noster Medic.* a m. pr.—325. *quis me quart.* Moret. *videbas* Goth. sec., *perpetuo lapsu.*—327. *pecorum* tres apud Burm. et aliquot apud Pier.—328. *extuderat* quinque Burm. *excuderat* Ven. et duo Martin. cum vett. edd. *excuderat* unus Mead. Hoc *extendere*, *invenire*, *parare*, *vidimus* iam v. 316 et 1, 183. *temptanti*, *extuderat* Rom.—331. *duram in vitis Medic.* a m. pr. *in vitis*

## NOTE

giebat ille Tempe, ubi degebat; ut ad caput, sive fontem Penei fluvii, qui matris sue Cyresses pater erat, excurreret, quasi ad maternam domum. *De Aristæo supra*, v. 288. et *Ge. 1, 14.*

328 *Thymbraeus*] Apollinis cognomen, a Thymbra Troadis oppido, ubi templum ejus celebre, in quo ferunt

Achillem a Paride fuisse occisum.

329 *Stabulis inimicum ignem*] Vel incendium, vel potius sacrum illum ac pestiferum ignem, de quo Ge. 111. 566.

331 *Bipennem*] Securum utrimque acutam, a bina penna: nam pinnæ sunt quedam fastigia; ut summitates in templis, quæ vocantur pinnacula.

Tanta meæ si te ceperunt tædia landis.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti  
Sensit : eam circum Milesia vellera Nymphæ  
Carpebant, hyali saturo fucata colore ;  
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,  
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla ;  
\* Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,\*  
Cydippeque, et flava Lycorias ; altera virgo,

335

impræ validam securim in ritæ : si tanta negligentia meæ gloria cepit te.  
At mater percepit sonum vocis e cubiti profundi fluvii : circa eam Nymphæ nebant Milesiam lanam, tintactam multo colore vitri : et Drymo, et Xantho, et Ligea, et Phyllodoce, quarum como subtæcens diffusa erat per colla candida ; Nesæ, et Thalia, et Spio, et Cymodoce, et Cydippe, et flava Lycorias ; altera adhuc virgo, altera

\*\*\*\*\*

Gud. in tituli Zalich. in vires Goth. pr. bipinnem Rom.—333. thalemos alter Menag. thalamo sonitum Franc.—334. Sensit vett. aliquot apud Pierium. Melesia Gidian. terbera Medic. a m. pr.—335. satyro Rom. et tres apud Burn., et sic Serv. ac Philargyr. vid. ad Ge. II, 197. ritæ, viridi, hilari, a nonnullis lectura suis Cerda colligitur. phaucata Goth. pr.—336. E Græco : Δρυμός τε, Χανθός τε, Λύγεια τε, Φυλλοδέντη τε. Drymo, Drama, Dremo vid. apud Burn. Xanto alii, et Legea. Phyllodoceque Heins. depositi et pr. Mentel. et novem aliis ; vulgo Phyllodoceque, quod tuerit Rom. Medic. alii, item Macrob. Sat. v, 17, nec, cur mutantum fuerit, video : nam Φυλλοδότη rationem habet grammaticam ; Φυλλοδότη ei adversatur. Scribitur etiam Philledoce, Philidice, Philiidice, Phyledoce.—337. Ante hunc sequens versus ponebatur in Goth.—338. Νησαιη, Στρεια τε, Θελεια τε, Κυμοδόη τε : fere ut in Iliad. 2. 39. Niseque apud Macrob. Sat. v, 17. Alii : Neseque, Niseæ, Nisæi, Nesa, Nisea, Niseque, Nisea Epioque. Porro Theliaque, Taliique, et Chimodoceque, Cymidoceque, Cynodoceque. Totus versus abest ex optimis Rom. Medic., aliquis plurimis, etiam Mead., et potest ex Æn. v, 826 hoc tractus esse videri, ejactus quoque a Brunck. et in ed. Parmensi Bodon.—339. que post Cydippe a Medic. et plurimis abest. Lycoris alternaque Rom. Lyceris

#### NOTÆ

334 Milesia vellera] Pretiosa, ex urbe Miletio, in finibus Ionie et Cariae. Species est pro genere.

335 Hyali colore] Vitreo, inter cœruleum et viridem medio : ab ἀνθεῖ  
vitræ.

336 Drymoque, &c.] Nympharum nomina partim ex Homero l. xviii. 30. partim ex Hesiodio in Theogon. 245. Drymo, a δρύμος σύντα quercea. Xantho, a κανθή flava. Ligea, a λιγεῖα canora. Phyllodoce, a φύλλον folium, et δέχομαι capio. Nesæe, Νησαιη, a νῆσος insula. Spio, a σπείων

speluncæ. Thalia, a θάλλα floreo. Cymodoce, a κῦμα unda, et δέχομαι capio. Cydippe, a κύδος gloria, et ίππος equus. Lycorias, a λύκος λύρα. Clio a κλέος laudo. Ephyre, a φύρω rigo. Opis, ab ὄψις, ardens, et δύσης, cultus. Deiopœia, a δύσης, ardens, et δύσης, vox. Asia eadem appellatur, adjectivo nomine, quia ex Asia palude, de qua Ge. i. 338. Clymene, a κλύμενη, audito. Arethusæ, primo venatrix et Diana comes, tum sagittis et venatione dimissa, ab eadem mutata in fontem. Ecl. x. 1.

- Altera tum primos Lucinæ experta labores ; 340  
 Clioque et Beroë soror, Oceanitides ambe ;  
 Ambæ auro, pictis ineinctæ pellibus ambæ ;  
 Atque Ephyre, atque Opis, et Asia Deiopea ;  
 Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
- Inter quas curam Clymene narrabat inanem 345  
 Vulcani, Martisque dolos et dulcia furta ;  
 Aque Chao densos Divum numerabat amores.  
 Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa  
 Devolvunt, iterum maternas impulit aures

*jam passa primam difficultatem partus ; et Clio, et soror ejus Beroë, ambe Oceanii filiae, ambe vestite auro, et versicoloribus pellibus, et Ephyre, et Opis, et Asia Deiopeia, et velox Arethusa, sagittis denique depositis. Inter quas Clymene narrabat variam solicitudinem Vulcani, de custodienda Venere, et fraudes, jucundaque furta Martis ; et numerabat frequentes amores Deorum ab usque Chao. Quibus cantilenis intentæ, dum versant fusis molles lanas, rursum querela Aristai percult aures*

Goth. pr. et al.—340. *primum alter Menag.* Zulich.—342. *invicte Erf.* *incinctæ vestibus alter Rottend.*—343. *Ephyra Medic.* *Ephyre Goth. pr. et Asia Heins.* post Pierium e Medic. et pluribus. *atque vulgo.* Post *Asia* inserunt et Aldd. Junt. et aliae. *Deiopeia, Dipea, Diopcea* alii. Est *Δηοπεια*. Hiatus est post *Ephyre.* §§<sup>o</sup> *Eφύρη*, §§<sup>o</sup> *Ωνης*.—344. *At tandem Medic.* *velox positis Schol.* Statii Theb. i, 271.—345. *Clymene curam Erf.* *curas inanis Gud.* et unus Pierii. refixit Wakef.: *Inter quas Clymene curas narrabat inanis*: ad Lucret. v, 1430. coll. iii, 117. *narravit Goth. pr. mandabat Erf.*—347. *Atque vitium edd.* Elzev. ante Heins., quem vide et Pierium. conf. ad Ecl. vi, 63. vii, 13, ubi Serv. *Eque Chao laudat*; et enumerabat. *Atque chadens os Roman.* *Divum densos Erf.* *narrabat unus Mead.* cum edd. Ven. 1476. 1482 et Erf.—348. *fusis dum Gud. tert.* Rottend.—350. *vitreisque in sedibus alter*

## NOTE

340 *Lucina*] De hac partuum præside Dea, Ecl. iv. 10.

345 *Curam inanem Vulcani, &c.]* Venus Vulcani conjux Martem amavit; in adulterio deprehensa est a marito; et subtilissimis vinculis cum adultero irretita, Deorum ludibrio exposita est. *Curam inanem Vulcani* appellat, sive in custodienda uxore, sive in eadem irretienda: neque enim illa vincula opprobrium Vulcani sustulere, sed evulgavere. *De Vulcano,* Ge. i. 295. *De Marte,* Ecl. ix. 12.

347 *Aque Chao*] Ita restituit Hein-sius ex antiquis MSS. cum antea le- geretur: *Atque Chao, Eque Chao.*

Chaos, indigesta moles, ex qua omnia eruperunt: vulgo numeratur inter ea nomina, que per casus non declinatur; tamen hic ablativus est *Chao*. Sensus est: Narrabat Clymene amores Deorum, incipiens, vel a prima mundi formatione, vel ab ipso Chao, qui primus Deorum fuit, juxta Heiodum in Theogon. v. 116. ubi Deorum progenitores constituit, *Chao, Tellurem, et Amorem*.

348 *Mollia pensa*] Manipulos lance. *Pensum*, vel a *pendo*, quia pendet e colo: vel potius a *pendo*, quia appenditur, et cuique assignatur cum mensura et pondere.

- Luctus Aristæi, vitreisque sedilibus omnes  
Obstupuere; sed ante alias Arethusa sorores  
Prospiciens, summa flavum caput extulit unda.  
Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,  
Cyrene soror, ipse tibi, tua maxima cura,  
Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam  
Stat lacrymans, et te crudelem nomine dicit.  
Huic percussa nova mentem formidine mater,  
Duc, age, duc ad nos; fas illi limina Divum  
Tangere, ait; simul alta jubet discedere late
- 355

*matris, et omnes e vitreis sedibus obstupuerunt: sed ante alias sorores Arethusa prospectans, extulit flavum caput e superficie aquæ. Et procul dixit: O Cyrene soror non frustra obstupfacta tanto luctu; ipse maestus Aristæus, tua maxima cura, astat tibi lacrymans ad fontem Penei patris sui: et te appellat nomine crudelis. Huic respondit mater, percita mentem novo timore: Age, duc illum ad nos; licet illi ingredi in domum Deorum. Statimque jussit ut aquæ late dividenterur,*

.....

Rottend. *vitreis quoque s. Reg. Martin. vitreis binis syllabis. amæs Medic.* —351. *Obstupuere Rom. Medic. cum aliis melioribus, ut toties quoties vidi-*mus.—352. *flavum dudum editum a Naugero et ab Egnatio et hinc in vulg. firmavit Heins. e scriptorum omnium cum Roman. et Medic. consensu. Alld. pr. et sec. et hinc aliae nonnullæ placidum, repetitum ex Æn. I, 127. conf. sup. v. 319. summaque sum caput Leid.* —353. *Et procul, at gemitu Leid. Atque procul gemitu Zulichem.* —355. *Penei genitoris. Vitiosam lectio-*nen metrum prodit, quod sagacissimus metri exactor, Jo. Schrader., monuit Emendatt. præf. p. xxii. *Est enim Πρεοῦ ex quo poëtarum usu trisyllabum Latine fit, ut ex Ἀβελοῦ Αἴνεα. Nec nisi seriores poëtæ in his licentius ver-*santur; vide v. c. Sammon. et ibi nuperum doct. editorem Ackermann. pag. 23. *Multa quidem ad diluendam causam poëtæ attulit Ouwens Noct. Hag. p. 607 sq. conf. p. 286. (Si defendere vellem, equidem laudarem Horatianum Pompei, meorum prime sodalium Carm. II, 7, 5.) Alia petita sunt ex obseruatione aliorum in re metrica, quæ et ipsa a regulis recedunt; hoc est culpam culpa dissolvere; alia sunt diversa. Si v. c. ut ap. Nemesian Cyneg.* 273 *Nerei occurrit disyllabum; est hoc a Νηπε, Νηπός, unde Νηπέος, Νηπέος. De Belidea conf. ad Æn. II, 82. Unus esset modus Penei disyllabum defendendi, si dixeris, pro Πρεοῦ dictum quoque esse Πρεός, ut tot alia in eos:* v. c. τάρπεος, Hesiод. Sc. Herc. 104, et communī usu alia, ut σιθρέος, σιθρέος. Αλύεας et Αλύεας. Abelæs et Abelæs, unde Εκκεδα: Æn. I, 157. Ita saltē legerem in Theocr. xxv, 16 Πρεοῦ δημητρα τῆφος. In poëta nostro prochive est suspicari, Penei ex glossate profectum esse in locum epitheti, quo voc. genitoris ornatum erat. Quale tamen illud fuerit, nemo facile assequetur. Bentlei. ad Lucan. III, 191 magni g. emendabat; Wakef. *Penei patria ad v.* vox tamen tam plana hand facile excidisset, et pari iure vicena alia subtitui possent.—357. *Hic pr. Rottend. Goth. sec. Hinc Ven. unus Arundel. unus Mead. Erf. vett. edd. percusa vulg. ante Heins. Monuerat jam Pierius.* —358. *Duc age duc. Secundum Rhemnum Palæmonem scripserat Virgilius Duce v. Wakef. ad Lucret. II, 484.—369. discernere alter Menag.* descendere

## NOTÆ

358 *Fas illi, &c.] Quia Deo patre, matre Nympha genitus est.*

Flumina, qua juvenis gressus inferret. At illum 360  
 Curvata in montis faciem circumstetit unda,  
 Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.  
 Jamque domum mirans genetricis, et humida regna,  
 Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes,  
 Ibat, et, ingenti motu stupefactus aquarum, 365  
 Omnia sub magna labentia flumina terra  
 Spectabat diversa locis, Phasimque, Lycumque,  
 Et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus,  
 Unde pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta,

*qua juvenis dirigeret passus: at aqua accumulata in speciem montis cinxit ipsum, et excepit magno gremio, et admisit intra fluvium. Jamque ibat admirans dominum matris, et regna liquida, et aquas clausas in receptaculis, et sylvas resonantes: et stupefactus magno motu aquarum, considerabat omnes fluvios labentes sub magna terra, distinctos locis, et Phasim, et Lycum, et fontem, ex quo Enipeus emittit se primo, et ex quo pater Tiberis, et ex quo fluvius Anio, et Hypanis strepens*

unus Mead.—360. *quia juvenis* Gud. a m. pr. *qua juveni* Heins. conj. *ad illum* Gud.—361. *in montis speciem* Medic., soleuni permutatione. *in faciem montis* fragm. Moret. Parphas. *in molis speciem* Codex Macrob. Sat. v, 3. *facie* Erf.—363. *genetricis* Rom.—367. *Spectabat* Menag. pr. *Phasin* Goth. pr. cum al.—368. *primum se erumpit* Medic. *primum eruptit* Regius Martini. *primum erumpit* pr. Rottend. duo Moret. pr. Voss. Ita Pierii Medic. a m. pr. et Oblongus, item Goth. sec. *primum eruptit* pr. Voss. et unus Mead. At vulgatam lectionem, *primum se erumpit*, confirmat Medic. cum aliis. v. Ge. i, 446. III, 428. Laudat Burm. Brouckh. ad Tibull. IV, 1, 86 et se ad Grat. Cyneg. 432. Eodem alludunt alii libri: *se primum erumpit* Zulich. *primum se rupit* Romanus, Gud. Franc. et Toll. *primum se eruptit* Arusian. Messius recitat, et sic pr. Mentel. a m. pr. Cantabrig. et Ed. Ven. 1475. *primum se rupit* tert. Rottend. *Enipheus* plurimi. v. ad Ovid. Met. I, 579. VI, 116, Burm. *Enithetus* unus Mead. At est *Eriphetus*.—369. *Unde caput* unus Mead.

## NOTE

364 *Speluncisque lacus clausos, &c.]* De fluviorum origine duas sunt opiniones præcipue; altera Platonis, altera Aristotelis. Plato eorum commune receptaculum intra terræ viscera conditum putat; quem hic sequitur Virgilus: Aristoteles e mari profluere existimat, quem sequitur Homerus l. XXI. 195. Adit igitur Aristaeus matris domum in illo communis receptaculo. *Lucus sonantes* appellat poëta herbas in flaviis et lacubus magna copia enascentes, quæ aquarum interstreptum motu agitantur.

367 *Phasimque, Lycumque, &c.]* *Phasis*, fluvius nobilis in Colchide, oriens in Armenia montibus, in pontum Euxinum labens: circa quem frequentes aves, inde dicti *Phasiani*, *faisans*. *Lycus*, multiplex: præcipuus in eadem Colchide. *Enipheus* in Thessalia, Pharsalicos campos irrigans. *Tiberius* et *Anio* in Italia. *Hypanis* in Scythia. *Caicus* in Mysia. *Eridanus* in Italia: de eo Ge. I. 482.

368 *Se erumpit]* Sic Lucretius l. IV. 1108. ‘*se rupit venis collecta cupidus*’

|                                                |     |
|------------------------------------------------|-----|
| Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Caicus,    | 370 |
| Et gemina auratus taurino cornua vultu         |     |
| Eridanus: quo non alias per pinguia culta      |     |
| In mare purpureum violentior effluit amnis.    |     |
| Postquam est in thalami pendentia pumice tecta |     |
| Perventum, et nati fletus cognovit inanes      | 375 |
| Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes    |     |
| Germanæ, tonsisque ferunt mantelia villis.     |     |
| Pars epulis onerant mensas, et plena reponunt  |     |

*inter saxa, et Caicus Mysie, et Eridanus deauratus circa duo cornua taurini vultus, quo nullus alias annis rapidior currit per agros fertiles in mare splendidum. Postquam pervenit in tecta cubiculi structa e pumice impendente, et Cyrene cognovit immoderata lamenta filii: sorores per ordinem invenerunt aquas manibus, et offerunt mappas corrasis pilis: pars onerat mensas cibis, et ponit pocula plena vino; altaria*

\*\*\*\*\*

*Armena Franc. Versum 370 præmittere volebat prior Jo. Schrader., ut juncta essent Italie flumina: *Unde pater Tiberinus—Et gemina—Eridanus:* nec male. Idem vir doctus hærebatur in iterato voc. *Unde—unde—unde.* Exemplum simile Valer. Flacc. iv, 570. 571. 1, 219. 220.—370. *Saxosumque, so-*  
*nana Rom. Oblong. et Medic. Pierii, inter Heinianos Medic. Gud. et alii non pauci; sed perperam. vid. Heins. ad Aen. III, 70. conf. Serv. et Philarg. Vulgatum haud dubie doctius et exquisitus est. *Hypanus* duo Burm. *Menos, Mius* duo Pierii, Goth. sec.—371. *Taurino corpore Medic. a m. pr. rotlo Gud.*—373. *effluit secundum Romanum et aliquot Pierii libros, item Medic. Gud., reposuit Heins. influit vulgo. influit Leid. a m. pr. violentius Toll.*—374. *inter thalami Zulich. splendens legit Valesius, sed refutatus a Brouckh. ad Pro-*  
*pert. III, 2, 28, notante Burm. pumice, pumice scribitur.*—375. *et aberat Medic. a m. pr. et Regio Martin.; idem fletus. fletus Goth. sec. names Bur-*  
*mannus reposuit, pro names, ne ambigua esset lectio; præferrem sic names,* si semel prisca sequenda sunt. Codices utrumque exhibent.—377. *mantelia* Heins., ut omnes vetustiores. *mantilia vulgo.* vid. ad Aen. I, 702. Salmas. ad Scriptores Hist. Aug. sepius.—378. *Parce quart. Moret. Pars onerat epu-***

## NOTÆ

371 *Et gemina, &c.]* Tauri forma a poëtis vulgo fluvii omnibus attribuitur; unde Horatius Od. iv. 14. ‘Sic tauriformis volvitur Aufidus.’ Id autem fit, vel quia fluvii aquarum pleni mugitum taurorum imitantur; vel quia terram sulcant instar boum; vel quia flexuosos dividuntur in alveos, qui vocantur *corma*. *Auratus* dicitur Eridanus, maxime propter stellas, quibus in celo insignis est; est enim astrum hujus etiam nominis. *Gemina corma]* Quia etsi in plura, tamen in

duo præcipua dividitur.

372 *Pinguia culta]* Vide supra v.  
126. *Flaventia culta.*

373 *In mare purpureum]* Poëtae purpureum dixerunt, quicquid nitet ac splendidum est: quale est *mare*, Sole præsertim affulgente. Catullus *qnercus ramos purpureos* appellavit: Albinovanus ad Leviam, *purpuream* nitem: Horatius, *purpureos olores*.

374 *Pendentia pumice tecta]* Pumex, lapis ob foraminum multitudinem levissimus, *pierre-ponce*.

Pocula; Panchæis adolescent ignibus aræ;  
 Et mater, Cape Mæonii carchesia Bacchi; 380  
 Oceano libemus, ait. Simul ipsa precatur  
 Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores,  
 Centum quæ sylvas, centum quæ flumina servant;  
 Ter liquido ardente perfudit nectare Vestam:  
 Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit. 385  
 Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa:  
 Est in Carpathio Neptuni gurgite vates  
 Cœruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor

incenduntur ignibus thureis. Et mater ait: Accipe duo pocula vini Lydii, hoc offundamus, in honorem Oceani. Simul ipsa orat, et Oceanum parentem rerum, et Nymphas sorores suas, quæ tuentur innumeris sylvos, et inumeros fluvios. Ter respersit ardente flamman puro vino; ter flamma supposita emicuit ad usque summum tecti. Quo omne corroborans animum illius, sic ipsa incipit: In Carpathio sinus maris vates est, Proteus cœruleus, qui perambulat magnum

lis mensas Parrhas.—379. *Panchæis adolescent pinguis Medic.* a m. sec., quasi pingua sint ungaenta, fere ut *densus pingue* Ge. III, 124. vid. Heins. *adolescent* Serv. ad Ge. II, 139. *Sabæis Leid.* aëre Menag. Tentat versum Wakef. ad Lucret. II, 416.—383. *et post sylvas Rom.*—384. *perfundit Medic.* Menag. pr. Moret. alt. unus Mead.—385. *sublata Medic.* a m. pr. et Gud. *subiecta Moret.* quart. cum fragm. Moret. Zulich. conf. ad Ge. III, 241.—386. *firma Medic.*; f. pro *firmata*, conj. Heins. *formans Gud.* a m. pr. *ipse ed.*, quam Heins. tractabat, vitium.—388. *qui passibus Zulich.* *piscibus* nimis tenue et exile esse videtur. Miror, Heinsium, qui toties *pistres* vel *pistrices* induxit, h. l. non

## NOTE

379 *Panchæis adolescent, &c.]* Nullum fere convivium apud antiquos abeque re sacra et libatione: vide En. I. 727. De thure Panchææ regonis in Arabia Ge. III. 139. De libatione, Ecl. VII. 33.

380 *Mæonii carchesia Bacchi]* Carchesium ex Atheniso, est poculum oblongum, circa medianam partem mediocriter compressum, ansis a summo ad infimum pertinentibus. *Mæoniam* vinum, id est Lydium; Lydia enim, Asia Minoris regio, prius Mæonia dicta est, arboribus fere carens, et vite comita, ex Strabone I. XIII.

382 *Oceanumque patrem rerum]* Ex Orpho et Homero, multis locis; eorumque philosophorum sententia, qui,

Thalete Milesio duce, ex aqua putabant constare omnia: Cicero meminit Academ. II.

384 *Ter . . . . nectare Vestam]* De mysteriis numeri ternarii, Ecl. VIII. 75. De *nectare*, quod hic pro vino sumitur, Ecl. V. 71. De *Vesta Dea*, quæ hic pro igne usurpatur, Ge. I. 498.

387 *Carpathio]* Pars Mediterranei Maris, *Carpatho* circumjecta: quæ insula est, obversa Ægypto, inter Cretam et Rhodum media; hodie Scarpanto. De *Neptuno*, Ge. I. 14.

388 *Proteus]* Neptuni et Phœnices, vel Oceani et Thetyos filius: Ægyptius genere, juxta Homerum; sed juxta Virgilium ex peninsula Pallene, quæ est in Macedonia, inter sinum

- Et juncto bipedum curru metitur equorum. 390  
 Hic nunc Emathiae portus patriamque revisit  
 Pallenen; hunc et Nymphæ veneramur, et ipse  
 Grandævus Nereus; novit namque omnia vates,  
 Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.  
 Quippe ita Neptuno visum est: immania cuius  
 Armenta et turpes pascit sub gurgite phocas. 395  
 Hic tibi, nate, prius vincis capiendus, ut omnem  
 Expediat morbi causam, eventusque secundet.  
 Nam sine vi non ulla dabit præcepta, neque illum  
 Orando flectes; vim duram et vincula capto

*mare inventus pisibus, et curru equorum habentium duos pedes. Hic nunc revisit portus Emathia, Pallenengue patriam: hunc nos Nymphæ veneramur, hunc et ipse Nereus senior colit: cum enim sit vates, cognoscit omnia, et quæ sunt præsentia, et quæ præterita, et quæ post imminente futura. Nam sic placuit Neptuno: cuius dicit sub mari magnos greges et phocas infames. O nate, ille primo tibi stringendas est catenis, ut explicet tibi omnem originem morbi, et det bonos successus. Quippe nulla dabit tibi consilia, nisi coactus, neque vinces illum precondo. Quando*

idem tentasse. Saltem præstat pistribus vel pristibus.—389. *Ejuncto* Zulichem. *Evinco* Parrhas. unus Mead. cursu Goth. sec.—390. *Hinc* alter Mentel. remisit Menag. pr.—391. *Pallenem* Zulich. *Pallentem* Goth. pr. *Pellenen* Medic. a m. pr., solita permutatione urbis Achaiæ cum altera terræ Macedonia, olim Thraciæ. cf. Valk. ad Theocr. p. 352. et abeat a Rom. *venerantur* Reg. et unus Arundel. cum Ed. Paris. 1494. *ipsi* Medic.—393. *sunt* Zulich. et unus Mead. *que* fuerant Leid. pr. Moret. unus Arundel. *trahentur* Medic. a m. pr. *trahuntur* Gud. a m. pr. Franc. Reg. Martini. *sunt* et *trahuntur* etiam edd., inter has Argent. *sequantur* Gud. pro div. lect., et *sequentur* Macrob. Sat. 1, 20.—396. *gnate* alii, et sic aliquæ ante Heins. *capiendus* itidem ante Heins., ut Medic. et alli. *capiendis* vincis Rom. *undis* *capiendus* Leid. *carpendus* Toll. *captandus* Erf. et *omnem* Gud. a m. sec. Mentel. tert. Goth. pr.—397. *Expediant* Rom. *secondet* Zulich.—398. *Non sine vi non nulla* Zulich. *Non sine etiam* alter Rottend. *dabit* responsa Probus Arte Grammat. lib. 1, ex interpretatione. *neque ipsum* pro div. lect. Gud.—399. *flectes*, quod ubique editur, Rom. cum aliis Pierii, Mediceus Foggini, Gud. duo Rottend. *vinces* reliqui Heinsiani, duo Burm. cum Ed. Ven. Medic. Pierii et Erf., quinque apud

## NOTÆ

Thermaicum et Toronaicum. Regnavit in Ægypto, ex communi opinione; ex Platone, ibidem sophista fuit; ex Luciano, histrio: unde enim, quas vellet, induisse formas et mutasse memorant. Aliut et hunc fuisse pastorem Neptunii pecoris, nempe phœcarum; et Neptunum, ejus in gratiam, e quodam Pallenes hiatus speluncam sub mari fecisse, qua illum in

Ægyptum usque secum perduxit.

389 *Et juncto bipedum, &c.]* Eosdem et pisces et equos appellat, sed bipedes; equos videlicet marinos, qui pedes duos partemque corporis anteriorem habent equorum, posteriore desinunt in pisces. *Emathia, Macedonia* est, Ge. 1. 490. *De Pallene* mox diximus. *De Nereo*, Ecl. VI. 35.

- Tende ; doli circum hæc demum frangentur inanes. 400  
 Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus,  
 Cum sitiunt herbæ, et pecori jam gravior umbra est,  
 In secreta senis ducam, quo fessus ab undis  
 Se recipit; facile ut somno aggrediare jacentem.  
 Verum, ubi correptum manibus vinclisque tenebis, 405  
 Tum variae eludent species atque ora ferarum.  
 Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,  
 Squamosusque draco, et fulva cervice leæna;  
 Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis  
 Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit. 410  
 Sed, quanto ille magis formas se vertet in omnes,  
 Tanto, nate, magis contendere tenacia vincla :

*ceperis illum, injice illi rim durorum vinculorum : contra hæc vincula fraudes ejus  
 iniustiles cedent. Ego ipsa, cum Sol calcfererit medium diem, cum herbae siccae sunt,  
 et umbra jam jucundior est gregibus, ducam te in latebrus senis, in quas se recipit e  
 meri fatigatus ; ut facile invadas eum stratum somno. Sed cum tenebris illum com  
 prehensum manibus et vinculis ; tunc variae figuræ et cultus belluarum te decipient.  
 Num repente apparet sus horribilis, et seva tigris, et serpens squamus, et leane  
 rufa capite ; aut emittet stridorem acutum flamma, et sic expedit se e vinculis, aut  
 effugiet solutus in aquas tenues. Sed quo magis ille mutabit se in omnes figuræ ;  
 o magis, o nate, constringe vincula retinientia ; usque dum evadat talis transformata.*

\*\*\*\*\*

Martin. Goth. sec., quod Burmannus pro vero habebat, alterum pro inter  
 pretamento.—400. *doli* *demum* *circum* *hæc* *fruisse* in edd. ex Pierio appetet.  
*dolis* *circum* *hac* *demum* *franguntur* Roman.—401. *acciderit* unus Mead.—402. *est*  
*abest* a Gudian. a m. pr. Moret. quart. vid. ad Ecl. VIII, 16. *unda* Gud.,  
 quod Burmannus defendi posse putabat ; at fluxit illa ex undis vers. sequ.—  
 403. *in* *undis* Ven.—404. *adgrediare* Mentel. pr. *summa* *agrediare* Goth. pr.—  
 406. *manicis* Moret. pr., et sic conjecterat Vir doctas. At corripi *manibus*,  
 non *manicis*, dici contendit Burm. h. l. et Vir doctas Obas. Miscell. Vol. I,  
 p. 3; quidni tamen et hoc recte dicatur ! ut inf. 409 *manicisque* *jacentem* *Oe  
 cupat*. Tum vero quid viros doctos adegit, ut jongerent *correptum* *manicis*?  
 Jungenda erant *manicis* *vinclisque* *tenebris*: atqui hæc duo jungi solent : ut *Aen.*  
 II, 146, 147. *Sil. Ital.* xv, 141. Verum h. l. unius codicis lectio auctoritarum  
 non habet satis gravem, nec quicquam impedit *manus* proprie h. l. dictas.—  
 406. *eludent* Hein. secundum meliores, Medic. et al., etiam apud Pierium et  
 Martinum cum Goth. sec. ex edd. Brix. Quorsum item referas eludent in  
 Oblongo, et tribus Heiniani, et *Iudicii* Roman. At vulgo editum illudent, sicut  
 illudunt ; quod est ad vulgarem rationem, idoneum tamen et ipsum.—407. *atra*  
*tigris*: mirum epitheton. Sunt tigres variae, maculose. Serv. interpretatur  
 “ *seva*.” Jul. Sab. “ *venenosa tigris et seva*.” Saltem dicendum : serpen  
 tes dici atros Ge. I, 129 v. Bentl. ad Horat. II Serm. 8, 96 ab atro veneno ;  
 hinc atrum omnino esse pro *sevo*. Sed atrum omnino quod terrorem facit :  
*atra* *venenista* ap. Ovidium. *atra* *Erianyes*. Valer. Fl. II, 206 *atraque genis*  
*pallentibus Ira*. Jo. Schrader. conj. *hirta*, quod non minus insolens.—410. *fe  
 nui* multi. *in aqua tenue* Leid. *habebit* Medic., subnotato h. ex *habebit*, ut in  
 Romano.—411. *vertit* novem apud Burm. duo apud Martin. Goth. pr. *vertat*  
 Erf.—412. *Sed quo nate magis fragm.* Moret. *Laudat* Burm. *Donat*. *ad Tb-*

Donec talis erit mutato corpore, qualem  
Videris, incepto tegeret cum lumina somno.

Hæc ait, et liquidum ambrosiæ diffundit odorem: 415  
 Quo totum nati corpus perduxit; at illi  
 Dulcis compositis spiravit crinibus aura,  
 Atque habilis membris venit vigor. Est specus ingens  
 Exesi latere in montis, quo plurima vento  
 Cogitur inque sinus scindit sese unda reductos; 420  
 Deprensis olim statio tutissima nautis;  
 Intus se vasti Proteus tegit objice saxi.

*corpore, qualem expeneris, cum somnus inceptus clauderet oculos. Hæc dixit, et sparsit liquidum odorem ambrosiæ, quo perenxit totum filii corpus; at illi suavis odor exiret e capillis sanctis, et conveniens relar indutum est membris. Est ingens entrum in latere montis excavatus; quo plurimi fluctus peluntur vi ventorum, et fundantur in sinus replicatos; quod est aliquando receptaculum tutissimum nautis periclitantibus. Preciosus occulat se intus objectu ingentis saxi. Hic Nympha con-*

rent. Heeyr. III, 4, 3. Tinctum nate magis legi, notatur in Servianis. gnate fluxit e recente. edd.—414. incepto—*somno* videri potest paulo jejunius dictum; quod observatum quoque Reikio erat. Proclive est, reponere incerto, qualis primus somnus est. At male hoc fieret. Habemus enim AEn. XII, 833 inceptum furorem. IV, 316 inceptos hymeneos. VI, 498 inceptus clamor; et sic alia aliis locis.—415. Hoc Moret. sec., Hic qu. Mox diffundit Heinsio debetur, qui Medic. Gud. et Menag. utrumque pro se laudat. Addi possunt alii, ut Goth. sec. diffundit Reg., interque Mead. Erf. et edd. inde ab Aldd. diffundit Heins. ex edit. landat neacio qua; siqueque multi codd. præfertque id Wakef. ad Lucret. IV, 88. defendit Mentel. et Rottend. defendit Leid. et Goth. pr. At Rom. deponit et mox corpus perfudit e glossa, ut Barm. docuit. ambrosia vel ambrosia Rom. et al.—416. Quo tactum fragum. Moret., concinne omnino, inquit Heins. Quod totum alter Menag., male. persuasit Ed. Ven. perfudit Rom. et Vratial. producit Franc. produxit Erf. et Jul. Sab. perducere, voc. mex a medicis adoptatum: quo aliquoties Serenus Sammonicus utitur. Ausen. Mosella 112 Lubrica cervulus perducit fergora fascus de mustela. —417. naribus tert. Rottend. pro var. lect., male, Burmann. carus Rom.—418. Et species Franc. Rom.—419. lateri Rottend. in abeat a Medic. a m. pr. et Toll.—420. Versus iidem, sed variati, AEn. I, 160, 161 quibus omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.—421. Depressa Ven. et Cantabrig. gratissima Toll. ut AEn. V, 128 apricis statio gratissima mergis. statio felissima Goth. pr., non male; ut contra statio male fida carnis AEn. II, 23.—422. Inter aliquot, notante Martino. casti Ed. Norimb. obice in Rom. et

## NOTÆ

415 *Ambrosiæ*] Cibus est Deorum, Nectar potius: confunduntur tamen sœpe, ut hic, ubi *liquidus odor* dicitur ambrosiæ. Ecl. v. 71.

418 *Habili venit vigor*] Ut luctari facile posset cum Proteo, contra vincula oblectatur.

421 *Statio felissima*] Vel in ipso specu, vel in cacumine rupis, vel inter rupem ipsam, et continentem: videatur enim rupes non in littore, sed in ipso mari fuisse, non longe a littore; ideoque spatii satis rupem inter et littus fuisse interjectum, ut possent

- Hic juvenem in latebris aversum a lumine Nympha  
Collocat: ipsa procul nebulis obscura resistit.  
Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos                  425  
Ardebat; coelo et medium Sol igneus orbem  
Hauserat; arebant herbas, et cava flumina siccis  
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant:  
Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra  
Ibat; cum vasti circum gens humida ponti                  430  
Exultans rorem late dispersit amarum.  
Sternunt se somno diversæ in littore phocæ.  
Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,

*situuit juvenem in insidiis remotum a luce, ipsa remaneat procul latens in nube. Jam rapidus Sirius, comburens sitientes Indos, ardebat in celo, et Sol flammæus siccaværat medium orbem; herba arecebant, et radii urebant usque ad limum profunda flumina calefacta siccatis alreis: cum Proteus exibat e mari petens solitam speluncam: circa eum genus humidum magni mari exiliens spargit late aquam salam. Vituli marini afficiunt se praे somno separati in littore. Ipse Proteus (quemadmodum aliquando custos armati in montibus, cum Hesperus revocat vitulos e passione*

al.—423. *Hinc Gud. a m. pr. aversum Toll. adversus Vratisl. a limine Gud.* pro div. script. *a flumine Erf.* a omittunt tres apud Burm. Romanus et ple-  
riique apud Pierium, unus Mead. Goth. pr. *Nympha Moret. sec. Nympha* edd. nonnullæ.—424. *resistit* omnes vett. apud Pierium et Heins. et Martin. Fuit tamen in plerisque edd. *recessit*, ut est in Goth. pr. ex glossemate, quod jam expulerat Nauger. Ald. tert. conf. En. iv, 76. ix, 710 et inf. v. 490.—  
425. *rabidus*—*Sirius* scriptis Wakef. *rapido*—*celo* malit Heins., idem *sitientis* scriptat e libris et Prisciano pro *sitientes*. *Serius Rom.* et alii scribunt. *Indos*. Recete Jo. Schrader. querit: cur Indos nunc? agitur de Thessalia; et cur eos solos? Itaque conj. *agros*. *herbas* ex 402. Sane ornata poëtico *Indos* dixit, cum omnino homines vel terras memorare vellet poëta.—426. *Ardebat celo*, et distinguebatur ante Heins. sed, ut sepe dictum, alteri membro est vindicandum, id, quod pleniorum facit orationem; contra si plenius est prius membrum, alterum debilitatur et torpet. *medius* Sol Zulich.—427. *Auzerat fragm.* Moret. *ardebant* sec. Rottend.—428. *Fontibus* Zulich. pro div. lect., quod et Jo. Schrader. conj. Verum alterum doctius.—429. *patens* Goth. sec.—430. *circa* alter Moret.—431. *dispersit* Heins. e librorum consensu. Sic et Pier. et Martin. libri. *dispersit* pr. Rottend. *dispergit* vulgg. edd. et tres codd. apud Heins. Tuetur tamen hoc Medic. et Romanus.—432. *diversæ* Heins. plurium et meliorum auctoritate, quod dudum Nauger. in Ald. tert. intulerat. Adde Pierii et Martini libros. *diverso* alii cum vulgg. edd. in abest ab Edit. Venet. Burmannus laudat ad Ovid. Ep. XII, 145.—433. *in mon-*

## NOTÆ

illic stare naves, adversus vim ventorum, rupis objectu defensæ. *Olim*, aliquando, Ge. III. 303.

425 *Sirius Indos, &c.*] Significat calorem tunc fuisse vehementissimum, qualis est tempore meridianæ, per dies

*canicularæ*. Meridiem ista exprimunt, ‘medium Sol igneus orbem’, &c. Canicularæ dies efficit *Sirius*, stella in ore majoris canis; de qua, Ge. II. 358. *Indos]* Pro quibuslibet calentibus plagiis: de iis, Ge. I. 57.

Vesper ubi e pastu vitalos ad tecta reducit,  
Auditisque lupos acunnt balatibus agni, 433  
Considit scopulo mediis, numerumque recenset.  
Cujus Aristaeo quoniam est oblata facultas :  
Vix defessa senem passus componere membra,  
Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem  
Occupat. Ille suæ contra non immemor artis, 440  
Omnia transformat sese in miracula rerum,  
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.  
Verum, ubi nulla fugam reperit pellacia, victus  
In sese redit, atque hominis tandem ore locutus :  
Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras 445  
Jussit adire domus ? quidve hinc petis ? inquit. At ille :  
Scis, Proteu, scis ipse ; neque est te fallere quicquam ;

*ad stabulum, et cum agni auditi a lupis excitant eos balatibus) sedet in rupe in medio armentorum, et recognoscit eorum numerum. Siquidem offertur Aristaeo copia hujus capendi; vix passus senem disponere ad somnum corpus fatigatum, irruit in eum magno clamore, et incedit vinculis dormientem. Contra Proteus, non obtutus sua industrie, verit se in omnia prodigia rerum, et in ignem, et in bellum horribilem, et in annem fluentem. Sed postquam nulla fraus incepit modum fugiendi, rictus revertitur ad propriam formam, ac demum locutus est ore humano: At quis tibi, audacissime juvenum, imperavit ut tenires in meam domum? aut quid a me postulas? ait. Ille autem respondit: Scis; o Proteu, scis ipse; neque ullus*

*tibus altis Vratial.—434. vitulas fragm. Moret. in tecta Ven. Parrhas. reduxit unus Arandel.—435. Auditisque e Romano aliisque probarat Pierius; ad dicentibus Medic. et fragm. Moret., quibus adde Cantabrig.; recepit Heins. Auditique vulgo, verum et pro hoc Nanger. iam meliora dederat Ald. tert.—436. Considit Heins. post Rom. et Medic. a m. sec., quod Fogginus tamen non notavit; item Bodlei. et Cantab.; at Reg. Concedit. Vulgo omnes Concedit. vid. Heins. h. l. Ecl. v, 3. viii, 1. En. 1, 719. Ovid. Met. XIII, 780. recensit Gud. a m. pr. et Longob. recensit Giphian. e vet. cod. Ind. Lucret. p. 458.—438. senem est Ven.—439. manibusque j. Franc. vid. v. 405. vincisque Gud. a m. pr. cum quatuor, et Reg. Martini.—441. Omnia communit apud Nonium in mira spectacula Ven. vid. sup. v. 8.—442. fluviumque liquantem pr. Rottend. loquentem quart. Moret.—443. pellacia revocavit Heinsius; ut et multis aliis in locis. Ita uterque Mentel. fragm. Moret. tert. Rottend. v. Heins., item Pierian nounulli, inter quos Romanus esse videtur. Adde Philargyr., Goth. sec. a m. pr. phallacia Medic., et a m. sec. fallacia, ut vulgo omnes vulgari vocabulo. tenunt fallacia quart. Moret.—444. reditii Parrhas. Laudat varie Donat. ad Terent. Andr. III, 5, 15. Adelph. v, 3, 18. tandem est Rom., male.—446. Jussus alter Rottend. domus Heins. e Medic. et aliis, vulgo domes- hic petis Menag. pr.—447. Proteus, noto atticimo, MSS. Pierii et Rufinian.*

## NOTÆ

434 *Vesper*] Hesperus, stella Ve- 447 *Neque est te fallere quicquam*] neris; de qua, Ecl. vi. 86. Vulgo, cuiquam, pro nec licet cuiquam;

Sed tu desine velle. Deum præcepta secuti  
Venimus, hinc lapsis quæsitum oracula rebus.  
Tantum effatus. Ad haec vates vi denique multa      450  
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,  
Et graviter frendens, sic fatis ora resolvit:  
Non te nullius exercent numinis iræ.  
Magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus  
Haudquaquam ob meritum poenas, ni Fata resistant,      455  
Suscitat; et rapta graviter pro conjugæ sœvit.  
Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,

*potest te decipere. Tu vero cessa telle fallere me: obsecuti jussis Deorum venimus  
huc, ad petendum oraculum, quod medeatur dannis rerum nostrarum. Haec solem  
locutus est. Postea vates magno denique impetu defixit oculos cerulea luce corus-  
cantes; et minaciter collidens dentes, sic aperuit os ad fata evulganda. Atque  
Dei ultio te persequitur: solvis poenam magni aceleris: Orpheus, nequam prop-  
ter meritum miser, imprecatur tibi has poenas (nisi fata obstant) et atrociter furit  
ob conjugem sibi eruptam. Illa quidem virgo moritura, dum te fugeret currens*

de Schemat. Lex. p. 31. *quicquam Medic. et alii apud Heins., quem vide.* Etiam sic "alii" apud Servium, liber Romanus et Colot. Alias auctoritates addit Burm. ad Antholog. pag. 155. pretulit quoque Brunckius; et sic dudum ediderat Nangerius. *quenquam Moret. fragm. et ms. Brunck.. ut sit, quenquam fallere te.* Legebatur vulgo: *cuiquam*, que lectio haud dubie est magis perspicua; altera tamen habet auctoritatem criticam.—449. *hinc e Ro-*  
*man. et alii jam probatar Pierius. Firmabant meliores Heinsiani et tres Martiniani. Venimus huc vulgo. huic Toll. lassis Medic. et ceteri Heinsiani ple-*  
*rique. Sic et Oblongus Pierii et Goth. sec. hinc fessis Gud. pro var. lect.* Sed recte *lapsis* retinetur.—450. *Tandem Ven. Tantus ad hoc fatus Longobard.* At *hac* alter Rottend. *At fatus et hæc Medic. effatus* Goth. pr. *effatus* edd. nonnullæ. *et denique magna Erf.*—452. *sic vates Erf.*—453. *Multa nullius tert.* Mentel. a m. pr. et correctus in Mute; item in Regio, erasa litera *l.*—454. *lues* ante Heins., ut pars librorum habet, et inter hos Romanus. *commissa tibi alios* jungere, Servius notat.—455. *quamquam Franc. et Gudian. a m. pr. cum Erf.* *quodque Zulich.* *ad meritum, satis pro merito, conjectabam aliquando, cum Reiskio;* dum male jungham: *poenas suscitat haud quaque ob meritum*; itaque Manes Orphei placandi sunt: v. 545; et est & vos commissum, cuius poenas Furim expetunt, nec nisi expiatione facta recedunt. *nisi alt.* Rottend. *resistant* quidam. *resultant* quart. Moret.—457. *per funera tert.* Rottend. sed vid. Burm.—

## NOTÆ

Græca locutio: vide Ecl. x. 46. 'Nec sit mihi credere.'

454 *Orpheus]* Thrax: Calliope matre; patre, vel Apolline, vel Cæagrio Thracie fluvio. Ecl. III. 46. De Eurydice Nympha, nihil admundum narratur præter ea, que habet hic locus.

455 *Haudquaquam ob meritum poenas,* &c.] Triplex interpretatio. 1. Abra-

hami: *omnino præter meritum*, id est, majores quam tu meruisti. Non placet, quia antea Proteus *magna* vocavit ipsius *commissa*. II. Servii et aliorum: *non adhuc iuxta meritum*: id est, minores quam tu mereris. Sed sane videntur verba aliud sonare. III. Quam suggestit Taubmannus, refert hæc verba ad Orpheum: *mi-*

Immanem ante pedes hydram moritura puella  
 Servantem ripas alta non vidit in herba.  
**At chorus æqualis Dryadum clamore supremos** 460  
 Implerunt montes : fierunt Rhodopeiæ arces,  
 Altaque Pangæa, et Rhesi Mavortia tellus,  
 Atque Getæ, atque Hebrus, et Actias Orithyia.  
 Ipse, cava solans ægrum testudine amorem,

*juxta fluvios, non animadvertisit ante pedes alta in herba magnum serpentem degentem in ripa. At turba Dryadum quædem ætatis imploraverunt clamoribus summos montes: ploraverunt rupes Rhodopeiæ, et Pangæa altus, et Martia terra Rhesi, et Getæ, et Hebrus, et Attica Orithyia. Orpheus leniens cava cithara dolorem*

458. *hydram* sec. et quart. Moret. a m. pr.—459. *in umbra* Zulichem. a m. pr.—460. *æquæ Roman.* *clamore supremo* Romanus et alii Pierii: ut sit clamor ille in funere edi solitus; sed hæc Statii alicuius elegancia esset, non Virgilii; nam hic de discurrentium Nymphaarum ejulatibus agitur. Recte vulgatam confirmat Nonius in *supremo*.—461. *I. colles V.n. Parrhas.* *Rhodopæz* pr. Rottend., male. Est *Podoñios*.—462. *Antrage Pangæa* Zulich. Goth. sec. *Pangæa* Mentel. pr. *Panchea* Medic. *Pancheia* Franc. *Pantheia* Goth. sec. *Panchai* Rom., at sunt τὰ Παγγαῖα ὄρη. —463. *et Actias* Heinssius post Pierium omnium coddi consensu, paucis exceptis, qui vulgarem interpolationem sequuntur: *atque Actias*. Ratio eadem ac v. 343. *et Ethias Orithia* Franc. Toll. *Orithia* Goth. sec. *Hebrus* et *Orthyia* Rom. At Græcum foret: Ἡδὲ Γέραιος

## NOTÆ

*sorabilem nullo suo merito, et in hac haereo.*

458 *Hydram*] Serpentem in aquis, homidisque locis degentem, ab Ἀσωπῳ aqua.

460 *Dryadum*] Nymphaarum sylvestrii, a δρῦσι quercus. Ecl. II. 46.

461 *Fierunt Rhodopeiæ arces, &c.]* Enumerat varia Thraciæ loca, que Orhei dolore commota sunt. *Rhodope*] mons est, de quo, Ecl. VI. 30. *Arces*] Montes, rupes, ab ἄκρον summum: sic Ge. I. 240. ‘Rhipeasque arduus arces.’ *Rhodopeiæ arces*] Hiatus et contractio diphthongi longe, ante vocalem, Graeco more. *Pangæa*] Neutrum plurale, singulare masculinum est *Pangeus*, Thraciæ mons, in Macedonia confinio, Philippis urbi imminens.

462 *Rhesi Mavortia tellus*] Prolepsis est, sive anticipatio temporis:

Rhesus enim Trojani excidi tempore vixit; Orpheo igitur posterior. De *Rheo*, Thraciæ rege, Martis filio, En. I. 473. *Mavortia tellus*] Thracia, quia Mars in Thracia natus, in Rhodope monte, ex Jove et Junone. De *Getis*, populis Scythiæ ac Thraciæ conterminis, Ge. II. 115. De *Hebro*, Thraciæ fluvio, Ecl. X. 65.

463 *Actias Orithyia*] Erechthei Athenarum regia filia; rapta a Boreæ in Thraciam; ex eo peperit Calain et Zethen, quibus alæ deinde succrevunt. *Actias* dicitur, ab Attica regione. *Attica* enim ex Strabone I. IX. sic appellata est deformato nomine ab *Actia*; cum a veteribus *Acte* vocata esset, quia tota littoralis; autem autem est *littus*. *Orithyia*, vox quatuor syllabarum, quarum medie dñæ diphthongi sunt; ‘Ωρίθυια, unde versus spondiacus est.

- Te, dulcis conjux, te solo in littore secum, 465  
 Te veniente die, te decedente canebat.  
 Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,  
 Et caligantem nigra formidine lucum  
 Ingressus, Manesque adiit, Regemque tremendum,  
 Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. 470  
 At cantu commotæ Erebi de sedibus imis

*amoris, solum canebat te, o dulcis uxor, te deserta in ripa, te die oriente, te die occidente, solum canebat. Ingressus etiam Tænarias cavernas, quæ sunt portæ profundæ inferorum, et sylvam obscuram tenebroso metu, adiit Manes, et Plutonem timendum, et animos insuetos leniri precibus hominum. At umbræ tenues, cantu*

-----  
*"Epos id" 'Acrias' Opelthua.—466. Et dulcis Rom.—466. discendente editio vulgaris nescio quæ. Sicque Medic. Pierii; at meliores et libri et vett. edd. decedente. conf. Ecl. II, 67.—467. Tænarias Vratisl. fulces et rallez Pierius in libris vidit. *avia ostia* Medic. a m. pr., male. Vulgata est etiam ap. Schol. Statii et Horatii. v. Burm.—468. nigra testudine Vratisl., ex v. 464. Jo. Schrader. conj. ferragine, ut sepe de locis inferis, v. c. Culex 272. Nec minus tamen metus et formido.—469. que post manes abest a tribus Burm. manesque adit Rom.—471. Et Medic. Pierii a m. pr. cantum Rom. et al. apud Pierium, ut acciperetur *Ad cantum*, quod etiam Erf. habebat.—472. Umbræ*

## NOTÆ

467 *Tænarias fauces*] *Tænarus*, plur. *Tænara*: promontorium Peloponnesi, dividens sinum Messeniacum a Laco-nico: quod Græci fabulabantur adi-tum esse inferorum. Æn. VI. 237.

*Ditis*] Plutonis, qui Jovis et Neptuni frater, inferorum imperium sorte obtinuit: Proserpinam, Cereris filiam, rapuit, &c. Utrumque nomen a divitiis habet, quæ e terre visceribus effodiuntur: *Dis* quidem Latine dictus a *divitiis*; *Pluto* Græce a πλούτος, quæ vox idem significat.

468 *Nigra formidine lucum*] Sylvas in inferis etiam myrteas, aliaque constituit. Æn. VI. 444. ac deinceps. Et hic est enallage sive im-mutatio: *caligantem nigra formidine*, pro *caligantem nigredine formidabili*.

469 *Manes*] Sumuntur et pro mor-tuorum animis, et pro loco ipso inferorum, ubi animi degunt, et pro Diis ipsis inferorum. De iis ita philosophatur Apuleius lib. de Deo Socratis,

omnium, opinor, optime. Statuit, I. Animos illos generatim dici *lemures*. II. Ex his lemuriibus, qui posterorum curam sortitus, pacato et quieto nu-mine domum possidebat, *laræ* dici familiarem. III. Qui propter adversa-vitæ merita, nullis bonis sedibus, in terra quodam exilio puniebatur, inane terriculum bonis, noxiis malis, *larvæ* dici. IV. Cum incertum erat, quæ cuique sortitio evenisset, utrum lar esset, an larva; *Manes* Deum nuncupari, et honoris causa vocabu-lum esse additum. *Manes* porro dic-tos putant, vel a *manando*, quia ma-nant et discurrunt per auras; vel ab antiqua voce *manus*, hoc est *bonus*: unde et *mane* derivatum volunt. Re-liqua vide Æn. VI. 743.

471 *Erebi*] Juxta Hyginum, Deus est inferorum, ex Chao et Caligine progenitus, pater noctis: juxta alias, ipsa est inferorum profundissima se-des, ab ἐρέψιον tego.

- Umbræ ibant tenues simulacraque luce carentum :  
 Quam multa in foliis avium se millia condunt,  
 Vesper ubi aut hybernus agit de montibus imber :  
 Matres, atque viri, defunctaque corpora vita      475  
 Magnanimum heroum, pueri, innuptæque puellæ,  
 Impositique rogis juvenes ante ora parentum ;  
 Quos circum limus niger et deformis arundo  
 Cocytii tardaque palus inamabilis unda  
 Alligat, et novies Styx interfusa coërcet.      480  
 Quin ipsæ stupuere domus atque intima Leti  
 Tartara, cœruleosque implexæ crinibus angues  
 Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,

Orpheo excita ex infinitis locis inferorum, et figuræ carentium lumine, incedebant :  
 quam multa millia volvurum occultant se in sylvis, quando Hesperus, aut frigida  
 pluvia pelvit eas e montibus: uxores, et mariti, et corpora fortium heroum spoliata  
 vita, pueri, et puellæ innuptæ, et juvenes elati in busta ante oculos parentum. Quos  
 limus niger, et fœdæ arundines Cocytii, et palus odiosus pigris aquis circumcludit,  
 et Styx novies circumvoluta compescit. Obstupuerunt etiam ipse domus, et profundissima Tartara mortis, et Furia implicate cœruleis serpentibus crinum loco ; et  
 Cerberus hians continuuit tria guttura ; et orbis rotæ Ixionia quievit, flante rento

\*\*\*\*\*

stant Regius.—473. in foliis omnes Pieriani et major pars Heinsii habebat ; itaque hic recepit. Agnoscit item Arusianus Messius, unus Arundel. unus Mead. Goth. pr., edd. nonnullæ, ut Argent., et defendit satis ratio critica. in sylvis Medic. Mentel. pr. Mōret. pr. cum alii vulg. tuentur.—474. ubi jam hyb. quart. Moret. a m. pr. Rottend. pr. ubi jam—imbræ Goth. sec., ab interpolatore non indocto.—476. nuptæque Vratisi.—478. limus Rom.—479. inamabilis unda nonnulli codd. ap. Pierium, item Ven. et Parrhas. Mead. et Reg. et vett. edd., sicut Nauger. in Ald. tert. At vulgatum post antiquiss. libros, et inter hos fragm. Vatic. (quod et unde habet), defendit etiam Macrob. vi, 7. Gell. ii, 6, imitatio Ovidii, inamara regna, et Aen. vi, 438, ubi vss. 479, 480 iterum leguntur.—480. in noctiis Rom.—481. Atqui ipse Schol. Horat. Cruqu. Od. ii, 13. stipuere Mentel. pr., ut alii alias. obstupuere unus Mead. domos Rottend. pr. a m. pr. Jo. Schrader. conj. intima Leti Limus, pereleganter.—482. cœruleosque Medic. a m. pr. que abest a Franc. et fragm. Moret. implexæ Medic. a m. sec. Gud. a m. pr. Voss. cum tribus aliis Heinsii, Parrhas. Possit aliquis Tibillum laudare i, 3, 69, sed ibi diversa ratio est. vid. ad e. l. implexæ, quod Nauger. primus expressit, verum est, et firmat pars codd. melior, etiam Arusian. Messius. Eodem alludit amplexæ in nonnullis Pierianis, quatuor Heins. Reg. Martin. Erf. et Edd. Norimb. Argent. Alld. pr. sec. et Goth. pr. innexæ, quod Romanus habet, et fragm. Vatic., est interpretamentum. Erat sic Aen. vi, 281 Discordia Vipereum crinem vittis innixa cruentis.—483. que post tenuit abest a

#### NOTE

- 479 Cocytii. . . . 480 Styx] Inferorum flumina sunt. Aen. vi. 323.  
 482 Tartara] Tartarus, plur. Tar- tara, infinitus inferorum locus; a ra-  
 Delph. et Var. Clas. Virg.
- perræ conetur, quod illic plena sint omnia perturbationis; vel a raptiſtis tremore obrigesco.
- 483 Eumenides] Furiæ: Ge. i. 278.

- Atque Ixionii vento rota constitit orbis.  
 Jamque pedem referens casus evaserat omnes, 485  
 Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras,  
 Pone sequens; namque hanc dederat Proserpina legem:  
 Cum subita incantum dementia cepit amantem,  
 Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes;  
 Restitit, Eurydicenque suam jam luce sub ipsa 490  
 Immemor, heu! victusque animi respexit. Ibi omnis  
 Effusus labor, atque immitis rupta tyranni  
 Foedera, terque fragor stagnis auditus Avernus.  
 Illa, Quis et me, inquit, miseram, et te perdidit, Orpheu,  
 Quis tantus furor? En iterum crudelia retro 495  
 Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.

contrario. *Jamque regrediens vitaverat omnia pericula; et Eurydice ipsi restituta redibat in altam lucem, proprius sequens; nam Proserpina posuerat hanc conditatem: cum repentina insaniam occupavit improvidum amantem, condonanda illa quidem, si Dii inferi scirent condonare quicquam. Sicut, et juxta in ipsa auditu lucis, immemor et impatiens animo, respexit Eurydicen eam: illuc omnis opera perdite est, et pactum crudelis regis recassum, et fragor ter auditus per stagna Averna. Illa sic locuta est: Quis et me miseram, et te perdidit, o Orpheu? Quis tantus furor? Ecce rursum dura fata retro appellant me; et somnus claudit oculos fluitantes.*

nonnullis. v. Burm., etiam apud Pierium, et recte puto.—484. Pro tento Faber relax, Burmannus castu, lente, vel campo conjiciebat. *fendo* reposit Wakef. Saltem in nota apponi satius erat! *Castu* firmant utique codd. aliquot apud Pierium; et recepta est ea lectio a Martino, nec alius doctis viris eam improbari vidi. Docet tamen sensus critica ex interpolatione eam esse profectam, f. ex v. 471 *At castu*. *Ixionei* scribant multi codd. et edd.—486. *ad oras Vratisl.* vid. ad ii, 47.—488. *subito* Mentel. Gud. a m. pr. Regius a m. sec., item Rom. aliquie Pierii. *cepit amorem Moret.* quart.—490. *Igno-* tamen Zulich., sed vid. Burm.—490. *Euridicenque* Franc. scribit, hic et alihi.—491. *victusque animo* non nisi vulgares quædam edd. *Ubi omnis* Goth. sec. *Quibique omnis* Moret. sec.—492. *repta t.* *Federe ac.* Eurydice conj. Jo. Schrauder., ludente ingenio. Cul. 292 *Orpheu, Oscula cara petens reupti iussa Deorum.*—493. *stagnis*—Averni multi codd. et edd. Commelin. Puls., etiam fragm. Vatic. At Romanus: *stagni est auditus Averni*: ut et unus Mead. habebat, quod recepit Wakef. *Averni ratio critica tuetur;* et præter edd., ut Nürnberg. Brix. Alld. et hinc profectas, e codd. Medicens, Ven. Rottend. et Pierii Medic. a m. pr. Sic *Æn.* vi, 118 *lucis Averni* et *sæpe.* *auditur alter*

## NOTÆ

*Cerberus*] Canis triceps, custos inferorum, *Æn.* vi. 417. *Ixion*] Ge. iii. 38.

487 *Proserpina*] Ge. i. 39. 493.

*Stagnis Averni*] Avernum, lacus in Campania: Latinis habitus ostium inferorum, ut *Tanarus* Græcis: *Æn.* vi. 237.

496 *Natantia humida*] *Involida*, juxta Servium: *humida*, quod, juxta doctrinam Hippocratis, in ægrotante mortis indicium est: *Natantia et cruxia*, juxta Scaligerum; dum, modo clauduntur, modo aperiuntur; ut fit quando somnus invitatis obrepit.

Jamque vale. Feror ingenti circumdata nocte,  
Invalidasque tibi tendens, heu non tua, palmas !  
Dixit, et ex oculis subito, ceu fumus in auras  
Commixtus tenues, fugit diversa; neque illum, 500  
Prensantem nequioquam umbras, et multa volentem  
Dicere, præterea vidit; nec portitor Orci  
Amplius objectam passus transire paludem.  
Quid faceret? quo se rapta bis conjugé ferret?  
Quo fletu Manes, qua Numina voce moveret? 505  
Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba.  
Septem illum totos perhibent ex ordine menses  
Rupe sub aëria deserti ad Strymonis undam  
Flevisse, et gelidis hæc evolvisse sub antris,

*Jam ergo vale: trahor circumfusa magnis tenebris, et porrigena tibi manus imbecilles, heu! non amplius tua. Sic locuta est, et ex oculis statim evanuit in aliam partem, veluti fumus commixtus in aërem tenem: neque postea vidit. Orpheum, frustra captantem umbras, et conantem multa loqui; neque portitor inferorum passus est deinde eum traiicere fluvium interjectum. Quid faceret? quo se conferret, conjugé bis erpta? quibus lacrymis Manes, quibus verbis Deos flecteret? Eurydice quidem jam frigida vehebat navicula Stygia. Ait illum septem integrorum menses continuo plo- raviisse, sub rupe alta, fuxta aquas deserti Strymonis, et revolvisse frigidis in cavernis*

\*\*\*\*\*

Mead. alter Arundel. et Edit. Norimberg. et Argent.—500. fugit in diversa Medic. a m. sec. Alterum cum poëtico usu convenit.—501. Prensantem Leid., solito more.—504. quo se erpta Medic. a m. sec. bis rapta nonnulli apud Pierium.—505. que Numina Medic. et Rottend. pr. a m. pr., ut et Romanus, in quo porro: Quos fletu Manes. Gadianus a m. pr. Quod fletu—que nomina. qua fumina Vratiel. Liceret saltēm scribere: Quos fletu Manes, que Numina voce moveret. moneret Medic. a m. pr. maneret Franc.—506. Illa quidem. Hunc versum tanquam otiosum, et inter graviora, que antecedunt et sequuntur, interpositum, abesse me malle, olim significaveram. Brunckius non satia firmans causam reperiebat, cur eum poëta abjudicaret. At Meierotto in Dubiis p. 28. et ipse in id inciderat, ut versum aut alienum aut alieno loco insertum putaret, saltem retraheret post *paludem* v. 503. Res sane, ut in plerisque hujusmodi causis criticis, est ex sensu dijudicanda.—507. perhibent totos unus apud Heins.—509. Flesse sibi et Rom. cum Ed. Ven. sub astris idem Rom. et aliquot alii Pierii cum alt. Menag. et alt. Voss. Goth. sec., ut et in vulgaribus nonnullis edd., satis docte, cum *gelidis sub astris de sideribus septentrionalibus accipi posset*, sed meo quidem judicio, Statio aliquo aut Claudio dignias. At tuetur *gelida* *estra* Wakef. et recepit. Ex laudatis saltem facit ad rem Ovid. Epist. ii, 123 seu *frigida* *iacent* sidera, et multo magis Lucret. vi, 720 flabrum—que *gelidis ab stellis axis aguntur*.

## NOTÆ

503 Portitor Orci] Cheron, qui animas cymba transportat, Aen. i. 290. Orcus] inferi. Ge. i. 277.

508 Strymonis] Macedonie fluvij, in confinio Thracie.

|                                                         |            |
|---------------------------------------------------------|------------|
| <b>Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus.</b>    | <b>510</b> |
| <b>Qualis populea mœrens Philomela sub umbra</b>        |            |
| <b>Amissos queritur foetus; quos durus arator</b>       |            |
| <b>Observans nido implumes detraxit: at illa</b>        |            |
| <b>Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen</b>    |            |
| <b>Integrat, et moestis late loca questibus implet.</b> | <b>515</b> |
| <b>Nulla Venus, non ulli animum flexere Hymenæi.</b>    |            |
| <b>Solus Hyperboreas glacies Tanaimque nivalem</b>      |            |
| <b>Arvaque Rhipæis nunquam viduata pruinis</b>          |            |
| <b>Lustrabat, raptam Eurydicem atque irrita Ditis</b>   |            |
| <b>Dona querens. Spretæ Ciconum quo munere matres,</b>  | <b>520</b> |

*hos casus suos, movendo tigres, et trahendo cantu quercus. Qualis luscinia tristis sub umbra populi lamentatur pullos amissos, quos crudelis agricola deprehendens in nido absulit adhuc implumes; illa vero plorat per noctem, et stans in ramo renovat lugubrem cantum, et implet loca omnia tristibus querelis. Nullus amor, nulla conjugia lenierunt animum. Solus percurrebat glacies Boreales, et Tanaim nivosum, et agros nunquam carentes Riphæo gelu, lugens Eurydicem creptam, et vana dona Phœdoris: que nuptiali munere contento mulieres Ciconum, inter ceremonias Deo-*

.....

Hactenus præstat hæc lectio.—511. *pampinea* ms. Brunck.—512. *durus* Franc.—514. *ramoque canens* unus Mead. *lacrimabile* Ven.—515. *et matris loca preci- ma quest. fragm.* Moret. *loca late* Parrhas. et Goth. pr. *loca tunc cum Zulich.* Vulgata in his versibus confirmatur lectio ex imitatione Grammatici alicuius in Anthol. Lat. Epigr. lib. II. 368, 3, 4, ubi conf. Burmann.—516. *non nulli* Romanum cum optimis Pierianis, Mediceum cum melioribus Heinsianis fidejussores habet, itaque reposuit Heinsi. Vulgo ubique editum: *nullius animum.* Sine copula *nulli animum*, Fabric. e suo cod. probat; editum nuquam reperio; sed exhibent illud codd. Ven. Voss. sec. Parrhas. Leid. Goth. sec., hiatus non ingratu. Emendationes in Obss. Misc. Vol. I, pag. 5 et 81 referre non vacat.—517. *Tanaimque* alii, et edd. ante Heini. *cana jam- que* Roman.—518. *Riphæis, Rypheis*, multi et hic scribunt. vid. ad I, 240.—520. *Spretæ Ciconum quo munere matres.* Locum hunc variis modis et iterata vice tentatum, et ut interdum putabam, feliciter expeditum, quoties iterum accessi, toties sensi commode enucleari non posse. Si verba pro sanis habeantur, quæ inter multas alias mihi visa est maxime tolerabilis interpreatio, eam in Notis subjeci. At bene sentio quam durum hoc sit: *sperni officio, pietate alterius, pro offendi;* ut sit: putare, ad sui contemptum hoc pertinere, quod alter in officio suo manet, neque se ab eo abduci patitur mei causa et voluntate. A poëta tamen versum tam scabrum et sententiam tam

## NOTÆ

511 *Philomela*] Quæ in lusciniam conversa est, Ecl vi. 78.

516 *Hymenæi*] De *Hymenæo*, coniugii Deo, Ge. III. 60. De *Hyperbo- reis* regionibus, Ge. III. 196. De *Ripheis* montibus, Ge. I. 240. De *Dite*, supra v. 467.

517 *Tanais*] *Tanais*, fluvius in Mæscorum finibus oriens, in Mæoticam paludem influens, Europam ab Asia distinguita.

520 *Spretæ Ciconum quo munere matres*] Vel lege ex antiquis aliquot codic. *spretæ*: quia sic constat sibi

Inter sacra Deum, nocturnique orgia Bacchi,  
 Discerptum latos juvenem sparsere per agros.  
 Tum quoque, marmorea caput a cervice revulsum  
 Gurgite cum medio portans Æagrius Hebrus

*rum, et nocturna orgia Bacchi, disegerunt per vastos campos membra laniati juvenis. Tunc etiam, cum Hebrus Æagrius ferens medio in fluente volvete caput*

parum commodam proficisci potuisse haud credo. Interea non minus lubrica est omnis conjectura, quandoquidem nullus satis idoneus est fundus, cui eam superstrinas; nullum autem pondus habere potest emendatio, de qua pronunties: potuisse forte ita scribi; posse tamen et alio modo scriptum esse. Videndi tamen vel sic sunt potiores virorum doctorum conatus seu interpretandi seu emendandi. Verum audiendi prius codd. et edd. Vulgata est in plerisque libris et in omnibus editis. *Spreto aliquot antiqui apud Pier. cum Bodlei. Burmannus ait, et editos nonnullos legere; quos tamen non vidi.* Tum, quo nomine sec. Moret. sec. et tert. Rottend. Ven. Parrhas. *ut de interpretum studiis agamus, primo loco Servius ascripsit: "quo manere;* nuptiali scilicet;" addit Jul. Sab.: quasi non essent dignas illæ, nubere Orpheo. Ita putes saltem *Spreto quo manere esse legendum;* spreta ejus fide et pietate in conjugem: dura tamen vel sic exposita Servii ratio, nam sic *offensa illæ* essent, non *sprevissent.* Markland. ad Stat. Sylv. III, 3, 87 legebat: *quo nomine,* h. quapropter, quamobrem; quod factum nollem; est enim vel plebeio poëta indigna oratio. Asper Grammaticus, quod Philargyrus servavit, *quo munere* eodem modo explicabat, *quamobrem;* et b. Gesnerus hoc idem probabat; esse enim *οὐχ χάρη,* *qua causa,* et laudabat sup. v. 150 *pro qua mercere;* ferrem, si tam jejunam sententiam a poëta proficisci potuisse credere fas esset. Burmannus locum vitiosum et vix sanabilem sine codice meliore judicabat: idem tamen, Servii vestigia legens, conjectabat: *Spreto Ciconum quem federe matres, ut noptiale seu conjugiale fœdus intelligatur.* Varia monebat Jo. Schrader., qui et *Ciones matres* malebat, ut Ausoniæ, Latiniæ, En. VII, 400. Possunt bujusmodi variationes potius sententiae, quam restitutions ejus, que a poëta profecta esse videri possit, plures afferri: v. c. *Spreto quo carnime;* *Spreta Ciconum quando agmine;* *Spreta Ciconum, pro numina! matres;* potest *Spreta* ex glossa natum esse, cum esset: *Acta cum numine matres;* quibus tamen nihil plane ad certum rerum momentum proficias. Quod proximo loco verba suppeditare possant, est: *Spreta Ciconum cum numine matres,* vi, instinctu numinis, furore ab eo injecto, *Discerptum sparsere;* ita vero *numina* interpositum est alieno loco; aut, idque omnium lenissimum foret: *Spreta Ciconum cum matre matres Inter sacra Deum;* ut sit *inter manera sacra Deum,* quod solenne est apud poëtas, ut dona, de sacris.—521. *Nocturnique omnes fere scripti,* inquit Burm.; ita utique optimi Medic. et Rom. et Medic. Pierii. *Nocturnaque pauci cum edd.* Alld. pr. et sec. et hinc profecti, sed emendatius tert. et Egnat. cf. Bentley. ad Horat. III, 2, 26. *organa Zulichem.*—522. *juvenem latos Parrhas.*—523. *Tvac Roman.* *repulsa Menag.* pr. *recusum Vratisl.*—524. *medius fragm.* Vatic.—526. *He*

## NOTÆ

*sententia:* Thraciæ enim mulieres Orpheum de nuptiis solicitaverant: *qua nuptiali manere spreto,* ipsum laniaveræ. *Ciones,* gens fuit Thraciæ, circa ostia Hebri, et montem Ismarum, de quibus Ge. II. 37.

521 *Nocturnique orgia Bacchi]* *orgia, sacra Bacchi, ab ὥρῃ furor, quod cum furore peragerentur. De Bacchis et Baccho, Ecl. v. 29. 69.*

524 *(Æagrius Hebrus)]* *Orphei truncum caput in Hebrum cum lyra pro-*

Volveret, Eurydicen vox ipsa et frigida lingua,  
Ah miseram Eurydicen ! anima fugiente vocabat ;  
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

Hæc Proteus : et se jactu dedit æquor in altum ;  
Quaque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.  
At non Cyrene : namque ultro affata timentem :

Nate, licet tristes animo deponere curas.

Hæc omnis morbi causa ; hinc miserabile Nymphæ,  
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,  
Exitium misere apibus. Tu munera supplex  
Tende petens pacem, et faciles venerare Napæas.  
Namque dabunt veniam votis, irasque remittent.  
Sed, modus orandi qui sit, prius ordine dicam.  
Quatuor eximios præstanti corpore tauros,

*eius resectum a candido collo, ipsa vox et lingua frigida Eurydicen, ah infelicem Eurydicen, appellabat, anima erumpente; ripa totius fluminis repetebant Eurydicen. Hæc dixit Proteus, et se saltu immisit in profundum mare; et qua se immisit, supra caput suum convolvit aquam spumantem: at Cyrene non se immisit; nam prior allocuta est trepidantem: Fili, potes alijcere ex animo meastam soliditudinem. Hæc est tota origo morbi: ideo Nymphæ, cum quibus Eurydice miscerat choreas in profundis sylvis, intulerunt funestam perniciem apibus. Tu supplex offer dona, obsecrans veniam, et cole Napæas placabiles: nam concedent veniam precibus, et deponent furorem. Sed antea docebo per ordinem, qua sit ratio precondi. Etige quatuor tauros insignes robusto corpore, qui nunc tondent tibi cacu-*

multi. *Amissam sec. Menag. A misera Roman. a m. pr. 528. jacto Gud. a m. pr.—529. vortice edd. nonnullæ.—530. est post ultra fragm. Vatic. et Parrhas. ab alia manu.—531. compонere curas Medic. a m. pr., ut Æn. iv, 340, 341, frequenti variatione. vid. Burmann. depellere curas annus Mead.—533. sylvis pro lucis fragm. Moret. discebat in altis Voss. pro ducebat; aut, ut Jo. Schrader, pro, miscebat.—534. Tum Medic. a m. sec.—535. Ponde Rottend. pr. Burmanno tendere munera insolitus videbatur; itaque cogitabat: munere supplex Tende, abi. Nate petens Zulich., unde Burn. legendam putabat: tu munere supplex, Nate, petens pacem, faciles venerare Napæas. Redde Withof. emend. v. Not.—536. irasque Franc. Goth. pr. Forte præstat interpungere: Namque dabunt veniam, votis irasque remittent.—537. quæ sit ut vulgo loqui solemus, quart. Moret. fragm. Moret., uterque Goth., unus Mead. et edd. vett. vid. ad Æn. iv, 294.—538. eximio præstantis Rom.*

#### NOTÆ

jectum, dicitur in insulam Lesbum fuerit Thracie, qui nomen suum fluvio appulisse, atque ibi esse sepultum; lyra relata inter sidera, et a singulis Musis, quarum cecinerat laudes, stellæ novem insignita. Hebrus (*Eagrius* dicitur ab *Eagro*; sive *Eagrus* rex reliquerit, ut vult Diodorus Siculus; sive fluvius fuerit, ex quo Hebræ nascitur, ut vult Servius.

535 *Napæas*] Nymphæ lacrima sunt, a vðm saitus, virent.

- Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,  
Delige, et intacta totidem cervice juvencas. 540  
Quatuor his aras alta ad delubra Dearum  
Constitue, et sacrum jugulis demitte cruem;  
Corporaque ipsa boum frondoso desere luco.  
Post, ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,  
Inferias Orphei Lethæa papavera mittere,  
Placatam Eurydicens vitula venerabere cæsa,  
Et nigram mactabis ovem, lucumque revises. 545

*mina viridis Lycæi, et totidem juvencas, collo nondum subacto. Erige his victimis quatuor altaria in altis templis Nympharum, et effunde e gutturalibus sacrum sanguinem, et relinque ipsa corpora victimarum in frondente luco. Deinde, quando nona Aurora patefecerit ortum suum, dabis inferias Orpheo e papaveribus Lethæis, et coles mitigatam Eurydicens occiu vitula, et immolabis ovem nigram,*

—540. *Dilige Longobard.* Ed. Mediol. intactas Rom. Ed. Ven. Gadijanus a m. pr., sed vid. Burm.—542. *dimitte Medic.* cum ceteris Heine, excepto altero Menag. et Moret. fragm., item tres Burn., uterque Goth. exire sec. Moret. *jugulis sacrum* Goth. sec.—543. *Corpora queque Regius Martin.*—544. *nona dies alter Menag.* ostenderet fragm. Moret. reducerit ortus Parphras. ex v. 552. *induxerit unus Arundel.*—545. *Orpheo Roman.*, ut et v. 553, 'Oppri. Letea al., immo Apollia ex Aþgn. mittere Mentel. pr., ut et v. 553.—546. *Placatam Eurydicens.* Hunc versum post sequentem: *Et nigram,* exhibent omnia Heinssi exemplaria vetusta, uno excepto, item Burmanni Regius, Edd. Junt. et R. Steph., uterque Goth., isterque Arundel. et Mead. Branck. Erf. Ed. Norimberg. et aliae; tandem fragm. Vatic., minna tamen recte; nam post illa: *Orpheo inferis factis lucum revises*, ubi victimarum corpora jacent, quomodo subjungi posset: *Placatam Eurydicens vitula venerabere cæsa?* At vulgatum ordinem habent Medicenses, qui plerumque diversam a Romano familiam dicere solet, Longobard. Pierii cum al. scriptis et odd. Habet tamen et hic versum ordo aliquid parum congrui: *Orpheo papavere inferias feres, Eurydicens placabat vitula cæsa et nigra ove.* Quæ tandem illæ inferia solo papavere? *Nigra ovis hand dæbie ad Orpheum spectat.* Adeoque aut defendendus est versus: *Placatam Eurydicens, quod equidem verum esse arbitror, de Eurydice nec nunc nec 454, 553 agitur, aut illæ ante alterum colligandæ est hoc modo: Post, ubi—Placatam Eurydicens—Inferias Orphei Lethæa papavera mittere Et nigram mactabis ovem, lucumque revises.* Ita demum narratio sibi constat. Nam ex seqq. apparat, inferias faciendas fuisse *allo loco*; tum vero, inferis factis illæ 553 *lucum revisit*, in quo fanum Nympharum erat, ad quod victimæ cæsse fuerant relictæ.—547. *lucumque Gnd.*, ut Goth. sup. v. 468. *revisens Zulich.* quod expedit locum, si mutato ordine legeris: *Inferias Orphei.* *Et nigram m. Placatam.* *Et video hoc sequi*

## NOTE

539 *Lycæi*] Montis Arcadiæ, qua in regione Aristæus aliquando regnauit. *De Aurora*, Ge. i. 249.

545 *Inferias Orphei Lethæa, &c.] Inferia, sacrificia, quæ Dilis Manibus*

*offerebantur. Orphei, dativus Græcæ 'Oppri. Ecl. 4. 57. Papavera Lethæa, id est, oblivionem et somnum inducentia; a λήψι oblitero. Ge. i. 78. Aþgn. vi. 323.*

Haud mora : continuo matris præcepta facessit.  
 Ad delubra venit : monstratas excitat aras ;  
 Quatuor eximios præstanti corpore tauros  
 Dicit, et intacta totidem cervice juvencas. 550  
 Post, ubi nona suos Aurora induxerat ortus,  
 Inferias Orpheo mittit, lucumque revisit.  
 Hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum  
 Aspiciunt, liquefacta boum per viscera toto  
 Stridere apes utero, et ruptis effervere costis ;  
 Immensasque trahi nubes ; jamque arbore summa  
 Confluere, et lentis uvam demittere ramis.

*Hæc super arborum cultu pecorumque canebam,*

*et repeatet lucum. Sine mora, statim exequitur mandata matris; venit ad templa, erigunt altaria prescripta, ducit quatuor tauros insignes robusto corpore, et totidem juvencas, collo nondum subacto: deinde, postquam nona Aurora patefecerat cum ortum, dat inferias Orpheo, et repeatet lucum. Ilic vero vident prodigium improbus et mirabile dictu; apes stridere toto utero inter putrefacta viscera boum, et erumpere fractis costis, et diffundi magnas earum nubes; et jam eas congregari in cacumina arboris, et a ramis flexibilibus dependere in modum uox. Hac cantabam de cultura agrorum et pecorum, et de arboribus: dum magnus*

*virum doctissimum, Vossiam.—548. coposit Medic. et Gud. a m. pr., ut En. i. 77. facisit Vratisl. Eadem varietas En. iv. 293.—549. At delubri petit unus Arundel. monstratasque Ven. Parrhas.—550. eximio præstanti Gud. præstantis Rom. sec. m. et 551 intactas, ut sup. 549; quod etiam in Edit. Ven. 1482.—552. induceret Moret. sec. et quart. Franc. unus Arundel. unus Mead. induceret Leid. inducerat Rottend. pr. adduxerat Ven. reducerat Parrhas. Edit. Ven. reducerit Vratisl.—553. misit Franc.—554. Hisce Erf. auditu pro ac dictu Moret. fragm. Menag. alter. ac visum Zulich. Wakef. distinxit: *Hic vero (subitum ac dictu mirabile monstrum!)* Aspiciunt liquefacta.—556. eruptio Reg. et Cantabrig.—557. Immensasque trahi nubes tert. Mentel. Immissaque Zulichem. que post jana abest Moret. quart. trahens Roman.—558. visum demittere Ven. dimittere Medic. cum quatuor aliis. vide v. 542.—559 sqq. Suspectum jam olim hunc, etsi ab homine satis ingenioso profectum, Epilogum habui, quia a poëtarum more alienum est, talia adjungere suis carminibus; contra Grammaticos tali lusu delectatos esse ex pluribus exemplis patet, qui in Anthologia poëtarum lat. prostant. Nec aliter de Metamorphoseon clausula statuebam. Vidi mox alios viros doctos non aliter statuere, etsi aliis de causis. Brancius, tanquam insulsum, et poëmatis ipsiusque Virgilii gravitate indignum rejicit. Etiam Jo. Schrader. offensus erat imprimi libro: *hæc ego canebam—dum fulmineus.* Addi possunt alia: *cenere super aliquæ re.* Alia præclaræ sunt.—559. cultu Gud. a m. pr. cultum sec. Moret. pecoriisque apud Diomedem*

#### NOTÆ

556 *Stridere, effervere]* Penultima titia signum est illa apum glomeratio brevi, Ge. i. 456.

558 *Uvam demittere]* Certe hic la-

*Et super arboribus : Cæsar dum magnus ad altum  
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes  
Per populos dat jura, viamque affectat Olympo.  
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat  
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti :*

*Cæsar tonat circa profundum Euphratem, et victor distribuit leges populis non  
invictis, et preparat sibi viam ad cœlum. Illa tempestate Neapolis amans me Vir-  
gilium nutriebat, vacante studiis otii privati : qui lusi versibus pastoralibus ; et*

lib. I.—561. *Euphraten* Heins. ex optimis. *Euphratem* vulgo. *volantes* Leid. Zulich.—562. *dat jussa* Zulich.—563. *Vergilium* Medic. Rom. et al. vid. Pierium, Cerdam, Burmann. *agebat* Rottend. tert. *habebat* Regius Martin.—564. *Expectares* Neapol. hoc tribui : *Parthenope studiis florens ignobilis otii*. eci Roman. *otii* et *otii* ali apud Burm. *horti* Moret. sec. cui Erf. a m. pr.

## NOTÆ

561 *Fulminat Euphratem bello, &c.]* Certum est hoc loco, ultimam huic operi manum admotam esse post bellum Alexandrinum, occisis Cleopatra et Antonio : cum Octavianus per Syriam in Asiam hyematurus abiisset. Tunc enim non longe aberat ab Euphrate. Tunc Teridatē Phraatēnque, de regno Parthia contendentes, victoriæ suæ terrore aliquomodo componerat; Teridatēnque victimū in Syria permiserat versari, Phraatis filium obsidem secum abducebat Romam. Tunc divinos maxime honores affectabat; et tempa sinebat sibi fieri Nicomedie, Pergami, et sibi passim. Quæ omnia, ut constat ex Dione l. v. contigere per hyemem anni u. c. 724. exeuistis, cum natus esset Octavianus, annis expletis 38. Virgilii item 40. Neque enim aliud est in historia tempus, cui melius assignari hæc possint. Tumque videtur poëta addidisse operi jam perfecto, quicquid in eo passim legimus de Octavianī victoriis. Ge. II. 171. ‘Qui nunc extremis Asiae jam victor in oris,’ &c. Ge. II. 28. ‘Atque hic undantem bello, magnumqne fluenter Nilum,’ &c. Quod antea dicunt ejus vitæ scriptores, eum Octaviano,

ex Actiaco bello reduci, et Attellæ commoranti, legisse Georgica, Mæcenate suscipiente legendi vices; id aut omnino falsum est, aut certe non nisi post bellum Alexandrinum contingit. Constat enim ex Dione, Plutarcho, et aliis; Octavianum, confecto bello Actiaco, non stetisse in Italia, nisi paucissimos dies Brundusii; indeque statim in Græciam, Asiamque abiisse, ibidemque hyemasse, ad instruendos Alexandrinī belli apparatus: tantum abest ut Attellam, quæ urbs est Campaniæ, venerit.

564 *Parthenope]* Neapolis, urbs Italicas Campaniæ maritima, nunc regni caput; & Chalcidensibus, qui Cumas Italicas condiderunt, etiam condita. Li primo illam *Parthenopen* vocaverunt, invento ibidem tumulo unius e Sirenis hujus nominis, quæ dolens Ulyssem cantu suo non fuisse alleatum, mortem sibi consiverat. At cum loci hujus ubertas et frequentia Cumis noceret, hanc postea diruerunt: deinde grassante late pestilentia admoniti divinitus, instaurarunt, vocaveruntque *Neapolim*, id est urbem novam. De Virgilii in ea commoratione ac morte, vitam consulite.

*Studiis ignobilis otii]* Studia in-

*Carmina qui lusi pastorum, audarque juventa,  
Tityre, te patula cecini sub tegmine sagi.*

565

*confidens juventuti, te cecini, o Tityre, sub umbraculo opacæ sagi.*

—566. quo Ven. Parrhas. quæ Comm. Cruqu. Horat. Carm. I, 32, sed ad iv, 8 qui habet.—566. tu Franc. Menag. cecinit Medic. et alii apud Pierium. cecini patula sub Parrhas. et Ven. item Romanus et alii Pieriani. Ceterum de quatuor poetemorum versum, quanquam illi non inelegantes sunt, veritate multo magis me dubitare non diffiteor; solenne enim aliquando fuit, lacinias hujusmodi poëtis attexere; et in Virgilium hujusmodi disticha et tetrasticha in Catalectic invenias. Sed huic forte suspicioni vel propterea adversabuntur viri docti, quod Hardiuimus eosdem versus, quanquam non iisdem de causis, rejecit. Nunc Jacobum Bryant video et ipsum hos versus Maroni abjudicare. Verum licet cuiilibet judicium suum sequi; neque irascar equidem alter statuen, qui causas irascendi habuisse sexcenties, cum, ut officio interpretis, suas operas retractant, satisfacerem, Vossii, viri doctissimi, notas evolverem. Eum quidem censuram in meas notationes agere acerbissime, non erat quod graviter ferrem; condonandum enim hoc ingenio viri tot aliis laudibus inter populares nostros merito suo, etiam ex ipsis Georgicis praecclare in patrium sermonem versis conspicui; dolui tamen vicem viri usqueaque et in rebus tenuissimis excandescientia et bile mota effervescentis: Hem, apnd me cogitabam cum Chremete Terentiano, *an cù quām est uus homini, se uū cruciet?* quæso tandem aliquantulum tibi parce! Equidem, cum innomera ille cavillando, subeannando aut conviciando reprehendat, quæ nemo facile paulo intelligentior improbet, alia mihi impunit a sensu meo aliena, mihi, cum nihil admittam nisi quod grammaticæ aut criticæ constitutum sit, obtrudat alia, quæ ipse opinatur, non probat: nihil horum attigi, nisi ut mea firmarem aut illustrarem. Et in hoc magnam viro docto habeo gratiam, quod ita animadvertis plura, quæ non satis diserte, minus circumscriptæ ac circumspectæ a me essent enuntiata, eaque correxi, nonnulla recte ab eo animadversa cum bona ejus venia adoptavi. Verum debo ipi etiam majora in hoc, quod hæc perpetua mei insectatio animum meum firmavit in ferendis aliorum injuriis et contumelias; hæc ipsi me debere, ingenuus fateor; quæ ille mihi debeat, ipse viderit!

## NOTE

telligit privata literarum ac bonarum artium, quæ a poëta modestissimo dicuntur *ignobilia*, præ administratio reipublicæ et magistrataum, ad quos nonquam Virgilius accessit.

## ARGUMENTUM

IN

## ÆNEIDA.

ÆNEIS poëma heroicum, sive epicum ; ab Ænea Trojano, Veneris et Anchisæ filio, Priami genero, nomen habet : non quod actiones illius omnes comprehendat ; sed unam inter omnes præcipuam, scilicet regnum in Italia fundatum. Scripta est a Virgilio in gratiam, tum Romanæ totius gentis, tum familiæ in primis Juliæ, quæ originem referebat suam ad Iulum sive Ascanium, Æneæ filium ex Creusa Priami filia. In hanc porro familiam ascitus a Julio Cæsare avunculo fuerat Octaviaaus, tunc rerum potens, atque Ægypto subacta, M. Antonio et Cleopatra interfectis, unus orbis Romani dominus. Scribi copta est, anno U. C. 724 exeunte : Virgilii 40. Octaviani 33. cum Octavianus in Asia non longe ab Euphrate hyemaret : atque ita Virgilius post adhibitam Georgicis extremam manum, continuo animum Æneidi videtur applicuisse ; in eaque annos, ut habet Servius, undecim collocasse, quot ab eo tempore ad mortem Virgilii omnino numerantur. Secutus est Virgilius, ut in Bucolicis Theocritum, in Georgicis Hesiódum ; ita in Æneide Homerum : cuius Odysseam sex prioribus libris, Iliadem sex posterioribus expressit, an etiam superavit ? id vero ambigitur inter doctos.

## DE NATURA POEMATIS EPICI.

---

**P**OEMA *epicum*, sive *epopœia*, sic dictum est ab ἔρος *verbum*, quia totum poëtæ dictione seu narratione continetur. Definitur ex doctrina Aristotelis: *Imitatio actionis unius illustris, completa, certæ magnitudinis, quæ narratione et versu hexametro viros principes cum admiratione et delectatione ad primarias virtutes excitat.*

Quinque complectitur, *actionem, fabulam, mores, sententiam, dictionem.* Actio, est poëmatis materia: fabula, est actionis forma et tractatio: mores, sententia, dictio, sunt necessaria fabulæ ornamenta. Poëta sumit actionem ab heroë, fabulam ab arte sua, mores a philosophia, sententiam a rhetorica, dictionem a grammatica.

**A**CΤΙΟ debet esse *una, illustris, completa, certæ magnitudinis.*

*Una*, id est ab uno heroë præcipuo, uno et continuo spatio temporis absque intermissione perfecta; talisque præterea, ut alias in actiones integras item completasque dividi non possit.

*Illustris*, ergo et virorum principum, et in gravi splendidaque materia.

*Completa*, cui nihil desit eorum omnium, quæ adesse debent, ut absoluta et ad finem perducta dici queat.

*Certæ magnitudinis* sive *durationis*, quæ vulgo anni unius spatio, interdum etiam minore definitur: ab ea nimirum actionis parte, unde poëta sumit poëmatis exordium; ad usque poëmatis finem. Sic Odyssea dies quinque omnino et quinquaginta: Ilias annum integrum capit.

**F**A**BU**LA constat partibus, sive plane necessariis, quæ sunt *exordium, nexus, et solutio*: sive non plane necessariis, quæ sunt *episodia*.

*Exordium*, habet propositionem actionis, invocationem numinis, etiam aliquando dedicationem operis principi aut amico viro.

*Nexus*, est variorum casuum series, ad eam usque perducta partem operis, in qua fit actionis flexus in felicitatem aut infelicitatem.

*Solutio*, est quicquid ab eo flexu ad finem usque actionis peragitur.

*Episodia*, sunt actiones quædam adscititiae, quæ cum actione præcipua veluti necessariam, certe verisimilem conjunctionem habent. Ea vulgo in nexus, raro in solutionem; nunquam in exordium inseruntur. *'Επισόδια* dicta ab ἐπί<sup>τη</sup> super, præter, εἰς in, et διὰς via; quasi supervenientia in viam et seriem actionis.

**MORES** denique manifestant animi affectus. **SENTENTIA** mentis cogitationes exprimit. **DICTIO** mores et sententiam repræsentat.

## DE NATURA ÆNEIDOS.

**ACTIO** Æneidos, ut nuda est operis materia, sic se habet. Æneas, incensa a Græcis Troja, cum suorum reliquiis mari se committit, Italianam petiturus, unde majores ejus orti esse ferebantur: illuc, post casus terra marique varios, appellit: excipitur humaniter a Latino, tunc ibidem regnante; et Laviniæ nuptiis in generum adoptaretur, nisi obstaret Turnus, Dauni Rutulorum regis filius. Is Laviniæ nuptias jampridem ambiens, Æneam gravi bello vexat: sed ab eo victus et occisus, sponsam ei regnumque habendum denique permittit.

*Unam esse, atque illustrem, eam actionem liquet.*

*Completam* negavit Maphæus Vegius, ideoque sibi posse visus est decimum-tertium librum Æneidi assuere, quo dolore Rutulorum, Turni funus, Æneae nuptias et apotheosis complexus est: temere omnino. Nam apotheosis a Jove promissa est lib. i. 263. ‘Feres ad sidera cœli Magnani-

*nunc Aeneam.*' Tum confirmata l. xii. 794. 'Indigetem Aeneam scis ipsa, et scire fateris, Deberi coelo.' Jam Lavinia regnumque Latii a Turno moriente Aeneas permittitur l. xii. 937. 'Tua est Lavinia conjux.' Cetera, quae ad pompam luctumque pertinent, frigida ac puerilia, certe minime necessaria.

*Magnitudinem* habet *certam* ac *justam*: licet enim octo circiter annis durasse actio tota dicatur; unum tamen ex iis, eumque ultimum, poëta complectitur: superioribus reliquis in episodicam Aeneæ coram Didone narrationem redactis. Mambrunus quidem sexdecim menses Aeneidi attribuit, eo adductus, quod Anchises, ut ex l. v. liquidum est, obierit in Sicilia verno tempore. Unde sic colligit: Aeneam non multo post, verno item tempore, inde solvisse, cum in Africam tempestate ejectus est; quid enim eum, mortuo patre, fatis in Italianam vocantibus, diutius in Sicilia tenuisset? Tum addit eundem in Africa totam hyemem, atque adeo annum fere traduxisse; siquidem inde iterum in Siciliam ineunte vere trajiciens, anniversarios patri ludos celebravit: reliquis autem in Italia præclare gestis menses minimum quatuor esse tribuendos. Pugnat contra Segre-sius, in egregia Præfatione ad Gallicam Aeneidos interpretationem: ostenditque Aeneam e Sicilia nennisi Julio mense, quarto nempe post obitum patris, in Africam appulisse: toto illo intervallo temporis, vel reficiendæ classi, vel expectandæ commodæ tempestati, curisque aliis impenso. Atque ita legitimo unius anni spatie Aeneis tota continebitur: quod suis locis probabimus, præsertim l. i. v. 589. et 760.

FABULA, sive actio suis episodiis ornata, repeti potest ex argumentis cuique libro præfixis: ea tamen cautione, ut, si quæritur ordo temporis, secundus liber primum legendus sit, tum tertius, deinde primus, quartus deinceps et ceteri: artis enim, sive poëmatis, alium ordinem poëta instituit; seriemque consulto perturbavit earum rerum, quas historicus singulas, prout evenerunt, recto ac naturali ordine describeret.

*Exordium brevissimum, versus vix quindecim capit.* Unde autem sumendum sit, dubitatur: utrum ab illis versibus: ‘Ille ego;’ an ab his, ‘Arma virumque cano.’ Ego ab his puto sumendum, veteres secutus, Virgilii præsertim sequales: qui quoties *Aeneidos* meminere, toties eam his ipsis vocibus designarunt. Ovid. Amor. l. i. 15. 25. ‘Tityrus, et segetes, *Aeneiaque arma legentur.*’ Idem Trist. l. ii. 533. ‘felix *Aeneidos* auctor Contulit in Tyrios arma virumque toros.’ Propert. l. ii. 34. 63. ‘Qui nunc *Aeneæ* Trojani suscitat arma.’ Martialis l. viii. 56. 19. ‘Protinus Italianam concepit et arma virumque, Qui modo vix culicem fleverat ore rudi.’ Ausonius Epig. 129. ‘Arma virumque docens, atque arma virumque peritus,’ &c. Et vero abesse prævios quatuor versus a MSS. antiquissimis testatur Pierius: adeo ut N. Heinsius nec editioni suæ dignatus sit ascribere. Vulgo tamen ascribuntur, sed seorsim ab aliis consequentibus: unde conjiciunt plerique a Tucca et Vario, quasi parum aptos tanti operis exordio, fuisse sublatos; factos tamen a Virgilio: non quidem ut exordium, sed ut auctoris signaculum notamque, operis editioni præfigendam, et inter recitandum ab eo suppressi solitam: unde cum statim ordiretur ab ‘Arma virumque,’ &c. poëma sub his versibus, non sub aliis, innotuisse probabile est.

*Nerus* totis duodecim libris, ad usque duellum *Aeneæ* cum Turno pertinet. *Solutio* incipit a duello.

*Episodia* sunt, Junonis consilium de subvertenda Trojanæ classe, *Aeneæ* apud Didonem diversio, amores, narratio Trojanæ incendi, ceteraque ejusmodi, quæ partes quidem sunt fabulæ, non autem actionis: possunt enim ab actione, qualis antea nude descripta est, omnino separari; a fabula, sine gravi ejus immutatione, non possunt.

*MORES* ubique æquabiles, et ad imitationem ac delectationem aptissimi. *SENTENTIA* autem et *DICTIO* sic absoluta ac perfecta est, ut vel hoc utroque nomine princeps poëtarum Virgilius habendus sit.

P. VIRGILII MARONIS

# ÆNEIDOS

## LIBER I.

---

### ARGUMENTUM.

PROPOSITIONE et invocatione præmissis, narratio incipit a septimo Æneæ expeditionis anno: quo tempore, Trojanis e Sicilia in Italiam solventibus, Juno tempestatem excitat, conciliato sibi Æolo. Sedat tempestatem Neptunus. Naves Æneæ septem in portum Africæ se recipiunt, reliquis alio disjectis. Venus apud Jovem de filii calamitate queritur. Solatur eam Jupiter, exposita Æneæ ejusque posteritatis futura felicitate. Mittitur Mercurius, qui Carthaginiensium animos Trojanis placabiles reddat. Venus habitu venatrixis occurrit Æneæ, regionem cum Achate exploranti: indicataque Didonis ac regionis conditione, utrumque nebula septum Carthaginem dimittit. Illic Æneas, templum ingressus, primum in belli Trojani picturas incidit: deinde in Didonem, et in socios, quos fluctibus oppressos putaverat, Didoni supplicantes. Dat se in conspectum Æneas: a Regina benigne excipitur: accersitur per Achatem Ascanius: cuius in locum dolo Veneris Cupido substituitur, ut Æneæ amorem Didoni inspiret. Abeunt omnes in aulam ad convivium.

*Ille ego, qui quondam, gracili modulatus avena  
Carmen, et, egressus sylvis, vicina coëgi,  
Ut quamvis avido parerent arva colono:  
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis*

**ARMA**, virumque cano, Trojæ qui primus ab oris  
Italianam, fato profugus, Lavinia venit

5

Ego ille sum, qui olim cecini cantilenas tenui calamo: et egressus e sylvis coëgi propinquos agros, ut obedirent agricola quantumlibet cupido; quod opus jucundum fuit rusticis. Sed jam horrida Martis Cano bella et hominem, qui pulsus fatis, primus venit e regione Trojana in Italianam, et ad littus Lavinium. Ille multum agitatus

*Ille ego.* Vulgaris sententia est, quatuor hos versus antorem habuisse Virgilium, sed a Vario esse sublatos. Quod si ita res se habuit, acutior sane Varius Virgilio fuit. Sed totum illud commentum Pseudodonati fide nititur, v. T. I. Vita Virg. §. 60, et nobis quidem verisimilis est, a Grammatico aliquo versus hos esse assutos; factum enim est hoc idem in aliis poëtis; etiam olim in Hesiodi opere rustico hoc sibi permiserunt Rhapsodi. Ceterum rejecti illi versus sunt doctissimorum virorum suffragiis, v. Burm. ad h. l. Burm. Sec. in Misc. Obss. vol. vi, tom. III, p. 523 et in præf. Virgil, partim quod ab optimis codd. imprimis Medic. et, quantum estimare licet, a Romano absunt (cf. Heins. it. Miscell. Obss. vol. vi, p. 523, e nostris non habet Goth. tert.); partim quod ab Ovidio et aliis Æneis a verbis: *Arma virumque*, tanquam principio carminis designatur; quod tamen argumentum paulo levius est; poterant enim verba laudari, quæ commodissime in eam, quam volebant, sententiam transferri possent, ut in illo: *Traestdit in Tyrios arma virumque toros*: cum *Ille ego* incommodum esset. Poterat etiam omissa præfatione ipsius tractationis initium laudari. Sunt, quibus versus Virgilii ingenio indigni esse videntur. Omnibus tamen argumentis gravius est hoc, quod rationi epicis carminis aduersatur, cuius majestas non modo, sed et ingenii, quod poëta rerum narrandarum magnitudine occupatum, earumque mole laborans, habere debet, impetus, atque etiam lectoris stadium, avocato ad poëta lusus animo, infringitur: multo autem pejus id fieret in ipso carminis exordio. Quod quidem tanto poëte observatum non fuisse, credere vix licet. Nam Orphicorum auctoritates ad carmen cultissimum nullam vim habere possunt; si forte in ejus exordio poëtam de se mentionem facere memineris, idque exemplum ad Virgilium trahere volueris.—*6. Lavinia* Medic. a m. pr. aliquique codd. sed pauciores. Commendabat illud Heins. recepit Burm. Sic tamen

## NOTÆ

*5 Trojæ]* Troja, regio Phrygiæ Minoris, in Asia Minore; cuius urbs præcipua *Ilium*, ab Ilo rege dicta: non procul ab Ida monte. *Hec et Troja*, a Troë rege; et *Dardania*, a Dardano Trois avo; et *Teucria*, a Teucro Dardani sotero, vocata est. *Eius*

*Delph. et Ver. Clas.*

*Virg.*

arx *Pergamus*, plur. *Pergama*.

*Primus]* Antenor tamen prius in Italianam venit, Pataviumque condidit: sed non prius Troja profectus est, neque ad Lavinium littus venit, sed in Venetiam, ut legitur infra. v. 246.

*6 Italiana]* Regio est Europa no-

2 C

Littora; multum ille et terris jactatus et alto,  
Vi Superum, sævæ memorem Junonis ob iram;  
Multæ quoque et bello passus, dum conderet urbem,

fuit terra et mari, per potentiam Deorum, et propter iram memorem crudelis Junonis. Multæ quoque toleravit præterea in bello, donec fundaret urbem, et induceret

-----  
jam editum ed. Junt. 1520 per Nic. Angelium, unde in alias edd. venit. alia retinuere *Lavinique*. Eadem varietas apud Gell. x, 16, et al. Enimvero *Lavinia* area inf. iv, 236, et sic alii poëte. Etiam Græcis Λαούνιον et Λαούνια. Nihil autem nisi forte Λαΐνα ap. Dionys. Halic. i, 59 (ubi tamen Vat. Λαούνια habet) occurrit, quod *Latinum* scribatur. Apud Propert. ii, 25, 64 igitur *Lavinia littoribus* erit pro *Lavinis*. Est tamen Juvenalis versus Sat. xii, 71 novercati sedeis *prælati Lavinio*: ubi nulla contractio locum habet; quod jam monui ad Tibull. Obss. ii, 5, 49.—7. et ante *terris* abest in nonnullis ap. Brnrm. Ceterum non bene major interpunctio poni videtur ante *multum*, ut nova sententia exsurgat. Sed jungendum: *virus*, qui *venit*—*Italiam*, *Lavinia littora*; *multum ille jactatus et t. et a.* Neque video, cur infra v. 10 ante *genus* major sit distinctio illata.—8. et ante *azores* apuctoribus libris et edd. aut. ab-

## NOTE

tissima, in formam ocreæ extensa; inter Adriaticum Sinum, a septentrione et oriente; ac Mare Tyrrheenum, a meridie: ad septentrionem et occidentem Alpibus separatur a Germania et Gallia.

6 *Lavinia*] Id est, quæ deinde *Latinæ* dicta sunt, e *Lavinia* nomine, quæ, Latini filia, Æneas nupsit. Unde hic *prolepsis agnoscitur*, sive *anticipatio temporis*. Servius tamen affirmit eandem urbem dictam esse primo *Lavinum* a *Lavino* Latini fratre; deinde *Laurentum*, ob inventam ibidem laurum a Latino, cum regnum fratre mortuo suscepisset; et hoc utroque nomine fuisse insignitam, priusquam Æneas in *Italiam* veniret: tertio denique ab Ænea vocatam esse *Lavinum*, a *Lavinia* uxore. Sed unde *Lavinum* hunc Latini fratrem fuisse accepit, non liquet. *Laurentum* item ac *Lavinium* unam urbem fuisse negat Strabo; quare primæ opinioni adhæreo.

7 *Littora*] Quamvis *Lavinium* di-

staret a littore, juxta Serviam, octo milliaribus; juxta alios, minimum tribus: litus tamen, quod huic urbi respondebat, eodem nomine insigniri potuit.

*Terris jactatus et alto, &c.]* Propositio est sex priorum librorum, qui continent maritima pericula: *Multa quoque et bello, &c.* Propositio est sex posteriorum, qui terrestria continent.

8 *Memorem Junonis ob iram*] Id est, iram Junonis memoris: quarum antem rerum memoris, habes infra v. 30.

9 *Dum conderet urbem*] *Lavinianum*. In quam primum Deos et sacra intulit: quæ *Alba* parens fuit, ac deinde *Rome*. Male enim ait Servius posse explicari de *Troja*, quam condidit Æneas lib. vii. 159. statim post adventum in *Italiam*, castrorum potius quam urbis in speciem; si quidem hujus deinde mentio nulla. Male item de *Rome*: si quidem urbs hic significatur, unde *Albani patres atque altera mania Rome* orta sint.

Inferretque Deos Latio: genus unde Latinam,  
Albanique patres, atque altes mœnia Romæ. 10

Musa, mihi causas messora, quo numine laeso,  
Quidve dolens, regina Deum tot volvere casus  
Insignem pietate virum, tot adire labores  
Impulerit; tantæne animis coelestibus iræ!  
Urbs antiqua fuit; Tyrii tenuere coloni;  
15

*Deos in Latiū; ex quo facto populus Latinius, et cives Albani, et mœni alta Roma orti sunt. O Musa, suggere mihi causas carum rerum: quo Deorum violato, vel quo scelere offensa regna Deorum coegerit hominem pietate illustrē agitari tot calamitatibus, et suscipe tot labores. Tantum furor inest mentibus divinis? Fuit urbs vetus, quam colonia Tyriorum incaluit, Carthago nomine, procul ex ad-*

jicit Heins. post Pierium.—10. inde Zulich. a. m. pr.—12. v. Excurs. i ad h. v.—13. Quidve Deum R. dolens. Hamb. pr.—15. Impulerat Rom. cum aliis ap. Heins. ad v. 4.—16. Cur Tyrii t. coloni parenthesi includantur, non video. Est enim ea poëtica forma, ut absoluta enuntiatione dicatur, quod in prosa

## NOTÆ

10. *Deos Latio*] Penates, de quibus Æn. II. 717. *Latio*, pro, in *Latīnum*: ut, *It clamor celo*. Æn. v. 451. *Latīnum* Italīa regio: de qua Æn. VII. 54.

*Genus unde Latinus*] Quomodo ex Ænea genus Latinum? si quidem Latini ante adventum Æneas in Italia noti erant, quare Juno ad Jovem, Æn. XII. 820. ‘Pro Latio obtestor;.... Ne vetus indigenas nomen mutare ‘Latinos, Neu Troës fieri jubeas.’ Facile solvunt, qui vocem unde ad Latīnum referunt: patet enimvero, ‘ex Latio ortos esse Latinos, Albanos item, et Romanos; cum li omnes populi Latinum incoluerint. Quia tamen melius vox unde refertur ad factum Æneæ, idcirco queritur quomodo Latinum inde ortum dicatur. Hunc autem modum suggerit Servins: quia vitor Æneas, cum Trojanum nomen Latinis imponere jure potuisset, ipse Latinum nomen Trojanis imposuit suis, et ex utroque genere unum fecit; quo ex genere mixto; *Albani* deinde *patres*, sive *reges*; et *mœnia*

*Rome* propagata sunt: uti infra fuisse dicetur, v. 265.

12 *Musa*] Musam invocat nullo certo nomine: Homeri exemplo, qui in Iliade, Μῆνες τείδε θεὰ, *Iram canē Dea*; et in Odyssaea, Ἀνδρα μοι τρεύεισθαι, *Virum mihi dic Musa*. Alibi Calliope, heroici carminis presidem, distincte invocat; hic tum obseure.

Quo numine laeo?] Quibus lœsis numinibus. Quippe, præter Junonem, Deos alios Æneas infestos habuit: ut patet ex illo versu, qui huic respondeat, ‘Vi Superum, sœvæ memorem Junonis ob iram.’

13. *Tot volvere casus*] Pro tot volci casibus: quod quanquam durum est, tamen firmatur hoc Statii non absimili exemplo, ex Theb. I. II. 402. ‘Ex quo frater inops ignota per oppida tristes Exul agit casus:’ pro, agitur casibus.

16 *Tyrii*] *Tyrus*, urbs Syria in Phœnicia, inter Sidonem ad septentrionem, et Ptolemaidem ad meridiem in ora Maris Mediterranei. Nunc *Sur* dicta, olim *Serra*: unde

Carthago, Italiam contra Tiberinaque longe  
 Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli:  
 Quam Juno fertur terris magis omnibus unam  
 Posthabita coluisse Samo; hic illius arma,      29  
 Hic currus fuit; hoc regnum Dea gentibus esse,

*verso Italie et ostiorum Tiberis: abundans opibus, et acerrima belli artibus. Juno dicitur hanc unam habitasse præ ceteris regionibus, etiam Samo postposita. Illic Junonis arma, illic currus fuit: jam tunc Dea contendit ut illa imperet populis, pro-*

\*\*\*\*\*

esset, urba fuit, quam T. c. temere, habitarunt.—17. *Karthago Medic.* cum multis aliis: item Goth. sec. Alli *Cartago*, ut et apud alios. *Tiberina* omnes h. l., cum alias tantopere varient libri in scriptura. *Hostia Medicens.* it. Goth. pr. et tert. pro corrupta sequiorum sacerdotum scriptura.—19. *Hanc* Bigot. *fertur terram Sprotianus* pro var. lect. una Parrhas.—20. Ad hiatum in hoc versu impugnandum neminem video quicquam attulisse, ut mirum sit, cur ad alios offenderint.—21. regni Goth. pr.—22. *Sinunt Medic. a m. pr. et*

#### NOTÆ

*Sarracenus* ostrom, pro Tyro celebratum est. Tyrii, cum Africam venerunt, dicti sunt *Pani*, quasi *Pheni*: quia ex *Phœnicia* profecti.

16 *Coloni]* Proprie sunt ii, qui terram colunt, agricolæ: ut supra, v. 3.  
*'Ut quamvis avido parerent arva coloni,' &c.* Aliquando sumuntur pro parte civitum, qui ex consensu civitatis ad sedes alias incolendas deducantur, diciturque *colonia*: quales sexaginta supra centum deductæ a Romanis varia in loca numerantur. Tyrii autem, Carthaginis conditores, non proprie *coloni* fuere, sed profugi; si quidem non ex consenua suæ civitatis, sed fuga et secessione, Tyro profecti sunt.

17 *Carthago]* Urbs, caput Africæ, Græcis *Karpynè* dicta. *Emula Roma* diu fuit, cum eaque gessit bellatrix gravissima: a Scipione victa primum et vectigalis facta: postmodum a Scipione *Æmiliano* deleta. De illa, deque illius initii, dicemus in argu-  
 mento libri iv.

*Tiberina ostia]* *Tiberis*, fluvius Italie, de quo *AEn.* viii. 330. *Ostia* ejus duo, quibus in Mare Tyrrhenum

evolvitur: ubi urbes duæ, *Ostia* ad orientem, *Portus* ad occidentem.

19 *Magis omnibus unam, &c.]* Multas habuit urbes sibi addictas Juno, Argos, Spartam, Mycenæ. In primis Samon.

20 *Samo]* *Samos*, sive *Samus*, insula est Icarii Maris, Ionie adjacens, contra Ephesum. In ea Juno adolevit, nupsitque Jovi: ideoque templum ejus erat Sami nobilissimum, et simulacrum habitu nubentis, et sacra ritu nuptiarum.

21 *Arma, Hic currus fuit]* Currum Junonis describit Homerus Il. v. 720. cuius ministra est Hebe: hanc aut similem intellige, aut potius *thensam*, vehiculum, quo Deorum simulacra in sacris circumferebantur. *Illius arma]* Vel hasta fuit; agnoscit enim Plutarchus Junonem *Cirritim*; et curis lingua Sabinorum hasta est. Vel sceptrum et fulmen; his enim insignibus ornatum fuit Carthagini simulacrum Junonis. Vel clypeus; refert enim Servius hanc solemne e sacris Tiburtiis formulam: ‘Juno curili, tuo curru clypeoque tuere meos curiae vernulas sane.’

Si qua fata sinant, jam tum tenditque sovetque.  
 Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci  
 Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces;  
 Hinc populum, late regem, belloque superbum,  
 Venturum excidio Libyæ; sic volvere Parcas. 25  
 Id metuens, veterisque memor Saturnia belli,  
 Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis:

*tegitque eam in hanc spem, si fatum id quoquomodo permittat. Enimvero audierat prolem deitati e stirpe Trojanorum, quæ aliquando dirueret mania Tyriorum. Inde per cladem Africæ, gentem illam futuram ubique dominam, et bello gloriosam: ita statuisse Parcas. Audierat hoc Juno, hoc ipsum timens, et reminiscens præteriti belli quod prima suscitaverat contra Trojanos pro Argis sibi dilectis. Præterea*

pr. Moret. *sinent editi quidam et Goth. tert. si qua Zulich. intendit Puget. et Parrh. a pr. m. quæ varietas et alibi occurrit. cf. Burm. sovetque tres ap. Burm. sovet conj. Heumann. v. Not.—23. Trojanæ sanguine, sine a Moret. pr. et Leid. sed. v. Heins. Judicium de hoc verso obscurum Quintiliani Inst. ix, 3, 14, ubi v. Interpp.—24. quæ exalteret duo ap. Burm. alii ap. Pier. ut et alibi variatur. exalteret tert. Rottend. quam exalteret Puget.—25. Hic Schol. Cruqu. ad Horatium Epod. v. Si hunc populum legere licet, reprehensioni inanis repetitionis nulla locus foret.—26. Libyes ed. Ven.—28. Argis Medic. gesserat Moret. qu. prima Jortin (Tracts T. II, p. 177.) red.*

## NOTÆ

. 22 *Si qua fata sinant*] Juno enim, et ipse Jupiter, Dileque ceteri subditi erant fato, quod esse dicebatur causa rerum immutabilis et æterna.

. 26 *Venturum excidio, &c.*] Modicus hic agnoscit ablativum casum: *excidio*, pro *per excidium*; hoc sensu: *Hinc populum Romanum futurum late regem per excidium Africæ*. Vulgo tamen agnoscitur dativus: *venturum excidio*, pro *ad excidium*; ut, *It clamor caelo, pro ad caelum*; hoc sensu: *Populum Romanum hinc*, id est, post *Carthaginis expugnationem*, late ac sine amido regnare, *venturum ac progressurum ad excidium totius Africæ*. Placet utraque interpretatione: secunda communior: prima subtilior. *Libya*, pars Africæ, protuta Ge. I. 241.

. 26 *Sic volvere Parcas*] Parcae tres, quæ fatorum humanaoram fila volunt: de iis, Ecl. IV. 47.

. 27 *Saturnia*] Juno Saturni et Opis

filia: atque ita Jovis soror, itemque conjux.

*Id metuens*] Difficile est intelligere, quo nominativus iste referatur. Alii referunt ad verbum superius, *audierat*; hoc sensu: *Audierat Carthaginem a Romanis delendam esse, id metuens*; id est, cum metu audierat. Alii ad posterius verbum, *arcebat longe Latio*; hoc sensu: *Id metuens; præterea his aliis tribus causis, quas per parenthesim enumerantur, accensa; arcebat Trojanos Latio*. Sed longior sane mihi videtur ille trajectus: potest tamen admitti, si *Needam etiam*, cum quatuor sequentibus versibus, parenthesi inclindatur.

. 28 *Prima*] Quia origo belli Trojanæ fuit judicium Paridis: a quo postpositæ Veneri fuerunt Juno et Pallas: Juno igitur prima et dignitate et tempore, Græcis idcirco adversus Trojanos favit. *Argis*] Urbis

Necum etiam causee irarum sœvique dolores  
 Exciderant animo; manet alta mente reposum  
 Judicium Paridis, spretæque injuria formæ,  
 Et genus invisum, et rapti Ganymedis honores:  
 His accensa super, jactatos æquore toto

30

*causee iracundia et sava indignatio non abierant alius ex animo: residet infelix profunda in mente judicium Paridis, et contumelæ contemta pulchritudinis suæ, et familia sibi odioosa, et manus Ganymedis a Jove rapti. His insuper irritata*

dit: princeps, dux.—29. *necum jam fragm.* Moret. *sœvique labores Pierii Longob.* cum aliquot aliis ex vulgari permutatione. sed *dolores* proprie irarum imprimis muliebrium. cf. Burm.—30. *Exciderant* unus Leid. in inter *alta et mente* jam Pierius sustulerat.—32. *raptis* Rom. *genus invisum* ad solam

## NOTE

nomen est in Peloponneso; *Argi* masculinum plurale, vel *Argos* neutrum singulare: cives hujus, et Græci deinde omnes *Argiti* communiter dicti.

30 *Repositum*] *Repositum*; syncope frequens apud poëtas. Lucret. l. i. 35. ‘tereti cervice reposta.’ Horat. Epod. ix. 1. ‘Quando repostum Cæcubum ad festas dapes.’

31 *Judicium Paridis*] Paris sive Alexander, Priami et Hecubæ filius: a patre primum expositus in sylvis, quia, cum Hecuba facem ardenter parere se somniasset, conjectores responderent, infantem, quem in utero gestabat, Trojani excidii cansam futurum: a matre tamen clam educatus in Ida monte, propter æQUITATIS famam a Diis electus est judex pulchritudinis, inter Junonem, Palladem, ac Venerem: orto nempe inter eas dissidio, propter malum aureum ad Pelei nuptias a Discordia illatum, atque inscriptum his verbis: *Detur pulcherrime.* Paris Veneri malum addixit: postmodum agnitus ab Hectore fratre et parentibus, ac deinde missus in Græciam, et Menelai Spartani regis hospitio usus, Helenam ejus uxorem Veneris favore secum abduxit: ad quam repetendam, bellum a Græ-

cis conflatum est. Occidit deinde Achillem in templo Thymbræi Apollinis, et paulo post a Philoctete occisus est.

32 *Et genus invisum*] Quia Trojorum genus a Dardano fluxerat, Jovis filio ex Electra pellice, Atlantis filia. Infra v. 239.

33 *Rapti Ganymedis honores*] Manus ministrandi pocula in Deorum conviviis, translatum est ab Hebe, Dea juventutis; ad Ganymedem, formosum puerum, Trois filium, a Jove sub aquilæ formam latente sublatum inter sidera, cum in Ida monte venatur. *Rapti*] Vel genitivus est causus, et refertur ad *Ganymedis*; vel nominativus pluralis, et *honores* respicit, qui rapti, seu erupti sunt Hebe, Junonis et Jovis, vel juxta alios, unius Junonis filiae. —

33 *His accensa super*] Accensa super his, id est, de his causis tribus, nempe judicio Paridis, Electra amoribus, et Ganymedis honore. Donatus ac Servius melius, *super* explicant, quasi *prætors*: nempe accensa his tribus; *super*, sive *prætor* metum de Carthaginis excidio conceptum: quæ quarta erat odii ejus in Aeneam causa.

- Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli,  
Arcebat longe Latio; multosque per annos                    85  
Errabant acti fatis maria omnia circum.  
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.  
Vix e conspectu Siculae telluris in altum  
Vela dabant, læti et spumas salis ære ruebant;  
Cum Juno, æternum servans sub pectore vulnus,            40  
Hæc secum: Mene incepto desistere victimam,  
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?

*repellet procul a Latio Trojanos, reliquias Graecorum et crudelis Achillis, agitatos per totum mare; et illi a multis annis vagabentur impulsi fatis circa maria omnia. Tanti erat momenti fundare Romanum populum. Vix vela faciebant lati e conspectu Sicula terra in altum mare, et rostris æratis secabant spumas mariæ: cum Juno servans sub pectore plagan immortalem, hæc mente volvebat: Egone ut ricta cesserem a cæpto, nec possim arcere ab Italia regem Trojanorum? scilicet impedior fatis?*

Priami progeniem referre malebat aliquis: nescio quo cum fructu.—34. atque aliquot in codd. abest. v. Plerum. Achilli Medic. aliquique ap. Pier. et Heins, quem vide hic et ad 120 et ad Ecl. VIII, 70. sive quod veteres, grammatica nondum satis constituta, ita flexerunt, sive ex Achilleus, pro Achillei, quod verisimilius; nisi sic scribeendum erat. Mox v. 46 Oilei in Med. est Olli. Inf. 294 est Oronti. nam ab Achilles frustra ducere id Grammaticos puto. Vulgo h. l. Achilles.—39. salis in Medic. supra ascriptum, aberat, ut esset hiatus. Sed et x, 214 campos salis ære secabant. Minus bene interpungebatur: Vela dabant læti, ita alterum membrum jejunum erat.—40. in pectore Zulich. ex glossa. aut in ex alio ordine, qualis in Dorvill. servans æternum.—42. Nec possum Rottend. sec. non posse Puget. et sic Donatus legit. exertere Goth. pr. avertere gentem tres ap. Burm. et Goth. tert. classem Zulich. pro var. lect. ex

## NOTÆ

34 Danaum, &c.] Graecorum, a Danao Ægypti fratre, qui in Graeciam navigavit, indeque expulso rege Sthenelo, Argos tenuit, ac novæ gentis parens fuit.

Achilles] Genitivus est pro Achilleis: causam vide infra v. 224. Achilles Pelei et Thetidis filius, regnavit in Australi Thessalica parte, quæ Phthiotis dieta est. Statim ab ortu Stygiis aquis immersus, atque inde vulnera non violabilis, præterquam ea pedis parte, qua, dum lavaretur, a matre comprehensus est. Occultatus a Thetide inter Lycomedis, Scyri regia, filias habitu muliebri, ne ad Trojam

iret, unam earum vitavit Deidamiam, ex eaque Pyrrhum suscepit. Agnitus tamen Ulyssis dolo, et ad illam expeditionem profectus, Hectorem occidit, et vicissim a Paride occiens est, sagitta in talum impacta. Peleides a patre Peleo dictus: Æscides ab avo Æaco, Jovis filio, Æginæ insulæ rege, de quo Æn. 11. 7.

38 Sicula telluris] Sicilia, insula Mediterranei Mariæ, de qua fusa Æn. III. 687. Hinc solvit Æneas mense Julio exequunt: ut diximus in argu- mento generali.

42 Teucrorum] Trojanorum, a Texcio rege: de quo infra v. 232.

Quippe vator fatis. Pallasne exurere classem  
Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto,  
Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei?  
Ipsa, Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem,  
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis;  
Illum, exspirantem transfixo pectore flamas,  
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.

45

*Pallas potuit incendere naves Græcorum, et ipos submergere mari, propter culpam et furorem solius Ajacis Oilei? Ipa vibrans e nubibus rapidum fulmen Jovis, et dissipavit naves, et turbavit mare ventis, ipsumque Ajacem exortem flamas e transasso pectore, involevit turbine, et impeditus rupi auctæ. Ego vero qua gradior regina Deorum,*

versu sequ.—44. ipso Græv. male. potuit atque ipso tert. Moret. subvergere unus Leid. sed superscripto altero.—45. furoris Pierii obl. quod defendi posset. cf. Burm. *Oili Medic.* v. ad v. 34.—46. e nubibus rapidum fulmen Jovis. et dissipavit nubes, et turbavit mare ventis, ipsumque Ajacem exortem flamas e transasso pectore, involevit turbine, et impeditus rupi auctæ. Ego vero qua gradior regina Deorum,

## NOTE

43 *Quippe vator fatis*] Occurrit objectioni, quæ peti posset e summa vifatorum in ipsos Deos: et est indignatio cum amaro quodam joco: Quasi vero fata debuerint ultionem injuriæ permittere Palladi, mihi negare. *De Pallade*, Ecl. ii. 61.

44 *Argivum*] Non proprie Argivorum, sive Græcorum omnium; sed Locrinium: qui cum rege suo Ajace, Oilei filio, post Trojanum excidium patriam repetentes, tempestate oppressi sunt: Ajax ipse fulmine afflictus a Pallade; eo quod is, capta Troja, Cassandram Priami filiam virginem, et vaticinandi munere insignem, in ipso Palladis templo vitiaset. Juxta Homerum tamen submersus est a Neptuno, eo quod invitum Diis evasuram se e fluctibus impudenter

jactasset. Od. i. iv. 605.

45 *Ajacis Oilei*] Duo enim Ajaces fuerunt. Hic Oilei, Locrinium regis; alter Telamonis, Salaminis regis filius, qui propter amissam in judeo Achillis arma, in gladium incubuit. *Oilei*] Substantivum est, et est *Ajax Oilei*, nempe *filius*; ut alibi *Deiphobe Glaci*, nempe *filia*.

46 *Jovis*] A quo fulmen mutuata fuerat, ut graviorem infligeret plaga. Juno enim, et Pallas, et Vulcanus, fulmina mittere dicebantur; sed non tam valida, quam Jupiter.

49 *Scopuloque*] Aut Capbareo, Eubœæ monti: aut juxta Homerum Od. iv. 507. Gyreæ petræ; quam Didymus esse putat Gyarum, Ægai insulam, non longe a Delo, sterilissimam, et exilii loco habitam a Romanis.

Ast ego, quæ Divum incedo regina, Jovisque  
Et soror et conjux, una cum gente tot annos  
Bella gero. Et quisquam numen Junonis adoret  
Præterea, aut supplex aris imponat honorem ?  
Talia flammato secum Dea corde volutans,  
Nimborum in patriam, loca foeta furentibus Austris, 55  
Æoliam venit. Hic vasto rex Æolus antro

*Jovisque et soror et uxor, bellum facio a tot annis adverens unicum populum : et aliquis postea colet divinitatem Junonis, aut supplex imponet victimam alteribus ? Talia colvens Dea pricatis animo ardente, venit in Æoliam, regionem tempestatum, et loca plena furiosis ventis. Illic rex Æolus spatiose in caverna continet*

ap. Serv. Sed acute scopulo insigi melius.—50. *Divom* Burm. ex Gad.  
—51. *axis* Hamb. pr. et Zulich. perpetua variatione.—52. *aut quisquam* Pierii Longob. cum aliquot alii; item quinque ap. Heins. Voas. *aut qu. ap.* Pierium alii: *aut quis jam, vel eisquaque* Goth. sec. *et quis jam edit.* Mediol. et Goth. pr. en quisquam. Sed præstat et. Porro *nomen nonnulli, ut soleant.* adorat et imponet Rom. et alii ap. Pier. Medic. et multi alii ap. Heins. et Burm. it. Goth. tert. inter quos nonnulli imponit. Vulgata defendit Burm. Heinsius vero alteram, et meo quidem judicio rectam. Major enim vis absolute oratione inest. imponit Moret. sec. imponit edorem Mentel. alt. a m. sec. *honores* Goth. tert. Hamb. sec. in Exc. Cort. ed. Ven. 1472.—55. *loci plene* Leid. unus ex interpr. Locum ante oculos habet et versus

## NOTÆ

50 *Incedo regina, &c.]* De gravitate Junonii incessus, Ge. iii. 532. Solenaria Deorum cum soteribus conubia sunt. Ovid. Met. ix. 498. ‘Dii nempe sœs habuere sorores. Sic Saturnus Opis junctam sibi sanguine duxit, Oceanus Tethyn, Junonem rector Olympi.’ Per Jovem autem, fabule ætherem cœlumque igneum significarunt; per Junonem, sœrem: unde Juno Jovis soror dicitur, quia aër ætheri subtilitate persimilis; conjux vero, quia sær ætheri subjectus. Ex Cicerone et Macrobio. Tamen Virgilium sœrem ipsum et ætherem videntur in uno Jove adumbrasse, eique terram conjugem attribuisse, Ge. ii. 826.

55 *Austris]* Proprie ventis a meridie flentibus, de quibus Ecl. n. 58. Hic promiscue pro omnibus.

56 *Æolian]* Non hic Asiae Minoris

regio significatur, inter Troadem et Ioniam sita, Æolia, sive Æolis dicta; sed Æolia insula inter Italianam et Siciliam sita, numero septem; aliter Vulcania et Hephaestides appellatae: quarum principes sunt Lipara, Hiera, Strongyle. Vulcania et Hephaestides dictæ, quia propter frequentem lignum eruptionem Vulcanus, qui Græcis Ηφαῖος, ibidem habere officinam existimatius est; præsertim in Hiera, de qua Æn. viii. 416. Æolia vero, quia Æolus, Hippote filius, ibidem regnavit, maxime in Strongyle: rex ventorum habitus ideo, quia juxta Plinium, Diodorum, ac Solinum, ex insularum fumo ventos in triduum prædicere nautis solitus erat: unde hæ insulae dicuntur hic ventorum patria. Nomen Æoli ab αἴολος carius, ob naturam ventorum mutabilem.

Luctantes ventos tempestatesque sonoras  
Imperio premit, ac vinclis et carcere frænat.  
Illi indignantes magno cum murnaure montis      60  
Circum claustra fremunt. Celsa sedet Æolus arce  
Sceptra tenens, mollisque animos, et temperat iras.  
Ni faciat, maria ac terras coelumque profundum  
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.  
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,  
Hoc metuens; molemque et montes insuper altos      65  
Imposuit; regemque dedit, qui foedare certo  
Et premere, et laxas sciret dare jussus habenas.  
Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est:  
Æole, namque tibi Divuna pater atque hominum rex  
Et mulcere dedit fluctus et tollere vento,      70

*auctoritatis sua ventos pugnantos, et tempestates sonantes, eosque coercet ostensis et carcere. Illi impatientes tumultuantur circa obices, magno cum fragore montis: Æolus sedet in summo monte, tenens sceptrum, et mitigat animos, et moderatur furorem. Nisi id faceret, scilicet venti rapidi secum raporent maria ac terras et caelum intimum, easque per aërem traherent. Sed Deus omnipotens id timens eleusit eos in atria obscuris, et superimpausit moles altarum rupium, praeficitque regem, qui constanti lego sciret et eos coercere, et iis permittere luxoria fræna, quoties jubaretur. Apud quem Juno tunc supplicans usa est his verbis: Æole, nam parentes Deorum et rex mortalium tibi dedit, et mitigare, et concitare vento*

.....

ex eo repetit Seneca Qu. Nat. vi, 18.—57. *luctatos* Gad.—58. *et v.* Nonius et duo Burm.—59. *vasto cum m.* Oudart. et Leid. solenni variat.—60. *circum* Heins. ex scriptis omnibus. vulgo: *circa*. *circum castra* Hamb. sec. *fervens* Menag. pr.—61. *tenet* Dorvill. *mollisque* unus Heins.—62. *Ni faciant* Prianian. et Medic. Etiam Pomponius Sabinus.—63. *rabidi* Moret. sec. *terfuntus* Menag. pr. et ed. Ven. 1472. *verantque* Vratisl. *traherentque* Oudart. *traherentque* Heid. unus. *traherentque* Hugen. sed *terrant* egregie pro diripiunt, spargant; et est omnino voc. ventorum. *per eures* Just. ed.—64. *addidit* tres Burm. inter quos Hamburg. pr. *addidit* imis pro var. lect.—65. *Id metuens* tres ap. Burm. ex v. 27.—67. *lapsas* et *jussus dare* sciret *idem*—70. *mulcere* Mead. *ventos* Dosat. Acro et edd. nonnullæ; etiam Hamburg.

#### NOTÆ

60 *Arce*] Vel proprie in arce, quæ ipse palati loco sit; vel in summa montis rupe: rupes enim *arces* aliquando appellantur: Ge. IV. 461. *Flerunt Rhodopeis arces.*

63 *Verrantque*] Vox Læcretiana. l. v.

67. *validi verentes aquara venti.*  
66 *Federe*] Est enim quoddam veluti fœdus, imperium principam in subditos: quo subditi obsequium principibus, principes subditis tutelam promittant.

Gens inimica nati Tyrrenum navigat sequor,  
Ilium in Italiam portans victosque Penates:  
Incute vim ventis, submersasque obrue puppes;  
Aut age diversos; et disjice corpora ponto.

Sunt mihi bis septem prestanti corpore Nymphæ,      75  
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopœam  
Connubio jungam stabili propriamque dicabo:  
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos  
Exigat, et pulchra faciat te prole parentem.

*factus: ) natio mihi infensa currit per mare Tyrrenum, in Italiam ferens Trojan  
et Penates domitos. Addit impetu ventis, et obrue naves submersas, aut impelle  
in diversas partes, et disperge corpora mari. Ego habeo quatuordecim Nymphæ  
formoso corpore: e quibus Deiopœam, quæ specie elegantissima est, sociabo tibi  
firma conjugio, et propriam addiccam: ut pro tali officio transigat tecum omnes*

sec. minus docte. cf. Burm.—72. *Ilium Italianum* sex ap. Burm. cum ed. Ven. 1472. in omittit etiam Goth. pr. in *Italia* Leid. at Ovid. Ep. vii, 51. *Ilium* in Tyrios transfer felicius urbem. cf. Burm.—73. que abest a Ven. summer-  
susque Rom. et alii. subversas coaq. monstrelli ap. Pierium, quia obrui prius  
quam submersi; male in poëta.—74. diversos Heins. restituit e Codd. con-  
sensu etiam ap. Pierium. vulgo diversas, quæ vulgaris ratio foret. Habent  
hoc pauci codd. (ut Goth. tert. a m. pr.) sed legitur ap. Diomedea in  
Arte Grammat. et Donatum in Andr. Terent. et Schol. Lucani iv, 457.  
dissic sribunt fere post Medic. et Rom. libri; solent enim veteres et librarri  
et marmorarii e duabus literis i alteram tantum exhibere. v. Heins. corpora  
dissic Oudart. divide Reg. pro glossa. discute alter Hamb. vento pro ponte  
Moret. pr. et Leid. a m. pr. eadem diversitas vii AEn. 528, Lucan. v, 570.  
Burm.—76. Quæ formam pulcherrima Medic. Heinatio notante, cui græca  
ratio impense placet; non tamen ita expressum a Foggino, sed *forma*.  
*que est forma* Hamburg. pr. *que forma* est Bigot. *Deiopœa* non modo Medic.  
sed et Rom. cum aliis Pierianis, Heinianis tribus exceptis, Zulich. tres Goth.  
Librorum itaque auctoritate erat recipiendum, nisi lubrica in fine τετρα in sedes  
esset. Porro alii *Diepea*, *Diopœa*. Gr. est Διόπεια et Διόπεια. cf. ad Ge. iv,  
343.—77. In connubio noli cum Grammaticis putare medianam corripere, aut  
syntole aliqua id fieri posse; sed pronuntiandum connubio, ut sint tres syllabe.

## NOTÆ

71 *Tyrrhenum aquor*] Mediterranei  
Maris ea pars est, quæ Italianum ad  
meridiem alluit; unde *Mare Inferum*  
etiam vocatur, et *Mare Tuscum*: a  
Tuscia sive Etruria, ad fretum Sicu-  
lium extenditur: *Mer de Toscane*.

72 *Ilium in Italianum*, &c.] De *Ilio*,  
Troja, supra, v. 5. De *Italia*, v. 6.  
de *Penatibus*, Diis domesticis, l. ii.  
717.

75 *Nymphæ*] Proprie minora aqua-  
rum numina sunt, ut diximus Ecl. II.

46. Addicuntur tamen et aliis numi-  
nibus quasi famulæ.

76 *Deiopœam*] Nomen a δύος ar-  
dens, et δύο δρε, vox.

77 *Connubio*] Vulgo secundam syl-  
labam habet longam, quia est a nubo,  
cujus prima longa: ita AEn. iii. 319.  
'Hectoris Andromache Pyrrhin' con-  
nubia servas: AEn. iv. 316. 'Per  
connubia nostra,' &c.

79 *Pulchra prole*] Inniuit hic AEnoma  
liberis fuisse hactenus infelicem; Si-

- Æolus haec contra : Tuus, o regina, quid optes* 80  
*Explorare labor; mihi jussa capessere fas est.*  
*Tu mihi, quocumque hoc regni, tu sceptra Jovemque*  
*Concilias; tu das epulis accumbere Divum,*  
*Nimborumque facis tempestatumque potentem.*
- Hæc ubi dicta, cavum conversa cuspide montem* 85  
*Impulit in latus; ac venti, velut agmine facto,*  
*Qua data porta, ruunt, et terras turbine perlant.*  
*Incubuere mari, totumque a sedibus imis*  
*Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis*

*annos, et efficiat te patrem formosa sobole. Æolus haec vicissim respondit: Tua cura est, o regina, considerare quid relis; aquam est me exequi tua mandata. Tu mihi demereris Jovem, et imperium, et eam qualcumque auctoritatem: tu facis ut accumbam mensis Deorum, et reddis me dominum rubrum ac tempestatum. Postquam haec dicta sunt, concussit cavernosum montem ad latus intorta cuspide: ac venti quasi turmatim erumpunt, qua via aperta est, et agitant flatu terras. Incederunt mari, ac simul Eurusque, Notusque, et frequens tempestatis Africus,*

\*\*\*\*\*

—79. faciat te prole beatum Bigot.—80. *Æolus e contra sex ap. Burm. a librario barbaro, ut fere semper. quod nonnulli ex Heinianis; item ex Pierianis. quod optas duo Hamb. et ed. Ven. 1472. ut et alibi.*—81. *labo Zulich.*—82. *quocumque hic r. Goth. pr.*—83. *Concilia Rom.*—84. *parentem Hamb. sec.*—86. *at v. tres Burm. non male.*—88. *tortumque legebat et hic Marklandus Epist. crit. p. 52. ubi illud tortum in plura poëtarum loca redaceere allaborat.*—89. *crebrisque Mead. Goth. tert. a m. pr.* Ceterum nullus habet: *Una Eurus Boreaque ruunt, vel Una Eurusque Aquiloque r. hunc tamen in hac tempestate imprimis expectes, qua ad Libyam deferatur classis.*

#### NOTÆ

*sypho nempe, latrociniis infami; Macareo sororis sue Cnaces incesto amatore: hos enim duos hujus etiam Æoli ventorum regis liberos facit Ovidius Ep. Heroid. II. 9. Et propterea Juno novam ei conjugem proponit, ex qua digniores suscipiat liberos. Adde quod Dea nuptiarum et partuum est; unde non indecora est haec ejus promissio.*

81 *Fas est]* Licebit mihi facere, etiamsi illicita jussesis: tibi enim tam multa debeo, sceptra, gratiam Jovis; ut nemini reus possim videri, si jussa tua, quæcumque fuerint, impleverim. Atque id ad mentem Domati. Servius vero ait esse commutationem negativi sensus in affirma-

*tivum; fas est capessere, pro, nefas est non capessere: ut alibi affirmativus in negativum commutatur; manera nec sperno, pro, libenter accipio, Æn. VII. 261.*

83 *Epulis accumbere]* Divinitatis hæc nota est: sic notat Horatius divinitatem Herculis, Od. I. IV. 8. 29. ‘Sic Jovis interest Optatis epulis impiger Hercules.’

84 *Tempestatum potenter]* Dominum. Sic Horat. Od. I. I. 3. ‘Sic te Diva potens Cyri.’

89 *Eurusque, &c.]* Eurus, ventus ab oriente. Notus, a meridie, qui et Auster dicitur. Africus, ab Africa spirans, inter occidentem ac moriens.

|                                                        |     |
|--------------------------------------------------------|-----|
| <b>Africus, et vastos volvunt ad littora fluctus.</b>  | 90  |
| <b>Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.</b> |     |
| <b>Eripiunt subito nubes cœlumque diemque</b>          |     |
| <b>Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.</b>    |     |
| <b>Intonuere poli, et crebris micat ignibus æther;</b> |     |
| <b>Præsentemque viris intentat omnia mortem.</b>       | 95  |
| <b>Exempló Æneæ solvuntur frigore membra.</b>          |     |
| <b>Ingemit, et, duplices tendens ad sidera palmas,</b> |     |
| <b>Talia voce refert: O terque quaterque beati!</b>    |     |
| <b>Quis ante ora patrum Trojæ sub moenibus altis</b>   |     |
| <b>Contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis</b>   | 100 |

*evertunt totum mare ab ipso fundo: et propellunt ad littora magnos fluctus. Sequitur et clamor hominum, et stridor funium. Statim nubes auferunt cœlum et lucem ex oculis Trojanorum: nox obscura insidet mari: poli tonuere, et ær splendet frequentibus fulguribus: et omnia ingerunt hominibus præsentem necem. Continuo membra Æneæ frigore dissolvuntur. Ingemit, et attollens ad astra ambas manus, talia ore pronuntiat: O ter et quater felices, quibus accidit mori in oculis parentum, ad muros excelsos Trojæ: o generosissime nationis Danaorum, fili Tydei,*

—90. *Africus* multi scribunt. *Africos* Rottend. et Goth. pr. *ad sidera* Bigot. et idem Goth. pr. *tollunt ad sidera* Hugen. pro div. lect. scilicet ex v. 107. —91. *It celo clamorque* v. ap. Priscian. libro vii, sed aliter scripti et Entyches Grammaticus ap. Heins.—92. *Arripiunt* Hamb. pr. fors. *Abripiunt* Burm.—94. *et abest a Sprot* Hamb. pr. et ed. Ven. et malim deesse; habet Schol. Horat. 1 od. 34 c. cett. Sed infinita loca in poëta sunt, ubi aurium judicium aut sententia vis postulatur, ut ejiciatur copula, quæ tamen tuta latet sub codicum præsilio ac tutela. Nihil adeo novare licet. ær MSS. Græv.—95. *montem Medic.* a m. pr.—96. *Extemplo* scribitur in nonnullis.—97. *tendens geminas* Bigot.—99. *ora Deum* pr. Hamb. Super quis Servius ita est intelligendum: Duplex fuit forma: *qui, quorum, quis, (non autem quis) et ques, quiū, quibus*, sive ab initio, *queis, quecum, queibus*.—100. *o deest* ed.

## NOTÆ

91 *Stridorque rudentum*] Nauticorum funum, qui propter gravem in motu stridorem, rudere quodammodo videntur.

93 *Teucrorum*] Trojanorum; supra, v. 42.

96 *Extemplo*] *Continuo*: et verbum est sacrorum, ut *illicet* judiciorum: quemadmodum enim *illicet*, dimisso senatu, id est *ire licet*; ita *extemplo*, sacrificio peracto, pronuntiabatur a præcone: quo significaretur, ut existent *e templo*. Quod quia cito fiebat, ideo *pro cito* et *continuo* sumi utrum-

que cœptum est.

97 *Ingemit*] Accusatur hic a quibusdam Æneas pusilli animi, sed temere: non enim hic mortem deprecatur, sed mortem ingloriam atque inutilem.

100 *Danaum, &c. Tydide, &c.*] *Danaum*. Græcorum a Danao, supra, v. 34. *Tydide*] Vocativus Græcus. Diomedem intelligit, Tydei filium, Argivorum ducem Trojano bello: de quo En. II. 243. Ab eo vulneratus Æneas in coxa, et tantum non occisus est, Iliad. v.

Tydide, mene Iliacis occumbere campis  
 Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra !  
 Sævus ubi Æacidae telo jacet Hector, ubi ingens  
 Sarpedon ; ubi tot Simois correpta sub undis  
 Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit.

105

Talia jactanti stridens Aquilone procella  
 Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.  
 Franguntur remi ; tum prora avertit, et undis

*egone non potui mori in campis Trojans, et amittere hanc vitam tua mea ? Ubi durus Hector periret armis Achillis, et magnus Sarpedon : ubi Simois volvit inter aquas tot correpitos clypeos hominum, et galeas, et generosa corpora. Talia dicunt, tempestas stridens ab Aquilone percutit ex opposita parte velum, et propellit fluctus ad astra. Rumpuntur remi, deinde prora detorquetur, et obicit latus undis : suc-*

Ven. 1472.—101. *Tytide* multi male scribunt. Est *Tudelensis*. mox : *decumbere flammis* Hamb. pr. sed cum Diomede in campo ante Trojam congressus est. v. Not.—102. *hanc animam* Parrh. *tua hanc animam* Bigot. *animamque tua hac* (saltem deb. *hanc*) Moret. pr.—103. *et ingens unus* Pierii, unde Cifan. facit ut.—104. *Sarpedo* Medic. a pr. m. *sub undas* alii ap. Serv. Versum hunc repetit inf. viii. 539.—105. *pectora* Oudart. Hamb. sec. et Leid. nec non Goth. tert.—107. *aversa una* Juntina ed. *fluctumque* Medic. a m. pr. cum aliis v. Burm.—108. *proram avertit* (s. procella s. navis) Medic. et Gud. item Rom. cum nonnullis aliis. *proram vertit* Sprot. sed credit codd. anctoritas poetica rationi, quia *avertere*, pro se a., *absoluto dici solet*. cf. Heins. et Burm. *proram avertit* quatuor ap. Burm. *proram advertit* Leid. a m. pr.—

## NOTÆ

103 *Sævus*] Hic pro *forti*, bonam in partem sumitur.

*Æacidae*] Achillis, qui nepos fuit *Æaci*, supra v. 84.

*Hector*] Priami et Hecubæ filius, Trojæ propugnator, qui decimo obsidionis anno ab Achille occisus est, et bigis attigatus, ac circa Patrocli septalcrum et Trojæ muros tractus : cadaver a Priamo redemptum auro, postquam dies duodecim insepultum fuisset.

104 *Sarpedon*] Jovis ex Laodamia filius, Lyciæ rex, Priamo contra Græcos in auxilium venit, et a Patroclo occisus est.

*Simois*] Fluvias Troadis, ex Ida monte, per agrum Trojanum in Scamandrum profluens, et cum eo in Hellespontum, non longe a Sigeo promontorio : nunc dicitur *Simoës*.

106 *Aquilone*] Qui et *Boreas* appellatur, ventus septentrionalis. Ecl. vii. 51.

107 *Adversa*] Quia Aquilo, flans a septentrione, adversus est illac navigantibus e Sicilia in Italiam. Atque hujus quidem venti flatu Æneas, qui solverat e Drepani portu, et Siciliæ parte maxime occidentali; jamque aliquantum in Mare Tyrrhenum ad septentrionem processerat; retro ad meridiem actus est, Africam versus. Ubi cum inter Siciliam atque Africam, quasi medium teneret : tum Notus a meridie, tres naves ad septentrionem et Aras repulit, v. 112. Eurus ab oriente, tres alias in occidentem impegit, ad latera Africæ, et Syrtim minorem, v. 115.

108 *Prora avertit*] In quibusdam cod. *proram avertit*, et refertur ad

Dat latus ; insequitur cumulo præruptus aquæ mons.  
 Hi summe in fluctu pendent ; his unda dehiscens  
 Terram inter fluctus aperit ; furiæ æstus arenis.  
 Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet :  
 \* Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, Aras : \*

110

*cedit mons aquæ altitudine præruptus. Alii pendent e summo fluctu ; mare hians pandit alius terram inter fluctus : mare ebulliens turbatur arenis. Notus affigit tres naves abreptas ad scopulos occultos ; scopulos inquam illos, quos Itali in medio*

~~~~~  
 109. *præruptus* alter Hamb. cf. inf. 251.—112. *adreptas sex* Burm. *arreptas* Goth. tert. *ad s. Sprot. ducit* Hamb. pr.—113. *mediisque in fl.* Medic. et

NOTÆ

procolla : in ceteris melius *prora avertit*, id est *avertit se. Prora*] Pars navis anterior.

109 *Insequitur canalo*, &c.] Dabit lucem haec imitatio Ovidiana Met. xv. 508. ‘Cum mare surrexit, cunctusque immanis aquarum In montis speciem curvari et crescere visus.’

112 *In saxa latentia*] Non in quælibet saxa latentia ; sed in ea, quæ ab Italiam *Aræ* vocantur ; quænam autem illa sint, mox inquiremus.

113 *Aras* i. Explicant aliqui apud Pomponium Sabinum, de Aris Philænorum, loco in Africa celebri, propter mortem duorum ejus nominis fratribus, qui, pro disternandis Carthaginensis suorum a Cyrenaica dictione limitibus, ibi se vivos defoditi passi sunt : ut est apud Sallust. in Jugurtha. At locus ille circa Syrtem majorem, in Continenti Africæ fuit : igitur Notus, meridionalis ventus, non potuit illuc naves pellere ; adde quod sunt Aræ istæ *mediæ in fluctibus*. ii. Scaliger in Comment. ad Epistolam 9. Ausonii, *aras* ait esse moles et crepidines, quibus flumina aut maria coercuntur, Gallice *quays* : citatque hos Virgilii versus, sed male ; nam crepidines ille littora munivit, *Aræ* istæ sunt *mediæ in fluctibus*. Firmat

sententiam hoc ejusdem epistolaæ versu : ‘Desertus vacuis solisque exerceor aris’ : sed libenter, nec temere rescriberem, vel *agria*, vel *oris* ; cui lectio faveat impense subsequentium versuum sententia. Addit locum e Tertulliani Pallio, cap. 5. ‘Soleo de qualibet margine, vel ara medicinam moribus dicere.’ putatque *margine* et *ara* hic esse synonyma : sed præterquam quod in quibusdam cod. legitur *area*, non *ara* ; manifestum est nihil hic esse, quod ad mare fluviosque pertinet : et haec esse Cynici cuiusdam philosopphi verba, qui profitetur se ad dicendum, non suggestu, non pulpito indigere ; sed ex quolibet loco paulo editiore, quales sunt in viis margines, quales in aris gradus, concionem habere. iii. Ex Servio et Pomponio Sabino colligitur *Aræ* insulas esse, Africam inter, et Siciliam positas, non longe a Lilybæo Siciliæ promontorio, communis nomine *Ægates* appellatas ; tres numero, Phorbantiam, nunc *Lazeno* ; *Ægusam*, nunc *Festignana* ; Hieram, nunc *Marefum* : easque admundum scopulosa, et axis *latentibus* vallatas. Ad has constat victos esse navali prælio Pœnos a Q. Lutatio Catulo consule anno u. c. 512. et pace ibidem constituta terminatum ab eo feliciter

Dorsum immane mari summo. Tres Eurus ab alto
In brevia et syrtes urget, miserabile visu,
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.

115

mari appellant Aras, quæ sunt quasi grande dorsum in superficie maris. Eurus tres naves impellit a pleno mari in brevia et syrtes, res visu miserabilis; easque impingit in vada et circumdat vallo arenæ. Ingens fluctus ante oculos ipsius

duo alli etiam pr. et sec. Goth. et quinque Heins. *mediis quæ fluctibus*, quo ducit Mentel. tert. *mediisque fl.* Hoc placet, et, nisi aliam normam semel prescriptam sequendam mihi esse putare, cum Brunckio *mediis quæ fluctibus*, reponerem. Montalb. cum ms. Helmstad. *mediis in fl.* etiam hoc rotundius. Sed totum versum ab impura Grammatici manu accessisse censeo. Saltem valde alienum est a poëtæ judicio in medio tempestatis testu interponere observationem grammaticam. Snippetit forte ratio aliqua, qua labes poëtæ, si non elui, at dilni saltem potest, si *Aras*, ut fecimus, scribas. non *aras*: ita ut sit certus in mari locus; tum si interpongas: *Tres Notus a. in sexa latentia torquet, Sava, (inquam), cocant Italî mediis quæ fluctibus Aras, Dorsum immane m. s. h. e. in scopulos Aras dictos. Dicendus ita poëta expressissime, intempestiva quidem, docta tamen æmulatione, Homeri aut Pindari etymologias nominum propriorum ut hujus in Iamo, illius in Batiea ac similibus. Jejuna tamen vel sic exit oratio, et indignus tanto poëta versus: quem defendendum esse etiam Bryant v. c. statuebat.—115. Syrtis v. Pier. mirabile sex Burm.—116. Impellitque Hamb. illuditque Comam. Cruqa.*

NOTÆ

fuisse bellum Punicum primum; iis conditionibus, ut quicquid insularum est Africam inter et Italiam, Romani juris deinceps foret. Id habetur ex Floro, Cornelio Nepote, Polybio. Testatur Servius ex illo fædere saxa illa dicta Italis fuisse *Arus Proprias*, et eo nomine appellari apud Sisennam historicum veterem, cuius opera perierunt. Atque ille insularum situs plane cum Virgiliana tempestatis descriptione convenit, qualem explicuimus ad v. 107. Non possum tamen, quin hic Turnebum, et Pomponium Melam, obiter perstringam. Turnebus quidem l. xxvi. c. 23. saxa illa magno in honore apud Romanos habita confirmat ex hoc Lucani l. viii. 892. ‘Augustius aris Victoris Libyco pulsatur ab æquore saxum Tarpeis.’ Ubi sane dormitavit vir sagax: patet enimvero legentibus, saxum hoc Lucani, tumulum illum esse subitarium, quo Pompeii cadaver in Ægyptio lit-

tore conditum est; et hanc esse versuum sententiam: ‘saxeum Pompeii tumulum, quem fluctus alluit in littore, angustiorem esse aris illis, quæ adulatrix Roma victori Cæsari deinde erexit’ vox autem *Tarpeis* plane sequenti versu adjungenda est. Pomponius Mela, cum l. ii. c. 7. vocavit *Ægates Romanæ clade memorables*, aut erravit, aut cladem intellexit, non quam Romani passi sint, sed quam *Poenæ* intulerint.

114 *Dorsum immane, &c.*] Quomodo igitur *latentia*; siquidem dorsum in mari faciebant? Scilicet *dorsum* faciebant insulæ: circumjecta insulis *saxa latebant*. Polybius l. iv. de Istri ostiis loquens, ait, in iis aggestiones quoque arenarum esse, quas nautæ vocant pectora: καλοῦσι δὲ αὐτὸς οἱ ναυτικοὶ στόθη.

115 *In brevia et syrtes*] Non de Syrtibus proprie ita dictis loquitur. *Brevia*, *vada*, *syrtes*, significant partes

Unam, quæ Lycios fidumque vehebat Orontem,
 Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
 In puppim ferit: excutitur, pronusque magister
 Volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem 120
 Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex.
 Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex.

*Æneæ percutit a prora in puppim, unam navim, quæ ferebat Lycios et fidelem
 Orontem: concidit gubernator, et pronus subvertitur in caput: navim vero fluctus
 ter eodem in loco circum intolvens torquet, et præceps vortex absorbet mari. Vi-*

ad Horat. i, Od. 3.—117. *ipsumque vehebat* Puget. v. Burm. *Oronten ut* *Ænean, Achaten, Acesten*, firmat Heins. alii *Orontem, Orunteum*.—118. *ingenti*
vertice h. e. procella conj. Lennep. Animadv. ad Coluth. p. 97. sed v. Not.
 —120. *istam Hugen.*—121. *et deest in binis.* *Vertex* scribit Medic. semper.

NOTÆ

illas maris, ubi frequentes et vento
 mutabiles fiunt arenarum aggesti-
 ones: *brevia* quidem dicta *spaxea*,
 quia *brevia* et parum alta ibidem aqua
 est: *vada*, quia pedibus illac facile
 est radere, difficile navibus: *syrtes* a
tractu, inquit Sallustius, id est, quasi
spates, a *spate* trahi, quia eo 'limum,
 arenamque et saxa ingentia fluctus
 trahunt', ait idem. *Syrtes* notissimæ
 duæ sunt in Africano littore, vastos
 in sinus porrectæ, quæ Tripolitanam
 regionem utrimque vallant: major ad
 orientem est, *les sèches de Barbarie*;
 minor ad occidentem, *le golfe de Capes*:
 major a minore disjungitur ducentis
 et quinquaginta passuum milibus.
Notus et *Eurus* quoque hic non pro-
 priæ dicti sunt.

117 *Lycios*] Asie Minoris populus,
 inter Pamphyliam et Cariam, qui
 Trojanis in auxilium venerant: et
 mortuo rege suo Sarpedone, *Æneæ*
 adhæserant. *Orontes*, eorum dux;
 magister navis, *Leucaspis* videtur fu-
 isse, de quo *Æn.* vi. 334.

118 *A vertice, &c.*] Explicat Ser-
 vius, *a poppi*, quam ait esse verticem
 navis; male, non enim *a poppi* in
 puppim pontus ferire potest. Idem
 Servius, ab Aquilone, seu Boreali polo,

qui *vertex* appellatur; dñrius. Modicius, *a puncto verticali*, quod Arabes
Zenith vocant; curiosins. Taubman-
 nus, *a vertice*, sive quod idem est,
tortice, *aquarum aut tentorum*; Lucre-
 tius enim l. i. 293. de ventis, *interdum*
vertice torto Corripunt: sed ab eo sen-
 su videtur abborrere prepositio *a*.
 Ego interpretor *a prora*: quæ pars
 est navis, si non mole altior, saltem
 acutior et in rostrum desinens: unde
vertex dici potest. Adde quod levior
 cum sit, facilius potuit fluctum im-
 petu attolli, et in puppim subverti:
 unde *pronus magister in caput revolu-
 tus fuerit*.

121 *Vortex*] Charisius distinguit
verticem a tortice; et hunc derivat a
vorando, illum a *vertendo*. Alii tamen
 melius utrumque a *vertendo* deducunt,
 et utriusque vim confundunt; ut si-
 gnificant quicquid *vertitur* ac *torque-
 tur*, ut in aquis, ventis, extrema parte
 axis, capillis: a capillis autem, ad
 summam capitis partem exprimen-
 dam transfertur *vertex*; a capite, ad
 cacumina montium atque arborum.
 Patet utrinque vocis affinitas ex
 Quintiliano, qui ait Scipionem Afri-
 canum primum in *tortices* et *torsus*
 literam o mutasse in e.

Delph. et Var. Clas.

Virg.

2 D

Apparent rari nantes in gurgite vasto ;
 Arma virum, tabulæque, et Troia gaza per undas.
 Jam validam Ilionci navem, jam fortis Achatae,
 Et qua vectus Abas, et qua grandævus Aletes,
 Vicit hyems; laxis laterum compagibus omnes
 Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

123

dentur pauci enatantes in immenso mari : et arma hominum, et tabulae, et Trojane opes per aquas. Jam temporas superavit firmam navem Ilionci, jam navem generosæ Achatae, et eam qua portabatur Abas, et qua senior Aletes : et omnes solitus juncturis laterum admittunt perniciosan aquam, et rimis dehiscunt. Interea Neptu-

v. Heins. et Pier.—122. *gurgite summo Hugen*. pro var. lect.—123. *Troica sili*. Sed græca ratio poëtis frequentata.—124. *Jan invalidam Sprot*. *narim* Moret. pr. et qu. v. Heins. *qua f*. Hamb. pr. et Sprot. *Achati agnoscit Charis*. Inst. Grammat. lib. I, quod illustrat Heins. cf. snp. ad v. 30.—125. *Aletes cum melioribus Heins. ex 'Athrns*. male vulgo *Aletches, Aletes*.—126. *Vicit unus Heins. cum Cod. Argent. Bacleri ap. Cunningham. laterum* *baxis* Hamb. pr.—127. *remis Goth. tert*.—128. Heins. malebat *pontus*, ut

NOTE

122 *Apparent rari*] Hoc de navi Orontis intelligendum : ex qua pauci enatare conabantur, ceteris mari demersis.

Gurgite vasto] *Ganges* est pars maris aut fluvii profundi, aquas ingenti sono quasi sorbens ; unde a soni similitudine nomen habet : sumitur hic, ut vulgo apud ceteros poëtas, pro toto mari : et est tapinosis, sive rei magnæ expositio humilior ; unde additur, *vasto*. Sic *Æn.* III. 197. ‘dispersi jactamar gurgite vasto.’

123 *Troia gaza*] Persica vox, ærarium significat, ex Pom. Mela, I. 1. 11. Neque tantum pro auro sumitur, quod naturæ non potuisse ; sed pro qualibet pretiosa supellecile. Addit Mela, *Gasan*, Palestinæ urbem inde nomen accepisse ; quod Cambyses Persarum rex, cum Ægyptum armis peteret, *huc belli opes et pecuniam intulisset*. *Troia* adjective, *Trois*, *Troia*, trium syllabarum.

124 *Ilionci Achatae*] *Ilionci* vult esse dativum Servius, et casum pro

casu positum : at dativus quidem est Græcus, sed genitivus Latinus, *Ilionews*, *Ilionci*. *Achatae* quoque genitivus est Latinus prime declinationis, ut *Æn.* IV. 351. ‘Me patris Anchisse.’ Et *Achates* quidem fidus erat *Æneus* amicus, de quo passim ubique sermo est. *Ilioneus* mox apud Didonem naufragorum orator erit, v. 526.

125 *Abas . . . Aletes*] *Abas*, is forte, qui a Lauso Mezentii filio occidetur *Æn.* X. 427. *Aletes*, ut præcipui vir consilli atque auctoritatis inducitur *Æn.* IX. 246. ‘Hic annis gravis atque animi maturus Aletes.’

126 *Hyeme*] Vis tempestatis : æstas enim tunc erat, ut videbimus, v. 529. Sic de æstiva tempestate, Ge. I. 321. ‘ita turbine nigro Ferret hyems culmumque levem stipulasque volantes.’

127 *Imbro*] Vel proprie pluviam, vel ipsam maris aquam : aqua enim generatim imber a Lucretio dicitur. I. 715. ‘Ex igni, terra, atque anima procreoere, et imbi.’

Interea magno misceri murmure pontum,
 Emissaque hyemem sensit Neptunus, et imis
 Stagna refusa vadis, graviter commotus; et alto
 Prospiciens, summa placidum caput extulit unda.
 Disjectam Æneæ toto videt æquore classem;
 Fluctibus oppressos Troas cœlique ruina.
 Nec latuere doli fratrem Junonis et iræ.
 Eurum ad se Zephyrumque vocat; dehinc talia fatur: 135
 Tantane vos generis tenuit fiducia vesti?

nus animadvertisit mare magno tumultu agitari, et immisam tempestatem, et profunda maris ab imis vadis revoluta; graviter iratus, et mari providens, suscitavit caput tranquillum e superficie aquæ. Cernit naves Æneæ dispersus toto mari, Trojanos obrutus, fluctibus et aëris fulminibus. Nec fraudes et iræ Junonis ignota fuerunt fratri Junonis: appellat ad se Eurum ac Zephyrum, deinde haec ait: Tantane vos cepit confidentia ex vestra origine? Jam audetis, o venti, absque mea

miceri esset infinitivus historicus, quod sane non insuave esset.—129. Immisamque Bigot. et Reg. male. emissa erat ab Æolo. immensamque Zulich. et unus Leid. superscripto i. vulgari variatione. sentit duo alii ap. Burm. hyemem ut sensit emendat Markland. ad Stat. v, Sylv. 2, 113. Sed et alterum poetæ usitatum est: quorsum igitur conjicimus alterum!—130. Interpungebatur vulgo: Interea—sensit Neptunus, et imis Stagna refusa vadis; graviter commotus, et alto Prospiciens, summa placidum caput extulit unda. Ita gravis et difficilis crisis exorta, quomodo idem Deus graviter commotus, iratus, placidum tamen caput extollere possit. Commenta virorum doctorum v. in Excursu ad h. v. Dispulsam nubeculam vides virgula sublata et alio traducta: nunc pontum misceri sentit graviter commotus; et alto Prospiciens. vide Not. ab alto Leid.—132. dejectam Bigot. cf. v. 43. disiectamque Leid. toto Æneæ Bigot. ridit Mentel. tert. narem Zulich. a m. pr.—133. ruinam Rom. et ed. Junt. nec male hoc: præstat tamen alterum, quod propius ad consilium poëta spectat.—136. nostri Sprot. et Hamb. pro var. lect. et Lutat.

NOTÆ

129 *Neptunus*] Jovis et Plutonis frater; maris præses. Uxorem habuit Amphitriten; ex qua Nymphas complures suscepit. Muros Trojanos condidit cum Apolline: equum e terra suscitavit, cum Pallade contendens de nomine Athenis imponendo, ut habeatur Ge. i. 14. Nom. ejus, juxta Ciceronem, a *nando*; iuxta Varronem, a *mbendo*, quia terras aquis obnubilit et cooperit.

130 *Stagna vadis*] Tapinosis, humilis expressio majoris rei: *stagnum* enim est *aqua stans*; *vadum*, locus in mari aut fluvio, ubi parum aquæ, mul-

tum arenæ est: hic utrumque pro mari.

133 *Cœlique ruina*] Imbre, fulgoribus, fulminibus, quæ e cælo ruunt.

134 *Fratrem Junonis*] Neptunum: ambo enim Saturnum patrem, Opim matrem habuerunt. Neptunus autem dicitur Junonis frater: quia aër, quæ Juno est, confinis est aquæ, qui Neptunus.

135 *Eurum . . . Zephyrumque*] Vento oppositos; hunc ab occidente, illum ab oriente.

136 *Generis fiducia*] Venti enim principes feruntur Auroræ et Astræi

Jam cœlum terramque meo sine numine, Venti,
 Miscere, et tantas audetis tollere moles ?
 Quos ego—Sed motos præstat componere fluctus.
 Post mihi non simili poena commissa luetis.
 Maturate fugam, regique hæc dicite vestro :
 Non illi imperium pelagi sævumque tridentem,
 Sed mihi sorte datum. Tenet ille immania saxa,

140

auctoritate, confundere cœlum et terram, et attollere tantos cumulos fluctuum? Vos ego puniam. Sed melius est sedare turbatas aquas. Deinceps non luetis crimina tali pena. Celerate fugam, et dicite ista vestro regi: Non illi concessum esse dominationem maris, et potentem tridentem; sed mihi per sortem. Habet ille rupes

.....

ad Stat. II, Theb. 4.—137. *terram cœlumque Parthas.*—138. *audetis et tantas* Menag. pr.—139. *Quis Bigot. a m. pr.* Vir doctus conj. *Vos ego*, quod vel in pedestri oratione deterius esset; ut præclare jam monuit elegantiss. Rukenkius in docto Comment. ad Aquil. Rom. p. 147. Jo. Schraderus, qui istam emendationem proposuerat in Obss. I, 5. eandem defendit in præf. Emendatt. p. LII. argumentum, quo emendationem firmabat vir poëtices calentissimum, petitus erat ex imitatione Statii IV, 514, ubi Tiresias evocatis Umbris venire cessantibus: *Ne spernite senectam, inquit, nam graviora quoque carmina novi: Jamque ego vos.* Quæ quam diversa sint, ex ordine hoc rerum manifestum fieri arbitror. Alia præterea aduersus Schraderum monet Ouwens in Noctib. Hagan. p. 613 sqq.—142. *pelagi imperium Parthas.*

NOTE

Titanis filii esse. Admonet ergo Neptunus objurgando, ut, si Gigantum majorum suorum imitari pervicaciam velint, poenas eorundem timeant.

137 *Cœlum terramque*] Puto hic Neptuno communem elementorum omnium perturbationem ventis exprimari: et per *cœlum* quidem, aërem et ætherem; per *terram*, aquam etiam significari, quæ cum terra conglobata est.

Nomine] *Numen*, proprie *mutus* est; sive motus quidam oculorum et capitis, quo potenti significamus nos postulata concedere. Hinc ad significandam voluntatem Deorum traducitur, ut hic, et Æn. II. 777. ‘non hæc sine nomine Divum Eveniunt.’ Tum ad potentiam eorundem et auctoritatem, ut supra, v. 52. ‘et quisquam numen Junonis adoret?’ et in-

fra, v. 670. ‘et supplex tua numina posco.’ Denique ad ipsum Denum, ut Ge. IV. 453. ‘Non te nullius exercent numinis iræ’; et Æn. IV. 382. ‘si quid pia numina possunt.’

139 *Quos ego*] Reticentia, ad terorem incutendum. Supple: *Quos ego si corripuero, probe ulciscar.* De hac figura Ecl. III. 25.

141 *Maturate fugam*] Celerate. De hac voce Ge. I. 261.

142 *Tridentem*] Sceptrum Neptuni, quod ipsi tribuitur: vel quia tria sunt aquarum genera, maria, flumina, paludes: vel potius, ut innuit Cornutus, quia piscatores telo ejusmodi ad vocationem piscium utebantur, vocabantque *fucinam*.

143 *Saxa*] *Æolianum insularum*, de quibus v. 55.

- Vestrás, Eure, domos : illa se jaotet in aula
 Æolus, et clauso ventorū carcere regnet. 145
- Sic ait, et dicto citius tumida æquora placat ;
 Collectasque fugat nubes, Solemque reducit.
 Cymothoë, simul et Triton adnixus, acuto
 Detrudunt naves scopulo ; levat ipse tridenti ;
 Et vastas aperit syrtes, et temperat æquor ; 150
 Atque rotis summas levibus perlabilis undas.
 Ac, veluti magno in populo cum sæpe coorta est
 Seditio, sævitque animis ignobile vulgus ;
 Jamque faces et saxa volant ; furor arma ministrat :

ingentes, quæ sunt vestræ domus, o Eure : Æolus glorietur in illu aula, et clauso carcere ventorum exerceat imperium. Sic dixit, et celerius quam dixerat sedat inflatum mare, et pellit nimbos congregatos, et rursus inducit Solem. Simul cum eo Cymothoë, et Triton connitens, depellunt naves ab acuto scopulo : ipse Neptunus sublevat eas tridente, et recludit immensas syrtes, et sedat mare, et perstringit superficiem aquarum levibus rotis. Et quemadmodum æpe, cum in populo numeroso commota est seditio, et plebs vilis furit animis ; et jam teda ac lapides volant,

.....

magnunq[ue] tridentem Leidens. pro var. lect. ex glossa.—144. domus Mentel. pr. Rottend. tert. et Goth. pr. jactat Hamb. alter. Oudart. Goth. tert. regnat alter Menag. et Hugen.—146. citius dicto Hamb. pr. timida alter Menag.—148. Cymothoë, Cymothœe, Cymothæ, male scribitur : est Κυμοθῇ.—149. Detundunt Goth. pr. levat atque Hamb. pr. ille Dorvill. tridentem Goth. tert. non male ; nisi alterum doctine esset.—150. Et magnas Grec. v. ad 55 et 138.—151. pellablit al. v. Pierum.—152. Et reluti quatuor ap. Burm. in magno populo. in populo magno. magno populo. varietates v. ap. eund. magna Moreti sec. et Montalb. et sic Ge. Fabricius legi videtur, ut esset. magna seditio. temere. cf. Burm. cum forte Hamb. pr. in excerpt. Cort. Interpretamentum hoc esse τοῦ σέπε, atq[ue] hoc eo sensu esse accipendum, ut sit τῶν, τάχα, existimat Abrech. Diluc. Thucyd. P. i, p. 174. Opinionis auctoritatēm aliam desidero ; tum h. l. langueret oratio, sequitur enim statim 155 si forte. Enimvero poëtis σέπε est in comparatione solemne ; ut sit idem, quod interdum, nonnunquam, sine definita aliqua notione numeri : ut in Gr. ὁδὸς τε πολλὰ. Sic v. c. An. x, 723 Impastus stabile alte leo ceu σέπε perigrans etc. v. 273 Qualis σέπε τις deprenus in aggere serpens etc. Retra-henda autem est dictio σέπε ad majus membrum : ac veluti σέπε, cum coorta est s. cohorta scribunt tres Burn. Goth. tert. coacta Oudart.—153. ferretque Schol. Horatii Cracu. lib. i, Od. 1.—154. jam saxa ed. Cuning. ex Ms. Bersman. volunt jam Servii aetate legebatur, quem vide. Jam fasces Bigot. a m. pr. et teeta Hamb. sec. et tela Zulich. a m. pr. sudes et saxa Frein-

NOTÆ

- 148 Cymothoë . . . Triton] Dii marini. Cymothoë Nympha, Nerei et Doridis filia : a κύμα unda, et θέα cur-
 re. Triton, Neptuni et Amphitrites, aut Salaciæ Nymphæ filius : superi-
 ore parte hominem, inferiore piscem
 referens : Neptuni buccinator, con-
 cha utens pro tuba.
 150 Syrtes] De syrtibus supra, v.
 116.

Tum, pietate gravem ac meritis si forte virum quema
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant;
Iste regit dictis animos, et pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, coeloque invectus aperto,
Flectit equos, curruque volans dat lora secundo. 155
Defessi Æneadæ, quæ proxima, littora cursu
160

*ira suppeditat tela: tunc si fortuito viderint virum aliquem insignem virtute ac
meritis, tacent, et stant attentis auribus: ille temperat animos et placat corda ser-
mone: ita omnis tumullus maris cessavit, statim alque pater videns mare, et rectus
per aërem serenum, impulit equos, et currens immisit habenas currui facili.* Trojani

shem. ad Flor. III. 21 emendarat; Heins., ut refellat, docet quidem, *faces et
saxa* etiam alibi jungi: sed de hoc nemo dubitet; docendum erat, unde in
seditione, quæ interdui fit, *faces* ad manum sint. Scilicet cogitandum est de
domo ejus, in quem populus exarsit, diruenda et incendenda.—155 *gracem
populi* Hamb. alter.—156. *arreptisque* quatuor Burm. *erectis* Zulich. et Leid.
pro var. lect. *astant* Montalb. v. Heins. *astant* al.—158. *Sic omnis Moret.*
sec. pelagi cunctus Bigot. *cecidit furor* Puget. *æquore* conj. Heumannus.
sed v. Burm.—159. *Aspicens* Sprot. que abest a pr. Moret. Miror neminem
maluisse: *pontique* *inrectus* *aperto*.—160. *flectat* Leid. a pr. m. *flexit* tert.
Mentel. a m. sec. *fluctuque* *volans* Romanus et alii aliquot ap. Pier. minno
poëtice.—161. *Ænida* Leid. unus. *Æneida* Goth. alt. Sed *Æneadas* jam ex
Lucretio novimus: *Æneadum genitrix, hominum Dicunque voluptas, Alna Venus;*
præter nostrum, apud Ovidium et aliis; etiam in senioribus: v. disputata ad
Avien. descr. orb. 117. Nam cum proprie sit *Æneas* progenies, inde Trojani
omnino, tandem *Romani* sunt *Æneadas*. Itaque Regilla in Marcelli carmine
(v. c. Brunck. Anal. T. II. p. 502) fuisse dicitur ἐξ Αἰεαδῶν, Ἀγχίστρα κλύρδη,
αἷα καὶ Ἰβαῖς Ἀφροδίτης, h. e. simpliciter, matrona *Romana*. Herodi Atheni-
ensi nupta; Γύμναρο δὲ οἱ Μαρδόνων. Pronuntiatum antem *Alveadda* et *Alvedda*.
Ut in Pindaro Olymp. vi, 149 Ὄρπων νῦν ἔταπος, Αλβέα. Et de nostro *Ænea*
in Rheso *Alvéa* et *Alvédæ* duabus syllabis 90 et 585. Est quoque in Argonaut.

NOTÆ

159 *Cæloque aperto*] Non per cœlum vectus, inquit Servius; sed vectus per maria, cœlo jam sereno. Tamen sic aër mari jungitur, inquit Corradus; ut vectus per mare Neptunus, moveri tamen in aëre dici possit.

160 *Flectit equos*] Geminos, mari-
nos, qui ipsius currui a poëtis alligan-
tur: pedibus anterioribus instructos,
posterioribus carentes. Unde sic a
Statio describuntur. Achil. I. 1. 390.
'Illi spumiferos glomerant a pectore
fluctus, Pone natant, delentque pe-
dum vestigia cauda.' Et a Virgilio

Ge. IV. 389. 'Proteus magnum qui
piscibus æquor, Et juncto bipedum
curru metitur equorum.' Equos ha-
jusmodi bipedes, quos a candæ flexu
Hippocampus appellant, inter poëtarum
figments resert Aldroandus: nullos-
que agnoscit nisi quadrupedes, quo-
rum effigiem resert, magis bubulæ
aut suillæ, quam equine, affinem:
vocatque *Hippopotamus*, a flaviis, præ-
cipue Egypti, ubi frequentes dicun-
tur inveniri, maxime in Nigro et
Nilo.

Curru] Dativus antiquus, pro cur-
ru: de quo Ecl. v. 20.

Contendunt petere, et Libyæ vertuntur ad oras.
 Est in secessu longo locus : insula portum
 Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
 Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos. 165
 Hinc atque hinc vastæ rupes geminique minantur
 In cœlum scopuli, querum sub vertice late

Satigati conantur assequi cursu littora quæ vicina sunt, et deflectunt ad plagas Africae. Est locus in longo recessu, ubi insula format portum oppositum laterum, quibus omnis e mari veniens fluctus frangitur, et dividitur in sinus replicatos. Hinc et inde rupes immanes et duo scopuli eminent ad oœlum: quorum sub cacumine

Orphic. 138. *Boðrys Alveidōns*, quod corruptum esse patet. Fuit ille Atheniensis et potuit dici a tribu Alveidōns, *quæ littora proxima alter Hamburg.*—164. *objectum Menag. alter. annis* Hamb. pr. a m. sec.—165. *scinditur, inque* s. Hamb. sec. *sese scidit unda Sprot.* cf. Ge. IV, 420 ubi idem versus.—166. *rupes vastæ Puget.* Male post *rupes* interpungebatur, ut suppleretur *sunt.* Immo vero minantur rupes et scopuli.—167. *lato Rottend. alt.*—

NOTÆ

162 *Libyæ*] Pars est Africæ ad oram Mediterranei Maris, ad occidentem Ægypti: varie a variis scriptoribus definita: vulgo pro tota Africa sumitur.

163 *Est in secessu, &c.]* Portum, a natura, non ab arte factum describit. Et henc aliqui volunt esse portum Africanæ Carthaginis, sed falso; statim enim vidisset Æneas fundamenta urbis, quæ non vidit nisi postera die. Alii dicunt eam descriptionem plane convenire portu Carthaginis Hispanicæ, sive novæ; at ea similitudo casu occurrit; neque enim ad Hispanicas, sed ad *Libycas oras* Æneas vertitur. Turnebus melius putat portum illum fictum a poëta, circa littus Carthaginense, et omnino expressum ad formam Ithacensis portus, apud Homer. Od. XIII. 95.

Insula portum, &c.] Suppressa est vox relativa *quem*, aut adverbium *ubi*: sic supra: *Urbs antiqua fuit: Tyrii, &c. pro quam Tyrii, &c.* Hæc autem est loci descriptio. 1. Sinus est longus ac profundus, non latus, in ora Libyæ. 2. Sinus illius sauces, ne laxiores sint, clauduntur objectu in-

sulæ; quæ in longum porrecta, latus unum opponit sinni, alterum pleno mari. 3. Insula sinum ita claudit, ut aditum tamen in sinum utrumque liberum relinquat. 4. Sic insula mari latus opponit; ut fluctus eo allapsi frangantur, et in se sinuatim revolunt, non recto impetu, sed magno flexu, per extrema insulæ aditum utrumque in portum querant. 5. Sinus ipse, non insula, scopulis fere circumcingitur: quorum altissimi duo procurrunt ad extrema terræ continentis cornua, et utrumque aditum defendunt, sylvis in vertice inambrati. 6. In intimo sinus recessu, quæ frons est adversa portum subeuntibus, scopuli antrum exhibent vivis aquis irruum, &c.

165 *Sinus reductos]* Vel sinus in se revolutos ac replicatos, quos unda cum impetu sic allisa semper facit; ut explicamus Ge. IV. 420. Vel sinus a se invicem recedentes, ut explicat Turnebus; qui sic exponit quoque illud Horatii, Epod. II. 13. ‘Aut in reducta valle,’ id est, *recedente ac remota.*

167 *Sub vertice tuta]* Quia scopuli

Æquora tuta silent; tum sylvis scena coruscis
 Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.
 Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum;
 Intus aquæ dulces, vivoque sedilia saxo;
 Nympharum domus. Hic fessas non vincula naves
 Ulla tenent; unco non alligat anchora morsu.
 Huc septem Æneas collectis navibus omni
 Ex numero subit; ac, magno telluris amore
 Egressi, optata potiuntur Troës arena,
 Et sale tabentes artus in littore ponunt.
 Ac primum silici scintillam excudit Achates,

170

175

*undique mare placidum quiescit: præterea umbraculum arborum micantium, et
 nemus obscurum horrentibus tenebris desper impendet. Ex opposita parte, caverna
 est in scopulis suspensi: in caverna sunt aquæ dulces, et sedilia e rivo lapide;
 domus videtur Nympharum. Illic nulla retinacula continent naves lassatas, anchora
 non effigit eas unco dente. Illuc intrat Æneas congregatis navibus septem ex tota
 multitudine: et Trojani ex iis egressi cum magno terra desiderio, obtinunt arenam
 desideratam, et sternunt in littore corpora salis undis fluentia. Et primo Achates*

 168. *scena* Medic. aliisque præstantiores. vel sic tamen male. *stat sylvis
 umbra c.* Hamb. pr. non male; nisi sequeretur *umbra*.—169. *eminet* Puget.
 minus bene.—170. *Fronde Græv.* *æversa* Goth. pr.—172. *Hinc f.* Menag. pr.
natus Heins. e Prisciano et scriptis.—173. *æqua* alter Rottend. *ullo non
 emendabat* Scaliger.—176. *subit* Parrh. et m. at m. nonnulli.—176. *Troes
 potiuntur* tres ap. Burm. cum uno Goth. at tert. *spaciantur T.*—178. *At pri-
 mum aliquot* Burm. et ed. Junt. *Hinc unns* Heins. *silici præclare* Heins. e
 melioribus libris et e Grammaticis. *vulgares libri silicis.* Etiam in codd.

NOTE

imminent mari, atque insulae: ideo-
 que locum a ventis ac tempestate
 tutum præstant.

168 *Scena*] *Scena, σκηνὴ* est *umbra-
 culum*, a σκηνὴ *umbra*: unde hic proprie-
 dictum: *transfertur ad theatrum,*
Ce. II. 481. et III. 24.

Coruscis Desuper, horrentique, &c.]
 Vel, sylvis desuper Sole illustratis;
subter, ramorum opacitate horrenti-
 bus. Vel, sylvis crispantibus et ven-
 torum impulsu agitatis, et ingenti
 umbra migrantibus, scena et *nemus*
desuper imminent. Nam *desuper*, et
 ad *coruscis*, et ad *imminet* referri po-
 test. *Coruscis]* Notat interdum *splen-
 dorem*, ut Ge. I. 28. *corusco Sem-
 per sole rubens.* *Interdum motum,*

ut *Æn. XII. 919.* ‘telum Æneas fa-
 tale coruscat;’ id est, *mocet, vibrat.*
 Sic *micare* ambiguum est. *Æn. X.*
396. ‘Semanimesque micant digiti,’
 id est, *mocentur.*

172 *Hic fessas non, &c.]* Vel signifi-
 cat adeo tutum a procellis portum
 esse, ut naves vinculis et anchoris in
 eo non egeant. Vel dicit Nymphis
 unius familiarem esse locum, ignotum
 adhuc mortalibus, necdum ullas eo
 naves appnisi.

174 *Septem] Nempe* viginti navibus
Troja solverat, *infra*, v. 385. Una
Lyciorum mox naufragio periit, v.
 117. Duodecim mari dissipatae, de-
 inde incolumes redibunt, v. 307.

- Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. 180
Tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
Expediunt fessi rerum ; frugesque receptas
Et torrere parant flammis et frangere saxo.
Æneas scopulum interea condescendit, et omnem
Prospectum late pelago petit ; Anthea si quem 185

excusit scintillam e lapide, et recepit ignem in frondibus, et circumjecit siccata alimenta, et suscitavit flamnam in foco. Tum fatigati casibus educunt frumenta infecta undis, et instrumenta pistoria : incipiuntque et coquere igne, et communire lapide, frumenta erecta et naufragio. Interim Æneas condescendit rupem, et petit omnem undique prospectum in mare : si alicubi Anthem cernal agitatum vento,

parte et ed. Ven. male excusit.—179. *suscepit olim Servius in libris habebat, quem v. 144 et sic alter Mentel. it. Goth. pr. et ed. Mediol. cf. Scalig. iv poët. 16.—180. ex fomite Oudart. Leid. et Hamb. pr. pro var. lect. nec hoc male ; sed in f. doctius. a fomite pr. Moret. *flamas aliquot Burm. et Goth. tert.—181. correptam Exc. Burm.—183. Extorrere Zulich. et Hamb. pr.—185. pelago late tres Burm. Anthea libri potiores ; Arðēs ex Arðos. Ductum inde nomen freminimum Arðela, quod, uti ex Xenoph. Ephes. novimus, etiam 'Arðla fuit s. ex 'Arðios. alii Antea. si qua a multis olim lectum fuit, quod et Carissius testatur. cf. Pier. et Fabric. retinuit Cuning. in sua edit. Sed voc. aliquis cum nomine proprio eleganter jungi satis docnere viri**

NOTÆ

180 *Rapuitque in fomite flammam]* Servius et Diomedes hic agnoscent speciem solecismi : *in fomite*, pro in *fomitem* ; idque factum a poëta ex veteri licentia circa communes praepositiones, *in*, *sub*, *super*, &c. *Fomes*, inquit Servius, sunt assulas, quæ ab arboribus cadunt cum incidentur, et igni concipiendo commodæ sunt. Mihi tamen hic videtur aliquid praeterea significari ; et *fomitem* sumi pro foco, ubi sit congeries grandiorum lignorum : *focus enim et fomes* sunt pariter a foreo. Sensus igitur erit. i. Excludit scintillam. ii. Suscepit eam in foliis. iii. Foliis arida alia nutrimenta adjecit, puta assulas. iv. Ex iis foliis ac nutrimentis jam flagrantibus rapuit in fomite flamas : id est, celeriter et raptim excitavit flammam in foco et strue lignorum.

181 *Cererem*] Ceres, Saturni et Opis

filia fuit : frugum repertrix, ideoque hic pro pane sumitur ; ut *Bacchus* pro vino.

Cerealiaque arma] Arma sunt cujusque artis instrumenta. Sic Ge. i. 160. 'Dicendum et quæ sint duris agrestibus arma.' Hic igitur artis pistoria significantur instrumenta.

182 *Fessi rerum]* Earum nempe quæ ipsis acciderant, ut Æn. xii. 589. 'trepidæ rerum.' Vel fessi miseria-rum, ut infra v. 466. 'Sunt lacrymæ rerum.'

183 *Et torrere, &c.]* Transpositio : prius enim fuit tundere saxo fruges, quam panem coquere.

185 *Anthea, &c.]* *Antheus*, accusat. Graeco *Anthea* ; de quo mentio est l. xii. 443. *Capys*, qui Capuae deinde conditor fuit : de quo Æn. x. 145. *Caicus*, de quo ~~Æn.~~ ~~v.~~ 35.

Jactatum vento videat, Phrygiasque biremes,
 Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
 Navem in conspectu nullam; tres littore cervos
 Prospicit errantes; hos tota armenta sequuntur
 A tergo, et longum per valles pascitur agmen. 190
 Constitit hic, arcumque manu celeresque sagittas
 Corripuit; fidus quæ tela gerebat Achates;
 Ductoresque ipsos primum, capita alta ferentes
 Cornibus arboreis, sternit; tum vulgus; et omnem
 Miscet agens telis nemora inter frondea turbam. 195
 Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
 Corpora fundat humi, et numerum cum navibus æquet.
 Hinc portum petit, et socios partitur in omnes.
 Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes

et Phrygias naves, vel Capyn, vel arma Caici in altis puppibus. Nullam videt nave ante oculos, sed tres cervos vagantes in littore, hos toti greges sequuntur a tergo, et turba pascitur per valles. Illic stetit, et cepit manu arcum et sagittas veloces, quæ arma fideliis Achates gerebat. Ac primo interficit ipsos duces, tollentes capita sublimia cornibus ramosis: deinde persegnens tela per frondosum sylvam turbat vulgus et reliquam multitudinem. Nec cessat ante, quam victor affligat ad terram septem magna corpora, et eorum numerum æqualem faciat numero navium. Postea reddit in portum, et distribuit inter omnes socios. Deinde dividit vina, quæ

docti.—187. *Capin, et Capim* alii, ut Goth. *Caici*, a nomine fluvii Mysiae. al. *Cayci*.—188. *Navim* aliquot ap. Heins. et Goth. sec. cf. ad. v. 124.—189. *Aspergit* Puget. *Hemisticchium* idem *Æn.* XII, 719. *quos tota et tot armenta vett.* nonnulli ap. Pierum.—190. *et abest* Bigot. *et valles, per longum Menag. pr.*—192. *quæ et tela* Menag. pr.—197. *fundit et æquat* Hamb. pr. cum Goth. tert. *quod tueri licet usa poëtarum, substituendi modum indicativum, quoties vulgaris usus subjunctivum amat. alii fundit et æquet, aut fundat et æquat.* Hec placet Burmanno. Sic jungenda *absistit* et *æquat*. *Fundet* Goth. alt. *humo Medic*. cum aliis praestantioribus it. Goth. tert. at Romanus *humo*. pro *numerum* Moret. pr. *meritum*.—199. *deinde bonus quæ vina Hugen.* et sic jam codd.

NOTÆ

186 *Phrygiasque biremes*] Naves, quæ duplice remorum ordine instruc-
 tæ erant: *Æn.* v. 119.

187 *Arma Caici*] Explicant multi de insignibus, figuris belluarum, avi-
 um, monstrorum, quæ in puppi ex-
 sculptæ navi nomen dabant: unde
 altera *Centaurus*, *Æn.* v. 121. altera
Chimera, Ibid. 118. &c. Ego cum
 Corrado existimo, *arma esse ipsa*, quæ
 a navigantibus in puppi ordine dispo-
 nebantur, præsertim clypeos, ut in

veteribus numis et monumentis vi-
 dere est: sic *Æn.* x. 80. ‘præfigit
 puppibus arma,’ pro *armare naves*.
 Et fortasse navis Caici clypeos atque
 arma certæ cujnsdam habebat formæ,
 quæ facile dignosci posset.

188 *Cervos*] Aristoteles et Plinies
 negant in Africa cervos esse. Affir-
 mat tamen Dalecampius in Plin. I.
 VIII. 83. additque id jam omnibus
 notum esse.

199 *Vina bonus, &c.*] Parum com-

Littore Trinacio dederatque abeuntibus heros,	200
Dividit, et dictis mœrentia pectora mulcet :	
O socii, (neque enim ignari sumus ante malorum)	
O passi graviora ; dabit Deus his quoque finem.	
Vos et Scyllæam rabiem penitusque sonantes	
Accestis scopulos ; vos et Cyclopia saxa	205
Experti. Revocate animos, mœstumque timorem	
Mittite. Forsan et hæc olim meminisse juvabit.	
Per varios casus, per tot discrimina rerum,	
Tendimus in Latium : sedes ubi fata quietas	

largus Acestes imposuerat cadiis in littore Siculo, dederatque heros discedentibus : ei solatur verbis maesta corda : O socii (nam non oblii sumus malorum præteriorum) o qui tolerasti acerbiora ! Deus ponet his quoque terminum. Vos accessistis ad rabiem Scyllæ, et ad rupe intus lastrantes : vos experti estis quoque rupe Cyclopum : resumite animos, et pellite tristem metum : fortassis gratum erit aliquando recordari harum etiam rerum. Per casus diversos, per tam multa pericula rerum, tendimus in Latium ; ubi fata monstrant sedes tranquillas : in illo loco licebit regnum Trojanum

ap. Pierium.—200. *Tenario* Zulich. sed c superscr. *abeuntibus illis*. Bigot. *abeuntibus hospes* Medic. Pierii. non malo lapsu.—202. *enim* abest a Moret. sec. *sumus ignari* Voss. *neque enim immemores sumus* Medic. Pierii.—203. *Et passi* Rottend. pr.—204. *vos ad* S. Rottend. pr. *Scyllæus recte* : est Σκύλλαος. uti ap. Athenæum VII, p. 311 F. *Σκυλλάος πορθμός*.—205. *scopulus* Moret. pr. *adcessit* Heinz. pnto rescripsit, ut sibi constaret. *accessit* ipse Medic. et Rom. *Cyclopea* multi ; sed in hoc et similibus penultimam produci docuit Heinzius. Est enim ex e. *Κυκλώπειος*. at *Cyclopius*, ex *Κυκλέπιος*. cf. inf. ad 665. *nonnulli* etiam *Cyclopeia* male. 206. *animus* sec. Moret.—209. *sedes ibi* codd. ap.

NOTÆ

moda vocum perturbatio, quæ vocis unius immutatione facile tolli potuisset : Deinde bonus quæ vina cadiis onerarat Acestes, Dividit. *De Acesto Siciliæ rege*, Æn. v. 36.

Cadiis onerarat] *Cadus*, vas vinarium, aliter *Amphora Attica*, capiens unras duas. *Onerarat cadiis vina*, pro, *onerarat cados vino*.

200 *Trinacio*] *Siculo*. *Sicilia* dicta est *Trinacia* a tribus promontoriis, de quibus Æn. III. 687.

202 *Ante malorum*] Agnoscit hic I. C. Scaliger *synthesis*, sive *conjunctionem* : ita ut *antemalorum* sit una vox et duabus composita : opponitque hanc figuram *equationi*, qua vox una in duæ dissolvitur, ut infra, v. 614.

Quæ me cumque vocant terræ. Turnebus mavult suppressum esse articulum et verbum, fere Græco more ; et sensum esse : *malorum quæ fuerint ante* : quemadmodum apud Ovid. Met. I. 20. ‘Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus ;’ id est, *quæ sunt sine pondere*.

205 *Accessit scopulos*] Pro *accessistis ad scopulos*. Sic *extinxem*, pro *extincissem*. Æn. VI. 57. De *Scylla* olim virgine, nunc scopulo ad fretum Siculum, Æn. III. 420. De *Cyclopibus* ejusdem Sicilie ad montem *Etnam* incosit, Æn. III. 569.

209 *Latium*] De ea Italæ regione, Æn. VII. 54.

Ostendunt. Illic fas regna resurgere Trojæ.

210

Durate, et vosmet rebus servate secundis.

Talia voce refert; curisque ingentibus æger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Illi se prædæ accingunt dapibusque futuris:

Tergora deripiunt costis, et viscera nudant;

215

Pars in frusta secant, veribusque trementia figunt;

Littore æna locant alii, flamasque ministrant;

Tum victu revocant vires; fusique per herbam

Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinæ.

excitari. Perseverate, et reservate vos ipos ad res prosperas. Hec dicit ore quidem tenus, et anxius gravi sollicitudine spem fronte fingit; sed comprimit corde profundum dolorem. Trojani parant se ad prædiam et ad futuras epulas, detrahunt pelles e costis, et detegunt carnes: alii scindunt in partes, et trajicunt veribus eas adhuc palpitantes: alii disponunt ærea vasa in littore, et subjiciunt ignem. Tum reficiunt vires cibo: et discubentes in gramine satiantur vino veteri et pingui

Pier. quietis sc. nobis, vetus ms. ap. eundem.—211. durare et serrare unus Heins.—213. alto corde Rottend. pr. alter Hamb. Puget. Leid. un. etiam aliquot codd. Pierii, nec hoc indocte. Exulat h. l. et ante premit; quod sape fit.—Similem versum videbimus iv. 477. Consilium rulta tegit ac spem fronte serenat.—214. Illic Goth. sec. Accingunt sese præda Puget. Distinctionem ita instituit vult Burmannus: *præda accingunt, dapibusque futuris Tergora deripiunt c.*—215. Deripiunt Heins. ex ratione grammatica, quam tamen unus Rottend. tuetur. Sic iam emendarunt Turnebus et Gifan. v. Cerd.—216. veribus al. v. Pier. et inf. ad v. 103.—217. Littoreque æna Montalb. flammisque Hugen. quod dictum esset, ut relū ministrale Æn. vi, 302 et alia. Burn.—218. renovant Voss. r. animos Sprot. ex 206 repetitum. per herbas unus Heins.—219. in sec. Moret. τῷ ferina subjungitur munere cum glossa: *hemisticum*; ut sit unus ex versibus, quos imperfectos Maro reliquit. Sed amat casus secundos Maro. Et laudatur hic ipse versus a Grammaticis eam in rem. v.

NOTÆ

211 *Durate]* Perseverate, sustinetе: quo sensu active etiam dicitur Æn. VIII. 577. ‘quemvis durare laborem.’ Et apud Horat. Od. 1. 1. 14. 7. ‘Vix durare carinæ Possint imperiosius æquor.’

214 *Præda accingunt]* Cervia, quæ venatorum præda erat, ad cibum curandis accingunt se, id est, parant: solent enim ministri, ad prestandam commodius operam, defluentem vestem altius cingere.

216 *Tergora, &c.]* Per tergora, pelle intellige; per viscera, vel interiora quæ educuntur; vel juxta alios, car-

nes ipsas quæ pelli proxime subjectæ sunt. Per æna, vasa ærea; vel ad elixandas carnes; vel, ut mavult Servius, ad lavanda ante epulas hominum corpora. Errat tamen Servius, cum ait heroicis temporibus elixæ carnis usum non fuisse. Nam Ovid. Met. 1. 228. de Lycaone loquitur, qui, ante ipsa diluvii tempora, hospitum suorum ‘seminecces partim ferventibus artus Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.’

219 *Implentur veteris Bacchi, &c.]* Græcorum more, apud quos verba implendi regunt genitivum, Sic Plaut.

- Postquam exempta famēs epulis, mensæque remotæ : 220
 Amissos longo socios sermone requirunt ;
 Spemque metumque inter dubii, seu vivere credant,
 Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos.
 Præcipue pius Æneas, nunc acris Oronti,
 Nunc Amyci casum gemit, et crudelia secum 225
 Fata Lyci, forteisque Gyan, forteisque Cloanthum.

carne ferarum. Postquam famēs pulsa est cibo, et mensæ sublatæ fuerunt : inquirunt longo colloquio de sociis amissis, inter spem ac timorem incerti, utrum putare debeant eos vivere, an in extremis versari, nec jam audire quamvis inclamentur. In primis pius Æneas, nunc dolet privatim fortunam generosi Orontis, nunc fortunam Amyci, nunc duram sortem Lyci, et fortē Gyan, et forte Cloanthum.

Heins. farinæ Rottend. pr. et duo in Exc. Cort.—220. excepta f. Zulich. a m. pr. extincta Hamb. pr. epulis exempta f. Oudarti.—222. credunt Mentel. Post inter distinguunt nonnulli Codd. et edd. ut sit : *dubii seu v. credant*. Burn.—223. *seu extrema* duo ap. Burn. *seu jam e.* Puget.—224. *Orontis* plures Codd. et edd. etiam ap. Pier. Scilicet est Orontes, Ὀρόντης, Oronteus, Oronatei et Oronti. v. sup. ad v. 34. *Oronti* etiam fragm. Vatic.—225. *Amici* alii. Tunc *Anthei* Hamb. pr. *casus* Leid. et Sprot. Illud *secum* non debet offendere. nam *gemit secum* A. v.—226. *Lycus*. idem memorantur lib. ix,

NOTE

In Amphit. A. I. S. 2. v. 8. ‘Erroris ambo ego illos et dementiae Complebo.’ Bacchi, id est, vini, cuius inventor fuisse dicitur a poëtis : Jovis et Semeles filius fuit. Ecl. v. 69.

223 *Vocatos*] Significat eos esse mortuos : et alludit ad morem veterum ; qui et morientium manes, et eos, quos per errorem amiserant, ter vocabant. Sic Æn. vi. 505. ‘Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem Constitui, et magna manē ter voce vocavi.’ Et Æn. ii. 769. ‘mœstusque Creusam Nequicquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.’ Huc etiam valet *Hylæ* *inclamatio*. Ecl. vi. 43.

224 *Oronti*] In genitivo casu, pro *Orontis*. Sic apud Ciceronem Ariobarzani, Verri, &c. pariter in genitivo. Ratio e Græcis repetenda est, apud quos frequens erat declinationum commutatio. Sic nomina in ἦς, ut, ‘Ἀχιλλεὺς, efferebant Dores per ης

‘Ἀχίλλης : poëtæ vicissim nomina in ης, ut Ἀντιφράτης efferebant, per ἦς, Ἀντιφράτης. Hinc nomina Latina ex iis deducta ad duplice quoque declinationem pertinent; et dicitur : Achillei, Ulyssci, Orontei; ab Achilleus, Ulysses, Oronteus, Ἀχιλλέως, &c. Vicissim que Orphæi Dativus casu, Ecl. iv. 57. Oronten accusativo, Achillen, Ulyssen : ab Orpheo, Orontea, Achilles, Ulysses, Ὀρφῆς, &c. An vero Orontei an Oronti ; Achillei, an Achilli scribendum sit, inanis est controversia.

225 *Amici*, &c.] Duo hujus nominis a Turno deinceps occidentur : alter Æn. ix. 771. alter Æn. xii. 509. Uter hic fuerit, non liquet, qui naufragio periisse nunc putatur, unde tamen emersit cum aliis compluribus, de quibus v. 513. *Lyci* pugna cum Turno describitur Æn. ix. 545. De *Gya* et *Cloantho*, frequens sermo est nauticis in ludis, Æn. v.

Et jam finis erat: cum Jupiter æthere summo
 Despiciens mare velivolum, terrasque jacentes,
 Littoraque, et latos populos, sic vertice cœli
 Constitit, et Libyæ defixit lumina regnis. 230
 Atque illum tales jactantem pectore curas
 Tristior, et lacrymis oculos suffusa nitentes,
 Alloquitur Venus: O qui res hominumque Deumque
 Æternis regis imperiis, et fulmine terres,
 Quid meus Æneas in te committere tantum, 235
 Quid Troës potuere? quibus, tot funera passis,
 Cunctus ob Italiā terrarum clauditur orbis?

thum. *Et jam finis erat, cum Jupiter ex alto cælo despectans mare navigabile, et terras humiles, et littora, et diffusas gentes, tali situ stetit in supra parte cœli, et fixit oculos in regnis Africae.* Venus autem tristior, et habens pulchros oculos lacrymis perfusos, illum alloquitur volventem animo tales curas: *O tu, qui semperita potentia moderaris res hominum ac Deorum, et fulmine terribilis es; quid meus Æneas tam grave peccare contru te potuit, quid Trojani potuere? quibus, jam oppressis tam multiplici clade, totus orbis terrarum clauditur propter Italiā?*

556. *Giam* multi, etiam nostri, vel *Gian*. *Cloantum* castigatores, notante Heinsio, ut Goth. pr. *Choantum* Leid. Nomina promiscue posuit, ut poëta. *Amycus*, *Auxos*, ad exemplum regis Bebrycum, de quo Apollon. II. pr. et inf. v. 373. diversus est ab illis qui inf. x, 704, ix, 772. xii, 509. eodem nomine occurunt. *Lycus* inter Trojanos iterum ix, 545 s. *Gyas* et *Cloanthus* in ludis in Sicilia editis lib. v, 118 sqq. Diversi sunt *Gyas* inter Etruscos x, 318, et forte alijs xii, 460.—227. Noli in vulgarius incidere, ut emendes: *Et jun finierat.*—Sequitur *Juppiter*: in his ac similibus novare aliquid nolui. Si mei arbitrii res esset, scriberem *Jupiter*, ex antiquiore ac veriore ratione, quam in Virgilio redhibuit esse volumus: ut statim 229 *litora*. Scilicet antiqui literas in his geminabant pronuntiatione, non scriptura; recentiores etiam scriptura: recte et hoc: sed tun tenendum est alterutrum constanter et in omnibus, quibus eadem ratio subest.—228. *Despiciens* Bigot. *dispiciens* duo, et *prospiciens* duo alii ap. Burm. sed *despiciens* etiam Macrob. vi Sat. 4. *terrasque latentes* Hamb.—230. *terris* Puget.—231. Miror neminem in *takes* haessisse, et *tacitas curas* conjectasse. Sed cf. Not.—232. *atque oculos lacrymis* s. Priscianus et Alcinius ap. Heins. *offusa* Servius citat inf. ad 486.—233. *Adloquitur* scriptis Heins. cum Medic. alius et numismatis antiquis, in quibus *Adlocutio*. *Deorumque malint* Heins. et Bentl. ad Horat. i Od. 12, 14.—235. *Quod Diomedes*.—237. *Cluditur* post alios Gudianus.—238. *hinc abest a sec.*

NOTÆ

227 *Finis erat*] Cœnæ, colloquii, diei.

228 *Velivolum*] Ubi naves velis, quasi alis, volant: *Æn.* III. 520. *velorum pandimus alas.* Et contra, volucres nare per aërem dicuntur; de Dædalo *Æn.* VI. 16. ‘*Gelidas enavit ad Arctos:*’ ibidemque, v. 19. ‘*Re-*

migium alarum.’ De *Libya*, pro *Africa*, supra v. 162.

237 *Cunctus ob Italiā*] *Ob*, non est hoc loco circa, ut somniat Servius; sed propter: quod enim Italiam pertinet, ideo tantus in eos exarsit Deorum et hominum furor, ut toto orbe arceantur.

Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
 Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri,
 Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
 Pollicitus. Quæ te, Genitor, sententia vertit ?
 Hoc equidem occasum Trojæ tristesque ruinas
 Solabar, fatis contraria fata rependens.

240

*Sane promiseras hinc aliquando, annis labentibus, Romanos ; hinc duces orituros esse
 e stirpe Teucri instaurata, qui mare et terras regenter omni auctoritate : quodnam
 consilium mutavit te, o pater ? Hac spe leniebam dolorem de interitu Trojæ et tristi
 excidio, compensans his fatis fata adversa. Nunc tamen idem infortunium perse-*

Moret. *Certe hic Ven. Certe in Romanis Zulichem. a m. pr.—239. a omis-
 sum in Gud. Moret. pr. et multis aliis, etiam ap. Pierium ; et in fragm. Vatic.
 a pr. m. ut fere et alibi cf. Burm. Evidem abesse malim.—240. dicione om-
 nes vetustiores Heins. terras omnis fragm. Vatic. a Campiglia expressum,
 cuius lectionis etiam Servius meninuit. Nec diffiteor hanc lectionem multo
 magis epicæ dignitati convenire videri, quam subtilem omnium generum
 potestatis comprehensionem.—241. vide an senior fuit oratio, si distinxeris :
*Certe hinc—pollicitus, quæ te, Genitor, sententia vertit ? h. cum sis pollicitus. Du-
 rum enim illud pollicitus sine es vel eras, in fine sententiae absolutæ.—242. casum**

NOTÆ

238 *Volventibus annis*] Usuvenit in illa voce, quod vix usquam in alia. Nempe ut activa vox passivam habeat vim, et hic, et G. i. 163. ‘volventia plausta,’ id est, *volubilia, quæ volvuntur*. Tum ut, vox futuri temporis, præteritum significet, ut Æn. ix. 7. ‘volvenda dies in attulit ultro :’ et apud Lucret. i. vi. ‘Glangs etiam longo cursu volvenda liquevit ;’ id est, *vo-
 luta*.

239 *Revocato a sanguine Teucri*] *Dardanus* Jovis dicitur filius, ex Electra Atlantide, Coriti Tusciae regis uxore. Hic cum venisset in Phrygiam, Teucri, regis in Phrygiæ parte, gener factus, ei successit in regnum, et urbem *Dardaniam* condidit, quæ deinde dicta est *Troja*. Itaque Trojanum modo *e sanguine Teucri*, modo *Dardanidae* appellantur. Hinc statut Servius, hoc loco *Teucri* nomen a poëta substitutum esse pro nomine *Dardani*: siquidem *Dardanus* ex Italia, non Teucer, ortus erat: at hoc durum videtur. *Corradus sanguinem Teucri*, *Trojanos explicat*; sed negat

Dardanum Italum fuisse; atque adeo *revocato* interpretatur, non ut ceteri, *revocato in Italiam*; sed *restituto et revocato in pristinum splendorem*, unde per incendium urbis exciderat. Tamen quia Virgilii affirmat Dardanum ex Italia oriundum esse Æu. III. 167. ideo e Servio et Corrado tertiam explicandi rationem compono: et per *sanguinem Teucri*, *Trojanos*; per *revo-
 cationem*, redditum in Italianam intelligo; hoc sensu: *Sanguis Teucri et sanguis, Dardani, jam unus idemque est*: is revocabitur in Italianam; unde profluxit, non per Teucrum quidem, sed per Dardanum.

243 *Fatig contraria fata rependens*] Compensans Trojanæ fati acerbitatem, jucunda spe Romani fati. Sed cur Venus timeat mobilem erga Trojanos Jovis animum; cum immobilem esse fati vim sciat? Puto ego *Fatum* nihil aliud fuisse, quam immutabilem rerum et eventuum seriem, in Jovis mente, sive decretis existentem; quam proinde solus ipse cognosceret;

Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
 Insequitur. Quem das finem, Rex magne, laborum ? 245
 Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
 Illyricos penetrare sinus atque intima tutus
 Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi;
 Unde per ora novem vasto cum murmure montis

quitur homines agitatos tot casibus: quem ponis terminum laborum, o magne Rex? Antenor, cum effugisset e medio Graecorum, potuit securus intrare in sinum Illyricum, et intima regna Liburniae, et transgredi fontem Timavi; unde per norem

quatuor Burmanni. *casus* Bigot.—245. *Rex summe* Hamb. sec. in Exc. Cortii.
 —246. *elapsus* alter Hamb. et Franc. Versus 246—51. recitat Auctor de progenie Aug. c. 10.—249. *magno* Parrhas. ex v. 59. *cum rasto* alter. Hamb.

NOTÆ

solus Diis per se, hominibus per oracula declararet: unde ait Harpyia fatidica, *AEn.* III. 251. ‘Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædictus.’ Addo fatum veteres immobile quidem credidisse: sic tamen, ut crederent: I. Ejus eventum, etsi omnino impediri non posset, posse tamen aliquantum retardari. Ita Juno *AEn.* VII. 318. ‘Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis; At trahere, atque moras tantis licet addere rebus.’ II. Eventum pendere saepè a certis conditionibus, quibus elusus fatum elusum esset. III. Fati cuiuslibet declarationem, sive per Jovem, sive per oracula, posse esse ambiguam. Unde saepè tam Diis, quam homines, contra fata sibi adversa nitebantur. Hic igitur Venus timet, ne Jupiter parum sincere de futura *Aeneæ* felicitate sit locutus.

246 *Antenor*] Hunc aliqui testantur ex sorore Priami natum esse, de quo sic Livius initio historiæ. ‘Constat Troja capta, in ceteros saevitum esse Trojanos; duobus, *Aenea* Antenoreque, et vetusti jure hospitiis’ (quia Ulysses sub habitu mendicis latenter, et a se agnitus, Priamo non prodiderant) ‘et quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant,

omne jus belli Achivos abstinuisse. Casibus deinde variis Antenorem, cum multitudine Henetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, et sedes et ducem, rege Pylæmene ad Trojam amissi quærebant; venisse in intimum Maris Adriatici sinum: Engænicisque, qui inter mare et Alpes incolebant, pulsis; Henetos Trojanosque eas tenuisse terras. Et in quem primum ingressi sunt locum, Troja vocatur, pagoque inde Troja nomen est: gens universa Veneti appellati.’ Addunt *Patarium* urbem ab ipso conditam in illo tractu; nunc *Padone*. De *Achiris*, Græcis, v. 492.

247 *Illyricos penetrare sinus, &c.]* Iter Antenoris describit per Mare Adriaticum, qui sinus est ingens, cui ad meridiem adjacet Italia; ad septentrionem *Illyricum*, l’*Esclavonie*: cuius Illyrici pars orientalis est *Dalmatia*; occidentalis *Liburnia*, nunc maritima pars *Croatiae*. Ulterius in intimo sinu sunt *Carni*, nunc pars Fori Julii, *Frioul*: ubi fluvius est *Timacus*. In meridiem deinde, Italiam versus reflexo cursu, occurrit *Venetia* regio, ubi *Patarium*, et *Venetiae*, urbes celeberrimæ.

249 *Per ora novem, &c.]* De ostiis *Timari* explicantur: quæ varias inter

It mare proruptum, et pelago premit arva sonanti;	250
Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit	
Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit	
Troia; nunc placida compostus pace quiescit.	
Nos, tua progenies, cœli quibus annuis arcem,	
Navibus (<i>infandum</i>) amassis, unius ob iram	255
Prodimur, atque Italica longe disjungimur oris.	
Hic pietatis hoaos? sic nos in sceptra reponis?	
Olli subridens hominum sator atque Deorum	
Vultu, quo cœlum tempestatesque serenat,	
Oscula libavit natae; dehinc talia fatur:	260

scaturigines, magno cum sonitu montis exit quasi profusum mare, et aquis strepentes operit agros. Nihilominus ille funderit illuc urbem Patavium, et sedes Trojanorum, et impossit populo nomen, et suspendit arma Trojana, junque quiescit fruens dulci pace. Nos, qui sumus tua soboles, quibus promittis regiam cœli, annisis navibus, (horrenda res) prodimur propter furenum solius Junonis, et procul ejicimus ab Itaca litteribus. Hoc primum est virtutis? Sic restitus nos in regna? Patet hominum ac Deorum illi subridens, ea facie qua serenat ætatem et tempestates, terti-

—250. *proruptum* defendit Heinsius hic et alibi. cf. *inprimita* ad Silium III, 51. Est sane exquisita vox hoc sensu, pro *proruptus*. multi *præceptum*, cf. Cerd. etiam Fragm. Vatic. a pr. m. et ap. Semec. Qu. nat. III, c. 1. quod sane defendi poset. cf. sup. 109. *præceptum* Ed. Ven. in *mare proruptum* Moret. pr. et Franc.—251. *urbes* Zulich. *sedesque* Exc. Burm.—252. *Troica* tres ap. Burm. *cum placida c. p. quietit* Menag. alter.—255. *Infante* duo Burm. (et sic apud Servium legendum: *infandum* pro *infante* posuit.) *amassis infandum* Dorvill.—256. Dubitat Burmannus, an *aqua* sit scribendum. Verum etsi non scribiribit, subintelligendum tamen: *aqua* ab *Italia* *oris* *disjungimus*, interjacenti mari et aliis terris. *avis* Leid. usus et Hamb. pr. pro var. lect.—257. in *regna* pro var. lect. Hamb. sec. et Ondart.—259. *tempestatesque* Blagot.—260. *deca* tert. Goth.—261. *Cytherea*. Mirum ex rā Kōniga, Kōthiga,

NOTÆ

insulae divisa, septem ab aliis, ab aliis octo, novemque numerantur. Quidni ad fontem Timavi referam? qui dicitur e monte erumpere per novem scaturigines, quæ deinde in unum confluent fluvium, brevissimum quidem, sed latissimum; unde *maris* nomen ipsi attributum ab incolis, testatur Servius ex Varrone. Hunc tamen fluvium hodie obscurum esse rivulum perhibent. De illo jam diximus, Ecl. viii. 6.

—252 *Teucrorum, et genti, &c.*] *Trojanorum*, a Teucro, supra, v. 230. *Genti nomen dedit*, cum Venetos appellavit *Delph. et Var. Clas.*

Virg.

ab Henetis sociis. *Arma Axit Troia*, dum pagum Trojam ibi condidit, supra, v. 246.

—254 *Cœli quibus annuis arcem*] Quia inter indigetes Æneam aliquando ve-
candum esse, fatum ferebat. Æn. xii. 794. De *Indigebus*, Ge. i. 498.

—256 *Prodimur*] Tradimur a te in potestatem hostium.

—260 *Oscula libavit natae*] *Natae*, non dativo casu; sed genitivo. *Libavit*, non dedit; sed leviter tetigit. *Oscula*, non besia; sed summum se, parvum ea. Id est, os suum summo natae ori leviter

2 E

Parce metu, Cytherea; manent immota tuorum
 Fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
 Moenia, sublimemque feres ad sidera coeli
 Magnanimum Aeneam; neque me sententia vertit.
 Hic (tibi fabor enim, quando haec te cura remordet, 265
 Longius et volvens fatorum arcana movebo)
 Bellum ingens geret Italia, populosque feroce
 Contundet; moresque viris et moenia ponet:
 Tertia dum Latio regnantem viderit aetas,

git labra filiae: deinde haec dicit: Abstine metu; Cytherea: fata tuorum stant tibi immota: videbis urbem et muros promissa Lavini, et sublimem extollas ad astra carli generosum Aeneam, neque aliud consilium mutavit me. Ille (dicamus enim tibi, siquidem ea cura te sollicitat; et explicabo secreta fatorum ea longe revolvens) faciet grave bellum in Italia, et domabit gentes asperas, et dabit viris leges et urbes: donec tertia aetas cum viderit dominantem, et tres hymnes fluerint post Rutulos

factum esse Cytherea, etiam Cytherea. Itaque aliam originem vocis petunt grammatici ἀπὸ τοῦ κείθεων τὸν ἐπορεύεσθαι αὐτὴν σπουδαῖον. In utroque Hesiодi versus est, qui laudatur Theog. 198., non Homeri.—262. et in al. deest, monente. G. Fabricio, conterraneo nostro, quem secutus est Cuninghamus. *Lavini* scripsit v. ad vs. 2.—264. vertet Rottend. sec. Moret. sec.—265. Antiques edd. jungunt fere: *Hic tibi.* Ex Grec. notat Burm. *Hic* (*Tibi f. erit*) q. Duo hinc, quando te haec Menag. alt.—266. evolvens Hamb. pr. Paris. a pr. m. Dorvill. Ed. Ven. uti Waddel. Animadv. Crit. p. 10. emendarat; et sane de temporum historiis commode rēvolvi. Sed non bene copula deideretur; et epicū orationi accommodatissimum: *movebo volvens longius, pro petam, repetam.* Hoc fere Ge. II, 205 *Esclusa—immota manet multosque nepotes, Multa virum volvens durando aecula vincit, et sic alibi volvens simili sensu: Tum genitor veteranus volvens monumenta virorum—sit Aen. IV, 102. ac volvens Parrh.* Sed et v. etiam fraga. Vatic. moneta ed. Dan. et quae eam sequuntur. docebat Puget. et un. Gueif. in Exc. Cort.—268. moresque Zulich. *mania condet* Oudart. et Hamb. pr. pro var. lect. a glossatoris

NOTE

adseruit. Sic Ovidius oscula dixit diminutive, pro *per ora*: Met. I. 499. ‘videt igne micantes Sideribus similes oculos, videt oscula.’ Et Martialis, Ep. lib. II. 92. 4. ‘Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.’ Et Horat. Od. I. 1. 18. 14. ‘Dulcia barbare Læden tem oscula.’

260 *Natura*] Quadruplex fuit Venus, ex Cicer. I. III. de Nat. Deorum. Præcipuae sunt; ea quæ nata est e spuma mariæ; et ea quæ Jovis et Diænes filia fuit, de qua hic sermo est. Utraque vulgo confunditur, et re, et

nomine: utraque enim Græcia dicitur Aphrodite, ab ἀφρός *spuma*: Latinis autem *Venus*; quod, inquit Cicero, ad omnes veniat, est enim voluptatis Dea, at ‘trahit sua quemque voluptas.’

261 *Parce metu, Cytherea!* Metu, pro metu, dativus antiquus, de quo Ecl. V. 29. *Cythere, orum, insula Mediterranei Maria, contra Cretam, non longe a Malea Peloponnesi promontorio, dicata Veneri;* τὰ κίθηρα, se- cunda syllaba longa, quanquam in *Cytherea* brevis est.

262 *Lavini*] Pro *Lavini*. Et prima

- Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis. 270
 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
 * Additur, (Iulus erat, dum res stetit Ilia regno)*
 Triginta magnos volvendis mensibus orbes
 Imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
 Transferet, et longam multa vi muniet Albam. 275
 Hic jam ter centum totos regnabitur annos

domitos. At puer Ascanius, cui modo adjicitur agnomen Iuli, qui dicebatur Iulus, dum res Iliacec tigebant regno; traducet imperando triginta magnos annos, mensibus levibus: et transportabit regnum ab urbe Lavinio, et multo labore adiicbat Albam longam. Illic deinde regnum erit per annos trecentos integros sub stirpe Trajana:

manu.—270. *transierent* qu. Moret. *cum* alter Hamb.—271. *Iulus* Exc. Burm. sed *Iulo* defendit etiam Rufin. de Schem. Lex. p. 33. ap. Burm. *qui* fragm. Vatic.—272. Versus suspectus. ant totus insertus, aut suppletus post additur. v. *Excus*. ad h. v. Erat tamen versus in codd. jam tempore Auctoris de progenie Augusti, qui vs. 271, 272 recitat.—273. *annos Longob.* Pierii, solemni lapsu.—274. ab s. Heins. e Medic. et al. adde Rom. antea: *a s. Sprot. et Parrhas. a sede Latini.* Ceterum si *Lavinium* unice verum est, cf. sup. ad v. 6, scribendum hic et v. 262 *Lavini*.—275. *magna* ci Zulich. ut et alibi. v. Burm. *et multa Ondart.* et sic alii ap. Pier. *maneat urbem* sec. Hamb.—276. *tercentes* Montalb. et Ven. *trecentum* fragm. Moret. *Hinc* Serv. et M8. Bersmanni, quo sequitur Cunninghamus; et sic aliquot Heinsiant; *hos* duo. Cum *regnabitur* absolute dictum sit, tum autem ex more dicendum esset, *genti Hec-tore* h. e. ab g. H. Burmannus, *Vir latinissime doctus, emendat: Hec sc.* Alba *regnabitur.* Nescio tamen, annon vulgata ad eundem loquendi modum accedit: *regnatur* est regnum tenetur, habetur, *sub gente H.* ut Homeri *tr*,

NOTÆ

in hoc nomine communis est; hic brevis, ut et versus 274. alibi longa, ut v. 6. ‘Italiam fato profugus Lavinia venit Littora.’ Sic quoque prima, in Italia; ‘Italiam fato,’ &c. et v. 256. ‘Prodimur atque Italis,’ &c.

270 *Ternaque transierint, &c.]* Per tres testates tresque hyemes, tres annos describit, quibus Æneas regnavit Lavinii, post Turnum, Rutulorum regem, a se devictum. Tacet autem de Æneas morte, quæ varie a variis describitur. Aliqui occulsum volunt in prælio adversus Mezentium: aut certe post victoriam nusquam comparuisse: inde habitum inter Deos. De *Latia* et *Lavinio*, supra, v. 6. De *Rutulis* Latil populis, Turno subditis, *Æn.* vii. 784.

271 *At puer Ascanius] Ascopius* sic dictus est, ab Ascanio Phrygiæ flavio, ut putat Servius; *Iulus*, ab ipso Ilio, sive Troja, ut innuit hic Virgilius. Hoc porro nomen deformatum, deinde est in *Iulus*, ab Ιονίᾳ inquit, quæ est *prima lanugo*; quia videlicet Mezentium singulare certamine occiderat, cum prima lanagine vestiretur, ut refert ex Catone Servius. At hæc minime cum Virgilio conveniunt, qui cædem Mezentii tribuit Æneæ, *Æn.* x. 874. Neque cum iis, quæ de morte Æneæ retulimus. Et certe sic obscura sunt heroica illa, aut potius fabulosa tempora; ut dubitet Livius, utrum Creusa, an Lavinia filius sit, is, qui Albam condidit, Ascanius.

273 *Triginta, &c.]* Regnasse ait Acanum annos triginta; alii dicunt

Gente sub Hectorea ; donec regina sacerdos
 Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
 Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus
 Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet 280
 Moenia, Romanosque suo de nomine dicet.
 His ego nec metas rerum nec tempora potu ;
 Imperium sine fine dedi. Quin aspera Juno,
 Quæ mare nunc terrasque metu cœlumque fatigat,
 Consilia in melius referet, mecumque fovebit 285
 Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.

donec Ilia, regii sanguinis sacerdos, Marte gravida edet partu binam sobolem. Postea Romulus, gaudens ruso tegmine lupa altricis suæ, succedit in curam gentis, statuet urbem Martiam, et appellabit Romanos de suo nomine. Ego illis nec definio limites ditionis, nec durationem : concessi imperium absoque termino. Immo acerba Juno, quæ nunc timore commovet mare et terras et cœlum, mutabit sententiam in melius, et mecum promovebit Romanos dominos rerum, et populum togatum. Ita

cum notatione obsequii aut imperii, quod patitur quis. Il. Z. 159. Zebs γάρ οὐδὲν οὐχι τρέπε θύμασεν Argivos. Hæc tamen expedition est lectio.—278. Partu geminam sec. Hamb.—279. tectus Vratisl.—280. accipiet Hamb. pr. cum uno Guelpherb. in Exc. Cort. nec hoc male.—281. ducit alter Hamb.—282. metam Bigot. minus poëtice.—284. quæ terrasque quidam codd. ap. Burm. et Pier. sed sic melius que abesset.—285. mecumque jucabit sec. Moret. solennis varietas. cf. Burm.—286. Progeniem rerum dominos Bigot. Sed Romanos

NOTÆ

octo et triginta : forte triginta Lavini, octo Albæ. *Volkendis] Revolutis, supra, v. 288. Orbes]* Annos, quia 'in se sua per vestigia volvitur annus.' Ge. II. 402. *Magnos orbes]* Si comparentur cum Lunaribus, qui breviores ac menstrui sunt.

277 *Hectorea]* Trojana, ab Hectore Priami filio, supra, v. 103.

Regina sacerdos Marte gravis, &c.] Ilia, sive Rhea Sylvia, Numitoris Albani regis filia, atque hinc dicta *regina*; ab Amulio, patris fratre et expulsore, sacerdotio Veste addicta, ut virgo permaneret; a Marte compressa, Remum ac Romulum peperit. Hi jubente Amulio per Faustulum pastorem feris expositi, a lupa nutriti dicuntur; juxta alios ab Acca Lau-

rentia Faustuli uxore, quæ meretricio cognomine *lupa* appellabatur. Hinc ulti avum suum, et occiso Amulio, Romam condidere. Romulus urbi nomen dedit; fratrem, saltu parvitus mœnium illudentem, interfecit: post bella deinde plurima fulmine ictus, in cœlum raptus esse creditus est.

280 *Mavortia]* Marti dicitata, quia Mars Reini et Romuli pater.

281 *Suo de nomine]* *Romulus* diminutivum est nominis, ad blanditiæ; nomen ipsum *Romus*, unde *Roma*; citatque Servius in eam rem hæc Sibyllæ verba, 'Ρομαῖος Ράμον ταῖδες.

286 *Togatam]* *Per togam*, exteriorem vestem, vulgo albam, distinguit Romanam gentem a ceteris: *Roma-*

Sic placitum. Veniet lustris labentibus ætas,
 Cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenæ
 Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
 Nasceret pulchra Trojanus origine Cæsar, 290
 Imperium Oceano, famam qui terminet astris;
 Julius, a magno demissum nomen Iulo:
 Hunc tu olim cœlo, spoliis Orientis onustum,

placitum. Veniet fluentibus temporibus ætas, quando familia Assaraci subjicit servituti Phthiam, nobilesque Mycenæ, et imperabit Argis superatis. Orietur Cæsar, Trojanus illustri origine, qui definit ditionem suam Oceano, famam sideribus, isque erit Julius, quod nomen deductum est a magno Iulo. Tu olim secura illum excipes in caelo, overatum spoliis Orientis: ille etiam invocabitur per vota. Tunc

firmat Sueton. Aug. 40 et, qui et ipse versum repetit et ad Domitianæ laudes transfert, lib. xiv, 124, Martialis.—287. *placitum* ex Leidens. male cum aliis ap. Pier. v. Burn. ad Lucan. II, 5, et inf. ad Æn. II, 428.—288. *Pythiam, Phythiam* male scribitur.—289. *Imperio Parthas*, ex interpretatione. et v. duo, *cunctis* Hamb. pr. cum nonnullis Pierianis.—291. *Et famam sec. Hamb.* *fama* deleta lit. *m. Regius.* *terminat* Oudart. et duo Leid. a m. pr.—292. *demissum* plerique vitiouse.—293. alii olim *honestum*, sec. Serv. natum scilicet ex

NOTÆ

norum enim tam erat propria *toga*, quam *pallium* Græcorum, *bracca* Gallorum.

287 *Lustris]* Varro l. v, de L. L. ‘Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, hoc est, solvendo: quod quinto quoque anno vectigalia et tributa per censores persolvebantur.’ Complectitur autem perfectum quinquennium: unde differt ab *Olympiade*, quæ quadriennium dimitat taxat capit.

288 *Domus Assaraci]* Bene Romanos vocat domum Assaraci. Nam in duobus Trois filiis, Ilo et Assaraco, familia regia divisa est; et ex *Ilo* reges Trojani propagati sunt; ex *Assaraco* Capys, e Capy Anchises, ex Anchisa *Eneas* ortus est, ex quo Romanini.

Phthiam, &c.] Urba est et regio Thessalizæ, Achilius patria et ditione. Mycenæ, urba Peloponnesi, in qua regnauit Agarnemnon. Argi, urbs item Peloponnesi, in qua idem reguasse

quoque dicitur ab Euripide passim in Oreste: patetque ex ejus tragediæ v. 98. et 101. duarum illarum urbiam populos, quod inter se vicini essent, eidemque regi parerent; ideo communia habuisse nomina; et promiscue utrosque, modo Argivos, modo Mycenæos esse appellatos; id quod Strabo ipse annotavit l. 8. Argivos tamen illos ad bellum Trojanum duxisse dicitur Diomedes ab Homero Iliad. II. 563. Qued autem hic disputant interpretes, a quo Romanorum dactum urbes illæ capte sint, discutiemus Æn. VI. 838.

292 *Julius]* De hoc Julio Cæsare, diximus tota passim Ecl. V.

293 *Orientis]* Ex quatuor enim triumphis, quibus vicer Cæsar per urbem invectus est, diebus quatuor continuis; secundus de Ægypto fuit, Ægyptique rege Ptolomæo; tertius de Pharmace Ponti rege; de Gallia primus; de Africa et Hispania ultimus.

Accipies secura; vocabitur hic quoque votis.

Aspera tum positis mitescunt secula bellis.

295

Cana Fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus,

Jura dabunt; diræ ferro et compagibus arctis

*dura tempora mansuentes compositis bellis. Cana Fides, et Vesta, Romulus cum
fratre Remo jus distribuent: odiose portæ belli claudentur ferro et strictis compa-*

*honustum, ut scriebatur.—294. Adspicies Fabricii MS. cum Goth. tert. et
quatuor ap. Burm. qui accipies Schol. Cruqu. Horat. auctoritate et Ge. i. 28.
et te maximus orbis—Accipias. Sed est omnino gravius, et habet plus *terrors*
respectu Veneris. Sic v. 263 *sublimemque feres.*—295. *mitescunt* Hamb. alt.
Ceterum Burm. conj. *Aspera cum p.*—*Cana Fides*—*jura dabunt.* Sed hoc est,
vaticinationis impetum et vim infringere. Sunt scilicet talia abruptis senti-
tulis efferenda.—297. Et deest Bigot. *artis al. ut male scribi solet.*—*

NOTÆ

[295 Aspera tum positis, &c.] Ex his et sequentibus confirmatur id quod in argomento diximus de tempore inchoate Æneidos. Incepta enim est, exeunte anno u. c. 724. Deducta ad hunc, quem explicamus, locum, inueniente anno sequenti 725. Quo anno, Kal. Januariis, renuntiatus est Octavianus quintum consul; et porte Jani, pacato jam orbe bellisque civilibus extinctis, clausæ. Tum eodem anno triplicem triumphum celebravit, Sextili mense (qui post annos duos Augustus appellatus est). Nempe unum de Pannoniis et Dalmatis, alterum de Actio et Macedonia, tertium de Ægypto et Cleopatra. Quod autem hujus libri scriptio ad sequentes annos non pertineat, patet ex eo, quod vaticinium Jovis desinit in clausis Jani portis, que anno proxime sequente rursus apertæ sunt, ob bellum Cantabricum.

[296 Cana Fides, et Vesta, Remo, &c.] Perfectam reipublicæ felicitatem describit; que his quatnō continetur, religione, fide, legitima auctoritate, pace. Religio conjungit principem et populos cum Deo; fides populos, et inter se, et cum principe sociat; auctoritas principem populo commendat; pax rempublicam cum

reliquis terrarum populis conciliat. Religio per Vestas adumbratur, quæ ignem significat, inquit Servius; et proinde sacrificia, que sine igne esse non possunt: de hac Ge. i. 498. Fides, eaque antiqua, per causam insignitur. Auctoritas principum per Remum ac Romulum, primarum legum auctores. Pax per clausas bellii portas.

[Remo cum fratre Quirinus] Vel alludit ad discordiam utriusque fratris, quam comparat cum bellis civilibus; hoc sensu: frater a fratre non dissidebit amplius, non insidabitur fratri, non occidet fratrem; ut in civilibus bellis usuvenit: sed res, mores, auctoritas, communis inter eos; idem sensus futurus est: Romulus ipse cum Remo, si nunc vivat, de imponendo urbi nomine, legibusque conveniret. Vel Octavianum et Agrippam intelligit: nam Octavianus eodem anno censor factus, collegam assumuit sibi Agrippam, victoriarum omnium suarum administrum, etiam deinde generum: quo in munere senatum expurgasse, Patriciorum familias suppleuisse ambo dicuntur. Et vero jam Octavianum Quirini nomine insigniverat Virgilii, Ge. iii. 27. ubi de Quirino,

- Claudentur Belli portæ ; Furor impius intus,
Sæva sedens super arma, et centum vincitus aënis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. 300
- Hæc ait : et Maia genitum demittit ab alto ;
Ut terræ, utque novæ pateant Carthaginis arcæ
Hospitio Teucris : ne fati nescia Dido
Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum

gibis: intus sceleratus Furor sedens supra arma crudelias, et ligatus post terga centum arcis aënis, frondebit horrens ore sanguinolento. Hec dicit, et mittit e caro filium Maia: ut regio, et ut maria nova Carthaginis aperiantur ad hospitium Trojanorum: ne Dido, ignara voluntatis divinae, prohiberet eos a sua regione. Ille co-

299. *Sæva Franc. et Parrh.—301. Maia sec. Moret. et sic Rom. a m. pr. demissit ex melioribus reposuit Heins. Vulgo dimittit. demissit Ald. et Junt. et sequitur arceret. Verum in poëta epico non locum habet ea observatio e Cicerone petita. dimittit pr. Goth. demissit Olympo Goth. sec.—302. atque al. et sic vulgo ante Heins.—304. aethera Leid. et al. aëre multum ed. Ven.—305. as*

NOTÆ

Romuli nomine, diximus.

298 *Claudentur Belli portæ*] Templo Jani a Romulo conditum quidam volunt, post initum foedus Romanos inter et Sabinos, ideoque pingi Janum fronte gemina, ad significandam coitionem gemine gentis. Macrobius tamen ante bellum Sabinum insit conditum fuisse, siquidem ait in ipsa pugna, templo statim patente, calide aquæ torrentes erupisse, qui Sabinorum exercitum jam victorem figuravit. Unde ortus mos ejus apendi, cum ingrueret bellum, ad memoriam et spem auxilii. Quicquid sit de fundatore, Numa certe instituit, ut aperiretur bello, pace clauderetur. Raro autem contigit claudi: primo sub Numa: secundo post primum bellum Punicum, T. Manlio Consale: deinde ter sub Octaviano, ut evincit Lipsius Elect. l. i. c. 20. nempe, primo post Alexandrinam victoriam, ejusdem consulatu quinto; iterum post bellum Cantabricum, consulatu decimo; denique orbe terrarum terra marique pacato, consulata undecimo. Deinceps a Nerone

per Indum: denique a Domitiano.

299 *Aënis Post tergum nodis*] Nodis vinculorum æreorum. Alludit, juxta Turnebum, ad imaginem belli, hoc habitu pictam ab Apelle, et ab Augusto dedicatam in foro suo; ut est apud Plin. l. xxxv. 10. Sed nondum hoc tempore forum dedicatum erat. Juxta Germanum, ad simulacrum Martis, a Spartanis in urbe sua sic constricti.

301 *Maia genitum*] Mercurium, Jove genitum, et Maia Atlantis filia, que inter Pleiades stellas numeratur: editum in Cyllene, Arcadia monte, unde dicitur *Cyllenius*: nuntium Deorum, unde habet ‘gemini commercia mundi’ superi scilicet atque inferi, et capite ac pedibus alatus pingitur: Deum eloquentiæ, palæstræ, mercatorum, ac furum: inventorem lyre, quam Apollini dono dedit.

302 *Carthaginis . . . Teucris*] De illa, v. 17. De his, v. 42.

303 *Ne fati nescia Dido*] Voluntatis divinæ, quæ Trojanos benigne excipi jubebat. Sic Æn. viii. 292. ‘fatis Junonis inique.’

Remigio alarum; ac Libyæ citus astitit oris.
Et jam jussa facit; ponuntque ferocia Poeni
Corda, volente Deo. Inprimis regina quietum
Accipit in Teucros animum mentemque benignam.

At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data est, exire, locosque
Explorare novos; quas vento accesserit oras,
Qui teneant, nam inculta videt, hominesne feræne,
Quærere constituit, sociisque exacta referre.
Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata,
Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
Occulit; ipse uno graditur comitatus Achate;
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obvia sylva,

lat per latum aërem, utens alis quasi remis, et statim constituit in littore Afriæ. Et jam exequitur mandata; et Carthaginenses deponunt asperum animum, Deo jubante: præcipue regina sumit animatum lenem et mentem placidam erga Trojanos. Sed prius Aeneas multa cogitans per noctem, statim atque lux alma orta est, statuit egredi, et considerare nova loca, et inquirere quasnam in regione vi vendorum venerit, quinam eas habent, an homines, an feræ (nam cernit loca inculta) et statuit renarrare ista sociis postquam inquisierit. Abscondit in curvo sylvarum, sub spelunca cava, naves undique cinctas arboribus et umbra nigrante: ipse incedit comitatus solo Achate, quassans manu duo jacula latis cuspidibus armata. Huic Venus genitrix

deest pr. Moret.—306. *Omnia jussa Oudart.* At jam j. gerit Hamb. pr.—310. *alti sec.* Moret. *locosque Quærere constituit, quo vento a.*—*Explorare Menag.* pr. Ex quibus illa possit tenere: *locosque Explorare novos, quo vento accesserit;* *oras Qui teneant, hominesne feræne.* Apud Rufin. de Schem. Lex. p. 258 corrupte: *Expl. locos, q.*—311. *accesserat Leid.*—312. *vident Medic. a m.* pr. *feræ male multi.*—313. *abest que a Longob. et al. Pierio non probante.*—314. *convexus Zulich.* Oudart. Leid. a m. sec. et ex Exc. Burm. —315. *iidem fere versus inf. III, 229, 230.*—316. *Achates Medic. sed Achate firmat Heins. Prisciani auctoritate.* aliquo uno Hamb. pr. et Puget.—317. *lati ferri Hamb. pr. pro var. lect. quod ex Servio esse derivatum Burm. vidiit. cf. IV, 131.*—318. *sese obtulit novem ap. Burm. quod recte rejicit.* Sed ratio est, quod *sese tulit exquisitus est; ut et illud: obvia se tulit, quam tulit se obviam.* Sic inf. 443. *Infert se septus nebula.* III, 598. *mox sese ad littora præcepit—tulit.* Nec tamen semper hoc sequitur poëta. Nam inf. 507. *talem se testa ferebat.*

NOTE

305 *Remigio alarum, &c.]* De hac translatione, v. 228. De Libyæ, Africæ parte, v. 162. *Parni, quasi Phœni, Carthaginenses e Phœnicia oriendi.*

314 *Concavo] Concavo: est enim concavum exterior rei retundit super-*

ficies; concavum interior: et promiscuus est poëtis utrinque vocis usus. Virg. Aen. rv. 461. ‘tredet coeli convexa tueri,’ id est, concava. Et Ovid. Tript. i. 11. 20. ‘Inque modum tumuli concava surgit aqua,’ id est, concava.

Virginis os habitumque gerens, et virginis arma
Spartanæ; vel qualis equos Threissa fatigat 320
Harpalyce, volucremque fuga prævertitur Eurum.

*occurrit obriam in medio syllæ, præ se ferens vultum et amictum virginis, et arma
virginis Lacæna: aut talis, qualis Harpalyce Thracia impellit equos, et præcurrerit*

non, *talis*.—319. *ferens* Sprot. et Hamb. pr. *Virginis—et virginis Spartanæ* miror nemini displicuisse sic juncta, quippe parum snaviter. Assimulaverat se facie ac vestitu *pudica*, et erat armata *pudica Spartanæ* more. Nec importunitatem mutata interpunkione sustuleris. Expectabas Nymphan vel Dianam: *Naios es habitumque gerens*, aut simile quid; ut Ovid. Met. i, 691. *5 Naias una fuit—ritu quoque cincta Diana Falleret, et credi posset Latona*.—320. *Virginis arma Sarvæ* h. e. Tyria (cf. Ge. II, 506) ingeniosa est emendatio Marklandi ad Statii Sylv. v, 2, 118. Burmannus eam h. l. exagit, quod de Tyrii colonia Æneas nondum aliquid cogitare poterat; Spartanæ autem vel Threissæ virginis species occursero jam ante Æneæ debuerat. De Spartanæ tamen non minus dubitate licet, an uspiam Æneæ visa fuerit. Enimvero poëta non declarat, qualem sibi Æneas Deæ speciem animo nunc finxerit; sed lectori delineat formam et habitum Veneris, qualem lector suo animo eam representare sibi debeat. Marklandi autem emendatio locum habet nullum propterea, quod ipsam comparationem jugulat. *Spartanarum virginum vel Thracicarum formæ habitusque notissimi sunt*; his igitur uti debuit poëta ad declarandum id, quod per se sensibus legentis subjici satieclare non poterat. Infra autem Venus, ne Dea crederetur, recte se Tyriam aliquam pueram simulare poterat, cum jam expositura esset, qui essent, qui hæc loca incoherent. *Threissa, Θρησσα, Θρῆσσα, Θρῆσσα, ut Θρᾶς, Θρῆς*.—321. al. *Arpalycæ. Harpalice*. Sed est Ἀρπαλύκη. Mox vulgo legebatur *Hebrum*; at *Eurum* Rutgersil, Huettii aliorumque (v. Cunningham. ad h. l.) emendatio est, obvia sane et in quam quilibet facile incidat. Docte de ea egit Burm. ad h. l. cf. Bentl. ad Horat. i Carm. 25, 20, ubi recte Euro Hebrus cessit; etiam nuper in Epit. Iliad. 737 ap. Wernsdorf. In nostro loco *Hebrus* defendi potest usu poëtarum comparandi motu cursusque celeritatem cum fluviorum impetu. Neque obstat, quod *Hebrum* nonnulli leni et placido flumine procedere tradunt; poëtarum enim non semper est in his summa subtilitas. v. Burm. ad Valer. Fl. v, 180. Assumi quoque in indicium animi potest: venari Harpalycen ad ripas *Hebri*; itaque eam secundum amnem decurrere velociorem ipso amne. *Eurum* tamen toti comparationis consilio accommodatiorem esse, negari nequit; nec satis in fluvium, etiam rapidissimum, cadit *fuga, volucræ, præverti*; at de ventis hæc verba sunt solemnia. Itaque, Brunkii quoque v. c. exemplo, *Eurum* reduxi. Inf. VIII, 223 *fugit*

NOTE

320 *Spartanæ*] Virgines enim Spartanæ, secundum Lycurgi instituta, virilibus etiam studiis exercebantur, imprimitisque venatu.

320 *Equos Threissa fatigat*] Comparatio quidem non in equitatione est, aut præcipiti cursu; neque enim equitabat aut præceps currebat Venas: sed in ipso habitu, quo Venus Amazoni similis est. *Threissa* E

Thracia, non Europa, sed Asiatica; ut ostendemus Æn. XI. 659. ubi fusa de Amazonibus.

321 *Harpalyce*] Celebris Amazon, quæ patrem suum a Getis bello captum dicunt fortiter et celeriter ex eorum manibas receperisse.

Eurum] Alii *Hebrum*: sed quid mirum, si fluvii impetum eques procurrat? tum, quam insolens fluvio epi-

Namque humeris de more habilem suspenderat arcum
 Venatrix, dederatque comam diffundere ventis ;
 Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.
 Ac prior, Heus, inquit, juvenes, monstrate mearum 825
 Vidistis si quam hic errantem forte sororum,
 Succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,
 Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
 Sic Venus ; et Veneris contra sic filius orsus :
 Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum, 830
 O, quam te memorem ? virgo ; namque haud tibi vultas
 Mortalis, nec vox hominem sonat ; o, Dea certe ;
 An Phœbi soror ? an Nympharum sanguinis una ?

cursu celerem Hebrum. Quippe, juxta consuetudinem venatorum, suspenderat humeris commodum arcum, quasi venatrix, et permisaret ventis diffidere capillos : habens nuda genua, et ramos plexus vestium diffidentes, coercitos nodo. Et prior cit : *Heus juvenes ? docete nam fortasse videritis hic vagantem aliquam mearum sororum, instructam pharetra et pelle vericoloria lyncis, aut urgente clamore cursum spumantis apri.* Sic locuta est *Venus* : *at natus Veneris ita capit loqui viciam.* *Nec ulla tuarum sororum audita est, nec visa a me.* *O virgo ! quam te dicam esse ? non enim habes speciem mortalem, nec vox tua refert hominem.* *O Dea, certe : an vero soror Phœbi, an una e genere Nympharum.* Esto propitia, et

illicet oxyr Euro.—323. *comam* Heins. ex scriptis, ut magis poëticum ; et sic omnes meliorea, etiam Pieriani. Al. *comas*, *defundere* Sprot. et Rottend. pr. *dispergere* Leid. un. ex gloss.—325. *Et prior.* *At prior.* *Ac prius* in al. inquit, *nobis m.* Goth. sec.—326. *Si quam horiantem* Zulich.—327. *pharetra* habebant codd. Prisciani tempore et sic Hamb. sec. et aliquot Pieriani. Ita scribendum etiam esset *tegmina*, ut Gudian. a m. pr. *maculosae* Mentel. pr. *ut m.* Menag. pr.—329. *at* Serv. et edd. Ald. Junt. Scilicet erat ea vulgaris lectio, quam Pierius e codd. consensu emendavit. *sic f.* inquit sec. Hamb. quod meliorem sonum facit, addit Burm. nisi forte *inquit* præstat.—330. *miki* est Franc. nec Goth. pr.—331. *O quid te ed.* Ven. *volutus* e Gudiano. *cultus* Hamb. sec. Interpunctionem horum versuum mutavi.—332. *vox hominem* Gad. a m. pr. cum al. *neque vox m.* Moret.—333. *Aut*—aut vet. exempla ap. Pier. it. Oudart. et Bigot. præstat *an-an.* Sed, si accuratius interpungas : *An P. soror ? an N. s. una ?* non vero : *an P. soror, an.* Non enim est pro

NOTÆ

*thetum, volvorem ? Quare locum soliter emendavit v. c. Daniel Huetius ; legitque non *Hebrum*, sed *Eurum*, in quem ista perquam convenient. Juvat conjecturam, quod facilis fuit literarum in iis vocibus commutatio : tum quod *Hebrus* *flavus* est *Thracie Europæ*, ut dictum est Ecl. x. 65. Amazones autem *Thraciam Asiaticam* incoluerant, Ecl. xi. 650.*

331. *Fuga] Cursu.* Sic Ge. III. 142. *de equo :* ‘*acri Carpero prata fuga.*’

327. *Lynx] Lynx*, animal est acutissimi visus, e luporum cervariorum genere.

333. *Phœbi soror] Diana* : atriusque pater Jupiter, mater Latona. De utroque, Ecl. III. 67. De *Phœbi* nomine, ibid. 62.

- Sis felix, nostrumque leves, quæcumque, laborem :
Et, quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris 335
Jactemur, doceas. Ignari hominumque locorumque
Erramus, vento huc et vastis fluctibus acti.
Multæ tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tum Venus : Haud equidem tali me dignor honore ;
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram, 340
Purpureoque alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, et Agenoris urbem :
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
Germanum fugiens. Longa est injuria, longæ 345
Ambages ; sed summa sequar fastigia rerum.

quæcumque es, minime nostram solitudinem : et doce, quo demum sub cœlo, que in regione terrarum verseras : vagemur nescii hominum et locorum istorum : hac impulsi ventis et magnis tempestatibus. Multa hostia occidetur manu mea, in honorem tuum, ante altaria. Tunc Venus ait : Non equidem me judico dignam tali cultu. Consuetudo est puellarum Tyriarum, ferre pharetram, et cingere alte tibias purpuris ocreis. Cernis regna Punica, Tyrios, et urbem Agenoridam ; sed regio Libya est, gens bello ferox. Dido tenet hoc regnum, qua exiit ex urbe Tyro, fugiens fratrem : longa est ea injuria, longi circuitus : sed per strigula sustina

utrum en ; sed sunt duas diverse interrogations.—334. quæcumque Hamb. sec. et Parrhas.—335. et quo sub tandem cœlo Parrhas.—336. jactemur Leid. locorum et locumque nonnulli.—337. et vastis Heins. e libris, suadente iam Pierio. antea testis et, ut multi boni codi. cum Romano, quos v. ap. Cunningham. item omnes Gothani.—339. sum Heins. e scriptis. v. tunc.—340. pharetra Bigot. et Exc. Burm.—341. que abeat a Reg. atque Gudium. aptare Servius citat ad Ecl. vii. 32.—342. urbes Medic. a m. pr. —343 sunt fines L. Bigot. Libyci fines Dorvill. fines Libye Goth. tert. et Gneipherr. unus a Cortio collatis. genus insuperabile Pieriani aliquot, Moret. quart. et Goth. sec. Leid. et Reg. pro gloss. forte ex iv. 40. intractabile ferro Oudart.—346. Vestigia Parrhas. Menag. pr. Hamb. pr. et Rottend. pro var. lect. Nec hoc male. sed fastigia

NOTE

334 *Sis felix*] Dicitur *felix*, et qui habet felicitatem, et qui facit esse felicem, inquit Servius. Sic *En.* v. 66. ‘Sis bonus o, felixque tuis.’

341 *Suru, &c.*] Suru, pars est tibiae maxime carnosa et mollis. *Cothurnus*, est calceamenti genus, *Ecl.* VII. 32.

342 *Punica, &c.*] Quasi *Phenicia*,

seu *Phenicia*, unde Dido et Carthaginenses profecti. *Tyros*] Non cives, sed colonos, Carthaginis conditores. *Agenoris*] Id est, *Agenoridam* : ab Agenore, qui in ea regnavit regione, quæ *Phenicia* deinde appellata est, fuitque inter Didonis avos, ut videbimus in argumento lib. iv. De *Libycis finibus*, v. 162.

Huic conjux Sychæus erat, ditissimus agri
 Phoenicum, et magno miseræ dilectus amore :
 Cui pater intactam dederat, primisque jugarat
 Ominibus. Sed regna Tyri germanus habebat
 Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
 Quos inter medius venit Furor. Ille Sychæum

350

rerum capita. *Huic maritus erat Sychæus, inter Phœnices agris ditissimus, et magno amore dilectus ab infelici Didone: huic Sychæo pater eam dederat adhuc virginem, et primis auspiciis coniunxerat: sed frater Didonis Pygmalion tenebat regnum Tyri, crimen crudelior præ ceteris omnibus. Hos inter medios odium*

sunt capita narrationis.—347. Mirum, in *Sychæus* priorem syllabam produci, mox autem v. 352 (ubi scribi poterat *Is Sychæum*) post tam paucos versus corripi; ut semper aliis in locis corripitur. *Sychæus* ad scripturam Medicei Cod. aliorumque vetustiorum scriptis Heinsius; cum antea esset *Sicheus*: quam scripturam retinuerat lib. iv, 502, 552. In Pier. nonnullis *Sychæus* erat. Heinsius tamen *Synchæum* a poëta exaratum fuisse autumabat. nam sic scribi ap. Græcos (apud Eustath. tantum, si recte memini, ad Perieget. v. 196). Brunckius v. c. *Sycheus* edidit, *Synchæus*, præclare. Verum sic alia, eaque multo magis ingrata, varietas ejusdem vocis intra decem versus diversimode scriptæ infertur. Alioqui simile exemplum variata pronuntiationis est in *Sicania*, i, 557, et *Sicani* v, 293, et al. Collegit plura Drakenb. ad *Silium* iv, 778. Ex *Sicarbo* nomen *Sichei* fecisse poëtam Servius ait. *Acerbas* aut forte verius *Adherbas* Justino dictus. *Huic Sicheus erat conjux Goth.* tert. *ditissimus aurum* jam Huetiana emendatione tritum est. Me non tam v. 353, 362, 3 et 367 moveret, quam hoc, quod in tali gente, qualis Phœnicum, mercatu et navigatione inclyta, ex *auri* potius copia quam ex latifundis declarari debuisse videntur dicitur. Et *Justinus xviii*, 4, 6 *Huic (Eliseo marito) magna sed dissimilata opes erant, antrumque metu regis non tectis sed terra crediderat.* Enimvero potuit et inter illos esse, qui multas terras in ditione haberet adeoque servorum et clientum opibus valeret; et habuit forte poëta historicos, quos sequeretur, ut ex scriptoribus appareat, sequioribus quidem, sed qui vetustiores exscripsere, ut Jo. Malala p. 206 ed. Oxon., qui *Servium* compilavit, sed alium, quam qualem nunc habemus, et Cedren. Hist. Comp. p. 140 B. διαφθορόμενος ἀτρά ὡς πολυεντόρη καὶ δυρδόρη. Verbo: speciosa est emendatio *auri*, quam et ipse amplectat; nec tamei talis, ut alteri renuenti hoc idem persuadere possim, aut ut altera lectio pro inepta et absurdâ haberî queat. Etiam inf. x, 563 *ditissimus agri Qui fuit Axonidum et tacitis regnavit Amyclis*, et *Silius* v, 260—266.—348. *miserè Zulich.* sed hoc jam in *magno amore latet*.—349. *jugavit Menag. pr.*—350. *Pro Ominibus, Comnubis* Hamb. alter. Menag. sec. annis Bigot, utrumque ex interpretatione.—352. *quos inter medius* Medic. et Moret. pr. Leid. unus a m. pr. etiam nonnulli in *Servianis*, duoque *Gothani*. Utrumque dicitur; sed *medius*, puto, exquisi-

NOTE

347 *Conjux Sychæus*] Idem, et avunculus Didonis fuit, et Herculis sacerdos, et nomine Acerbas: ex Justino. *Sychæus*, hic primam producit; alibi corripit, v. 724. *Abolere Sychæum*.

349 *Pater*] Belus rex Tyri, v. 733.

Prinis *Ominibus*] Prinis nup-

tiis. Cicero de Divin. l. i. 104. ‘L. Flaccum ego audivi cum diceret, cum vellet sororis sue filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum omnia capiendo causa: quod fieri more veterum solebat.’

352 *Quos inter, &c.*] Adjungit hæc

- Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
 Clam ferro incatum superat, securus amorum
 Germanæ ; factumque diu celavit, et ægram,
 Multa malus simulans, vana spe lusit amantem. 355
- Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
 Conjugis ; ora modis attollens pallida miris,
 Crudeles aras trajectaque pectora ferro
 Nudavit ; cæcumque domus scelus omne retexit. 360
- Tum celerare fugam patriaque excedere suadet,
 Auxiliumque viæ veteres tellure recludit
 Thesauros, ignotum argenti pondus et auri.

ortum est. Ille sacrilegus, et obcæcatus cupidine divitiarum, clam occidit ipsum gladio ante altaria improvidum, non curans amores sororis : et diu abscondit scelus, et plurima malitiose simulans, inutili spe sefellit mastam conjugem. At umbra ipsa mariti insepulti apparuit ei in sonno, mirum in modum erigens caput pallidum : revelavit fatalia altaria, et pectus gladio confossum, et declaravit omne crimen ignotum familiae. Deinde suadet, ut celeret fugam, et exeat e patria : et ad subsidium itineris, aperit antiquos thesauros in terra, incognitum pondus auri et

tius.—353. *aram sec.* Moret. *incandum ante aras—Clam ferro immitis superat* Bigot.—354. *amorem Medic.* *amore videtur Reginianus leguisse, ut Rottend. sec. habet.*—356. *vna spe* Pierias ex uno ant. et sic Goth. pr. *spe vana* Bigot. *ebiit Zulich.* *Multa malus, simulans*, male in Burm. edit. interpungitur.—357. *in somnos* Voss. sec.—358. *tolens pallentia ed. Ven.* Distinctio post *conjugis* est a Burmanno ; antea non nisi post *miris*.—359. *Tranjecta Menag. alt.* Goth. pr.—360. *domus et scelus Medic.* *cæcumque dolis* Dorvill. non male, *scelus esse un.* Heins. *scelus ore retexit* Goth. pr.—361. *patriaque Medic.* quod illustrat Heins. *patriaque antiquissima aliquot exemplaria Pierii, alter Hamb. Franc. et Witt. quod haud dubie doctius.* Sed *fugam præcesserat* ; unde errori illud deberi potest ; tum minus ingratum est auribus *patria*, quod præfert post Henr. Steph. Burmannus.—362. *auxilioque ria* Mediceus Pierii. *veteris nonnulli, sed ambigua fieret oratio.* Burm.—363. *thesauros* veteres scribunt. v. Pier. ad h. l. *agens* Zulich. sed altera lectione superscripta.

NOTÆ

- Servius verbis proxime præcedentibus : ‘Immanior ante omnes eos, inter quos furor medius venit,’ id est, ‘inter omnes qui unquam odio et furore incensi sunt.’ Alli distinguunt melius, et ad Pygmalionem ac Sychænum referunt, *quos inter ortum est edidit* ; si non mutuum, saltem Pygmalionis in Sychænum ; quod sufficit ut *medius* dici possit. De *Pygmalione* in argumento libri rv.
- 353 *Ante aras*] Herculis, cuius erat sacerdos Sychæus, et hac erat prima
- post regem dignitas, ex Justino l. XVIII.
- 354 *Securus amorum*] Negligens, contemnens, nihil sibi ab iis timens. Sic loquitur Juno de Trojanis, Æn. VII. 304. ‘Securi pelagi atque mei.’
- 357 *Inhumati*] Centum annos errabant inhumatorum umbre : ut est Æn. VI. 329. Crudelitati igitur addiderat impietatem Pygmalion, qui cæsum Sichæum insepultum abjecerat.
- 363 *Ignotum argenti*] Justinus l. XVIII. 4. ‘Sychæus aurum metu regis,

His commota fugam Dido sociosque parabat.
 Conveniunt, quibus aut odium crudele tyramni,
 Aut metus acer erat; naves, quæ forte paratæ,
 Corripiunt, onerantque auro. Portantur avari
 Pygmalionis opes pelago; dux stemina facti.
 Devenere locos, ubi ~~nunc~~ ingentia cernes
 Moenia, surgentemque novæ Carthaginis arcem;
 Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
 Taurino quantum possent circumdare tergo.
 Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris,

365

370

argentii. His rebus concitata Dido instruit fugam et socios. Concurrunt, quibus erat aut odium crudelis tyramni, aut gravis metus: invadunt naves, quæ cassi instructæ erant, easque onerant auro: vechantur mari dictio avari Pygmalionis: nullius auctor est facti. Pervenerunt ad ea loca, ubi mox videbis magnos muros, et arcem nova Carthaginis se attollentem: et emerunt agrum: dictum Byram, nomine ab ipsa fraude deducto; tanti spatii, quantum possent includere pelle tauri. Vos vero, quinam estis demique, aut quamnam e regione profecti estis? aut quem in

 —366. *metus acer* Goth. sec. non male, sed acer fortius spirat. *naves sunt* forte p. Zulich. an: *naves tunc f. paratas* Corripiunt. Burm.—367. *erripiunt* Grav. ornariunt auro qu. Moret. idem portentur.—368. *facta est* Puget. *facta* Goth. tert.—369. *cernea recte defendit* Burm. superato demum colle inf. 428. Medicenus tamen cum multis cerneis.—370. *surgentesque*—*auro* Oudart.—371. *Byram* Zulich. Leid. Goth. sec. *mercatusque solum*, eti durius, maluit poëta, quam *mercatusque solum*, emitione paratum, sc. cernea, ut orationem variaret nova junctura. *Solicitat* versum 371 Beck v. c. *de sensu erit.* II. p. 62. quippe simile ei, qui supra erat 118. *Saxa vocant.* Potest tamen h. l. ferri ex historiis petitum, et illi declarandis inserviens.—372. *Taurinus* Goth. pr. *quantum taurino* Sprot. *possit* Medic. *possit* pr. Voss.—373. *quibus aut venistis* Heins. e Medic. aliisque revocavit; et confirmat id Nonius Marcellus et Priscianus. Romanus tamen cum Oblongo et Mediceo Pierii aliam

NOTE

non tectis, sed terre crediderat; quam rem etsi homines ignorabant, fama tamen loquebatur.' Idque Pygmalionis cupiditatem ad scelus incenderat.

366 *Paratas*] Vel ad frumenta aliunde convehenda, ut ait Servius. Vel ut ipsam Didonem ad Pygmalionem transportarent: 'Finxit enim se,' inquit Justinus, 'ad regem migrare velle; sed ministros migrationis a rege missos navibus imposuit,' &c.

368 *Pygmalionis opes*] Vel quas jam et suas Pygmalion animo conceperat. Vel quia ripes, cum opibus conjugis

opes quoque Pygmalionis rapuit Dido.

370 *Arcem; Mercatique, &c.*] Dido in Libyam appulsa cum ab Iarba Getulorum rege pelleretur, emit ab eo tantum terræ, quantum amplecti bovis corium posset. Quod ubi obtinuit, corio tenuissimas in partes conciso, stadia occupavit duo ac viginti. Explicat Donatus de pecunia e buculo corio, que primis temporibus in usu fuit, qua Dido mercata sit urbis solum. Ita fabulæ. Quid verum sit, vide in argumento lib. iv.

Quove tenetis iter? Quaerenti talibus ille
Suspirans, imoque trahens a pectore vocem:

375

O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum:
Ante diem clauso componet vesper Olympo.
Nos Troja antiqua, si vestras forte per aures
Trojæ nomen iit, diversa per æquora vectos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus.

380

Iacum habetis iter? Aeneas huic talibus verbis interroganti respondit suspirans, et educens vocem ex intimo pectore: O Dea, si revolvens a prima causa progrediar; et si tibi otium sit audire historiam nostrarum calamitatum: prius Hesperus clauso celo sepelet diem. Tempestas, cum solito, proicit ad littus Africa nos, pulsos per veria maris e Troja vetere (si fortasse nomen Troja venit ad aures vestras.) Sum pius Aeneas, fama super caelum cognitus, qui fero mecum navibus Penates creptos e

codicum sectam facit, quibus advenistis; hanc sequitur Cuning. scriptura per & causam varietatis dedit.—374. quaeve Mentel. pr. quodve Menag. pr. quoque Hamb. pr.—375. ab p. fragm. Moret. de p. Franc. et Menag. pr.—376. primus Hamburg. alt.—377. et placet Franc. a m. pr. taxitorum a. l. Macrobi. III Sat. 2. sed alio loco vulgata exhibetur. nostrorum a. parentum vetus codex Pierii, quod frustra ille firmat.—378. vesper componet Hamb. pr. componat Corradus ait alias legere. v. Burm. Sunt scil. codd. ap. Pierium. Post v. 378 in Græv. cod. spurius versus subjectus erat: Quam tibi nostrorum statuatur summa laborum.—379. Vestras si forte Heins. unus.—380. init Zulich. factos unus ap. Pierium.—381. forte Bigot. a m. pr. et al. forte mala Zulich. pro var. lect. applicat Sprot. quod Burm. præferre malit. Evidem vim ac virtutem lectionis non capio.—382. qui non agnoscit Moret. pr. et sane conianus subintelligatur. v. Heins.—383. æquora Menag. pr. et sec. Rottend.—

NOTÆ

377 *Annales*] Bene; quia totis decem annis Trojæ obsidio, septem annis Aeneas navigatio duraverat.

378 *Diem clauso, &c.*] Duplex hic metaphora. 1. est, a morte ac tumulo: componere enim, est sepelire; et diem clauso Olympo componere, est, diem in celo quasi in tumulo sepelire ac condere. Dies enim ut nasci dicitur, sic mori: Statius, Sylv. I. IV. 6. 2. ‘Jam moriente die.’ Horatius Sat. I. I. 9. 28. ‘Omnes composui, felices; nunc ego resto.’ Virgil. Ecl. IX. 52. ‘longos Cantando puerum memini

me condere Soles.’ II. est, quod celum claudi nocte, et aperiri die dicatur: unde Ge. III. 261. ‘Porta tonat cœli.’ Vesper] Stella Veneris, Ecl. VI. 86. Olympus] Mons Thessalise, qui pro cœlo sumitur. Ecl. V. 56.

381 *Forte sua*] Casu suo, quo solet: et nomen est a nominativo fors. De Troja, v. 5. De Libya, v. 162. De Penatibus, Aen. II. 717. De Italia, v. 6.

383 *Fama super æthera notus*] Secutus est Virgilius Homerum Odys. IX. 20. ubi ait Ulysses ad Alcinoum: Kal

Italiā quārō patriām, genūs ab Jove summo.
Bis denis Phrygium concendi nāvibus æquor,
 Matre Dea monstrante viam, data fata secutus. 385
 Vix septem convulsaē undis Euroque supersunt.
 Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
 Europa atque Asia pulsus. Nec plura querentem
 Passa Venus medio sic interfata dolore est : 390
 Quisquis es, haud, credo, invisus colestib⁹ auras
 Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
 Perge modo, atque hinc te reginæ ad limina perfer.
 Namque tibi reduces socios classemque relatam

potestate hostium. Quaro Italiām patriām, et originē familie mēr, quae est a supremo Jove. Concedi mare Phrygium virginī nāvibus, genitricē Dea iter ascendente, obsecutus fatis mihi positis. Vir septem nāves supersunt concusa fluctibus et Euro. Ego ipse incognitus, egenus, erro per solitudines Africæ, ejectus ex Asia et Europa. Nec Venus sustinuit eum longus queri: medio in dolore sic interlocuta est: Quicunque es, non odiosus superis ducis spiritum vitalem, opinor, si quidem appulisti urbi Tyriæ. Perge tandem modo, et hinc confer te ad palatium reginae. Tibi enim annuntio socios rediisse, et nāves reductas esse, et proiectas in

384. et ante genūs sustulit Burm. anchoribus libris Montalb. Hamb. alt. Bigot. cf. Not. ab I. magno Romanus.—385. Inepte Grammatici super *Bis* denis commentantur: *viginti* fuisse pedestris orationis forma.—386. *ata fata* Grev. erat prima litera, quasi voluerit *ata*. Sed vulgatam firmat Burm. *ata f.* sequuntur Goth. pr.—387. *convulsa* Romani et Medic. adeoque optimorum scriptura.—388. *peterr* Hamb. pr. eadem diversitas rv. 72. Burm.—390. *est* abeat a nomadis, v. Burm.—392. *carpis vitalis* Montalb.—393. *ad r. l.* Exc. Burm. *ad omittit* Rottend. sec. quod forte doctius. *teque hinc r.* Parphas. et Venet. quod est lenius. *ad humīna fragm.* Moret. et edit. Genev. *profer* Leid. sed v. Burm.—394. *socios reduces* Dorvill. *classemque receptioni* Sprot. Hamburg. pr. Leid. nn. et Zulich. sed *relatam* recte defendit Burm. Ego addam: hoc exquisitius esse altero; et, ut *ferri in portum proprium* in re nautica est, sic poëtica oratione *r̄ferrī* ex alto vel tempestate jactatum in

NOTE

μὲν κλέος οδυσσὸν ἔκει, et mea gloria certum attigit.

384 *Patriam, genūs]* Dardanus enim, Jovis filius, auctor alter Trojanæ gentis, Italus fuit: v. 239.

385 *Phrygium]* Alluens Phrygiā Minorem. Duplex enim est ejus nominis in Asia Minore regio: altera *Major*, quæ tota mediterranea est; altera *Minor*, quæ maritima est, ad Propontidem, Hellespontum et *Æ-*

gæum mare, contra insulam Lesbon. Hæc minor etiam *Troas* dicta est, quæ pars ejus fuit præcipua.

387 *Euroque]* Vento orientali.

388 *Ignotus]* Licit enim *Æneas* nomen *fame super aethere notum sit*; ipse tamen Afris nondum sub eo nomine innotuit.

389 *Europa atque Asia]* Troja enim est in Asia, unde profectus est; Italia in Europa, unde rejectus in Africam.

- Nuntio, et in tutum versis Aquilonibus actam : 395
 Ni frustra augurium vani docuere parentes.
 Aspice bis senos lætantes agmine cycnos,
 Ætheria quos lapsa plaga Jovis ales aperto
 Turbabat cœlo; nunc terras ordine longo
 Aut capere, aut captas jam despectare videntur. 400
 Ut reduces illi ludunt stridentibus alis,
 Et coetu cinxere polum, cantusque dedere :
 Haud aliter puppesque tuæ pubesque tuorum
 Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
 Perge modo, et, qua te dicit via, dirige gressum. 405
 Dixit, et avertens rosea cervice refusit,

scerum locum Aquilonibus mutatis: nisi mendaces parentes mei frustra me docuerunt artem auspiciorum. Aspice duodecim cycnos turmatim exultantes, quos axis Jovis labens e cœli partibus agitat vacuo in aëre: jam videntur longa serie, vel eligere sedes in terra, vel jam electas considerare propias. Quemadmodum illi redentes ludunt alis strepitantibus, et turmatim circumiere aërem, et emovere canticum: non alio modo, et naves tuæ, et flos tuorum, vel portum occupat, vel inflatis velis intrat ostia portus. Perge tantummodo, et dirige passus qua via te ducit. Sic locuta est, et recedens resplenduit pulchra cer-

portum bene dictum. *relictam* Goth. tert.—397. Heinsius varie tentat, ægre scilicet ferens procedentes eodem tenore casus *bis senos lætantes*. Malit *latanti bis senos*, vel *bis seno latantis a.* vel *bis senos latanti examine*. Sed vulgatam et codd. et Priscianus defendunt; unus Sprot. pro var. lect. *lætantes*. Tu vitio sic occurre, ut accuratius interpongat et legendu morani facias: *Aspice bis senos, lætantes agmine, cycnos.*—398. *Ætheria quos forte plaga j. ales ab alto un.* Heins. et Parthas.—399. *turbavit Dorvill.* *turbarat ed.* Ven. cum aliquot codd. Pierianis. *turbavit Romanus.*—400. *captis Mentel.* tert. pro var. lect. Reg. a m. pr. sed adversatur sententiae. *respectare Gudian.* a m. pr. *jam nunc spectare Dorvill.* *jam abest Franc.* *desperare est vitium operarum edit.* Heins.—402. *ut cotis Moret.* pr. a m. pr. v. inf. 490. *cotum Medic.* sed *m notatum.* *cinxere solum conj.* Burman. sed v. Not.—403. *pubesque tuæ puppesque* Bigot. v. Burn.—404. *portus Hamb.* pr.—405. *qua te* Pierii Longob. et multi ap. Burm. quod equidem dicerem vulgarius esse. *duct ed.* Ven. *dixit Zulich.* *via dicit Bigot.* *derige Gud.* et Rom.—406. *advertisens Hamb.*

NOTÆ

395 *Versis Aquilonibus.* Ut enim futuri predictione palam fiat, singit Aquilo a septentrione ad meridiem se a parentibus imbutam augurandi arte.

106. ita ut illa e syrtibus et vadis ad 398 *Jovis ales.* Aquila, quam ministra fulminis dicitur, quia tempestatis littus Carthagini vicinum emergerent, tempore super altissimas nubes sese opus fuit ut Aquilo in fugam versus retro cederet, prævaleretque Notus. volatu erigit.

a meridie. 406 *Avertens.* Supple, *so:* ut supra, v. 108. ‘Tum prora avertit.’

396 *Ni frustra, &c.* Ne divinitas

Delph. et Var. Clas.

Virg.

2 F

Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere ; pedes vestis defluxit ad imos ;
Et vera incessu patuit Dea. Ille, ubi matrem
Agnovit, tali fugientem est voce secutus :
Quid natum toties, crudelis tu quoque, falsis
Ludis imaginibus ? cur dextræ jungere dextram
Non datur, ac veras audire et reddere voces ?

410

rice, et capilli ambrosia delibuti exhalaverunt e capite divinum odorem :
vestis decidit ad pedes infimos, et gressu apparuit vera Dea. Æneas, statim
atque agnovit genitricem suam, prosecutus est abeantem talibus verbis : Cur
tu etiam, o dura, decipis tam saepe filium tuum vanis figuris ? quare non per-
mittitur applicare dexteram meam dexteræ tuæ, atque audire et reddere verba non

sec. male.—407. *A vertice octo ap. Burm.* quod probat vir doctissimus
propter r̄d acertens. Sed semper lubricum in talibus judicium ; poëtica
enim eaque exquisitor ratio præpositionem respuit ; et tamen plurimis
locis poëta vulgari ratione utuntur ; ut, ubi ea a librario potius quam
a poëta profecta sit, dictu sit difficile.—410. est abest Menag. pr et
Hamb. sec. male. fugientem tali est v. s. Longobard. Pierii.—412. dextræ
Rottend. pr. dextram j. dextræ Hamb. pr.—413. aut veras alter Rottend.
et r. tert. Goth. ac reddere sec. Hamb. et notas audire ac r. Parrhas.

NOTE

406 *Rosea cervice]* Vel ad colli co-
lorem resero, unde Venus dicitur ab
Anacreonte, LIII. 22. ῥοδόχροις rosi-
color : vel roseam interpreter, pul-
chram, qua de re dicemus infra, v.
695. Et hoc primum affert divini-
tatis indicium, fulgorem rosea cervicis.

407 *Ambrosiæque comæ]* Secundum
divinitatis indicium, suavitas odoris.
Sic Ovid. Fast. v. 375. ‘Omnia finie-
rat, temnes cessavit in anras. Mansit
odor, posses scire fuisse Deam.’ More
autem Homericæ ambrosiæ comæ, vel
sunt immortales ; vel potius, resperæ
succo ambrosiæ. De ambrosia et nec-
tare, Ecl. v. 71.

408 *Pedes vestis, &c.]* Tertia divi-
nitatis nota, promissa vestis ad pedes.
Idque Dearum omnium proprium fu-
isse, præterquam Virtutis, docet Lac-
tantius in Statuum l. x. v. 639. Pro-
prium item Baccho attribuit Propri-
tius, l. III. 15. 32. Tibullus quoque
ac Statius.

409 *Incessu patuit Dea]* Quartum
et maximum divinitatis argumentum,
incendi modus. Quem sic ab hu-
mano distinguit Heliodorus Æthiop.
l. III. ut divinus, non dimotione pe-
dum et transpositione, sed continuo
impetu et quasi lapsu quodam fiat :
unde prohibet status Deorum apud
Ægyptios, conjunctis et quasi unitis
pedibus insistere : citatque testem
Homerum. Et vero apud Theocri-
tum, Idyl. xvii. 25. Dii vocantur
vénates, usu pedum carentes : et apud
Callimachum, Hymno v. 3. Pallas
θεὸς εἴρυκος ἔπει, Dea parata serpit.
Addit et aliud indicium divinitatis
Heliodorus, quod Dii recto obtutu-
neque clausis unquam palpebris in-
tueantur. Statius tamen gressum
Diis non fluentem, sed humano ma-
jorem et nimium tribuit l. x. 347.
‘tamen aspera produnt Ora Deam,
nimique gradus.’

- Talibus incusat, gressumque ad moenia tendit. 415
 At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
 Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu :
 Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
 Molirive moram, aut veniendi poscere causas.
 Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
 Læta suas : ubi templum illi, centumque Sabæo 420
 Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.
 Corripuere viam interea, qua semita monstrat ;
 Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
 Imminet, adversasque aspectat desuper arces.
 Miratur molem Æneas, magalia quondam ; 425

simulata? Sic queritur de ea, et dirigit passus ad urbem. Sed Venus cinxit eantes tenebroso aëre, et circundedit multo tegmine nubis, utpote Dea: ne quis posset eos videre, neve quis tangere, aut facere moram, aut petere rationem cur venissent. Ipsa se attollens abit Paphum, et reddit gaudens in regionem suam: ubi templum et centum altaria fercent in ejus honorem thure Arabico, et redolent flores novos. Int' rim ingressi sunt viam, qua callis ostendit. Et jam conscendebant collem, qui valde impendet urbi, et desuper aspicit turres oppositas. Æneas admis-

ex vi, 689.—414. *vertit* Bigot. *ducit* Puget.—415. *gradientem* Hamb. sec. *seposit* scriptura est Medicei et Romani.—416. *fundit* Bigot. *fulsit* Wallian.—417. aberrant codd. in *ne quis* et *neu quis*. v. Burn. *possit* plurimi male. *neu qui cognoscere possint* Voss. unus.—418. *Molirive* ciam Hamb. pr. que Bigot. *moram* *veniendi* ac p. ed. Ven. *discere causas* post Longobard. et alios, Pierio inspectos, Rottend. uteqrne et Hamb. un. pr. var. lect. forte ex Æn. vi, 488 in edd. nonnullis esse videtur *exposcere*. aliquot codd. ap. Pier. *exquirere*.—419. *Paphon* Hamb. pr. cum al. ant. *adit* aliquot ap. Burn. et Pier.—424. *aspectant*, ut ad Æneam cum comite referatur, Gudianus a m. sec. cum Rottend. pr. Hamb. pr. et alii ap. Burn. quem vide; item fragm. Vatic. Bottar. p. 170. Sed collis *aspectat* haud dubie melius; nec temporum consequentia aliter permittit. *expectant* Leid. un. *expectat* Puget.—425. Unus Leid. aberrat in *mapa/ia*. Hac sup. Ge. III, 840 vidimus esse *edificia culanis canaque plexa*, (v. Silius xvii, 89, 90) *oblonga*, *incruis lateribus tecta*, *quasi navium carina sunt* ex Sallust. Jug. 211, qualia adhuc sunt tuguria.

NOTE

417 *Cernere ne quis*, &c.] Dubitabat enim Venus, quo in eos animo Dido futura esset, Junonis cultui ad-dicta.

419 *Paphum*] Urbem in Cypro, notissima Mediterranei Maris insula, Veneri dicatam.

420 *Centumque Sabæo*, &c.] Tacitus L. II. de Sacris Paphicæ Veneris. ‘Hos-tiæ, ut quisque vovisset, mares deli-

guntur. Certissima fides hædorum fibris. Sanguinem aras offundere ve-titom, precibus et igne pno altaria adolentur.’ Unde hic cum de aris fiat mentio, nulla fit de victimis. *Sabæum thus*, petitum e *Sabæis*, Arabiæ Felicis populis: de quibus Ge. I. 57.

425 *Magalia*] Seu *mapa/ia*, rustieorum Afrorum casæ sunt, de quibus Ge. III. 340.

Miratur portas, strepitumque, et strata viarum.
 Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
 Molirique arcem, et manibus subvolvere saxa;
 Pars optare locum tecto, et concludere sulco.

* Jura magistratusque legunt, sanctumque senatum.* 430

Hic portus alii effodiunt; hic alta theatris

Fundamenta locant abi, immanesque columnas

Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.

Qualis apes æstate nova per florea rura

Exercet sub Sole labor; cum gentis adultos 435

Educunt foetus, aut cum liquentia mella

ratur magnitudinem urbis, ubi erant olim casæ: admiratur portas, et tumultum,
 et pavimenta viarum. Festinanti ardentes Tyrii: pars extendit muros, et erigit
 arcem, et manibus rotat lapides: pars eligit locum ad tectum, et cingit fossa:
 obligant jura, et magistratus, et sacrum concilium. Ilic ali excavant portus, illuc
 ali ponunt profunda fundamenta theatri, et secant e rupibus ingentes columnas,
 quæ sint alta ornamenta futurarum sceneriarum. Talis est eorum labor, qualis
 labor occupat apes ad Solem, æstate incipiente, per agros floridos: quando emittunt
 grandiorum sordidem generis, aut cum densant mella liquidiora, et implent dictaria

.....

in conum exuentia plurimorum populorum, et ea quidem plaustris recta, adeoque mobilia. At *magnâ*, priore etiam syllaba products, sunt agrestia sedicia stativa, coequo nomine in primis veniebant suburbia Carthaginis. v. Bochart. Chan. I, 24 et II, 9: Wasse ad Sallust. I. l. et Gesner. in Thea h. v. Omnia fundus Servius ad h. l.—426. *astra* v. fragm. Vatic. sed *strata* in marg. *vivorum* Hugen.—427. *ardentes instant* Moret. sec.—428. *molirice a.* ac m. Parrhas. *subducere* Rottend. alter. Vulgata est ap. Schol. Cracqu. Horat. III, Carm. 1.—429. *aptare* plurimi Heinsio et Burm. inspecti. etiam Rom. a pr. m. perpetua varietate. cf. inf. 556. *conducere tert.* Moret. cum glossa, id est, *deducere*. perperam. *tecta* et c. s. tert. Goth. a m. pr. *tecto* singulari numero magis poetum h. l.—430. Versus a loco alienus: de quo secundis curis statuendum fuisse a Marone. v. Not. Nisi confactus ille fuit alia manus ex 51 ubi Dido Jura dabit legesque viris.—431. *Hinc* sec. Hamb. *portas* Montalb. et Leid. cum al. etiam ap. Pier. Sed de his jam v. 426. *fodimus* qu. Moret. *late* fragm. Vatic. Desidero utique aliud epitheton pro alia, quod tertio versu iterum legitur: in quo offendebatur quoque b. Schraders; etiam Jortin. (*Tract. Vol. II*, p. 468.) *theatris* lectio est fragmenti Vaticani; porro codicis Romani cum tota familia, quæ eum sequitur; et hoc Heins. præstulit. Alteram dicit Medicens, *theatri*, quod Burm. revocavit, quia non verisimile sit, ut in nova urbe theatra existant. Si tamen ad hanc subtilitatem descendere velimus, theatri mentio hic omnino nulla fieri debet. v. Not. Sed alterum est magis epicum.—432. *Fundamenta petunt* alii ap. Pier. etiam fragm. Vatic., quæ alterum in marg. habet.—433. *excindunt* Zulich.—434. *floride* pr. Moret.—435. *gentis adultos* Hamb. sec. Traducta nonnulla e Ge. IV, 163 sqq.—436. *excidunt* Grav. a m. pr. *perducunt* Oudart.

NOTE

430 *Jura*] Alii pro *legibus*; alii pro *enim accipimus, quoties dicimus in juridicis*; alii melius pro *locis ipsiis ac-jus rapere, in jus ambulare*. De Scenis cipiunt, ubi *jus dicendum erat*. Sie *theatralibus* Ge. II, 381. et ep. 24,

Stipant, et dulci distendunt nectare cellas ;
 Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
 Ignavum fucus pecus a præsepi bus arcet ;
 Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. 440
 O fortunati, quorum jam moenia surgunt !
 Æneas ait, et fastigia suspicit urbis.
 Infert se septus nebula (mirabile dicta)
 Per medios, miscetque viris ; neque cernitur ulli.

Lucus in urbe suit media, lætissimus umbrae,
 Quo primum, jactati undis et turbine, Poeni
 Effodere loco signum, quod regia Juno
 Monstrarat, caput acris equi ; sic nam fore bello 445

suavi nectare, aut excipiunt onera venientum e pastu, aut collecta turma expellunt a stabulis suis fucus, pigrum gregem. Fervent omnes in opere, et mella odorata olent thymum. O felices, quorum muri jam eriguntur ! inquit Æneas, et spectat altitudinem urbis. Inmitit se in medios cives clausa mure, quod admirabile est dictu : et miscet se viris, nec videtur a quoquam. Erat in media urbe sylos sacra, fragrantia propter umbram : quo loco Poeni, agitati fluctibus et ventis, primum fodiendo repererant signum, quod regina Juno eis ostenderat ; nempe caput belli-

an predecent ? addit Burmannus. Sed educunt ex alvearis; et Macrobi. v Sat. 2 defendit, et conliquidet Goth. tert. stillantia mella Hamb. pr. cf. Ge. iv. 164.—437. distent malit Cuning. sed v. ad Ecl. ix. 31. adde Ge. iv. 164. aut d. Zulich.—438. excipiunt Bigot.—440. Fragrantia tectorum malit vir doctus in Obss. misc. crit. T. II. p. 29, quia mella jam v. 432 : ratione parum idonea. cf. Burm. *fragrantia etiam hic codd. ut alibi; sic Goth. tert.*—442. miscipi tres ap. Burm. c. Goth. pr. *conspici* Hamb. pr. *prospicere* Vratal. meræ utique aberrationes. Edificia alta et excelsa suspectius propriæ. Commode itaque poëta hac voce usus est, ut altitudinem ædificiorum eo ipso subjiceret animis. Hinc etiam *fastigia urbis* dixit pro tectis.—443. *se septum* alter Menag. at vide ad 818.—444. viros Bigot. et unus Heins. Et sic jam Pierius fuisse memorat, qui legerent: *Per medios miscetque viros sc. se.*—445. *umbra tanquam exquisitus* recepit et docte illustravit Heins. Addit Markland. Ep. crit. p. 121. Vel Probi auctoritas in Servianis, et latius in Pomponio Sabino, satie erat gravis; accedebat Codex Montalb. et inter Burman. codd. Bigot. et tert. Meintel. a m. sec. Vulgo *umbra*.—447. effudere vitiouse Exc. Burm. *locum signo* ed. Ven. ap. Maittaire. quo r. J. Leid. et Voss.—448. *Monstrarat* Gnd. Zulich. Grav. *monstrarat* Montalb. et Hamb. alter. *monstrarerat* fragm. Moret. *signum* (ex sic nom) et ab ait. manu *signum*

NOTÆ

437 Nectare] Potu Deorum, de quo Ecl. v. 71. Hie pro melle sumitur.

439 Fucus] Guèpes, apum quasi ser-
vitis sunt. Ge. iv. 166.

448 Caput acris equi] Justinius I. xviii. 5. ‘In primis fundamentis, caput bubulum inventum est : quod

auspicium quidem fructuosoë terre ;
 sed laboriosoë, perpetuoque serva ur-
 bis fait : propter quod in aliud locum
 urbis transdata. Ubi quoque equi
 caput repertum; bellicosum poten-
 temque populum futurum significans,
 urbi auspiciatam sedem dedit.’

Egregiam, et facilem victu per sœcula gentem.
 Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido
 Condebat, donis opulentum et numine Divæ:
 Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque

450

cosi equi: ita quippe ostenderat, populum illum futurum esse nobilem bello, et aptum vivere æterna fama. Hoc loco Tyria Dido adificabat Junoni magnum templum, splendidum muneribus, et præsentia Deæ: cui lumen æreum impositum

 Gudian. *signum* tres al. ap. Burm. et jam ap. Pierium.—449. *facilem victus* conj. olim Burm. ad Val. Fl. vi. 323, sed *victu* eodem sensu accipi posse ad h. l. fatetur. Easset tamen alterum elegantius. Turbas, de quibus in Exc. ad h. v. egi, fecit in hac forma, quod permixta fuit cum altera illa, quasi *facili*s *victu* esset dictum ac *facili*s *victu*, *auditu*, *cognitu*. ductum quoque illud modo a *vivere*, modo a *vincere*: unde fuit vir doctus, qui *hanc facilem victu* corrigeret. Sed *victu* *facili*s ducendum erat ex *victu* *facili*s. Qui *victum* habet *facilem*, *is victu* *facili* *esse*, et *exquisitus facilis* *victu* vel *victus* dicitur. Gens *victui* *facili*s iterum diversum quid designaret, ut vel exemplo intellegas: *ager pecori facilis*, qui *præclaris* sub *pascuis* *pecus* *facile* alit.—452. *nixæ* multos legere jam Servius notavit. Eandem lectionem codices a Burmanno enumerati habere videntur, non, *nexæ*. *Trabes are* *nixæ* Catroë arriserunt, ut sint columnæ *nixæ* epistyllo subjectæ, quod adeo columnæ ex ære innitor: uti constat *capitalis areis columnæ usitatæ aliquando fuisse*. cf. Plin. XXXIV, 7. Enimvero de portarum postibus agi ea, que utrinque adjunguntur: *surgebant limina—foribus cardo st. a.* satis declarant. Possent et ipsi postes *neneis* basibus innaxi dici; verum sic de limine bis poëta memo-

NOTE

449 *Facilem victu*] Explicat Pierius, *qua* *facile* *vinci* *posset*; ita *ut* *victu*, supinum a *victo*, passive significet: *sed malum* *hoc omen*, *bonum autem* *hic quaeritur*. Explicat Germanus Valens, *qua* *facile* *vincere* *posset*; ita *ut* *victu*, supinum a *victo*, active significet. Explicant alii communiter, *qua sit fertilius frugibus, et commoda ad victum*; ita *ut* *victu* *sit supinum a vivo*. Ego eodem supino usus, *victu* a *vivo*, *interpretor* de *fama* et *gloria gentis*, *qua* *florere æternum* *debeat*: *hoc enim est proprie: vivere per aequalia*.

450 *Sidonia*] *Tyria*: nam *Sidon*, urbs Phœnicie, in *Syria*, portus in ora *Mediterranei* *Maris*, nunc *Seyde*: hic pro *Tyro* sumitur; quia ultraque vicina, et a Phœnicibus condita, et eidem regi subdita.

452 *Limina*] *Portæ ac jense partes*

omnes hic distinguemus. *Portæ* proprie de *urbibus* dicitur: quia cum circuitus *urbis* arato primum designabantur, qua parte relinquendos erat in *urbem* *aditus*, attollebatur aratum ac *portabatur*, ne sulcum imprimeret. At *privatarum domorum ingressus*; cum *apertus* est, dicitur *Janus*, vel ab *cendo*, vel a *Jeno*; cum *clausus* est, dicitur *Ostium*, ab *obstante*. Jam ea per *qua* *prohibetur ingressus*, si *foras* *aperiuntur*, dicuntur *Fores*: si *duas* *in partes* *ab utroque latere* *panduntur*, *Bifores*: si *ab uno* *tantum latere*, *sed in se voluntur ac repli-cantur*, *vocantur Vales*, *quasi volvæ*. Id autem, *quo vertuntur fores*, est *Cardo*: *quia est* *earum*, *vel quasi cor*, *ut volunt* *Servius* et *Isidorus*; *vel* *quasi hamus* *ex quo suspenduntur*, *est autem hamus Græcis κρόδην*. *Tum Limen* *est transversum* *in janua lig-*

Ære trabes ; foribus cardo stridebat aënis.
 Hoc primum in luco nova res oblata timorem
 Leniit ; hic primum Æneas sperare salutem 455
 Ausus, et afflictis melius confidere rebus.
 Namque, sub ingenti lustrat dum singula templo,
 Reginam opperiens, dum, quæ fortuna sit urbi,
 Artificumque manus inter se, operumque laborem,
 Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,
 Bellaque jam fama totum vulgata per orbem, 460
 Atridas, Priamumque, et sævum ambobus Achillem.

erat gradibus, et trabes compactæ auro, et cardo stridebat in portis æreis. In hac sacra sylva nova res occurrens primo mixuit metum : hic Æneas primo ausus est sibi promittere salutem, et melius sperare de rebus male affectis. Nam, dum circumspicit singula magno in templo, expectans Reginam : dum admiratur quæ sit felicitas illius urbis, et manus opificum inicicem concordes, et difficultatem operum : cernit prælia Trojana per ordinem, et bellum jam fama cognitum per omnes terras, et Atrei filios, et Priamum, et crudelē utrisque Achillem. Substitit, et flens :

raret.—453. *cardo str. ahenus vir doctus legit Mischell. Obss. Vol. II, T. I, p. 85, inutili plane emendatione.*—454. *Hic tres ap. Burm. in templo Puget. res oblata Hamb. pr.*—455. *Hoc primum (sc. in luco) Longob. Pierii. spectare Zulich. Goth. tert.*—459. *labores, quod in vulgaribus nonnullis edd. visitur, duo Goth. Menag. pr. et sic alibi variatur. v. Burm.* Vide porro annos accuratiis distinguitur : *dum, quæ f. sit urbi, artificumque manus inter se, (sc. quæ sint) et (dum) o. l. miratur.* Sed *miratur manus inter se* est exquisite, sc. dum *inter se comparat.*—461. *Volgante Sprot.*—462. *Atridem Seneca Ep. civ, forte ille causa, inquis, quam ibi agit, serviens. Atridem Bigot. et Atridem ex Seneca Cerdá recepit.* *Atridem etiam Cunningham.* Jam si rationes criticas audias, levior ista est auctoritas, quam ut ei aliquid tribui possit. Possunt tamen altera ex parte librarii videri reposuisse pluralem *Atridas* tanquam sibi notiorem ; cum non viderent, durum esse et insolens, ut ambobus ad tria capita referatur ; tum uni tantum *Atride, Agamemnoni, sævum* fuisse Achillem, non utrique. Studiose tamen poëta *ambobus* posuisse videtur, cum *sævum* cuspidie Achillem, vel alio modo dicere potuissest (locum Homer. Odyas. A. 335—339, possit aliquis pro exemplo laudare, nam et ibi *repol* cum matre cerva in *durophous* spectati videri possunt ; sed hinnulos ibi poëta binos a matre relictos ponit). *sævum* Moret. qu. *Priamum sævumque Voss. ferumque* Goth. alt. *Achille Probus et Cledonius Gramma-*

NOTE

num, inferius vel superius ; vel a promiscæ vulgo usurpantur pro *limes*, quia illie terminatur domus ; *janua.*
 vel a *limes*, id est, obliquus et trans. Denique *Postea*, sunt arreccataria portarum, quasi post ostium : *saxa vel ligna ab utroque portæ latere, quibus cardines, sera et repagula immittuntur.* Hoc tamen omnia

462 *Sævum ambobus Achillem]* Tres tamen sunt ; *Atridae* duo, Menelaus et Agamemnon, Atrei regis Mycenarum filii, et *Priamus*, Trojæ rex. Tum Achilles Menelao *sævus* non fuit : sed Agamemnoni tantum, cum recessit

Constitit; et lacrymata. Quis jam locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboria?

En Priamus. Sunt hic etiam sua preemia laudi; 463
Sunt lacrymæ rerum; et mentem mortalia tangunt.
Solve metus; feret hæc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait, atque animum pictura pascit inani,

*Quis jam locus est, ait, o Achate! quæ plaga in terris non plena nostrorum canum?
Ecce Priamus: hic quoque datur eirtuli sua merces, est commiseratio calamitatium,
et causas hominum movent corda.* Depone timorem, hec fama afferet tibi aliquam
salutem. Sic locutus est, et oblectat mentem ravis picturis, multum genues, et

tieus, ut Dorvill. et al.—468. *Quis non Bigot. quis nam Leid. unns. qui*
Cuning. edidit e cod. Mark.—464. in omittunt tert. Mentel. et Regins. hic
cum glossa: scilicet in. nostris ed. Junt.—in nostris terris alter Menag.—
465. sunt hic et Franc. hæc Parthas.—466. En lacrymæ Parthas. Heine.
in ora cod. sui mutaverat distinctionem: sunt lacrymæ: rerum et m. m. f.
Aridrebat hoc Burmanno, ut mortalia rerum sint, res mortales: quod illustrat.
Et hoc quidem ita dici posse, nemo dubitet. Sed primum illud duram, quod
intersertum ita datur: rerum et mentem mortalia. Sensisse hoc videtur ipse
Burmannus; itaque apponit alterum: sunt lacrymæ, et rerum m. m. f. Tamen
vel sic manet alterum, quod monere volebamus, ut illud nude positum: Sunt
lacrymæ, sibi quid velit, non video. Tentabat idem vir sagacissimus: et
gentem mortalia tangunt; ita vero poëtica vis plane jugulatur. Scilicet
accidere hoc nostrum cuique solet, ut semel effusa menti nube in sudum
emergere nequeamus. Burmanno sensu carere videbatur illud: lacrymæ
rerum. Sed res simpliciter pro rebus humanis, casibus mortalium, atque
etiam de rebus adversis passim dici, virum doctissimum non latebat; ut in
illo quantum spec ultima rerum Libertatis habes? Lucan. VIII. 454. tanta
homines rerum inconstancia versat Ovid. Met. XIII. 646. Rebus humanis si
illacrymamur, ferunt illæ et accipiunt lacrymas, quæ ipsis debentur; sunt
illis lacrymæ; et doctius: sunt lacryma rerum. Imitatus hæc Valer. Fl. I.
723, 4. sed alium in sensum. Pelias vindictam de Jasone sumturus: Sunt
hic etiam tua vultura, prædo; Sunt lacryma carusque parentes. h. est hic, quo
lacrymæ tibi exprimi possint, parente necato.—467. metum multi scripti et
editi, scilicet hoc vulgare et pedestri orationi magis consentaneum. Ita
etiam doctius dixit: solvere metum quam solvere metu sc. animum. fert hæc
Franc. v. Burn.—468. Hic ait Franc.—471. Grai Mentel.—472. Ac nonnulli

NOTÆ

ab ejus exercitu propter eruptam sibi
Briseida; et Priamo, cujus filium
Hectorem occidit, et indigne habuit.
Quomodo igitur *ambobus*? An gemi-
nos Atridas pro uno posuit, quia
unius patri erant filii? An *ambobus*
posui, pro *strigisque*? An geminos
exercitus significavit, Atridarum et
Priami? An potius legemus cum
Seneca Epist. 104. *Atriden, non Atri-
das, ut ad unum Agamemnona refe-*

ratur? Hunc sane malim audire quam
Donatum, qui *særum* interpretatur,
sæviorem, Agamemnone scilicet ac
Menelao.

466 *Lacrymæ rerum*] Propterea res
adversas, calamitatem: Sic Æn. II.
784. ‘lacrymas dilecta pelle Creusa’:
id est, Lacrymas propter dilectam
Creusam, et dolorem de ea concep-
tum mitiga.

- Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.
 Namque videbat, uti bellantes Pergama circum 470
 Hac fuderent Graii, premeret Trojana juventus;
 Hac Phryges; instant curru cruentus Achilles.
 Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
 Agnoscit lacrymans; primo ipse prodiit somno
 Tydides multa vastabat caede cruentus; 475
 Ardentesque avertit equos in castra, prius quam

irrigat faciem copioso fletu. Nam cernebat, quemadmodum pugnantibus circa Trojanum Graci hac fuderent, et Trojana juventus persequeretur eos; hac Trojani fuderent, et Achilleus crista insignis immineret e curru. Non longe hinc agnoscit plorans tabernacula Rheni e candidis velis prodiit; quia in prima nocte filius Tydei populabatur multa strage sanguinolentus, et abducit acres equos in castra Graecorum,

ap. Burm.—473. haud vel nos p. Gud. haud etiam Montalb. et tert. Rotend. pro *niveis* Græv. *juvenis*; librari errore.—474. *adgnoscit* scriptum cum Medic. et Gud. hic et al. ut inf. 442, consentiente adeo Vaticano fragm. *agnoscit* Zelich. *deditu somno* Zulich. frustra. nam proprie poëtis: *prodi somno*, et cf. Heins.—475. *Vastat* alter Hamb. *cruentus* alter Gud.—476. *albentes—equos sec.* Moret. habet; quem sane colorem constanter Rhesi equis tribuit: Homer. K. 437 τοῦ δὴ καλλίστου Τρώου ἔπει, δὴ μεγάρου· Λευκόπεροι χίονος, θέλεις δὲ ἀνέμων δύοιοι· et sic Rhesi drama v. 304 Πάλαι· χίονος ἐπαγεστέρων. cf. 616—619. Sed sic *candentes* equi erant dicendi ut XII. 84. Homericam transtulit, qui candore nives anteirent, cursibus curas. et Epit. Iliad. 735 de Rhesi equis: *multo candore nitentes*. Nam *albus* color miles gratius Ge. III. 88 *color deterius albis*. An poëta evitare voluit *concursum rur*: *nivis telis et carentes eques?* Itaque *ardentes* dixit, forte illa Homeri sectatus v. 547, ubi equi hi *Alvōs ἀερινεούς τούτοις ἥστοις?* Quanquam et hoc ipsum *candore* potius fuisset exprimendum. Verum probabile fit, insediasse poëta animo *rurus* *albaras* Homero dictos B. 839 et M. 97. incerto tamen et ibi sensu: referunt enim illud et potest referri ad splendores, ad colorem, ad ardorem animorum. Aut itaque manendum est in hoc, ut *ardentes*, *acres*, *alacres*, *impetuosos* accipiamus; ut *calentes*, *igneos*, aut, quod mihi plus quam probable videtur, scribendum *candentes*: priore litera exrita restabat *ardentes*, unde factum *ardentes*. Porro *ardentes* a m. sec. Hamb. prior habere dicitur. Videtur et is *albentes* a prima manu agnoscisse. Idem *exertis* habet, et alli ap. Burm. *advertit*. male. Avertire de præda abigenda satis frequens, ut h. l. Burm. Drakenb. ad Sil. III. 311, et

NOTE

470 *Pergama*] *Pergamo*, aux fait Trojana, in editissimo urbis loco sita: unde alta omnia sedes deinde *Pergamo* appellata sunt. Cave, ne aream istam confundas cum urbe *Pergamo*, quæ in eadem Phrygia Minore postea condita est ad Caicum fluvium, fuitque Attaliorum regum sedes, et Gallesi patria, et celebris usu chartæ *Pergamense*, du perhominia.

472 *Hac Phryges, instantet, &c.]* *Phryges*, Trojani, qui Phrygia Minoris partem incolebant: *sopra*, v. 386. *E curru* pugnabant sape veteres, quo miles et auriga ferebantur. De cristicis *Æn.* III. 468.

473 *Rhen*] *Rhesus* Thraciae rex, Martis, vel Strymonis filius; cum Trojani veniret in auxilium; adducereturque secum equos, quorum erat

Pabula gustassent Trojæ Xanthumque bibissent.
 Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
 Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
 Fertur equis, curruque hæret resupinus inani, 480
 Lora tenens tamen : huic cervixque comæque trahuntur
 Per terram, et versa pulvis inscribitur hasta.
 Interea ad templum non æquæ Palladis ibant

antequam carassisent pabula Trojæ, et potassent aquam Xanthi. Parte alia Troibus, miser adolescens, et quanquam inæqualis ausus pugnare in Achillem, trahitur ab equis, et pendet resupinus e curru vacuo, retinens tamen habenas: huic et cervix et capilli raptantur per humum, et pulvis sulcatur hasta inversa. Interea Trojanæ sparsis capillis ibant ad templum Palladis non ipsius amice, et portabant ei pallam,

al. v. inf. x, 48.—479. potest per parenthesin interpositus accipi. Olim ap. Servium interponere quoque *Infelix!* puer atque impar congressus Achilli.—481. tenens tantum Montalb. Quintilianum vii, 9, 7 mireris dubium facere, sitne tenens ad tenens an ad seqq. trahendum. tenet aliquot ap. Pier. male. Hinc duo Burn.—482. versa est κεκλιμένος δόρυ a verrendo duci nequit. Sic

NOTE

fatum, ut, si semel Xanthi aquam bibissent, Troja foret invicta: clausis jam portis, coactus est in littore tentoria ponere. Sed proditus a Dolone Trojano speculator, qui in Græcorum speculatorum Diomedem et Ulyssen inciderat: a Diomede interfectus est, et equi fatales abducti. Iliad. x. 453. Equi porro illi ferocitate præcellebant, ab equis Diomedis Thracis regis oriundi, humana carne vesici solitus; quibus ideo dominum ipsum devorandum Hercules tradidit. Primo somno] Somnus pro nocte, ut Ge. i. 208. Libra die somnique pares ubi fecerit horas. Tydides] Diomedes, Tydei filius, En. ii. 243.

477 *Xanthum*] Diis ita dictum, hominibus vero Scamandrum, inquit Homerus; quia nomen illud isto antiquius: fluvium Troadis, ex Ida monte profuentem, unde se in Hellespotum exonerat.

478 *Troilus*] De ejus ætate variae sunt sententiae. Virgilius hunc puerum, Horatius impudorem facit: alii, ut Hyginus et Tzetzes, jam gran-

diorem, et unum e maximis Priami natis. Varie quoque de ejus morte opiniones: Theocritus et Lycophron eum volunt, ob spretum Achillies amorem, in templo Apollinis ab Achille fuisse occisum: alii, in ipso certamine: alii per vim; alii ex insidiis.

479 *Impar congressus Achilli*] Vel impar Achilli; vel ut mavult Servius, congressus Achilli, id est, cum Achille: ut Catullus dixit in Carmine Nupt. v. 64. *Noli pugnare daebus.*

482 *Versa pulvis inscribitur hasta*] Non hasta Troili, quam adhuc manu retineret; nam amissis armis, id est, dilapsis, ferebatur; et sola lora manu implicata retinebat. Igitur hasta Achillis, quæ per Troili pectus adacta, et cum eo resupino inversa, ferro pulverem sulcabit.

483 *Non æqua Palladis*] Infeste, propter judicium Paridis, de quo, v. 81. De Pallade v. 43. Ibant autem ad templum Trojanæ mulieres, duce Hecuba, Heleni et Hectoris admoniti, cum gravem a Diomede accepissent cladem; ut Deam Diomedi

- Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes, et tunsæ pectora palmis; 485
Diva solo fixos oculos aversa tenebat.
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo:
Ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici, 490
Tendentemque manus Priamum conspexit inermes.
Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis,

mæstæ more supplicantium, et percutientes pectus palmis; Dep infensa tenebat oculos fixos in terram. Achilles traxerat Hectorem ter circa muros Trojanos, et vendebat auro cadaver exanimum. Tunc autem Æneas emittit ex intimo pectore magnum gemitum, ut vidit spolia, et currum, et ipsum cadaver amici, et Priamum tendentem manus exarmatas. Animadvertis etiam se mixtum principibus Græcis, et

enim palvis verritur, non hasta.—484. *Sparsis multi a Pierio et ab Heins. inspecti, et ed. Ven. Sed, sparsos crines furentibus, supplicibus passos convenire arbitratur Burm.*—485. *nescio an melius suppliciter ferebant jungas. tonse al. tonsis Parrhas.*—486. *adversa multi.*—487. *tractaverat alii ap. Corrad.*—490. *Curvum fragm. Moret. et Hamburg. pr. sed magis poëticum: currus, ut ap. Homer. *equara.* currus Hamb. alter. sique alii. male.*—491. *conspectat Voss.* Non bene cum Burmanno tollas distinctionem post inermes, ut continuas prosaica aliquia forma: ut consperit et se quoque agnovit. Porro *inermes* Goth. alter.—492. *agnoscit praesens tempus picturæ convenientius arbitratur Ge. Fabric. idque iam. v. 474 vidimus. Et hoc habet Romanus, cum fragm. Vatic. teste Bottario p. 170, ut adeo, si auctoritatem sequareis, quod etiam Cuning. fecisse videmus, recipiendum sit, cum totus*

NOTÆ

faventem, et pepli dono, et sacrificiis placarent. *Iliad. vi. 302.*

484 Crinibus *Iliades*, &c.] Alludit ad morem Romanarum mulierum, quæ in luctu, apero capite, et sollicitis passisque crinibus incedebant, fortasse etiam Trojanæ ac barbare; cum contra Greæcæ tonderent comas: quod docet Plutarchus in *Romania* Quæst. *Pepham*] Offerebatur Deabus, non in luctu tantum; sed etiam solennibus quibusdam diebus, muneras loco: *Palladi* presertim; Junoni, ex Panania l. ii. et Statio Theb. x. 56. Imo et *Veneri*, ex Claudiano de Nuptiis Honor. v. 123. Eo induebantur simulacra; sic enim Stat. Theb. x. 65. ‘Hoc tunc Argelicos sanctum

velamine matres Induerant ebur.’ *Pepham* autem fuit palla, sive pallium muliebre, subtili arte contextum, ad pedes effusum, sine manicis; coloris, aliquando purpurei, aliquando candidi; aurea fimbria clavisque aereis, et varis Deorum heroamque figuris ornatum.

487 Ter circum, &c.] De *Achille* v. 34. De *Hectore* v. 108.

492 *Achivis*] *Græcis. Græcia* enim proprie dicta, sive *Hellas*, *Achæa* quoque appellata est, ab *Achæo* quadam, vel Jovis filio, vel Zuthi, quia in ea regione regnavit: cuius populi *Achæi* et *Achivi* sunt dicti. *Est et alia minor Achæa, Peloponnesi pars.*

Eoasque acies, et nigri Memnonis arma.
 Dicit Amazonidum lunatis agmina peltis
 Penthesilea furens, mediisque in milibus ardet
 Aurea subnectens exerta cingula mammae
 Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.

Hæc dura Dardanio Æneæ miranda videntur,
 Dum stupet, obtutusque hæret defixus in uno:
 Regina ad templum, forma pulcherrima, Dido
 Incessit, magna juvenum stipante caterva.
 Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi,

exercitus orientales, et arma nigri Memnonis. Penthesilea furens dicit turmas Amazonum instructas scatis lunatis, et ardet inter media millia, nec tens cingulum aureum sub nudato ubere, utpote bellatrix, et audet puella certare cum viris. Dum ista mirabili conspiuntur ab Ænea Trojano, dum stupet, et stat defixus in hoc solo aspectu; Regina Dido specie clarissima venit in templum, magna juvenum turba ambiente. Talis Diana in ripis Eurotæ, vel per culmina Cynthi, miscet choreas; quam securæ

orationis tenor id flagitet. Nec minus tamen ferri quoque potest alterum, agnoscit, et variasse videri potest poëta. Sic et censebat Bronck.—494. duxit Menag. pr. et Zulich. dicit etiam Schol. Stat. et Nonius habet. v. Burn. In v. 495, 496 distinctionem in fine versuum sustulit.—496. Exsectæ codd. ap. Pier. male. cf. Aen. xi, 649 et 803.—498. hæc dum Dorvill. et ita Rufin. ap. Burn. Idem Æneæ pro ab Æaea positum esse doret. Recte, si quid video. Nam, si exponas: ei videntur esse miranda, pedestrem habeas orationem, non poetam.—499. obtutusque duo. diffixus pr. Rottend. in imo duo Goth. frequente lapsu.—501. juvenum magna Sprot. comitante post Romanum Menag. pr. Hamburg. pr. Juuenes Tyrios principes esse, nil dubites cum Burmanno.

NOTE

498 *Eoasque acies, &c. &c.] Memnon Auroram matrem, Tithonum patrem habuit, Laomedontis Trojani regis filium. Quare Trojanorum, in auxilium venisse dicuntur, cum ingentibus Indorum et Æthiopum copiis; et ab Achille occisis, e rogo suo aves produxisse; quæ duas in partes divisæ, rostris atque unguibus, ad parentandum auctori suo, decertaverint. Ejus statua, in Ægypto, Solis orientis icta radiis, emissæ sonum memoratur. Eœa] Orientales, ab ἥλιο, Aurora.*

499 *Amazonidum] Id est, Amazones: quæ sibi mammam alteram inurebant, ne jaciendis sagittis esset impedimento: alteram balteo substringebant. Nomen inde ab a pri-*

vativo, et postea mamma. De his fuisse Aen. ii. 659. &c. Haruni regina Penthesilea, Trojanis post mortem Hectoris opem tulit: et iuxta aliquos, ab Achille, juxta alios, a Neoptolemo Achillis filio interfecta est. Peltis] Scutis brevissimis, in formam medie Lunæ.

502 *Qualis in Eurotæ, &c.] Expedit hoc Didonis cum Diana comparationem Valerius Probus apud Gelium l. ix. c. 9. aitque nihil tam impudenter a Virgilie conuersum esse ex Homero, apud quem illa reperitur, Odyss. vi. 102. Defendit eam Scalliger Poetic. l. v. c. 8. aitque Virgilianam esse a magistro, Homericam a discipulo. Ego in Valerii sententiam*

Exercet Diana chōros; quam mille secutæ
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram
 Fert humero, gradiensque Deas supereminet omnes; 505
 Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:
 Talis erat Dido, talē se lata ferebat
 Per medios, instans operi regnisque futuris.
 Tum foribus Divæ, media testudine templi,
 Septa armis, solioque alte subnixa, resedit. 510
 Jura dabat legesque viris; operumque laborem.

mille Oreades hinc atque inde congregantur: Diana gestat humero pharetram, et incedens extat supra ceteras Nymphas: latitia tacite mulcet animum Latona. Talis erat Dido, talē se attollebat lata inter medios, urgens opus, et regna futura. Deinde sedit ad fores Junonis, sub medio fornicis templi, cincta militibus, et alte suffusa rotis. Distribuebat jus et leges ciuios, et dividebat in equeas partes labo-

—503. *secutur Parrhas.* —505. *ingrediensque* ap. Macrobr. scripta nonnulla; sed v. Heins. *gradiensque* *Dea* ex scriptis Giphan. Ind. Lucret. et Rom. cum al. ap. Pierium, it. Goth. alt. Sed major vis in *Deus*, et absorptus sibilus sequente litera. —506. *Latona* et un. Heins. et Parrhas. male. *pertentant* pr. Hamb. *pertent* duo Heins. —508. *opere* Rom. a pr. m. —509. *male jungunt* alii post Servium: *instans o. r. futuris*, *Tum foribus Divæ*. *in foribus Nonius in testudines*, *in media Parrhas*, *media in t.* Goth. sec. Offendebat aures b. Schraderi, medios et media in binis versibus. Medelam tamen nullam video. —510. *Septam* fragm. Vatic. alto Mentel. pr. et Moret. sec. ut veteres nonnulli ap. Pierium. Sed *alte subnixa* exquisitus, ad ornandum rō resedit. *Co-gita* sedes Dearum et heroinarum. Sic Helena Odyss. Δ. 136 ἔξερο δ' εὐκλισμῷ,

NOTE

paulo sum propensior; vel ideo, quod ex iis circumstantiis, quas sane multas congerit, nulla est ad rem, nisi multitudine Oreadem, quæ Diana comitantur; cetera omnino a Didone diversæ sunt. *Eurota*] Fluvii in Lacionia, Spartam alluentis: quæ regio venatu celebris est. *Cynthi*] Montis in insula Delo, ubi Diana et Apollo nati sunt.

503 *Chorus*] Multitudo saltantium et canentium, est proprie *chorus*.

504 *Oreades*] Nymphæ montium, ab *Opas* mons. Ecl. II. 46.

506 *Latona*] Filia Cœl Titanis, quæ Dianam et Apollinem ex Jove peperit in insula Delo. Ecl. III. 67.

509 *Tum foribus Divæ*, sc. Adjungit Servius hoc verba proximo praedentibus, hoc sensu: *Instat Regina*

operi, tum presertim ædificandis Junonil templi foribus. Afferit et aliam interpretationem, quam etsi priori postponat; ego tamen præpono: nempe medio in templo locum fuisse separatum, ubi servabatur simulacrum Numinis, et religio administrabatur; isque appellatur a Polluce *sacellum*, *delubrum*, a Vitruvio *cella*, a ceteris *adytum*, *penetrale*: atque is, vel velo, vel muro septus erat, et pervius *foribus*; quemadmodum nostris in templis usuvenit. Iis porro in *foribus* Dido jus divebat: et mos ille Romanorum deinceps fuit, in templis jus dicere, ac senatum habere. *Medio testudine*] Medio in templo, cujus tectum concavum et fornicatum erat, in morem *testudinis, tortue*.

Partibus æquabat justis, aut sorte trahebat :
 Cum subito Æneas concursu accedere magno
 Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum,
 Teucrorumque alios : ater quos æquore turbo 515
 Dispulerat, penitusque alias avexerat oras.
 Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates
 Lætitiaque metuque; avidi conjungere dextras
 Ardebat: sed res animos incognita turbat.
 Dissimulant; et nube cava speculantur amicti, 520
 Quæ fortuna viris; classem quo littore linquant;
 Quid veniant: cunctis nam lecti navibus ibant.

rem operum, aut ducebat sorte. Cum repente Æneas videt accedere cum ingenti multitudine Antheum, et Sergestum, et generosum Cloanthum, et alios Trojanorum, quos nigra tempestas mari disjecerat, et abstulerat ad littora omnino diversa. Obstupuit continuo ipse, et continuo Achates quoque commotus est gaudio et timore; cupiebant avidè sociare dextras cum iis, sed successus incertus turbat mentes. Dissimulant adhuc, et obtecti cava nebula considerant, quæ sociorum sors, quo in littore reliquerint naves, cur venient: veniebant autem electi singulis e navibus, poscentes.

ἔπος δὲ θρῆνος ποστὸν ἔπει. residit al. male.—512. ac s. Hamb. alter. hant s. fragm. Vatic. sorte cerebat Goth. tert.—513. tum s. Leid. jam cursu alter Moret. cum cursu Zulich. Voss. ascendere Victorin. ap. Heins.—514. Scerestum Montalb. vitiose.—516. avexerat, non, adeverat, meliores ap. Pier. et Heins. cum binis Goth. In Medic. d appicum ab alia manu. averterat Gud. et duo Rottend. cum fragm. Vatic. adverterat Sprot. et Montalb. aduxerat Dorvill. et adduxerat unus Pier. altas alter Goth.—517. Obstupuit veterrimos ad urum omnes hic ut et in aliis poëtarum exemplaribus (et inf. 617) scribere, monet Heins. cf. Pier. Etiam ita Romanus; et obsticulū vetustiss. fragment. Vatican. a Bottario editum; idem cum Romano aliquisque Pierianis (item binis Goth.) percussus habet, cum in Mediceo aliquisque optimis Heinsianis miro consensu legatur percussum, quod bene rejectum ab Heinsio, cum percussus lætitiaque metuque, conjungendum sit. Malim adeo majorem distinctionem post metuque ponere.—518. Latitiamque metuque alter Hamb. lætitiaque ariðique metu Montalb. contingere alter Hamb. et Zulich. ac Gud. a m. pr.—519. animos sed res quartus Moret.—520. quia nube Menag. sec.—521. classes Hamb. pr. classis Sprot. quo in littore onus Heins. linquent alter Goth. In linquent sentis continuatam actionem, adeoque pro, liquerint, ponit potuit. Sic v. 550, 551 quid est ex r̄ire pro διὰ τὸ.—522. cuncti, quod mireris, lectio antiquissimorum fere et optimorum est codd. interque eos Romani, Vatic. fragm. a m. pr. Medicet, qui alias non facile in dubia lectione in idem consentiunt, necnon Servii et Donati. cunctis, quod haud dubie verius, in paucissimis occurrere videtur; ut in duabus Heins. et binis Gothanis; fuit tamen lectio vulgata jam ante Pierianum. cunctis nam lectis Gud. a m. pr. lectis et lati aberratur etiam in aliis. leti in.

NOTÆ

514 *Anthea, Sergestumque, &c.] De gesto, passim lib. 5. nauticis in ludis. Antheo, v. 185. De Cloanho, et Scr. De Teucris, Trojanis, supra, v. 42.*

Orantes veniam, et templum clamore petebant.

Postquam introgressi, et coram data copia fandi;
Maximus Ilioneus placido sic pectore coepit: 525
O Regina, novam cui condere Jupiter urbem,
Justitiaque dedit gentes frænare superbas,
Troës te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos a navibus ignes;
Parce pio generi, et propius res aspice nostras. 530
Non nos aut ferro Libycos populare Penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas:
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,

veniam, et lamentando accedebant ad templum. Postquam ingressi sunt, et data est facultas loquendi corum Regina: spectatissimum intra socios Ilioneus sic incipit sedata mente: O Regina, cui Jupiter permisit extruere urbem novam, et coercere equitatem populos ferocios: nos miseri Trojani, acti ventis per omnia maria, precamur: propelle dira incendia a navibus, ignosce religiosæ genti, et benignius aspice miseras nostras. Nas non venimus, aut vastare gladio domos Africanas, aut abducere ad littora prædas raptas: non inest menti ea violentia, nec tanta ferocitas victis. Est regio, quam Greci vocant nomine Hesperiam: regio antiqua, potens bello et fertili-

Rom. a m. pr.—523. et ab Hamb. pr. abest.—525. placito duo. nunc pro sic Hamb. pr.—527. servare alter Hamb.—528. circum m. Hamb. pr. ex v. 36, et Cunningham. conjiciebat: circum vel huc per, ad ductum Æn. vii, 228, frustra. Nam præpositiva docta a poëta ad Græcorum ductum omittitur.—529. infandis Zulich. a m. pr.—530. parce, precor alter Hamb. et deest Montalb. res accipe pr. Hamburg. sed vid. Not.—531. Tyrios Bigot. Iliacos Sprotianus; neutrum male: sed in Libycos consentiunt libri.—532. advertere littora prædas Venetus Heinsii. ad littora tollere Sprot. a littore vertere Leid. cum aliquot codd. Pierii.—533. animo est Sprot. animis non tanta ed. Venet.—534—537. repe-

NOTÆ

523 *Orantes veniam*] Orantes ut militius haberentur: nam *venia* non semper *culpan* supponit; sed sæpe *pacem* et favorem significat: Cicero, pro Rabir. v. ‘Ab Jove pacem et veniam peto.’ Pro Fonteo, xx. ‘In bellis gerendis, a Diis immortalibus pacem et veniam petunt.’ De Ilioneo, v. 124.

534 *Est locus, Hesperiam, &c.*] Supple, quem: ut supra, v. 16. *Urbs antiqua* fuit, *Tyrii*, supple, quam *Tyrii*, Italia multis nominibus dicta fuit, pro varia temporum ratione. *Hesperia*, quod nomen ipsi cum Hispania com-

mune fuit; vel ab *Hespero*, Atlantis Mauritanie regis fratre, qui primo obtinuit Hispaniam, indeque a fratre pulsus in Italiam venit; vel ab *Hespero*, Veneris stella; quæ mane sub Luciferi nomine appareat, sero sub nomine *Hesperi*, atque ita occasum significat; quo factum est, ut Graci ex iis regionibus, quas habent ad occasum, Italiam appellaverint *Hesperiam magnam*; Hispaniam vero, minorum *Hesperiam*. Alterum Italizæ nomen fuit *Cenotria*; vel ab *Cenotro* rege Sabinorum; vel ab *Cenotro*, Ly-

Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebas:
Enotri coluere viri; nunc fama, minores
Italianam dixisse ducis de nomine gentem.

Huc cursus fuit:

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada cæca tulit, penitusque procacibus Austris.
Perque undas, superante salo, perque invia saxa
Dispulit; huç pauci vestris adnavimus oris.

525

540

tate terræ. *Enotri populi ipsam incoluerunt: nam rumor est, posteres eam regio-*
nem appellavisse Italianum, de nomine ducis. Illuc direximus cursum: cum repente
orienz e mari procellosus Orion impulit nos in vada latentia, et petulantibus ventis,
ac mari superante, fanditus disjecit, perque aquas, perque rupes inaccessas: paucæ
enatavimus huic ad vestra littora. Quodnam est hoc genus hominum? aut quæ regio

tuntar III, 163 sqq.—535. *Patens Goth. pr. arris atque u. g. mera aberratio.*
—536. male al. *Enotri. Græcum est Olþwarpæ. cf. l. l. 1. Burm.*—538. Medic.
eam multis bonis: *Hic cursus fuit; quod accipendum est: is fuit c.—huc*
comctis (fuit) ire volentas, expletur versus in Dorvill. inepte.—542. *Perpulit*
Dorvill. a pr. m. vostris Arusian. Mess. laudat. advenimus aliquot. ap. Pier.

NOTÆ

caonis Arcadiæ regis filio; vel patius
ab obvo vinum et brþþvev incitare, quod
vini ferax regio sit. Aliud ejusdem
regionis nomen est *Italia*; vel ab
Italo rege Siculorum; vel a bobus,
qui veteri lingua Græca dicebantur
træol, et illic fuere magna copia.
Alia item nomina tulit, de quibus fuse
Kircherus in Latio l. 1. c. 1. 2. 3.
Quodnam autem sit omnium antiquissimum,
difficile est conjicere: Virgilius *Italianam* novissimum putat, cum
ait, minores *Italianam dixisse.*

535 *Ubere glebas.] De forma illa*
loquendi G. ii. 185.

539 *Orion]* De hujus signi cœlestis
fabula dicimus Æn. III. 517. Ex hoc
autem versu probat Segresius, Virgilium
non nisi Julio mense in Africam
esse appulsum. Nam de triplici tan-
tum Orionis ortu hic agi potest, de
quotidiano, de heliaco, de acronico: quas
voces explicuimus G. i. 217. et 221.
et 229. Comstat autem de quotidiano
non posse explicari; sic enim Orion

quotidie tempestates excitaret: non
de acronico, qui hyeme contingit; ergo
de ortu heliaco, qui nunc in Julii initia
cadit, olim tamen in medium Junium:
at vis hujus sideris, non ad unum ortus
diem, sed ad consequentes etiam dies
pertinere putanda est. Firmat opinionem
hoc etiam versu libri IV. 52.
ubi Anna Didoni suadet, ut Æneam
per hyemem detineat: ‘Dum pelago
desævit hyems, et aquosus Orion’
quod omnino tunc intelligendum de
ortu ejus acronico, qui mensibus post
heliacum circiter quinque contingit.

540 *Procacibus Austris, &c.] Obstinate*
importunis. Horat. Od. I. i. 26.
2. ‘Tradam protervis in mare Creti-
cum Portare ventis.’ Lucret. I. vi.
110. ‘furit petulantibus Euri.’ De
Austris ventis meridionalibus, Ecl. II.
58.

541 *Salo]* *Sal et salum usurpat Vir-*
gilius, pro mari, quod Græcis dici-
tur, Æs. Æn. V. 866. ‘sale saxa zona-
bant.’

Quod genus hoc hominum, quæve humc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ!
Bella carent, primaque vetant consistere terra. 545
Si genus humanum et mortalia temnitis arma:
At sperate Deos memores fandi atque nefandi.
Rex erat Æneas nobis, quo justior alter,
Nec pietate fuit nec bello major et armis.
Quem si fata virum servant, si vescitur aura 550
Ætheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris:
Non metus, officio ne te certasse priorem
Poeniteat. Sunt et Siculis regionibus urbes,

tam crudelis tolerat hanc consuetudinem? negatur nobis arena pro hospitio: bella
morent, et impediunt quominus menemus in primo littore. Si despiciatis genus
humanum, et vindictam hominum: at expectate Deos memores atque et iniqui. Re-
gem habebamus Ænam, quo non fuit ulius justior, nec pietate, nec bello et armis
insegnior. Si fata virum hunc servant, si spirat aërem caelestem, nec adhuc cecidit
sub æstas umbras; nullus est timor nobis, neque parvitebit te provocasse prius eum
beneficiis. Sunt etiam nobis urbes in terra Sicula, et arma, et Acestes illustris e

ex interpretatione.—543. Nam g. Goth. sec. *Quæ genus hac h. fragm. Moret.*
Quod g. est h. Menag. pr. quæ hunc tres ap. Heins. quæve tam Leid. Potest
interpretari: *Quod genus hoc hominum?* sc. est. Sed non hoc queri poterat;
verum: qui homines, quæ patria, quæ tam barbara, est hac terra vestra, ut
permittat hunc morem?—544. *parvum* pr. Moret. a m. sec. *hoc spatio Menag.*
pr. miro casu.—545. *considerare* Oudart. solemni varietate.—546. et deest in
nonnullis, etiam Pierianis.—547. *Deas Voss.* *fandique nefandi* quinque ap.
Heins.—549. *Non pietate Dorvill.* *bella* nec sec. Moret. Argutatur h. l. Burm.
qui cum Servio discrimen facit inter *bella* et *arma*; sane eandem rem decla-
rant sed tropis diversis.—550. et *vescitur* pr. Hamb.—551. *neque adhuc con-*
stanter codd. Heins. et multi Pier. alii nec. *occupat* tres Burm.—552. Vulgata
erat lectio: *officio nec te:* in quam mirum est optimum quenque codicem,
atque etiam Grammaticos, (v. Heins.) conspirare; est enim manifesto falsa:
nec te c. vel neque te. Sensus quidem qualicunque extorqueri inde potest;
sed occurrit unicuique in oculos, legendum esse: *Non metus, officio ne te c. p.*
P. ob φίδος, μή. Non metendum est, ne te poeniteat aliquando beneficiis nos
priorem demuruisse. Et extat hac lectio in Hamb. a m. sec. Habent edd.
ut, Cerdæ. Cuning. In fragm. Vatic. totus locus desideratur. *Nec metus*

NOTÆ

547 *Sperate Deos, &c.]* Expectate. iniquum, *fari* non possumus.
Æ. iv. 419. ‘Hunc ego si potui tan- 550 *Si vescitur aura]* Si spirat, si
tum sperare dolorem, Et perferre, halitus ducit ex aere. Et vero apud
soror, potero.’ *Fandi atque nefandi.]* Lucret. l. v. 72. *Vesci*, est uti: ‘Quo
Illius, quod fas, et nefas est: utrumque enim a *fando* dicitur: quia quod
sequum est, digne *fari* possumus; quod
sequum est, digne *fari* possumus; quod

Delsph. et Var. Clas.

Virg.

2 G

Arvaque. Trojanoque a sanguine clarus **Acestes.**
 Quassatam ventis liceat subducere classem, 555
 Et sylvis aptare trabes, et stringere remos.
 Si datur Italianam, sociis et rege recepto,
 Tendere, ut Italianam leti **Latiumque** petamus.
 Sin absunta salus, et te, pater optime Teucrum,
 Pontus habet Libyæ, nec spes jam restat Iuli: 560
 At freta Sicania: saltem, sedesque paratas,
 Unde huc advecti, regemaque petamus **Acesten.**
Talibus Ilioneus. Cuncti simul ore fremebant
 Dardanidæ.

Trojana origine. Permittatur nobis detrahere ad terram naves ventis fractas, et accommodare trabes e sylvis, et absindere remos; ut leti eamus in Italianum et Latium: si conceditur ire in Italianam, sociis et rege recepto; si vero salus extincta est, teque mare Africa tenet, o pater optime Trojanorum, nec jam superest spes Ascanii; et saltem ut eamus ad mare Sicilia, et ad paratas urbes, ex quibus huc pulsus sumus, et ad regem Acesten. His verbis Ilioneus orabat: interea Trojanæ omnes marmore

Medic. Pierii cum aliquot aliis.—554. *Arvaque.* Vulgo legebatur *Armaque.* Etiam hanc lectionem pravam esse arbitrati mutavimus, etsi a Servio, Cod. Romano aliisque præstantioribus libris agnoscatur. *Arma* quidem aiunt memorari ad timorem Pœni incutendum. At alienum hoc a toto orationis consilio rerumque facie, potiusque ad animos exasperandos idoneum. Medic. cum Colot. Ursini legit *arva*; et hoc verum. Nam eo spectat oratio, ut metum intercipiat, ne in his terris considere velle videantur. Sunt in Sicilia urbes, et agri, et popularis noster Acestes. Et explicatur hoc idem v. 561 *At freta Sicania saltem* sedesque paratas—*regemque petamus Acesten.* adde responsionem Didus v. 576 et inf. iv. 811. Porro *Trojana a. s.* Moret. qu.—555. *vento Hamb.* pr.—556. *optare Montalb.* quod ornat Heins. *tangere* Hamb. sec.—557. *Ausoniam s.c.* Moret.—558. *at I. Heins. conj.* at sequitur hoc v. 561 et vide Not.—559. *abrupta solus Hugen.* nec jam spes tres Burm. —560. *Libyes Oudart.*—561. *Ad quatuor ap.* Burm. *Sicania,* priore longa, altera brevi, ut iii. 692, VIII. 416. at aliis locis prima brevia et altera producta: *portus veneri Sicanos VIII. 328.* v. 24. 298. vii. 795. xi. 317. Ecl. I. 4. Occurrit similis varietas in græcis: Callim. Di. 57. *Aēs & Taurupis,* Σικανὸς θεοὶ—*at Lycophr. 1020.* οὐτληποι Παχέοντος Σικανὸς προσδοσερει. 562. *hunc Rom.* *petemus* sec. Hamb. *Acestem* multi.—563. *cunctis Medic.* a pr. m. e

NOTE

554 *Acestes]* Rex Siciliæ, de quo *Æn.* v. 36. De *Sicilia* insula *Æn.* III. 687.

556 *Stringere remos]* Ecl. IX. 61. ‘Agricolæ stringunt frondes:’ id est, *amputant.*

558 *Ut Italianam, &c.]* De ea, v. 6. De *Latio,* *Æn.* VII. 54. De *Teucris,* *Trojanis* supra v. 239. De *Libya,* *Africa,* v. 162. De *Iulo,* *Ascanio,* v. 271. De *Sicanis,* *Stenlis* *Æn.* III. 687. De *Dardanidis,* *Trojanis* supra v. 239.

- Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur : 565
 Solvite corde metum, Teucri; secludite curas.
 Res dura, et regni novitas me talia cogunt
 Moliri, et late fines custode tueri.
 Quis genus Aeneadum, quis Trojæ nesciat urbem,
 Virtutesque virosque, aut tanti incendia belli ? 570
 Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni ;
 Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe.
 Seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva,

approbat. Tum Dido, vultu demissa, breviter loquitur: Ejicite metum ex animo, o Trojanæ: expellite sollicitudinem. Difficilis status rerum mearum, et novitas dominationis, cogunt me facere talia, et circum munire terminos custodibus. Quis ignoret familiam Aenea, et Trojan urbem, et virtutes, et populos, et incendia tanti belli? Nos Poeni non habemus adeo crassa ingenia, nec Sol alligat equos currui tam remotus ab urbe Carthagine. Seu vos appetitis magnam Italiam, et agros Saturni;

sequente litera.—565. *vultu* alter Mental. *demissa* tres Burm.—566. *Solcite corda metu* Parrhas. forte cum aliis. v. Burm. quod vulgarius esset. *corde metu* un. Moret. *pellite corde metum* Bigot. Sed *solvete metum* exquiante; ut sup. 467 a. c. *metus* plurali numero, antiqui plerique codd. teste Pierio; et hoc doctius. *seducite curas* Bigot.—567. Malit Burmannus cum edd. quibusdam antiquis distinguere et legere: *Res dura: et regni*, h. e. durum quidem est, fateor; sed—Enimvero, ferri quidem potest, fateor; sed doctior est vulgata lectio. v. Not. *res dura* Goth. sec.—568. *finis* ex Medic. *lato* ed. Ven. *forti* c. Bigot. *teneri* sec. Hamb. et a pr. m. alter Rottend.—569. *Trojan Græv. acrius et urbem* ed. Venet.—570. *tanta* in vulgg. edd. ante Heins. *at tanti* duo Burm. *et t. ed.* Dan. et aliae jam ante Pierium.—571. *obtusa* scribit Rom. Medic. cum aliis Heins. *obscura* Zulich.—572. *adversus* multi, ut semper. Bene Burm. Gronov. landat ad Senecæ Medeam 10. *subjungit* ab u. sec. Hamburg. *sol* mergit Menag. pr. *vergit* Ven. Heinai sed v. Burm.—

NOTÆ

565 *Vultum demissa*] Puduit enim reginam minime barbaram, nam frangos, et exterios a suis tam dure habitos fuisse.

566 *Genus Aeneadum*] Non nepotes Aenea, qui nulli tam erant; sed maiores, a quibus ille genus ducebatur.

571 *Poeni*] Dicti quasi *Pheni*, v. 342.

572 *Nec tam aversus, &c.*] Sensus est: Tyriam urbem non esse tam remotam a Solis ortu et calore; atque adeo cives suos ingenio non esse tam obtuso. Non obtusa, &c. Atiunt enim

philosophi, populos qui frigidioribus in plagiis nascuntur, vulgo tardiori esse inde.

578 *Hesperiam magnam, &c.*] Italiam, v. 534. *Saturnia arva*] Eam Italie partem, quæ *Latium* dicta est, quod in ea *Saturnus latuerit*, AEn. VIII. 319. *Erycis fines*] Siciliæ montem in parte occidentali, nunc *mont de St. Julien*, non longe a Drepano: cui nomen imposuit *Eryx*, ibidem sepultus. De eo, AEn. v. 24. *Acetes*] Eiusdem Siciliæ rex, AEn. v. 36.

- Sive Erycis fines regemque optatis Acesten :
 Auxilio tutos dimittam, opibusque juvabo. 575
 Vultis et his mecum pariter considere regnis ?
 Urbem quam statuo, vestra est; subducite naves;
 Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
 Atque utinam rex ipse, Noto compulsus eodem,
 Aforet Aeneas ! equidem per littora certos 580
 Dimittam, et Libyæ lustrare extrema jubebo ;
 Si quibus ejectus sylvis aut urbibus errat.

His animum arrecti dictis, et fortis Achates

sive regionem Erycis, et regem Acesten: dimittam vos securos praesidio, et reficiam opibus. Vultine etiam manere mecum pariter in hoc regno; urbe quam condio, vestra est: trahite in terram naves: Trojanus et Tyrius a me tractabunt sine illa diversitate. Atque utinam ipse rex Aeneas adeset, pulsus eodem vento ! Sane mittam ados homines circa littora, et mando ut illi percedant extremam Africam: si forte naufragii vagatur aliquibus in sylvis, aut urbibus. His sermonibus excitati, et generosus Achates, et pater Aeneas, jaduī optabant exire e nube. Prior Achates



574. Finem ed. Ven. regnamque petatis Menag. et Hamb. pr. et quart. Moret. Porro v. 575 et 577 a Goth. tert. aberant.—576. et hic Sprot. et Bigot. pariter mecum Ven. sic vultus mecum Wall. quod prosaico easet propius. consutere aliquot Pierii et Burmanni tres eum Parrhas. cf. inf. 688. Burmannus conj. confidere, parum feliciter, et quid tum pariter mecum ? c. terris Romanus; quod poeticae dignitatem minus spirat.—577. Piget inepitiarum super hoc versu. Quam urbem statuo, ea vestra est; Graecorum loquendi more. subd. remos Puget.—578. Tyriusque Medic. a m. pr. ageretur Sprot. habetur apud Nonidum Marcellum, ex interpretatione. Guyetius legebat: habetur. Sed ageretur est eruditius; in pedestri oratione: nullo discrimine habebitur, vel nullum eorum discrimen habebitur.—579. c. ibidem Puget.—581. Emittant Sprot. video Ven.—582. aut montibus Montalb., qu. Moret. et Zulich. et probat Burmannus: cum rarae admodum in Africa essent urbes, certe sub ditione Didonis hoc tempore, neque proprie in illis errare dici quis posset, sed per urbes oberrare; in montibus vero passim greges errare etiam dicuntur, ego montibus praferrem. Enimvero nec de Didonis ditione hic agitur; nec urbes magnas civitates necessario designant; urbes sunt omnino habitaciones, vici; et urbibus errare docte dictum, pro. per urbes; et si greges errant in montibus, an et propterea naufragii ? Immuo vero montibus damnandum proper hoc ipsum, quod sylve et montes fere jungi solent adeoque librarii lapsum facile produnt. Heins. conj. rupibus; littorum scil. respectu. Sed quidni tempestatibus in ignotas terras delati vicinos viros petant? et Gestus arbes iv, 40. erret Exc. Burn.—583. animi Parrhas. Ven.

NOTE

577. Urbem quam statuo, vestra est, mutationem casus, Urbem quam statuo, pro. urbe quam statuo. Aliqui, quibus accedo, solam ordinis mutationem patent, pro. quam urbem statuo. De Note, sive Austro, vestro meridionali, Ecl. II. 58.

Et pater Æneas, jamdudum erumpere nubem Ardebant. Prior Æneam compellat Achates:	585
Nate Dea, quæ nunc animo sententia surgit? Omnia tuta vides; classem, sociosque receptos. Unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi Submersum; dictis respondent cetera matris.	
Vix ea fatus erat, cum circumfusa repente	590
Scindit se nubes, et in æthera purgat apertum. Restitut Æneas, claraque in luce resulxit, Os humerosque Deo similis: namque ipsa decoram Cæsariem nato genetrix, lumenque juventæ	
Purpureum, et lætos oculis afflarat honores:	595

alloquitur Æneam: *Fili Veneris, quod consilium jam venit in mentem? cernis omnia tua, et naves et socios recuperatos: unus tantum deest, quem ipsi consperinxus mediis in undis submersum: reliqua convenient cum sermone matris tute. Vix ea locutus erat, cum subito nebula circumjecta rumpit se, et solvitur in vacuum ærem. Visus est stans Æneas et emicuit claro splendore, similis Deo secundum vultum et humeros. Ipse enim mater aspiraverat filio decorum in coma, et egregiam lucem juventutis, et*

a m. pr. minus docte. *animus erecti* Zulich. et ed. Ven., quæ est interpretatione exquisitoris voc. *arrecti*. *dictis arrecti* qu. Moret. *animum pro animos* dixit. *pr. Burm.*—584. *erumpere nube* pr. Moret. et duo Rottend. a m. sec., quod scilicet vulgare est. *nubem* doctins. cf. Burm. *erumpere* codd. Pierianus aliquot, Rom. a m. sec. Montalb. et al. inscite.—586. *animum s. vertit* Bigot. *animos s. vertit* ed. Ven.—587. *reductos* Menag. pr. Ven. et Parrhas. cf. v. 394. —588. *medio fluctu* Puget. *medio quem fluctu* Montalb. sine in, ut toties alibi. —590. *ita f. alter* Rottend. *circuus cum fusa* emendabat Cuning. *que circumfusa; r. notabilis lectio fragm.* Vatic. a Bottario editi.—591. *in æru* Montalb. et Dovill. sed pro vulgata Nonius Marcellus.—592. *adstitit* Vratisl. *constitit* Parrhas. utrumque vulgare, et si eodem sensu. —593. *similes* Sprot. *os humeros similique Deo Franc.*—594. *genetrix* nato pr. Rottend.—595. *latoque* Mont-

NOTÆ

588 *Urus abest]* Orontes, de quo, v. 117.

595 *Purpureum] Ad colorem potest.* referri, qui rubicundas ac roseus juvenibus fore est. Sic supra, v. 406. tribetur Veneri *rosa ceroix*. Sic *En.* x. 16. ‘Venus aurea’ dicitur, forte ex aureo colore capillorum. Quanquam his nominibus existimo non tam certum colorem significari, quam generationem pulchritudinem: ut cum dixit Horat. Od. i. iv. l. 10. ‘purpureis alas oloribus.’ Piso Albinov. ‘Bra-

chia purpurea candidiora nive.’ Homerus Odys. vi. 231. *Kόπας δακτύλης διπλοίσ, comes hyacinthino flori similis.* Cum enim inter colores pulcherrimas sit purpura; inter metalla aurum; inter flores rosa, et veterum testimoniis, hyacinthus; ideo haec nomina, ad exprimendam quamlibet pulchritudinem transtulerunt. Expressus est hic locus, cum sequenti comparatione, ex Homeri Odys. i. vi. 260. ubi Minerva formam addit Ulys- si, ut Nausisea placeat.

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
Tum sic reginam alloquitur, canctisque repente
Improvisus ait: Coram, quem queritis, adsum
Trojus *Aeneas*, Libycis eruptus ab undis. 600
O sola infandos Trojæ miserata labores,
Quæ nos, reliquias Danaum, terræque marisque
Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos,
Urbe, domo, socias! grates persolvere dignas
Non opis est nostræ, Dido, nec quicquid ubique est 605
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Usquam justitia est et mens sibi conscientia recti,

hilarem pulchritudinem oculis: qualem pulchritudinem ars adjicit ebori, aut quando argentum, vel marmor Parium cingitur rutilo auro. Tunc sic alloquitur reginam, et statim omnibus inexpectatis inquit: *Adsum præsens, ego quem queritis, Trojanus Aeneas, eruptus a fluctibus Africae.* O quæ sola misera es infandorum calamitatum Trojæ! quæ nos excipis urbe et domo, nos qui sumus reliquie Græcorum, fracti jam omnibus infortunis terra et maris, indigentes omnium rerum. Non est nostre facultatis tibi referre gratias debitas, o Dido: nec quodcumque usquam est nationis Trojanae, quæ dissipata est toto mundo, tibi reddere possit præmia merita; sed soli Dii, si aliqui Dii respiciunt pios, si est illa in loco aliquid justitiae; sed et tua

alb. latos duo Burm. *Ietis* Goth. tert. Sed tuentur vulgatam grammatici. v. Burm.—597. *Argento* pr. Moret. *Pariusque* Wall. *circundatus* codd. ap. Servium ad *AEn.* III. 126.—598. *Tunc* Goth. pr. cum aliis.—599. *I. adest* pr. Hamb.—600. *abruptus* sec. Hamb.—602. Idem fere versus sup. 34.—603. *exactos* Zulich. a m. pr. *jam copiis omnium* Parrhas. sed in marg. *exhaustis jam casibus*: quod deterius foret.—605. *Nil opis* Zulich. *nostri* Menag. pr. est omittunt treu Heins. o *Dido* Goth. sec.—606. *Dardanidae* tres ap. Burm. *qua magnum* pr. Moret. et Bigot. *asperea* sec. Rottend. Sed hemisticchium hoc abesse forte malis. Auget tamen sententiae vim. Concederant autem Trojani exiles partim in vicinis Troadis oris, partim in Thracia, Creta, Epiro, Sicilia, Venetorum oris.—607. *respectent* ed. Junt.—608. *si quid Usquam justitia est.* Ita rescripsi, etiam Brunckio v. c. astipulante. Ut vulgo legitor, etiam in fragm. Vatic., *si quid*

NOTÆ

596 *Manus addunt, &c.] Manus*, pro-primum a Diis, ‘*si qua pios respec-tant numina;*’ secundum ab homini-bus, ‘*si quid Usquam justitia est;*’ tertium ab ipso Didonis conscientia, ‘*et mens sibi conscientia recti;*’ quasi dicat *Aeneas*: *Non meum est*, nec *Trojanorum*, tantum virtutem remunerari; *sed Deorum, sed omnium hominum, sed tui ipsius;* nam virtus sibi est ipsa præsumpta.

597 *Parius. lapis.] Marmor candi-dum e Paro insula, in mari Egaeo.*

602 *Reliquias Danaum] Supra*, v. 34.

607 *Si qua pios, &c.] Modicissime niti-tria hic prouisitti virtutis præmia:*

Præmia digna ferant. Quæ te tam læta tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascat:
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt;
Quæ me cunque vocant terræ. Sic fatus, amicum

610

mens conscientia sibi æquitatis. Quæ tam fortunata tempora te protulerunt? qui tanti parentes talem produxerent? Quandiu annes current in mare, quandiu umbrae arborum circuibunt cacumina in montibus, quandiu certum alet astræ: semper gloria, et nomen tuum, et laudes durabunt: quæcumque regio trahat me ad se. Sic locutus

*Usquam justitia est, impedita fit ratio ejus, quod sequitur: et mens sibi conscientia recti; quod adeo jungendum cum sup. Dii et mens s. c. r. Præmia digna ferant. Et hactenus secundum Stoicos poëtam locutum dicere potuit Servius. Legenti tamen facile cuique occurrere potest: si quid usquam Justitia est et mens sibi conscientia recti, h. e. in illo protio est. Quo altera interpretatio Serviana spectat: si valet apud homines justitia. Et lectionem hanc præferunt Gndianus, qui inter prestantissimos est, cum ed. Dan. Heins.; sicque conj. H. Stephanus, qui tamen rationem emendationis non perspexit. Habet scilicet maiorem *ßenbrära* oratio, si sic procedat: si pietatis, h. e. recti justique ex metu Deorum, respectus est apud Deos; si justitia rectique conscientia non inane nomen sunt habendæ; Dii tuam humanitatem remunerabuntur. recti est Puget.—609. ferent vir doctus (Jo. Jortin) in Obs. Misc. I, p. 7, nt IX, 254 Dū moreque dabunt vestri. Stat. Theb. VII, 379 Nec lassare satis dignasque rependere grates Sufficiam; referent Superi etc. Sed nec ferant damnandum, quod omnes libri habent, etiam Vatic. fragm. que tu jam Goth. pr. fulere duo Burm. ut emendandū Cunninghamus.—610. talem tanti Parrhas.—612. Convexa veteres librarii (præter fragm. Vatic. Pierrii Oblongum, in quibus recte post convexa interpunctio posita) et scholiastæ fere cum sidera conjungunt; male utique nam cœlum est convexum, non astra. Hoc tamen posito Heins. conjiciebat: dum montibus umbra Lustra dabunt, ingeniose; nisi convexa obesaret, et Lustrabunt multo etiam magis esset ingeniosum. Pro lustrabunt, instabant Bigot. et pr. Hamburg. pro var. lect.: unde Burm. conj. constabunt, parum feliciter. Etiam Markland ad Stat. Sylv. p. 102 locus visus est corruptus; nam interpungebat et ipse post lustrabunt. at v. infra Notam. potis dum s. nonnullæ edd., male. polus dum s. pascent Hamb. alter. polus misere emend. Brodæus II Misc. 17. pascit Medic. c. al. ap. Heins. quod mire-*

NOTE

612 *Lustrabunt convexa, &c.]* Convexa montium accipio, pro cacuminibus, quæ rotunda et convexa sunt: lustrabunt pro circumibant; quemadmodum Hercules Æn. VIII. 231. ‘ter totum servidus ira Lustrat Aventini montem,’ id est, circuit. *Lustrare* autem proprie significat expiri, aero; per translationem, cœlum, quia expiationes agrorum et urbium per

circumflexiones fiebant, unde de sacrificio ambarvali sit Virgil. Ecl. v. 76. ‘et cum lustrabimus agros.’ Umbrae porro ad motum Solis moventur, et in orbem circumflectuntur.

Polus dum sidera pascat] E veterum opinione, qui Solem et sidera, quia ignes atque adeo voraces naturæ, pasci crediderunt aquarum haemore in cœlum eductæ: sed frusta

Ilionea petit dextra, laevaque Serestum;
Post alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido;
Casu deinde viri tanto; et sic ore locuta est:
Quis te, nate Dea, per tanta pericula casus
Insequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchise
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,

apprehendit manu dextra carum Ilioneum, et sinistra Serestum, postea alios, et generosum Gyan, et generosum Cloanthum. Obstupuit primo Tyria Dido ob aspectum, deinde ob tantam calamitatem Æneam; et sic ore dixit: Quia te fortuna, o fili Dee, persequitur per tot discrimina? quæ potentia te projicit ad crudelias littora? Tunc es ille Æneas, quem alma Venus peperit Anchise Trojano prope aquas Phrygii Simoëntis? Ego quidem recordor Teucrum venisse Sidona, ejctum e terminis

.....

ris. posset fragm. Vatic.—614. quo sec. Hamburg. et Parrhas. vocent alter Rottend. a m. sec. et Goth. sec.—615. *Sergestum, Serestum, Segestum* al. hic et alibi. v. Burm. et Pier. *Sergestum* et *Serestum* unum eundemque esse, statuere video v. c. Brunck. I, 343, quod vix feram ne in malo quidem poëta; et quid faciemus versui XII, 561 *Mnestheus Sergestumque vocat fortemque Serestum?* Etiam mox *Gigam, Giam.*—617. primam malebat Heins., sed prima codem sensu capi par est.—618. *Casus deinde viro Hamb.* sec.—620. *quæ vis immanibus applicat ausis* emendat Marklandus ad Stat. Sylv. III, 3, 17. hoc sensu: *quæ vis major admoret te tam immanibus ausis, tam ingentibus certis?* ingeniose quidem Markl. ut semper. Enimvero quod ad littus Libycum tempestate erat delatus, casui debebatur; nihil magni conatus et ausi in hoc. Frigide et contra decorum Didonem sua regna issimanes oras vocare ait. At Libyæ vicinas gentes intelligit. cf. 343. IV, 40 sq., ut bene Burm. ad h. l. monuit. implicat Bigot.—621. *An tu ille Ven. Anchise nonnullos legere Pierius monet. Dardanio A. ad græca Δαρδανια Ἀγχίση.* 622. *genuit Phrygii Ven. Simoëntis* Leid. un. in *undas Menag.* pr. *ad undas* Schol. Stati, duo Heins., sed recentes, cum Dorvill. tuerunt vulgatum Donat. et Priscian.—623. *memini Teucrum tres ap. Burm. et sic Rom.* Hunc vs. et 624 recitat Auctor de progenie

NOTÆ

quidam legunt *pahus*; nam Lcretius in multis Virgilii magister, dixit l. I. 231. ‘unde æther sidera pascit.’

615. *Ilionea, &c.*] Penultimam, natura brevem, metri causa produxit, Ionum more, qui *Ilionea* dicunt, pro *Iliovia*. *Serestum*] Testatur Pierius in Longobardico cod. *Sergestum* legi, et, v. 514. dixit: ‘Anthea Sergestumque videt;’ nulla de *Serestu* mentio. Tamen l. XIII. 561. distinguuntur hæc duo nomina: ‘Mnestheus, Sergestumque vocat, fortemque Serestum.’

621. *Dardanio Anchise]* Notanda gravitas versus, quæ oritur ex hiata vocalium, et spondeo quinti pedis. *Dardanio, Trojano*, v. 239. *Anchise*, Capyos filio, Assaraci nepoti, e stirpe Trojanorum regum. Hic a Venere adamatus; oculis deinde privatus fuisse dicitar, quod amores jactasset suos. *De Venere*, v. 260. *De Simoënte, fluvio*, v. 184. *De Phrygia*, v. 386.

623. *Teucrum memini Sidona]* Teucer, Telamensis Salaminis insulae regis filius, cum e bello Trojano rediit.

Finibus expulsum patriis, nova regna petentem	
Anxilio Beli: genitor tam Belus optimam	625
Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat:	
Tempore jam ex illo casus mihi cognitus urbis	
Trojanæ, nomenque tuum, regesque Pelasgi.	
Ipse hostis Teucros insigni lande ferebat,	
Seque ortum antiqua Teucrorum ab stirpe volebat. 630	
Quare agite, o tectis, juvenes, succedite nostris.	
Me quoque per multos similis fortuna labores	
Jactatam hac demum voluit consistere terra.	
Non ignara mali misericors succurrere disco.	
Sic memorat: simul Ænean in regia dicit 635	

patriæ, et querentem nova regna ope Beli. *Tunc* meus pater *Betus* populabatur pinguum Cyprum, et victor cum imperio possidebat. Jam inde ab illo tempore nota est mihi ruina urbis Trojanæ, et nomen tuum, et reges Greci. *Ipse* Teucer hostis, extollebat magnis laudibus Teucros, Trojanos, et siebat se oratione e veteri Teucrorum illorum familia. *Agite ergo, o juvenes, intrate in nostras domes.* Similis fortuna voluit, ut ego quoque agitata per multos casus, denique manerem *hac in regione.* Non inacia misericordiarum didici auxiliari misericordia. Sic loquitur:

Augusti c. vi.—625. cum B. Menag. pr. et Leid.—626. *ditione* premebat Menag. pr. male, inquit Burn.: an quia hoc de aspero tantum imperio putabat dici? Sane *ditione* tenere et alibi, sup. 240, vii, 737 variatur, at x, 53 premere constanter; exquisitus scil. quam tenebre. —630. ab Heins. e Medic. et aliis. Olim a. cf. ad Ge. i, 171. Aen. viii, 180. ab vel deest plane in fragm. Moret. et Sprot. a *stirpe* videbat sec. Moret.—631. o juvenes, nostris s. *tectis* Zullich. o juvenes, *tectis* quatuor ali: o nostris, j. s. t. Parrhas.—632. post multos Dorvill. ed. Junt.—633. *hac* deest Medic. considerare Gnd. tertius Moret. pro div. lect. Hamburg. pr. et Bigot. cf. v. 575. Sed post *jactatam* melius consistere.—635. sub *regia* quart. Moret.—636. Divom Heins. secundum Gu-

NOTE

set in patriam, inulta fratri Ajacis morte, qui dolis Ulyssis circumventas, ob dolorem de amissis judicio armis Achillia, mortem sibi intulerat; a patre actus in exilium, et Cyprum appalsus, urbem illic, de patre suo nomine, Salamina constituit. Addit Virgilias Cyprum tunc temporis a Belo, Tyri rege, Didonii patre, fuisse expugnatam; atque adeo Teacrum venisse ad Belum, ut ejus ope sedens in illa insula obtineret. *Sidona* De qua urbe, v. 450. De Belo in argumento lib. iv.

626 *Cyprum*] Ingentem insulam Mediterranei Mari, in sinu Issico, inter Ciliciam et Syriam, Veneris olim cultu celebrem.

628 *Pelasgi*] Proprie Thessali; qui sic dicti sunt, vel a *Pelago*, Lycaonis Arcadiæ regis filio, a quo ducebant originem; vel quasi *Pelargi*, a *pelargos*, *ciconia*, quia ciconiarum more per multis regiones erraverunt. Pro Græcia omnibus, et hic, et passim summantur.

630 *Teucrorum ab stirpe*] Trojanorum, qui ab antiquo Teucro, Dardani

Tecta; simul Divum templis indicit honorem.
 Nec minus interea sociis ad littora mittit
 Viginti tauros, magnorum horrentia centam
 Terga suum, pingues centum cum matribus agnos,
 Munera lætitiamque dii.

640

statimque ducit *Aeneam* in regiam domum, et eodem tempore mandat sacra fieri in templis Deorum. Interim nec minore cura mittit ad littora sociis *Aeneas*, viginti tauros, centum corpora hircuta porcorum, centum agnos pingues, cum centum ovibus:

~~~~~  
 dianum. *Divis Sprot.* honores Montalb. et pr. Hamb.—638. Triginta alter Hamburg. in Sax. Exc.—639. centum pingues Montalb. cum m. hædon Menag. ex Ecl. i, 23.—640. Gell. ix, 14 in illo verso nihil dubium est, quia dii scripsit pro diei: Munera lætitiamque dii. Quod imperitoribus, Dei, legunt ab insolentie scilicet vocis istius abhorrentes. Sic autem dies dii a veteribus decinatum est, ut famæ fami (igitur veteres *fames*, *famei*?), perniciis progenies progenii, luxuries luxurii. Ita et legebat, monente Heinsio, Julius Romanus in libello de Analogia, teste Sosipatro. Occurrit eadem lectio in Servianis simul cum altera, *die*, id est, dici. Commemorat etiam Pompon. Sab. cum Gelliano loco (qui conferendus cum editis; habet v. c. *extra dabatur*, ubi nunc *extrudebatur*). N. Heins., nt hanc lectionem probaret, a se impetrare non poterat. Milti tamen unice vera videtur; primum quidem, quod exquisitione illa lectio et eadem antiquissime auctoritatis, tum autem, quod lenius decurrit: *mittit tauros, sacra, pecudes, munera lætitiamque dici*; quibus diem tam faustum ac festum exhilararent, ut hospitalibus donis fieri mos erat, quam altera: *munera lætitiamque Dei*: quocunque tandem modo illam exponas. *Munera lætitiamque Dei* alii jungunt, ut vinum munus et *γάρος Διονύσου*, *χόρα Βακχοῦ* dictum sit; atque hoc puto leniorem orationem efficere. At alii cum Heinsio *munera* cum superioribus jungunt: *mittit—munera, simul cum his, lætitiam Dei*, h. e. vinum latificum. Nolim quidem sensu abundare; dure tamen et lyrica potius audacia mihi ita dictum videtur *lætitia Dei*; ferrem *lætitiam Bacchi*. Alter quoque *γάρος Βακχοῦ*, Διονύσος. Alter etiam infra: *Adsit lætitiae Bacchus dator*, v. 788. Ex quo Silius Bacchi dona duxisse videtur. Sane in codd. fere *Dei*; sic ipse Romanus; occurrit et in Servianis, et in Donati interpretatione. Et sic jam Rufius Apronianus, monente Pomponio Sabino (male in ed. Lucii *die excusum est*) legerat; quod sine dubio ad eam recensionem pertinet, e qua Mediceus codex prodiit: nam, cum in eo ab initio *de* esset, i rubro ascriptum est, ut *Dei* sit. Sunt tamen et codd., in quibus alterum occurrit; nam Pierius tres illas lectiones sigillatim e codd. laudat; et, *sie* Dorv. *Dies Parrhas.* recepit quoque *dei* Brunck.

## NOTE

socero, sic dicti fuerant, v. 239. Ab ea Teucri stirpe oriebatur Teucer, per Hesioneñ matrem suam, quæ Laomedontis Trojani regis filia fuit: Laomedon Ili filius, Ilus Trois, Tros Erichthonii, Erichthonius Dardani, Dardanus Teucri gener.

640 *Lætitiamque dii*] Plura tamen et vetustiora exemplaria habent *l. Dei*,

i. e. vinum, *lætitiam Bacchi*, de quo infra v. 738. ‘*Adsit lætitiae Bacchus dator.*’ Gellius aliquique legunt non *Dei*; sed, vel *dii*, vel *die*; qui sunt antiqui genitivi, a nomine *dies*: ut Ge. i. 20a.

‘*Libra die sonniisque pares ubi fecerit horas.*’ Et sensus erit; *missa esse* a Didone haec omnia, ut diem illum hilariter Trojani ducerent.

At domus interior regali splendida lux  
Instruitur, mediisque parant convivia tectis.  
Arte laboratae vestes, ostroque superbo;  
Ingens argentum mettis, cælataque in auro  
Fertia facta patrum, series longissima rerum,  
Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.

*Aeneas* (neque enim patrius consistere mentem  
Passus amor) rapidum ad naves premitit Achaten,  
Ascanio ferat haec; ipsumque ad moenia ducat.  
Oranis in Ascanio cari stat cura parentis.  
Munera præterea, Iliacis erecta ruinis,  
Ferro jubet; pallam signis auroque rigeatem,  
Et circumtextum croceo velamen acantho,

præterea dona et gaudia Bacchi. At domus interior, licet splendida, ornata regali  
nompœ, et sub medio tecto parant opula. Adiunt vestimenta perfecta magno artifice,  
et purpura illustri tintæ: magna vasa argentea in mensis, et cypraria facinora mun-  
jorum sculpta in auro, ordo rerum longissimus deductus per tot vires, ab ipso erts secerit  
familia. *Aeneas* (nam affectus paternus non sustinuit ejus animum tardare diutius)  
mitti celerem Achaten ad novos, ut referat ista Ascanio, et adducat eum in urbem.  
Tota sollicitudo cari patria posita est in Ascanio. Insuper imperat, ut afferat una-  
nima seruata ex Trojano exordio, pallium figuris armis, et velamen cui crescentem con-

v. c.—643. *superba* Hugen. a m. sec. interpolatrice.—646. Vulgatum ante-  
erat *antiqua ab origine gentis*. At, quod nunc cum Brunkio v. c. dedi-  
*antiqua ab origine gentis*, obtulerant Gudianæ, duo vetastiores Rottend., tres  
alii c. fragm. Moret. et quatuor Burman. cum Goth. pr. Et sic Medic. Ple-  
ril et Longob. cum alio aliquot ap. eum: quod equidem præfero tanquam  
deictus et metius; et sic iam editi nonnulli habere videantur. *principis ab e.*  
pro diversa scriptura in alt. Hamb. *ducta eus antiqua* ed. Ven.—647. *mentis*  
apud Germanum fuere, qui legerent, male. *mentem* omnes libri tuenter.  
*Mens* non consistere, sed fluctuare, dicitur, quando curis et solicitudinibus  
agitatur; uti et animus vel mens quassa, concussa, conquassata.—648. et  
nunc Oudart. *transmisit* Menag. pr. *permittit* Moret. sec. et Græv. Barn.  
conj. remittit; quod tamen metrum ferre negabat Schrader. *Excedat*.  
pref. p. xliii. iv. At teneatam, præmittere poëtis dici ut *spœnæ*.  
*spœnæ*. pro simpl. *résumé*. *Achates* e Grammaticis firmavit Heins. vulgo  
*Achaten*.—649. *Ascanio ut ferat Venet.* ipsoque pr. Moret. a m. pr. accunquæ  
ed m. d. Parrhas. ed Limbus Menag. pr.—650. *stet cari Montalb.*—653. *circum-*

## NOTÆ

653 *Pallium*] Pallium muliebre; utraque vox, vel a palum, quia vestis  
est exterior; vel a *wâla* vîbre, quod  
frequenti motu vibretur.

653 *Croco velamen acantho*] Ornata  
vestis flexibiles scantii borbor,  
creoco colore, vel auro expressæ.

*Velamen* aliqui cyclorum esse volunt;  
genus feminæ vestis tenuissimum,  
rotundum, ac fimbriatum; alii, quia  
creci fit mentio, putant esse epice-  
cum, amiculum tenue ac perlucidum:  
lique mettis, quia epicecum velamentis  
inster fuit, cycles talaris vestis. Prop:

Ornatus Argivæ Helenæ : quos illa Mycenis,  
Pergama cum peteret inconcessosque hymenæos,  
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.  
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,  
Maxima natarum Priami, colloque monile  
Baccatum, et duplœ gemmis auroque coronam.  
Hæc celerans, iter ad naves tendebat Achates.  
At Cytherea novas artes, nova pectore versat

655

660

*thus intextus erat: ornamenta Argivæ Helenæ, qua ipsa Mycenis exportaverat, cum iret Trojam ad cetitum conjugium, dona miranda Ledæ matris ejus. Præterea sceptrum, quod Ilione primogenita filiarum Priami tulerait quondam, et monile ex unionibus ad ornatum colli, et coronam duplœ textu ari et gemmarum. Properans ista affirre Achates dirigebat iter ad naves. At Venus volvit animo*

*textu sec. Moret. echanto scribunt nonnulli hic ut alibi.—654. Ornata Leid. f. ex ornamento.—655. Dum p. Menag. pr. peteres Fabric. landat. —656. Abstulerat ali, male. Commode landat Burm. ad Sueton. Neron. 49, ubi adde not. Ernesti et Oudendorp. Sic Gr. ἀκόπερν. ἀκάπεν. Odys. N. 137 πάλλη δο' ἀδέσποτε Τροΐης ἀκάπερν Ὀδυσσεύς etc. cf. Guell.—657. Iliona, ut sit sceptrum Ilione, habent Mentel. pr. duo Rottend. et Leid., nec ab eo refutit Heins. Enimvero nimis nude ponentur tum illa: quod generat olim.—660. Nec c. Goth. pr. Hac celerans alter Mentel. a m. sec.: unde Accelerans pr. Rottend. Montalb. Vratisl. Has celerans Oudart.*

## NOTÆ

l. iv. 7. 40. ‘aurata Cyclade signat humum.’ *Acanthus, branche ursine, herba coronaria, Ecl. III. 45. Crocus flos, saffran.*

654 *Argivæ Helenæ*] Patrem habuit Jovem, sub cycni specie; matrem Ledam, Tyndarei Laconis regis uxorem. Leda ova duo peperit: ex altero Pollux et Helena divino semine: ex altero Castor et Clytaenæstra mortali semine exclusi sunt. Dixit tamen Horatius, sed contra communem opinionem, Pollucem et Castorem ex eodem ovo prodilisse, Sat. I. II. 1. 26. ‘Castor gaudet equis, ovo prouatus eodem, Pugnis.’ Nupaut Helena Menelao, cui erecta est a Paride; et Trojanam deducta, ortum dedit bello Trojano: supra, v. 31. Cetera de eadem, Aen. II. 567. Aen. VI. 511. *Argivæ*] Graecæ; non enim Argis nata fuit. Nec Mycenis regnavit, sed

vir ejus Menelaus frater fuit Agamemnonis, qui in hac utraque regnavit urbe, supra v. 288. Menelans autem adscitus in generum a Tyndareo, Sparta sive Lacedemonis rege, mortuis Castore ac Polluce, Sparta regnavit. Promiscue tamen sumuntur harum urbium nomina, propter vicinitatem, omnes enim sunt in Peloponneso.

655 *Pergama . . . hymenæos*] Illa, pro Troja sumuntur, v. 470. Hi, pro nuptiis, Ge. III. 60.

657 *Ilione*] Polymnestoris Thracie regis uxori.

659 *Duplicem*] Quia duplex erat in ea ordo, sive fascia; altera anrea, altera gemmea.

661 *Cytherea*] Venus, v. 260. Capido, Amoris Dea, duplex a quibusdam fingitur; honestus, Jove ac Veneris prognatus; turpis, Nocte atque

**Consilia :** ut faciem mutatus et ora Cupido  
 Pro dulci Ascanio veniat, donisque furentem  
 Incendat reginam, atque ossibus implicit ignem.  
 Quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilingues ; 665  
 Urit atrox Juno, et sub noctem cura recursat.  
 Ergo his aligerum dictis affatur Amorem :  
 Natae, mee vires, mea magna potentia, solus,  
 Natae, patris summi qui tela Typhoia temnis ;  
 Ad te configio, et supplex tua numina posco. 670  
 Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum  
 Littora jactetur, odiis Junonis iniquæ,  
 Nota tibi ; et nostro doluisti sæpe dolore.

*novos dolos, nova consilia: némpe ut Cupido, mutata forma et vultu, veniat pro dulci Ascanio, et inflammet maneribus amantem reginam, ac immisceat ignem ossibus ejus. Nam metuit dominus dubiam, et Tyrros fallaces; angit eam aspera Juno, et haec solicitudines per noctem redeunt. Igitur alloquitur alatum Amorem his verbis: Fili, qui es meum robur, et magna mea vis: Fili, qui solus despicias fulminæ supremi Jovis, quibus vicit Typhoëum: configio ad te; et supplex imploro tuam potestatem. Notum tibi est, quomodo frater tuus Æneas agitur mari circa omnia littora, odio Junonis nobis infense; et sæpe condoluisti mihi dolenti.*

*Ascelerans tert. Moret. Vides, quam parum talibus variationibus sit tribendum.—662. mutatusque Franc.—664. atque tenuit Heins. propter consensum librorum edd. que vett. ac pr. Moret. atque nonnullæ edd. vide ad v. 302 et 490.—666. reversat Franc. v. IV. 3.—667. Ergo quis Goth. pr. dictis compellat nn. Guelpherb. in Sax. coll.—668. mea regna sec. Rottend.—669. Typhoëa omnes, ipse Medic. c. fragm. Vatic. Τυφώεις, Τυφώειος, ut Ἀχιλλεὺς, Ἀχιλλειος, Ὄρφειος, Ὄρφειος. Dubito equidem, an hoc e ex ei natum a poëta corripiatur. cf. supp. ad v. 205. Apud Serv. multi, Typhoëa; hoc est verius: ut ductum sit a Typhos, Τυφώη, unde Τυφώειος, itaque cum Brancchio recepi. In Franciano erat Typhaea et superscr. on, Typhonæa; debebat saltem Typhonia, ut est in Goth. sec. Apud Clandian. de R. Pros. III, 187 Typhoëa recte expressum in Heins., male Typhoëia in aliis, adversus metrum: Τυφώειος.—670. et deest in binis. tua manuero duo alii ap. Burm. *numina* Goth. tert. omnia solito errore.—672. jacteturque, maxima codd. pari apud Pierium, Heins. et Burm., atque adeo ipsi Medic. Rom. et fragm. Vatic., in quo tamen forte a m. sec. Etiam sic Servii Codices exhibebant. jacteturque *dolis* Voss. pr. *jactatuque* Goth. sec. omnia a prava manu, quæ cavendum esse putabat, ne ultima in jactetur laboraret. Junonis acerbae Longob. Pierii et fragm.*

## NOTÆ:

Erebo. Alii non Jovem, sed Mercurium honesto patrem assignant.

665 *Bilingues*] Vel aliudit ad duplicem lingua, qua utebantur, Phoeniciam et Libycam; vel perfidiam notat genti familiarem, proverbio enim fuit, *Punica fides*.

669 *Typhoëa*] Fulmina, quibus Gigantes vicit; in primisque Typhoëum, de quo Ge. I. 279. Sunt qui scribunt *Typhoëa*: nec admodum refert: sed debuit dici *Typhoëa*, a Græco Τυφώεια: perinde autem potuit ex diphthongo ει, vel abjici ει, ut fieret

Hunc Phoenissa tenet Dido, blandisque moratur  
Vocibus; et vereor, quo se Junonia vertant  
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.  
Quocirca capere ante dolis et cingere flamma  
Reginam meditor; ne quo se numine mutet:  
Sed magno Aeneae mecum teneatur amore.

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem: 680  
Regius accitu cari genitoris ad urbem  
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,  
Dona ferens, pelago et flammis restantia Trojae:  
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera,  
Aut super Idalium, sacra sede recondam; 685  
Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit;

Hunc Tyria Dido detinet, et retardat dulcibus sermonibus: et dubito quem habitura  
sunt exitum haec hospitia, quibus praest Juno: non quiescat in hoc flexu tam com-  
modo rerum. Quapropter meditor prius occupare reginam fraude, et ambire  
igne: ne mutet se ad ullius Dei nutum; sed ut mecum prosequatur Aeneam magno  
amore. Quomodo possis id exequi, audi jam consilium menim. Regius juvenis,  
quem maxime curo, parat se vocatu dilecti patria, ad eundum in urbem Carthaginem,  
portans munera que supersunt e naufragio, et incendio Trojae. Ego occultabo  
illum sopitum somno, sacro in loco, super alta Cythera, vel super Idalium nemus:  
ne possit aliquo modo cognoscere fraudes meas, et medius intervenire. Tu simula

Vatic. a m. pr. Similis commutatio a Burm. notata lib. xi, 587.—674. Nunc  
ali scripti et editi apud Pier. Heins. et Burm. et sic fragm. Vatic. a m. pr.  
et habet, quo placeat.—675. Heins. conj. ut vereor. Hemmannus olim: At  
v.—677. quodcirca Bigot. arte Oudart. et Leid. un. flammis sec. Moret.—  
679. Aenean Medic. a m. pr. mecum Aeneas Sprot. mecum magno Aeneas  
Moret. sec.—680. Quo aliquot ap. Pierium et Heins., qui conj. qui. Quo  
facile Zullich. a m. pr. quam Gudian. a m. sec. addita intp. prout vel quomo-  
do. v. Ge. iii, 209. quid Leid.; sed recte qua, qua via et ratione, tuentur  
Heins. et Burm. posses Romanus.—681. accitus fragm. Vatic.—682. puer ille  
pr. Hamburg.—683. et abest a Dorvill.—684. Nunc ego fragm. Moret. ut sup.  
674. Citheron Parrhas.—685. Idalium Bigot. sec. et Rottend. tert. scilicet  
at conveniret cum v. 697 Idalica lucos; sed v. Not. Idalia Goth. alter.  
secreta Leid. et pr. Hamburg. reponam Sprot. a m. pr.—686. ne quis

## NOTÆ

Typhoëa; vel abjici e, ut fieret Ty-  
phoia.

674 *Phenissa*] E Phoenicia oriun-  
da, et Junonis cultui addicta, supra  
v. 450. De *cardine*, qui hic pro flexu  
rerum sumitur; ex eo quod janua  
flectitur et vertitur in cardine, v.  
453.

683 *Sidoniam*] Carthaginem, colo-

niam Sidoniorum ac Tyriorum, v. 16.

684 *Super alta Cythera, &c.] Ut*  
*Aen.* vi. 794. ‘super et Garamantes  
et Indos Proferet imperium’ vel  
est ultra, vel in. *Cythera, orum]* In-  
sula Mediterranei Marii contra Cre-  
tam, v. 261. *Idalium]* Vel *Idalia*, op-  
pidum et nemus est insula Cypri.

- Tu faciem illius nocte non amplius unam  
Falle dolo, et notos pueri paer in due vultus :  
Ut, cum te gremio accipiet lætissima Dido,  
Regales inter mensas laticemque Lyæum, 690  
Cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet,  
Occultum inspires ignem, fallasque veneno.  
Paret Amor dictis caræ genetricis, et alas  
Exuit, et gressu gaudens incedit Iuli.  
At Venus Ascanio placidam per membra quietem 695  
Irrigat, et fotum gremio Dea tollit in altos  
Idaliæ lucos : ubi mollis amaracus illum  
Floribus et dulci aspirans complectitur umbra.  
Jamque ibat, dicto parens, et dona Cupido  
Regia portabat Tyriis, duce lætus Achate. 700  
Cum venit, aulæis jam se regina superbis  
Aurea composit sponda mediamque locavit.

*per fraudem formam illius, et puer assume notam faciem pueri, non plus quam una nocte: ut cum Dido læta accipiet te sis, inter epulas regias et liquorem Bacchicium; cum amplectetur te, et præbèbit tibi suavia oscula; insinues ei secretum flavum, et decipias eam veneno amoris. Amor obtemperat mandatis dilectaæ matris, et deponit alas, et cuncto imitatur incessum Ascanii. Venus autem infundit Ascanio dulcem somnum in membra: et Dea aspexit eum, comporitum in suo sanguine, in altas syrias Idaliæ: ubi amaracus suaviter halans cingit illum floribus et grata umbra. Et jam ibat Cupido, obediens iussis Æneæ, et portabat Cartaginensisibus regalia munera, gaudens duce Achate. Quando venit, tum regina discubuit in aurea sponda et magnificis tapetibus, et media sedet. Tunc pater*

multi ap. Burm. mediisque Hamb. alter.—687. ipsius pr. Moret.—689. Et Goth. tert. ut te cum unus Guelpherb. in Sax. collect. accipiat sec. Moret. male.—690. Regales epulas inter Montalb.—692. obcurum alter Hamburg. fallaxque venenum ed. Venet., non infelici errore.—694. et cultu Schol. Stat. II Theb. 96. gressu gradiens Sprot. a m. pr. incessit Dorvill.—695. placitam solenni vitio aliquot ap. Pier.—696. floribus et amplectitur Zulich. cum Parthas.—701. conuenit Goth. tert., sed in eo fere semper

## NOTÆ

690 *Lyæum*] Bacchicum: Bacchus enim *Lyæus* dictus est, a λύω solvo, quod curis animum solvat ac liberet. De *Iulo*, sive *Ascanio*, v. 271. De *Venere*, v. 260.

697 *Amaracus*] Herba coronaria, suavissimi odoris, flosculos emittens perpusilos, candidos; *Marijolaine*.

701 *Aularis*] Velis, pretiosaque ta-

petibus; vel suspensis super lectum; vel in lecto substructis.

702 *Aurea sponda*, &c.] Sponda pars lecti exterior est; sæpe pro toto lecto sumitur, a στροβῇ fadus; unde et sponsis nomen est. *Aurea*] Dissyllaba voce; quomodo *Æn.* VII. 190. ‘Aurea percussum virga.’

*Mediamque locavit*] Usus ad men-

Jam pater Æneas, et jam Trojana juvenus  
Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.  
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris      705  
Expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis.  
Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longo

*Æneas, et tum juvenes Trojani simul accedunt, et discubunt in lectis purpurae. Ministri infundunt aquam manibus, et præferunt panem e canistris, et gestant mantilia e rasis velleribus. Intus sunt quinquaginta ministrae, quibus cura est compo-*

con pro cum.—703. Malim cum superioribus jungere: Cum renit, a. jam se regina s. composuit—*Jam pater Æ. convenient, h. e. jam etiam p.*—704. convenient Rom. a m. pr. decumbitur Commelin. stratoque ed. pr. Burmanni. adde Pierium, unde male ascriptum Pomponio in edit. Basil. Lucii. —705. *Dant manibus famuli Medic.* (hic utique: *Dant m. famulae*) Gudianus cum al. optimis; item Romanus, Longob. aliisque Pieriani; adde quo Cuninghamus laudat. Vulgatum ordinem retinuisse Heins. videtur Priscianus auctoritate motus. *Dant f. lymphas manibus* Hamb. pr. *lympham* Hamb. sec.—706. *funicis Medic.* *mantelia* Heins. post Pierium cum vetustiss. Rom. Medic. aliasque. Vulgo *mantilia*. v. Georg. iv, 377.—707. *longam penum* a Virgilio dic-tam, Carissius lib. i Instit. auctor est. Duplex scriptura jam Gellii etate

## NOTÆ

sam duplex fuit, vel sedendi in sella, vel in lecto discumbendi. Sedendi usus antiquior et severior: Barbari et orientales populi moliores, discumbendi morem invexere. Unde Romani primis temporibus sedere: post Asiam debellatam, auctis opibus ac deliciis, discubnere: mulieres tandem achuc sedendi morem præ modestia retinebant. Augusti temporibus obsolescebat in dominibus, et in sacris tantum Capitolii epulis servabatur; ut est apud Valerium Max. l. ii. 3. Patet autem ex Livio l. xxviii. 18. Afros discubere solitos, jam inde a Scipionis et Syphacis temporibus. Unde Virgilii hic ad barbarum alludit morem. [Mediam] Vel in lecto qui erat medius, ut vult Corradus, nec enim decebat in eodem lecto gravem foeminam discubere cum Ænea: et vero circa mensam tres vulgo lecti sternebantur; unde conclave dicebatur *triclinium*, a τρεῖς tress et κλίνη lectus. Vel etiam in eodem lecto, quod dici potest apud

Barbaros gravitati non obfuisse. Et vero videtur Ascanius, sive Cupido, inferiorem seu sinistrum in eodem lecto locum occupasse, unde facile Didonis gremio inumberet, v. 722. eo quippe amici et amicæ discubebant loco: ut commode jacerent illius in sinu, qui medium locum obtinebat; et dextra manus ejus ad cibos carpendos libera esset. Æneas autem certe dextrum sive superiorum obtinuit locum, nam l. ii. 2. ‘toro sic orans ab alto.’ Quis autem locus dignior haberetur, an dexter et superior, an medius, dubia est sententia, suis utraque rationibus ac testimoniosis nixa. De ostro, conchylio unde exprimitur purpura, Ge. ii. 506. De Cerere, pro pane, Ecl. v. 79.

706 *Mantelia*] Villosa linteal, ter-gensis manibus comparata, unde habent nomen; differunt a mappis, juxta Vossium in Etym. quod mantelibus etiam sternerentur mensæ, afferreaturque mappæ aliquando eum in usum a singulis convivis: unde Mart. Epig.

Cura penum struere, et flammis adolere Penates.  
 Centum aliæ, totidemque pares ætate ministri,  
 Qui dapibus mensas onerant, et pocula ponunt. 710  
 Necnon et Tyrii per limina laeta frequentes  
 Convenere, toris jussi discumbere pictis.  
 Mirantur dona Æneæ; mirantur Iulum,  
 Flagrantesque Dei vultus, simulataque verba,  
 Pallamque, et pictum croceo velamea acantho. 715  
 Præcipue infelix, pesti devota future,

*nere longa serie penum, et suffre igne domesticos Dese. Sunt alias centum, et totidem famuli æqualis etatis, qui imponant mense cibos, et preferant pocula. Pariter etiam Peni magno numero congregantur per latam domum, jussi recubare in lectis pictis. Mirantur manus Æneæ, mirantur Ascanium, et vultum ardente Cupidinis, et dicta ejus verba, et pallam, et velamen intextum croceo acantho. Præsertim misera Dido, destinata amori futuro, non potest satiare animum, et inflam-*

*circumlatu est. v. iv N. A. c. i. longam penum expressavit etiam Ausonius. Donatum et Servium frustra laudat Ge. Fabric. Retinuit tamen Heine ordinis longo præclare, propter codic. consensum, et Nonii Marcelli Eugraphique auctoritatem. Adde etiam poëticam rationem, quod ordine longo gravius ac dignius dictum. instruere porro legitur ap. Gell. l. c.—710. Antea onerant. ponunt. Sed onerant. ponunt. Rom. cum plerisque aliis pervetustis Pierii, quod recte illi probatur, tuncquam quod nescio quid picturatus habeat, cum res ipsa ita geri videatur. Scilicet omnino hoc in Mareme observare licet (vide v. c. rv, 27); recedit ille ab hac consequentia temporum, cui tantopere studebat Cicero, et ex qua dicendum esset, quod antea hic editum erat: *Centum ministri sunt, qui—onerant et ponunt. dapibus onerant iidem; et Giphian.* Indic. Locret. p. 462 e scriptis vindicat. *onerant et ponunt etiam Ald. pr. Parr. c. Goth. pr. et tertio. onerant et ponunt ed. Ven. Junt. Aldid.—711. *hwine note* Dorvill.—712. vici d. Menag. pr. ut sape. *discrimine* Goth. pr.—714. *fragantis* Medic. c. Mentel. pr. Parrhas. et al. Etiam sic Rom. qui alias quartos casus per se effert. sed *fragrantem Deum* vix feras; et epitheton h. l. requiritur in *vultus*. *fragantis* multi alii. *fulgentiaque* Sprot. e glossa, que in Leid. un. *vultus* Menag. pr.—715. *Pallamque*—Versum hunc post superiorem abesse sequo animo ferrem.**

## NOTÆ

I. XII. 29. 11. ‘Attulerat mappam  
 nemo, dum fortæ timentur: Mantele e  
 mensa surripit Hermogenea.’

[706 *Penum, &c.*] *Penus, hujus peni,*  
 vel *hujus penus* masculini vel feminini  
 generis: vel *penus penoris* neutrius:  
 sunt res ad victimæ necessariae, que  
 in intima domus parte servantur.  
 Hinc est penitus, et penetro, et *Penates*,  
 Dii, qui in intima domus parte  
 colebantur. Cum autem ait Nascim-  
 badius, ‘flammis adolere Penates;

*Delpk. et Ver. Clas.*

*Vulg.*

esse coquinas facere, plane errat:  
 patet enim ex Athenæi compluribus  
 locis, convivia rem sacram apud ve-  
 teres fuisse; nihilque in iis adhiberi  
 frequentius, quam thura, flores, Deo-  
 rum simulacula, libationes. Igitar  
 ‘flammis adolere Penates,’ est suffit  
 Penates colere, ut in convivio Nym-  
 pharum Ge. iv. 379. ‘Pancheis ado-  
 lessunt ignibus aræ.’ De *Penatibus*,  
 Æn. ii. 717.

3 H

Expleri mentem nequit, ardescitque tñendo  
Phœnissa, et pariter pueru domisque movetur.  
Ille, ubi complexu Æneæ colloque pependit,  
Et magnum falsi implevit genitoris amorem; 720  
Reginam petit. Hæc oculis, hæc pectore toto  
Hæreret; et interdum gremio fovet; inscia Dido,  
Insidat quantus miserae Deus! At memor ille  
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sychæum  
Incipit, et vivo tentat prævertere amore 725  
Jam pridem resides animos desuetaque corda.  
Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ:

*matur spectando, et æqualiter capitur pulchritudine munera et pueri. Ille postquam hascit collo et in complexu Æneæ, et sativit magnum amorem facti patris; it ad regnum. Hæc oculos, hac totum animum defligit in puerum, et aliquando premis eum in situ: ignorans Dido, quantus Deus sibi miserae insidat. Sed ille recordatus mandatorum matris suæ Veneris, incipit delere paulatim memoriam Sychæi, et conatur præoccupare vehementi amore mentem jamdudum otiosam, et corda desueta amandi. Postquam cessatum est a primis epulis, et sublati sunt*

-----  
—717. *videndo* Hamb. pr. ex interpr.—718. *Vulgata erat: puer pariter dentis que. pariter puer omnium librorum Pierii, Heins. et Burm. lectio est, quam etiam Carissius agnoscit, ut mireris eam non esse receptam: id quod cum Brunckio v. c. nunc fecimus: in primis cum observatum nobis sit, illam inter duas voces copulatas aut inter nomen et epitheton interponendae vocis rationem esse exquisitoris utique elegantia, naturalem autem hunc positum prius simplicitatis et majestatis. *Vulgata* Hamb. pr. et Goth. pr. tuentur, et Ven. cum pr. Moret, *pariter dentis pueraque.*—720. *Huc oculis* Goth. tert. et pectori pr. Hamb. ed. Junt.—722. *inscia, quantus malebat* Jortin (*Tract. II*, p. 468).—723. *insidat* Mediceti et optimorum codd. ap. Heins. est lectio, quam et Serv. ac Donatus agnoscunt, cum Nonio, tanquam archaismum, adeoque doctiorem. Vulgo *insidet*; quam codd. et edd. familiae dicit, ut alias, Romanus. De voc. vi v. German. Val. *quantum m. d. ac memor Franc.*—724. *abolere* alter Menag. —725. *pervertire* Montalb. Leid. *pervertire amorem* ed. Ven. et sic Romanus antiquiss. *prævertere tentat amore* Puget. *vix t. p. amorem* Goth. tert.—726. *dissueta* qu. Moret. et Wall.—727. Idem fere versus sup.*

## NOTÆ

724 *Acidalia*] *Veneris*, quæ sic dicitur ab *Acidalio* fonte, in Orchomeno Beotiae civitate, qui *Gratiis* datus est: *Gratiis* antem *Veneris* et *Liberi* filiæ a quibusdam dicuntur. *De Sychæo*, v. 247.

725 *Prævertere*] *Præoccupare*, ne Juno Didoni odium inspiret in Trojanos.

727 *Mensæque remota*] *Mensæ*, non tantum sunt *r̄p̄r̄c̄s̄a*, seu *mensæ* ip-

se quæ ferulis onerantur; sed etiam *orla*, seu cibi et ferula, quæ impo-nuntur mensæ: quod diserte scribit Pollux, et innuant auctores Latini, apud quos frequens est divisio *covi-vii* in *primas* ac *secundas mensas*: at mensæ non mutabantur: itaque *prima* et *secunda* ferula intellige, quorum *prima* graviorum erant ciborum; *secunda* pomorum, compotationum, libationum: utraque distinguebantur

- Crateras magnos statuunt, et vina coronant.  
 Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volunt  
 Atria; dependent lychni laquearibus aureis      730  
 Incensi, et noctem flammis funalia vincunt.  
 Hic regina gravem gemmis auroque poposcit  
 Implevitque mero pateram: quam Belus, et omnes  
 A Belo soliti. Tum facta silentia tectis:  
 Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur,      735

*cibi, ponunt magna pocula, et coronant vinum. Fit sonus per domum, et vox volvitur per spaciœ atria: lucernæ accense pendent et laquearibus auratis, et facies luce peluant tenebras. Tunc regina petit pateram auro et gemmis gravem, et repletur eam vino; quam Belus, et omnes Beli posteri solebant replere. Tunc silentium factum est tota domo: Jupiter, inquit Dido (nam ait te auctorem esse legum.*

220.—728. *crateres* aliquot ap. Burm. *magnas* tert. Rottend. et Leid. quasi a *cratera* ductum sit. *Crateras lati* s. Nonius et *Crateras longe* st. Lutatius, ap. Burm., forte ex Æn. vii, 147.—729. *It strepitus tectis* Gud. a m. pr. pr. Menag. Rottend. tert. Leid. a m. sec., quod et in Servii Codice fuit, nec Burmanno displicet. Mihi quidem nimis in majus rem ferre videtur, cum de strepitu, sermonibus, et clamoribus inter vina agatur. Scythicum foret, si *strepitus ad tecta* it, ut, *clamor celo* it. Altera infra iv, 666. Didonis morte cognita: *it clamor ad alta Atria, vocesque* Bigot. alter Rottend. cum Schol. Cruqu. ad Horat. iii, od. 19. *per ampla* una voce nonnulli Pieriani cum pr. Moret. id. que probabat Jortin l. l. *per alta* Longob. cum aliis Pierianis, item Znlich. ex lib. iv, 668, observante Burmanno.—730. *lychni, lichini, aberrationes* ap. Burm. Praecclare Serviana: Graeco sermone usus est, ne vile aliquid introferret; nam offendisset *lacerna*. *laquearibus* ab aliis scriptum fuisse, ibidem monitum videoas. *laquearibus altis* unus Guelpherb. in Collat. Cort.—733. *que magna pars codd.* ap. Heins. item ed. Ven. et pr. Goth. sed recte rejectum; est enim minus doctum. *a bello* Zulichem. addita glossa: *festivis diebus*.—734. *dum f.* Longob.—737. *que abeat* Menag. alteri.—738. Ante Pierium vulgo.

## NOTÆ

saltationibus, cantu, ludis, dum convivæ ab edendo quiescerent: et haec est *prima quies*, cui respondet, *secunda quietis* loco, finis epularum post secundas mensas. De crateribus, pollicis vinariis, Ecl. v. 68. De coronatione vini, G. ii, 528.

730 *Lychni laquearibus*] λύχνος, *lucerna*: Graecam vocem Latinæ praeposuit, quia minus humiliem. *Laquear*] Sive *lacunar*, est interstitium trabium ac tignorum, in conclave tectis: diciturque *a lacu*, quia cavum est, *lacus* autem significat proprie cavum quolibet aquarum receptaculum, sed

transfertur ad alia multa ob figura similitudinem. *Funalia*] Funes cera oblitii.

733 *Belus, et omnes A Belo, &c.*] Belus iste, non Didonis pater est, de quo prius, v. 626. de hoc enim dici non posset, *omnes a Belo*, id est, *omnes Beli posteri*; siquidem inter hunc et Didonem nullus occurrit medius. Igitur de Belo antiquiore intellige, qui numeratur inter Didonis maiores; vide argumentum lib. iv.

735 *Jupiter, hospitibus*] Magna fuit in veneratione *Jupiter hospitalis*, Graecis *héros*.

Hunc lætum Tyriisque diem Trojaque profectis  
Esse velis, nostrosque hujus meminisse minores.  
Adsit lætitiae Bacchus dator, et bona Juno.

Et vos, o, cœtum, Tyrii, celebrate faventes.

Dixit, et in mensam laticum libavit honorem,

740

Primaque, libato, summo tenus attigit ore.

Tum Bitiae dedit increpitans; ille impiger hausit  
Spumantem pateram, et pleno se proluit auro.

Post alii proceres. Cithara crinitus Iopas

Personat aurata, docuit que maximus Atlas.

745

*(hospitalium) fac ut hic dies sit felix Carthaginensibus, et advenis Trojanis: et ut posteri nostri hujus recordentur. Adsit Bacchus auctor latitiae, et propitia Juno. Et vos, o Carthaginenses, adeste faventes huc concilio. Sic sit, et stillavit in mensam vinum, honorem liquorum: et eo stillato, prima degustavit reliquum summis tantummodo labris: deinde dedit Bitiae hortans eum: ille alacer ebibit pateram spumantem, et conspersit se vino aurea patere plena: postea alii proceres. Iopas comatus ludit cithara, ea que maximus Atlas docuit. Canit ille errores Luce, et*

lectum, *adsum*. Sed omnes ejus libri habebant *adsum* vel *attigit*: neque aliter Heianiani cum Macrob. III Sat. 4. Comment. Cruqn. ad Horat. I od. 18; utramque lectionem agnoscit Servius. At sit Medic.—739. O Tyrii certum quatuor ap. Burm.—740. in mensa vulg. sed in mensam Macrobii, optimorumque librorum et exemplorum copia firmavit post Pierium Heins. Redit res eo, quod doctius dicitur hoc, qnam illud. nonnulli etiam apud Pierium, et nostri tres Gothani, *tunenam*, quod eodem aliquid. adde lib. VIII, 279.—741. *libatos n. latices conj.* Heins. et alii viri docti. Nec inficiandum, versum concinniorem et suaviorem inde exire. *libatos latices attigit* h. c. poculum, unde pars vini in mensam jam erte effusa. *libatum* alter cod. Hamburg. videlicet honorem. *sacra temus* Sprot. cum Bitiae Hamb. pr. *Bicie, Bycie* al.—743. *summo s. p.* Menag. pr. *proficit* Oudart. *s. s. p.* *ore* nonnullos libros legere Pierius docet.—745. *docuit quem* Medic. cum parte codd. Heins. necnon Romanus cum aliis Pierianis. Etiam Servius: *que legendum, non*

## NOTÆ

740 *Libavit*] Stillavit: *ἀλείψει* *stillo*. Ritus hic fuit sacrificiorum: sacerdos vinum e vasculo degustabat, dabat que deinde degustandum ceteris; tum illud, vel in victimæ cornua; vel, si sacra sola thure abesse victimæ fierent, in ignem aræ impositum; vel, si abesse igne, ut in conviviis, in mensam invergebat. Unde *libo* primo significat *stillo*; deinde quia in libatione vinum degustabatur, significat *etiam degusto ac leviter tango, ut super v. 260. 'Oscula libavit natæ'* I.

Ge. IV. 54. 'flumina libant Summa leves.' Denique generatim sumunt pro *sacrificio*, quia nullum sacrificium erat sine libatione.

745 *Atlas*] Bene Poenus ea narrat, que docuit Atlas Afer; rex Mauritaniæ; qui cum esset astrologie peritiissimus, celum humeris sustinuisse dicitur; et in montem cognominem mutatus, objectu Gorgonei capitis, a Perseo Jovis filio, quem excipere hospitio noluerat.

Hic canit errantem Lunam, Selisque labores;  
 Unde hominum genus, et pecudes; unde imber, et ignes;  
 Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones;  
 Quid tantum Oceano properent se tingere Soles  
 Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet. 750  
 Ingeminant plausu Tyrii, Troësque sequuntur.

*defectus Solis: unde oriatur genus hominum, et pecudes; unde pluvia et fulmina: canit Arcturum, et Hyadas imbriferas, et duo Triones: cur Sol geminis ita properet se lavare aquis Oceani, vel quæ mora retardet lentes noctes æstatis. Carthaginenses dant plausum, et Trajanæ eos imitantur. Misera etiam Dido traducebat*

quem. docuit quam Græv. *Atlas Romanus*, et sic Mentel.—746. scripsisse nonnullos is, Pierius monet. Scilicet hic ejus loco positum. Atque is quidem (*Iopas*) canit etc.—747. *unde genus hominum et pecudum*—Hamb. pr. *pecudes, aqua, imber et i. ed.* Ven. scil. *aqua ex glossa, et ignis Sprot. et Rottend. tert. et pecudes, genus unde ferarum Medic.* Pierii.—748. *Pliadasque Hyadas* plures ap. Heins., et duo Goth. *Pliadasque hyades* ed. Ven. *Pliadasque Parrhas*, scilicet quoniam alias *Pleiatasque Hyadesque* jungi norant (sup. Ge. I, 188. *Iliad.* 3. 486. Ovid. Met. XIII, 298): invito metro, plane ut *Æn.* III, 516, ubi idem *versus* recurrat, factum videmus; v. Heins. ad e. l. *sep-temque triones* Hamb. alter.—749. Qui Goth. sec. properant tres Burmanni. *se intingere pr. Moret.*, qui et mox, *obstat*.—750. *tum quæ Goth. sec. non male.* Idem hi duo *versus* 749, 50 supra Ge. II, 481, 2 occurrebant.—751. *plausum vulgares libri habent.* Sic etiam in *Servianis*. Sed *plausus Romanus c. alii* vetustiss. Pierii, item Medic. cum ceteris Heins. præter Sprot. et Ven. adde Wass. ad *Sallust. b. I, 5.* *plausus* etiam duo ex Goth. In tert. Moret. *plausus*. Sed præclare *plausus* revocat Heinsi, qui et exemplis illustrat promiscue positis, quibus tamen appareat tantum hoc, *ingeminare* absolute dici: *ingeminat clemor, ingeminat plausus* (sc. se) et sic alia. Scilicet dicendum: *plausus ingeminare esse doctius et exquisitus dictum, quam plausum*, ut multa alia similiiter immutari solent, ut poëtica dictio a vulgari recedat. cf. Heins. ad *Æn.* II, 207. Sic illud Ovid. Fast. VI, v. extr. *increpuitque lyra pro, increpuit ly-*

## NOTÆ

748 *Arcturum, &c.]* Stellam procellosam, in signo Bootis, propæ caudam ursæ majoris, unde nomen habet ab ἄρκειος ursa, et ὁδῷ cauda, Ge. I. 68. *Hyades*, stellas septem in fronte tauri, quibus nomen est ab ὅν phœn. Ge. I. 138. *Geminos Triones]* Ursas duas, signa Borealia, quæ a rusticis plaustrum magis, ac plaustrum minus, olim dicta sunt: quia in majore septem stellæ ita dispositæ sunt, ut boves aratro subligatos referant: boves autem *triones* antiquis dicti sunt: quod arando, vel terram terant, juxta Varronem, quasi *teriones*; vel

atrias in terra excavant, juxta Scalligerum, quasi *triones*. In minore vero, stellæ item aliquot, licet multo minores, eundem fere situm imitantur.

749 *Se tingere Soles]* Ex vulgi mente, cui sidera in Oceanum decumbere et lavari dicebantur. Sensus est: cur dies hyberni tam sint breves; et quæ mora sic obstet noctibus æstatis, ut sero ac lente veniant: versus ii hac translati sunt e Ge. II. 481. 482. *Soles*, dies, vel *Sol ipse*.

Necnon et vario noctem sermone trahebat  
 Infelix Dido, longumque bibebat amorem;  
 Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa :  
 Nunc, quibus Auroræ venisset filius armis;      755  
 Nunc, quales Diomedis equi: nunc, quantus Achilles.  
 Immo age, et a prima, dic, hospes, origine nobis  
 Insidias, inquit, Danaum, casusque tuorum,  
 Erroresque tuos: nam te jam septima portat  
 Omnibus errantem terris et fluctibus æstas.      760

*noctem variis cum Ænea colloquitis, et sensim hauriebat amorem: querens multa de Priamo, multa de Hectore: modo, quibus armis instructus filius Auroræ venisset Trojam: modo quales essent equi Diomedis: modo, quantus esset Achilles. Age potius, o hospes; inquit: et narrâ nobis dolos Graecorum a prima origine, ruinamque civium tuorum, et tuos errores: nam æstas jam septima te circumfert errantem omnibus terris et maribus.*

ram apud Horatium.—752. *trahebant* ed. Ven.—754. *super Hectora Gudianas.*  
 —755. *miror neminem conjectisse: quibus A. venisset filius oris.* —757. *Nunc age* Hugen.—760. *Fluctibus—omnibus æstas alii. ac fluctibus Menag. et terris et fluctibus aliquot libri ap. Pierium, quod, inquit, sententiam reddit ubiorem.* Et sic quoque MS. Bersman. et ed. Cuming. In Goth. pr. subjicitur: *Funera Dardanæ narrat fletusque secundo.*

## NOTE

754 *Priamo, &c.]* Trojano rege, de quo passim lib. II. De *Hectore* ejus filio, et *Achille*, supra v. 103. De *Auroræ filio Memnone*, v. 493. De *Diomedede*, *Tydei* filio, v. 101. De *equis* quos Rheso Diomedes abduxit, v. 476.

759 *Septima æstas]* Hinc probat Segresius, aestate Æneam ad Africæ

littus appulsum esse. Nec refert quod lib. v. v. 626. sub ipsum sequentis veris initium, dicat etiam Beroë: ‘*Septima post Trojæ excidiam jam vertitur æstas.*’ Illic enim addit vertitur, id est, transacta est, et in aliam æstatem vertitur ac deflectit, nempe in octavam.

P. VIRGILII MARONIS

# ÆNEIDOS

## LIBER II.

---

### ARGUMENTUM.

NARRAT Didoni Æneas Trojani excidii seriem. Ea est ejusmodi: Græci decennali bello pene fracti, dolo capere urbem constituunt: fugam simulant; circa Tenedum insulam latent; equum relinquunt in castris, foetum intus militibus. Quo per fraudem Sinonis, cui fidem mors Laocoontis faciebat, in urbem inducto; noctu reserato ejus utero, Græci erumpunt; admissoque exercitu, Trojam ferro et igne populantur. Admonetur in somnis Æneas ab Hectore, ut fuga sibi consulat: Æneas mortem fugæ præferens, coacta manu, Græcos aliquot cædit; sumtisque eorum armis, suorum tellis fere obruitur. At vastata regia, Priamo Pyrrhi manu interfecto; Æneas domum revertitur, Anchisæ patri sacra Penatesque committit, suis eum imponit humeris, et cum Ascanio filio, Creusaque uxore, fugam arripit. Mox amissa inter eundum Creusa, iter ad eam querendam relegit: occurrat mortuæ uxoris umbra, monetque se a Cybele in Phrygia detineri. Redit ille in montem Idam, et cum sociis mari fugam parat.

**C**ONTICUERE omnes, intentique ora tenebant;  
 Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:  
     Infandum, regina, jubes renovare dolorem;  
 Trojanas ut opes et lamentabile regnum  
 Eruerint Danai; quæque ipse miserrima vidi,  
 Et quorum pars magna fui. Quis talia fando  
 Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulixii, 5

*Omnes siluerunt, et attenti comprimebant vocem. Tum pater Aeneas sic incipit e superiori parte lecti: Jubes me, o regina, renovare dolorem infandum, narrando, quomodo Graci exorterint potentiam Trojanam, et regnum deplorandum: et quæcumque vidi ipse digna miseratione, et quibus magna ex parte interfui. Quis Myrmidonum, aut Dolopum, aut quis miles duri Ulyssis haec commemorando absinet a*

-----  
 2. *Ab alto est Medic.* Pierii.—3. *renovare jubes regina* Hamb. pr.—4. *opis* Hugen.—5. *ipso Franc.*—7. *duri Goth. tert. Ulici. vulgo Ulysei. Franc. Ulixii. Goth. pr. et tert. et edd. nonnullis Ulyxei.* At *Ulici* scriptara est Medic. Romani aliorumque codd. etiam Prisciani ap. Heins. scilicet pro *Ulyxei*; Sic *Oronti* i, 220, inf. 30 *Achilli*. cf. ad Ecl. VIII, 70. Habet scriptura *Ulyxes* vel *Ulixens* auctoritatem codd. (v. ad Ovid. Epp. i, 1) non rationem:

## NOTÆ

*2 Ab alto]* Quia Aeneas sedebat in altiore, iq; est, dextera parte lecti; Ascanius in inferiore, seu sinistra; Dido in media. *En.* i. 702. *Denuo]* Graci, *En.* i. 34.

*3 Myrmidonum, &c.]* Milites Achillii fuerunt, ex Aegina insula sinus Saronici, inter Peloponnesum et Atticam: sic dicti a μύρμηχτι formica: quod, ut ait Strabo, propter soli sterilitatem, formicarum in morem terram fodientes, semen in saxa conjicerent; itemque laterum coctorum penuria in fossis habitarent. Fabulae tamen ex eo derivant nomen, quod Aeneas, Achilliis avus, Aeginæ rex, cum regnum videret peste vastatum, precibus a Jove impetravit, ut formicæ, quas ingenti numero reptantes videbat, novos in incolas mutarentur. Aliqui sic fabulam explicant, ut putent Aeginam insulam frequentiorem ab ipso redditam, deductis ex Thessalia colo-

nisi; testatur enim Velleius initio historie, Thessaliam prius vocatam esse Myrmidonum civitatem, ac non nisi post Trojana tempora Thessalam. Igitur Achillis Myrmidores, vel crunt Aeginæ, vel potius Thessali.

*Dolopum]* Eos quidam Thessalii, Plinius Αἴτοις, Ptolomeus Epiro annoverat. Addit Strabo, prepositum his fuisse a Peleo Achillis patre, Phœnicem; qui cum Chirone centauro Achillis educationi præfuerat, eumque ad Trojam secutus est. Igitur Dolopes, vel Phœnicis milites erant, vel Achilliæ, vel, ut alii volunt, Pyrrhi Achilli filii.

*Ulici]* Ithacæ et Cephalleniam, insularum in Ionio mari, regis; cuius dolis Trojana expeditio præcipue promota est: de illo passim, hoc et aliis libris. *Ulici*, pro *Ulxie*, Genitus, de quo *En.* i. 224.

Temperet a lacrymis! et jam nox humida coelo  
Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.  
Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros, 10  
Et breviter Trojæ supremum audire labore;  
Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit;  
Incipiam. Fracti bello, fatisque repulsi,  
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,  
Instar montis equum divina Palladis arte 15  
Ædificant, sectaque intexunt abiете costas;  
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.  
Huc delecta virum sortiti corpora furtim

*Actu? Et jam nox humida præcepit e celo, et astra decadentia invitant ad somnum. Sed si tanta tibi est cupiditas cognoscendi casus nostros, et breviter audiendi ultimam Trojæ ruinam, quamvis mea mens abhorreat, et praे dolore recusat recordari: tamen incipiam. Duces Grecorum, afficti bello, et fatis repulsi ab expugnatione urbis, tot annis iam elapsi, faciunt equum, in modum montis, divino consilio Minervæ, et strumenta costas ex abiете sciass. Fingunt eas votum pro reditu: spargitur is rumor. Ad eam rem sortiti electa corpora miserum, ea clam*

nam ex 'Oðvœws saltem fieri debuit *Ulysses*.—8. *Temperat* Gud. et Goth. sec.—10. *Sed cum Hamb. pr. Et si Franc.* agnoscere Gud. cum aliis vett. ap. Pierium. cognoscere tantos Grec. in marg. vel c. tantos.—12. *luctumque sec.* Moret. Parrhas. et ed. Ven. præter aliquot codd. Pier. et Donatum, quod mireris Burmannum probabas, insprima post Catronum; nam est vulgare et tenue præ altero, ubi de horrore (h. l. ex recordatione rerum tristium; itaque *luctus*) et aversatione rei ingratis et molestis agitur. Quod prærie de membris vel de sanguine dicitar, ad animum transfertur. *luctus* Carissimus habet, notante Pierio.—15. *divine* Menag. pr.—16. *factaque* Ven.—18. *dilecta* Gud. a m. pr.—20. *ingentis* Heins. scripsit cum veterimis et

## NOTÆ

8. *Celio Præcipitat*] Nox abit, fugit e celo.

9. *Suadentque cadentia sidera somnos*] Decedentia, die proxime imminente: quam interpretationem probabimus. En. IV. 81.

15. *Instar montis equum*, &c.] De voce *instar* En. VI. 865. Equi fabricator fuit Epes; materiam ad vexxit *Ajax Oilei*. Equus autem ille, non reipæa equus fuit: sed, vel machina, cujusmodi est aries, qua muri subruti sint; vel pictura in ea urbis porta, quam Græcia prodidisse Antenor dicitur, vel signum Græcia datum, ut

in pugna suos ab hostibus dignocerent; vel equestrem notat pugnam, qua Græci Trojanos vicerint; vel montem Hippium, post quem latentes Græci urbem oppresserint: *hors* enim est *equus*, et ideo quibusdam videtur dixisse Virgilii: ‘Instar montis equum.’

16. *Abiete*, &c.] *Sapia*: pro quo vis ligno.

17. *Votum pro reditu*] Ad obtinendum felicem reditum: et Accius in Deiphobo sic inscriptum ait equum fuisse. ‘Minervæ domum armipotenti Danai abeuntes dicant.’

Includunt cæco lateri, penitusque cavernas  
Ingentes uterumque armato milite complent.

20

Est in cōspectu Tenedos, notissima fama  
Insula, dives opum, Priami dum regna maneabant;

Nunc tantum simus, et statio male fida carinis.

Huc se proiecti deserto in littore condunt.

Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas.

25

Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.

Panduntur portæ; juvat ire, et Dorica castra

Desertosque videre locos littusque relictum.

Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles;

30

Classibus hic locus; hic acie certare solebant.

Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ,

occultant in obscuris lateribus equi, et magnæ cavernas aique uterum profunde implet armatis militibus. Est in propinquu Tenedos insula, fama notissima, abundans opib; dum regnum Priami stabat: nunc solam est simus et statio parum tuta nascibus. Illuc elapsi occultant se deserto in littore: nos putavimus eos discessisse, et ventis propitiis repetuisse Mycenas. Itaque Troja omnis liberat se disturno angore: portæ aperiuntur, dulce est exire, et aspicere castra Graeca, et vacua spacie, et littus derelictum. Hic turma Dolopum, hic crudelis Achilles habebat tentoria: hac erat statio naxium: hic exercitus solebant pugnare. Pars stupet manus per-

~~~~~  
Prisciano.—21. *Tenedos Rom. cum al. antiquis ap. Pier.*—22. *mancerent Bigot.*
—24. *projecti Longob. sed est: huc proiecti condunt se.* In Goth. tert. condunt in marg. vel ponunt.—25. *Vas et abiisse ed. Ven. vento petiisse Menag. pr. et Leid. abiisse et petiisse etiam in Romano.*—26. *solvit longo se Montalb. se deest Moret. sec. posuit se Schol. Horat. iv Od. 6, scilicet explicnerat per posuit luctum.*—27. *ad Dorica c. Desertosque locos, littusque videre relictum Wittian.*—29. *sævus Franc. ut al. Ulrix pr. Hamburg.*—30. *acie Heins. e melioribus, imprimis Rom. Medic. Gud. vulgo acies, quod præter codd., inter quos omnes Gothani, Rufinianus de Schem. Lex. p. 38, necnon Pomponius Sabinus agnoscent. Bermannanus utrumque illustrat. Sed dicendum: hic acie certare solebant*

NOTE

21 *Tenedos]* Insula Hellesponti, contra Sigeum Troadis promontorium.

vox Tacito et Saetonio familiaq;. Suet. in Galba, 12, ‘Germanorum cohortem remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellæ, cuius juxta hortos tendebat, proniorem.’ De Achille, Æn. i. 103.

25 *Mycenas]* Urbem regiam Agamemnonis, in Peloponneso, de qua Æn. i. 288.

26 *Teucria]* Troja, a Teucro rege, Dardani socero. Æn. i. 289.
27 *Doris]* Doris, Gracie regio, inter Thessalam, Ætoliam, et Phocidem; ad Parassaeum et Ætam montes. Pro tota Gracia hic sumitur.

31 *Innuptæ Minerva]* Pallas item dicta est. Vulcani nuptias respuit, et virginitatem servavit. Nomen: vel a minari, quod armata pingatur; vel a memini, quod memoris Dea dicatur; vel potius ab antiquo me-

29 *Tendebat]* Tendebat tentoria:

Et molem mirantur equi ; primusque Thymætes
Duci intra muros hortatar, et arce locari ;
Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant.

At Capys, et quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
Præcipitare jubent, subjectisve urere flammis :
Aut terebrare cavas uteri et tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterva, 40
Laocoön ardens summa decurrit ab arce ;
Et procul, **Ó miseri,** quæ tanta insania, cives ?

nicioem oblatum innuptæ Palladi, et admiratur magnitudinem equi; et primus Thymætes suadet ut admittatur istra muros: et statuerit in arce; seu per fraudem, seu jam fata Trojæ ita colebant. At Capys, et quorum animo prudentior inerat sensus, aut suadent ut abiciant dolos Græcorum et manera suspecta, comburantque suppositis ignibus; aut ut fodiunt et explorent cavas latebras alicui. Plebs ambigua distractitur in opposita consilia. Tunc prior coram omnibus Laocoön, magna turba sequente, decurrit celer et summa arce: et procul clamat: O miseri cives! quæ tanta

*esse exquisitus adeoque poëta dignius; alterum prosaicum.—32. Thymætes vario corrupta vox in libris. v. ap. Heins. et Burm. Sed est Θυμότρης.—33. inter Ven. infra sec. Moret. in arce qu. Moret.—34. manebant pr. Hamb. parabant alter. colebant Montalb. sed vide Burm. Trappius, non adeo inelegantis vir judicii, versus malebat sic disponi: *Et molem—Sive dolo—Duci intra,* quod mollius quid habere ipsi videbatur. Recte quidem. Sed, ut nunc est, gravior est oratio.—35. m. s. surgit sec. Hamb. ex i, 582 pro menti, corda Goth. tert.—37. *jubent* habet codd. et grammaticorum auctoritatem; non minus tamen gravis est fides ῥῆμα *jubet.* v. Heins. Mox legebatur: *subjectisque u. f.* Recte inter Serviana: *disjunctio, quæ hic esse debuit,* mox tamen:—*Antiqua tamen exemplaria, ve habere incertentur.* Nec dubito, te esse scribendum: et si passim viri docti repugnant que disjunctive poni aiunt. Nam diversa hand dubie inter se apponuntur. Ita et ἦ—ἢ Odyss. Θ. 507.—40. *ante* alios aliquot Pieriani. At Goth. alter: *primus ibi juvenem,* notabilis lectio. Sic enim durum illud, quod ῥῆμα *ante omnes* inhærente videbatur, sublatum esset; et possit hoc ex glossa irrepsisse videri; jungendim adeo: *juvenem magna e. caterva.*—41. *Lauchoon,* Lachon, Lauchoon, Laucon, hic et infra, aberrationes codd. *Laocoön* Medic. semper. Et v. 280 *Laocoonta* Dorvill.—42. *infantia**

NOTE

nervo, id est, moneo, quod homines bene moneat, utpote Dea sapientiae atque artium.

34 *Sive dolo]* Habuit enim Thymætes aliquam prodendi Priami quasi jnstant causam. Narrat enim scholeastes Lycophronis, *Cillem,* Hecuba sororem, Thymætæ uxorem, amatam a Priamo; ac deinde cum filio Mu-

nippo, quem furtim ex eo suscepérat, ab eo fuisse occisam. De Danais, Græcis, Æn. i. 24.

41 *Laocoön]* Juxta aliquos, Anchises frater fuit: juxta alios, Priami filius, sacerdos Apollinis: cetera infra, v. 201, 229. De Achivis, Græcis Æn. i. 192.

Creditis avectos hostes ? aut ulla putatis
 Dona carere dolis Danaum ? sic notus Ulixes ?
 Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
 Aut haec in nostros fabricata est machina muros,
 Inspectura domos, venturaque desuper urbi ;
 Aut aliquis latet error ; equo ne credite, Teucri.
 Quicquid id est, timeo Danaos et dona ferentes.
 Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
 In latus inque feri curvam compagibus alvum
 Contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso
 Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ.
 Et, si fata Deum, si mens non læva fuisset,
50

est stultitia ? An putatis hostes esse projectos ? aut existimatis ulla Grecorum munera carere fraudibus ? sic Ulysses cognitus est vobis ? Aut Græci clausi hoc ligno latent ; aut haec machina structa est contra nostra mania ad explorandum domos, et ex alto ingruendum urbi ; aut aliis aliquis dolus latet : Trojani, ne fatide hinc equo : quodcumque istud est, metuo Græcos, etiam dum munera dant. Cum haec dixisset, immisit totis viribus magnam hastam in latus, et in uterum equi curvatum junctus : hastæ illa tremens, et repercussu utero cava spatio sonuerunt et emiserunt gemitum. Et, si fata Deorum, si mens non fuisset sinistra ; Laocoön

.....

alter Menag. solenni varietate. *Burmannus*.—43. aut illa Goth. alter et tert. —44. et sic Menag. pr. —45. hic sec. Moret. inclusus Wallian. —46. Aut haec. Vide an accommodatius sit: atque haec. Nam pro diversis haberi nequeunt.—47. *domus* Leid. —48. nec c. aliquot. Donati anctoritate a nonnullis male distinguitur: *latet error equo*; *Ne. v.* Heins. et Pier. —49. *haec dona Parthas*. —50. *validis contorquet viribus* sec. Moret. —51. Quantopere veteres Grammatici in *feri* trepidarunt, ex lacinia intelligitur, quam Pomponius h. l. ex vett. Scholiis servavit: *FERI*, id est, equi, nam lib. vii, 489 *ferum appellat cervum*. *Apronianus* legit Ferit, pro *percussu curvam alcum in compagibus* (hoc in Cod. Mediceo habetur, quanquam a nemine adhuc notatum). *Alii legunt Feri, ut sit ferus, feri, pro equo, ut feri, feri, pro quadrupede. Alii legunt Feri, ut sic sit, id est feram, propter verba similiter cadentia* (ut sit pro *feram curvam alcum*)— Porro *feri c. compaginis a.* MS. Prisciani p. 184 notatum in *Collect. Sax. alcum Gund.*—52. *Introrsit* sec. Rottend. quod defendi possit. *recessu Reg. a m. pr. et tert. Mentel. cum binis Goth. recessu pr. Hamb. et sec. Moret. perperam.* —53. *sonitumque* Bigot. ex interpret. *ceteris Sprot. pro var. lect. quod prima fronte arridere potest, si v. 248 memineris: utero sonitum quater armæ dedere. Sed nec gemitus nec cava respondent.*—54. non circa duo Guelpherb. in Col-

NOTE

47 *Inspectura domos, venturaque, &c.*] Cum enim altior esset muris et dominibus, suspicabatur Laocoön esse aut speculam, aut machinam fœtam ignibus, qui deinde in subjectam urbem inguerent.

51 *Feri]* Equi : sic *Æn. VII. 409.*
de cervo: *Pectebatque ferum.*

54 *Læva]* Fata significat contraria; ut *Ge. iv. 7. Numina læva: mentem vero imprudentem;* ut *Ecl. i. 16. 'si mens non læva fuisset.'* Ubi de ambitu

Impulerat, ferro Argolicas foedare latebras ;	55
Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.	
Ecce, manus juvenem interea post terga revinctum	
Pastores magno ad regem clamore trahebant	
Dardanidæ : qui se ignotum venientibus ultro,	
Hoc ipsum ut strueret, Trojamque aperiret Achivis,	60
Obtulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus,	
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.	
Undique visendi studio Trojana juventus	
Circumfusa ruit, certantque illudere capto.	
Accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno	65

persuasisset, ut violasset armis Græcas latebras : et nunc stares, o Troja ; et maneres, o arx alta Priami. Ecce interim pastores Trojani magno clamore ad regem trahebant juvenem ligatum manibus post terga : qui sponte se ignotum tradiderat venientibus, ut illud ipsum firmaret, ac deinde panderet Trojam Græcis, confidens animo, et paratus ad utrumque ; seu ad faciendam fraudem, seu ad mortem certo subveniam. Undique Trojana juventus cupiditate videndi circumfusa occurrit, et inquisit certatim captivo. Audi iam dolos Græcorum, et ab una eorum fraude cog-

lect. Sax.—55. *Impulerat* Hugen. male. *tentare latebras* Hamb. pr. pro var. lect. repetitum, ut Burm. monet, ex v. 38. *aperire* Hamb. sec. *fodere* Goth. tert. ex interpretatione v. Not.—56. *staret et maneres*, hoc a m. pr. Medic. ad Servianam normam : “ *Si staret legeris, maneres sequitur, propter duos et leviorum.* ” Etiam alii codd. variant. v. Heins. Sed *stares—maneres* Romanus, omnes Pier. aliique probi codd. Pomponius Sabinus hec habet : *staret et maneres legit Apronianus.* Esset tamen hoc altero vulgarius.—57. *mane* Montalb. *juvenum* duo ap. Burman. cum Rufiniano edit. Steph. male.—59. *Dardanidæ* sc. regem, ap. Barth. Advers. XII, 2, e quatuor libris. *quis se Servius*, cum septem ap. Heins. et Leid. pro var. lect. Goth. tert. a m. pr. pro *quibus* ; quod placebat Tollio ad Aeson. p. 666, sed vulgata lenius decurrit.—60. ut deest Moret. pr. *instrueret* Goth. tert.—61. *fidensque* pr. Moret. *fidens animo* Romanus, *ad utrumque* Oudart. v. Burm. quod vulgare foret.—62. *versare* dolo Longob. Rottend. a m. pr. Sprot. pro div. scriptura. Leid. a m. sec., quibus addit. Servium. Hoc ita dici posse docet Burm., nec de eo dubitatur : quid? quod etiam doctius ita dicitur : *versare dolis Trojanos, uti, versare animum consilii, curis pro, curas animo* ; ut et Graci, v. c. quod modo in manu habemus, Tryphiod. 112 Αἰράρ δέ δαμονόποιον βουλήσαντες εἰλούσσαν. At h. l. ultima litera a sequentis voc. initio intercepta esse videtur. *certæ morti*, quod ipsa ratio monstrabat. Heins. recepit ex Nomo Marcello, Longob. Pierii, Moret. sec. et Rottend. tert. Vulgo *certe*. Notabilis Pomponii Sabini nota : *certe ad verbiū est* : sic legit Apronianus.—64. *certatque* Romanus, Witt. et Parhas., sed alterum doctius.—65. *Aspice* Dorvill., male. *Accipe* est audi, ut

NOTÆ

qua vocis hujus potestate fuse agitur. ‘ *obscenas ferro foedare volucres.* ’

55 *Argolicas foedare*] *Argolicas*, 59 *Dardanidæ*] *Trojani*, a rege Dardano, Teuci genero. *En. I. 239.* De *græcas, ab Argia, urbe Peloponnesi, rare, vulnerare* ; ut *En. III. 241.* Lace-

Græcis, *En. I. 492.*

Disce omnes.

Namque, ut conspectu in medio turbatus, inermis,
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora posasunt
Accipere? aut quid jam misero mibi denique restat? 70
Cui neque apud Danaos usquam locus; et super ipsi
Dardanidæ infensi poenas cum sanguine poscunt.
Quo gemitu conversi animi, compressus et omnis
Impetus. Hortamur fari, quo sanguine cretus,
Quidve ferat; memoret, quæ sit fiducia capto. 75
(Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur.)

nosce omnes Græcos. Scilicet ut stetit in medio conspectu, stupefactus, sine armis; et circumspexit oculis Trojanas turmas: Heu, inquit, quæ jam terra, quæ maria possunt me excipere? aut quid misero mibi demum superest? Cui neque locus usquam est apud Græcos: præterea ipsi Trajanæ inimici poenas cum sanguine reperunt. Quo gemitu mutati sunt animi, et vis omnis cohibita est: hortamur ut loquatur, et narret, qua stirpe natus sit; quid nuntiet, quæ fides adhibenda sit ipsi captivo. Ille compresso denique metu sic loquiuit: Ego quidem, o rex, vera, inquit, tibi

sepe. *crimen ab u. ed. Junt.* Habuit idem in suo codice Donatus: legitur et in Servianis, sed ab interpolatore est: *A. n. D. insidias et crimen; ab uno Disce omnes.*—67. *in abest a multis codd., etiam Gud.*—68. *Phrygia circum agmina spexit Moret. pr., quod non de nihil est, judice Heinsohn; eodemque Venetus alludit: Phrygia circum agmina ridit. utrumque tamen interpolatoris esse videtur, qui metro consultum esse volebat. Hamb. un. *Ph. a.* circum vidit ex glossa. *spexit Ph. a. circum alter Goth.*—69. *que me tellus* Cuning. ex citat. ap. Quintil. IX. 2. *quenam nunc tellus* Moret. pr. possent alter Hamb.—71. *unquam* edd. Junt. perpetuo lapsu. *et super,* h. e. praterea, bene Pier. et Heins. ex librorum opt. consensu defendunt. Vulgares, insuper. duo Moret. et insuper.—73. *compresso unus Guelpherb.* in Collect. Sax. *comprehensus Dorvill.*—75. Interpunctione locus adjuvandus. Male distinguitur: *Quidve ferat memoret,* qua oratione nihil jejunius post *hortamur fari,* memorem alii legunt in Servianis. *cepto Zulich.* a m. pr., cui Burm. favere ait VIII. 15. *Qrid struat his cæptis.*—76. Versus hic abest a Medic. et Mentel. pr. item a Witt. In Mentel. sec. Gadiano, Rottend. pr. Græv. et Regio ab alia manu est scriptus. Etiam rationib[us] eum deturbat sede Heins, quod lib. IIII. 612 iterum legitur, et quod Simon, homini audaci, non conveniat, *deposita formidine,* et quod v. 107 *Prosequitur pavitans.* Ei accedit Brunck. adde similia apud Cerdam. Enimvero, ut hæc satis gravis sunt, ita non minus altera parte sunt que moram faciunt: singit Simon et hoc, quasi deposuerit formidinem; ut v. 67 *turbatus constitit,* h. e. qui vellet videri turbatus (*timentem turbatumque oculis* Æn. VIII. 232). Nec h. l. bene abesset versus: nec ita abrupte verba ordiri solent loquentes apud nostrum. Etiam Quintus XII. 365 δέ δὲ θύείερος φρεσὶ κάρτος, Τοιδὲ λόγῳ μέτσοις δολοποτέαν ἀγέρνωτ. Et potest casu versus in uno apographo omissus esse. Nam Medicus, Gadianus, Rottendorphius primus, necnon Menteliani, unam faciunt familiam,*

NOTE

68 *Phrygia] Trojana, quia Troas in Phrygia Minore fuit.* Æn. I. 265.

Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcumque, fatebor
 Vera, inquit; neque me Argolica de gente negabo:
 Hoc primum; nec, si miserum Fortuna Sinonem
 Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. 80
 Fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures
 Belidae nomen Palamedis, et inclyta fama

aperiam omnia, quæcumque fuerint; neque negabo me esse e genere Graeco; hoc primum: nec adversa fortuna, etsi miserum fecerit Sinonem, faciet etiam fallacem et mendacem. Si forte inter loquendum de aliqua re, venis ad aures tuas nomen Palamedis Belida, et gloria nobilis per famam: quem Graci sub falso praetextu pro-

ut multis locis cognovimus. *Enimvero ex Pomponii scholio, ad h. l. referendo, didici, Apronianum, e cuius recensione Mediceus Codex est, versum sus- tuisse, quod Virgilii esse non putabat: quod ita accipiendum: Mediceum hoc versu carere, quem ille pro Apronianâ lectione habebat. Itaque judi- cium grammatici habemus, non auctoritatem criticam.—77. quidem Medic. Pierii. v. h. l. Burm. *fuerit quodcumque* Pierius et Heinsius, optimorum codd. et Phœdri, Servii, Donatique auctoritate defendunt. Vulgo, *fuerint quacumque*.—78. *Vera, nec Argolica me jam* ed. Ven. ab interpolatore, qui inquit non ferebat post *fatur*.—79. *ne si* Ven. et ed. Ven.—80. *tingit* Gud. e tribus aliis, *tingat* ed. Ven. *fixxit* Goth. tert. *jam vanum et mendacem* Dorvill.—81. *aliquid* præclare Heins., sc. *nomen*, ex optimis codd. Vulgo etiam apud Grammaticos *aliquid*. v. Heins. et Burm.—82. *Carisius notat, veteres legisse Belida*, quo- modo Βελίδα et Αελίδη pro Αελιδών et Βελιδών dicebant, notante Heinsio. In Zulich. pr. div. lect. *Nauplide*. In *Belida* pro *Naupliada* prosodia hæro ambiguum inter rationem grammaticam et usum. Si a *Belus* est, esse debet media brevi *Belides*: ut *Aeloides*, *Phylacides*. Nec producta illa esse potest, nisi, ubi orta vox fuerit ex *eis* vel *is*. v. Etymol. M. in *Ἄρεβος*. Aut itaque dicendum, patronymicum h. l. ductum esse a *Byleis*, quod non occurrit; aut formandum *Belides*: quod non magis occurrit; etsi sic etiam *Danaides* a Belo dictæ *Belides*, non *Belidae*. Cum igitur et hoc exemplo caret; omnino autem permutationem duorum *Naupliorium* epitheton illud arguat (v. Exc. iv ad h. l.): statuere malebam, vitium lectioni insidere, et amissi priore syllaba *Belida* superesse ex vetere lectione *Naupliada*; hoc etiam Brunc. repositus. Inter hæc tamen non assimil quicquam movere: nam etiam Statius vi, 291 *Belida fratre*, et Ovid. Ep. xiv, 73 *surge age, Belide*. Nolo commi- morare *Tyrrhida* inf. vii, 484 a *Tyrrhus*, nam hoc verius *Tyrrheus* legi arbitrio.*

NOTÆ

78 *Argolico*] De *Argis*, urbe Peloponnesi, Æn. i. 289.

81 *Fando aliquod*] Gerundia modo passive significant, ut hic, *fando*, id est, dum aliquod dicitur: modo active, ut supra v. 6. ‘quis talia fando,’ id est, dum dicit *talia*. Ita Servius.

82 *Belida Palamedis*] Fuit Palamedes Nauplii filius, regis Esbora insulae, in Ægeo mari: per Amymonen, Dani filium, ortum duxit a Belo

Prisco; rege illius Africæ partis, quæ deinde *Ægyptus* vocata est. Is Palamedes infestum habuit Ulyssem duabus maxime de causis. i. Nolebat Ulysses ad bellum Trojanum proficiari cum ceteris Graecis; ideoque insaniam simulans, junctis ad aratrum animalibus diversæ naturæ, serebat salem. Filium ejus Telemachum aratro Palamedes supposuit; quo viso Ulysses aratrum suspendit; atque

Gloria : quem falsa sub proditione Pelasgi
 Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
 Demisere neci ; nunc cassum lumine lugent ;
 Illi me comitem, et consanguinitate propinquum,
 Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
 Dum stabat regno incolumis, regumque vigebat
 Conciliis : et nos aliquod nomenque decusque

85

dictionis innocentem morti addixerunt per crudelē calumniam, quia dissuadebat bellum; nunc deflent priuatum luce. Pater mens pauper misit me, illi Palamedi conitum et sanguine cognatum, huc ad bellum, a prima adolescentia. Dum auctor stetit in regno, et regnum floruit ejus consitit; ego quoque aliiquid famæ et honoris

tror. At Ovid. in Ibi v. 503 *Quique Lycurgiden letavit; huic quid faciemus?* Et sunt alia, que in his variant: ut docte nuper pluribus declaravit Ouwens, eruditus vir, in Noctib. Hagan. III, 23, ut in multis duplex forma admissa esse videatur. Haec igitur et similia dicendum est observanda esse, non mutanda. Ita et illud, quod male me habuit, Mars *Gradivus* prima longa a gradiendo: *Aen.* v. 208 *trudes a trudoendo, disertus a disserendo*, cf. ad Ge. rv. 856.—84. qui vitium est edit. Gotting. *quos* pr. Hamburg. f. *quod*, ut est in Goth. tert., qui porro: *bella vocabat*.—85. *Dimisere* multi h. l. ut alibi, male. v. Heins. et Burm. *nec c.* Goth. tert.—86. et deest sec. Hamb.; id quod ipse malum, et *sanguinitate* Parrh. et Ven. Pro declarativa particula et h. l. est habenda, ut conjicere neceesse non sit: *ut c. pr.*—87. in *axis* Witt. ab *armis* Bigot. Idem fere versus inf. III, 595.—88. *regio incolumis* Goth. tert. a pr. m. *regumque* Heins., secundum optimos codd. Vulgo *regnumque*. Obscurior versus, in quo haesisse quoque acutum judicem Jo. Schraderum e schedis intelligo.—89. *Conciliis Medic.* cum melioribus. Alli *Consiliis*, ut omnes Pieriani, duo ex Goth. Gudian. Mentel. Moret. pr. Sane Regum seu Principum de regno deliberantium fuere *consilia*, et ita proprie deberent dici.

NOTÆ

ita minime stultus esse judicatus est. II. Ulysses ad bellum profectus, et in Thraciam deinde missus ad frumenta convehenda, cum nihil retulisset; increpitus est a Palamede, qui illuc ipse missus magnam frumenti vim advexit. Subtilissimo ingenio fuit Palamedes, et in otio castrorum reperit multa, literas quatuor, θ, φ, ξ, χ, ludos complures, malta de ponderibus.

83 *Falsa sub proditione Pelasgi,* &c.] Sub specie proditionis. Ulysses enim aurum in Palamedis tentorio clam defodit: tum epistolam fingit Priami ad Palamedem, qna gratiae ei agebantur pro proditione, et aurum

muneris loco fuisse datum indicabitur: quod cum Græci in ejus tentorio reperissent, insontem lapidibus obrueront. Rem Dictys aliter narrat. *Pelasgi*] Græci, propriæ Thessali. *Aen.* I. 628. *Indicio*] Relatione Ulyssis, et auri indicatione. *Quia bella vetabat*] Hoc mentitur Sinon, in gratiam Trojanorum, ut fidem sibi apud eos faciat.

86 *Consanguinitate propinquum*] Et hoc mentitur Sinon: non enim Palamedi sanguine junctus fuit, sed Ulyssi; ex eadem Autolici et Sieyphi stirpe.

88 *Regno incolumis*, &c.] Vel intelligit regnum Eubœæ, quod obtinebat Nauplius Palamedis pater; vel potius

Gessimus. Invidia postquam pellacis Ulixī
 (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris: 90
 Afflictus vitā in tenebris luctuque trahebam,
 Et casum insontis mecum indignabar amici.
 Nec tacui demens; et me, fors si qua tulisset,
 Si patrios unquam remeassem vīctor ad Argos, 95
 Promisi ultorem; et verbis odia aspera movi.
 Hinc mihi prima mali labes; hinc semper Ulices
 Criminibus terrere novis; hinc spargere voces
 In vulgum ambiguas, et quærere conscius arma.
 Nec requievit enim, donec Calchante ministro— 100
 Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?

obtinui: postquam invidia fallacis Ulysei (non ignota dico) abiit ex hoc mundo superiori; tristis ducebam vitam in dolore ac tenebris, et clam indignabar ob mortem innocentis amici. Nec siliui insanus: et si me fortuna aliqua reduxisset, si aliquando rediissesem vīctor ad patrīum meam Argos, promisi me fore ultorem, et querelis concitavi acerbum odium Ulyssis in me. Hec mihi fuit prima origo calamitatis: inde semper Ulysses cœpīt me terrere novis criminacionibus: inde emittere in plebem sermones dubios de me, et apud se reus quærere ea unde mihi noceret. Neque vero cessavit, donec Calchante administro.... At vero cur ego hæc frustra

Sed poëtæ videntur id sequi, quod a vulgari usu recedit, et ponunt concilia.—
 90. *fallacis* multi codi. ap. Heins. et Pierium, quem v., quod est vulgare. cf. Bentl. ad Horat. III Carm. 7, 20. *Ulyxi* Heins. h. l. ut sup. v. 7, ubi vide. alii *Ulyx* vel *Ulyxis*. *infeliz* *Ulycis* Zulich. ex VII, 613.—91. *logiar* unus Leid. a m. pr. *excessit* Longob. *decessit* Pnget. *discessit* Zulich. quæ omnia vulgaria sunt. vulgatam lectionem etiam Donatus agnoscit. ab ariis Exc. Burman., soliti lapsus.—92. *affictans* alii monente Taubmanno. *rita*, erasa litera *m*, Regius Cod. *luctumque* Franc. a m. pr.—93. *casi* Venetus.—94. *Nec t.* *infelix* pr. Moret. et *sora me si qua* ed. Ven. *sors* multi, *vitio* *solenni*.—95. *usquam* duo. *remearem* Sprot. *ad agros* idem, sec. Hamb. et Ven. *in agros* Leid. et duo pro div. lect. Malim equidem ita scripsisse, cum de homine privato agatur, non de Diomede, cui tale quid convenientius esset: si *remeassem vīctor ad Argos*.—96. *Lectio*, quam Faber ex Servio ad h. l. excuspsit et Conning. recepit, *hinc ascita mihi labes*, nihil est et plane nulla. Nam recentior Grammaticus expliciterat vocabulum *ascita* rarius, quod in Servii explicatione occurrit, per vulgare *adsunta*, nullo ad ipsum poëtam respectu.—99. *In vulgum ambiguam* Sergins in Artem Donati; sed v. Heins. In altero hemisticchio etiam Jo. Schraderum haesisse, lubens cognovi.—100. *magistro* Goth. alter. Quia in media sententia interpellat se, iuepti quidam in MSS. supplerunt: *Hostia tum (sum) miser ac sacras reputatus ad aras*.—101. autem

NOTÆ

commune imperium et concilium *unum peti*. *Arma*] Sunt cuiuslibet Græciae totius, ad bellum Trojanum rei facienda instrumenta et auxilia, consociatae.

99 *Querere conscius arma*] *Conscius*: id est; sciens se reum occisi *Palamedis*, atque adeo se verbis et querelis *meis* Delph. et Var. Clas. *Virg.* 100 *Calchante*] Calchas, Gracorum augur: cuius abeque consilio et divisione nihil Trojano bello gestum

Quidve moror? si omnes uno ordine habetis Achivos,
Idque audire sat est; jamdudum sumite poenas.
Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridæ.

Tum vero ardemus scitari et quærere causas, 105
Ignari scelerum tantorum artisque Pelasgæ.
Prosequitur pavitans, et facto pectore fatur:
 Sæpe fugam Danai Troja cupiere relicta
Moliri, et longo fessi discedere bello.
Fecissentque utinam! Sæpe illos aspera ponti 110
Interclusit hyems, et terruit Auster euntes.
Præcipue, cum jam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi

renarro vobis ingratia? aut cur moror? si codem modo tractatis omnes Græcos,
et si jamdudum satis est hoc audire; sumite supplicium de me: hoc optaverunt Ulysses,
et Atridæ magno pretio emerint. Tunc autem cupimus interrogare, et petere
causas, insciis tantorum criminum et fraudis Græcæ. Pergit timens, et mendaci
animo ait: Sæpe Græci optaverunt fugam petere Troja reliuta, et abire, fatigui
diuturno bello. Et utinam id fecissent! Sæpe adversa tempestas maris eos deti-
nuit, et Auster terruit abeuntes. Præsentim cum jam staret hoc loco equus extru-
tus e lignis acernis, nubes tonuerunt toto aëre. Incerti mittimus Eurypylum ad

deest fragm. Moret. et ed. pr. Burm. sed autem, ut ap. Plaut. Rud. II, 5, 11.
neququam ap. Macrob., ut passim in MSS. v. Pierium h. l. ignota revolto ed.
Venet.—102. *in ordine* Exc. Burm.—104. *Hæc I.* Marius Victorinus in Arte Grammat. v. Heins. inf. ad 664. *hoc magno* tres Moret. Menag. pr. Leid. et Schol. Horat., nec displicet; scil. ut copula absit. *Ithacus, Ἰθάκης* cum Euriplide, v. c. Cyclops v. 103 et aliis. Apud Hom. Ἰθαρχοι.—105. *Diam* vero Leid. *scitare* Exc. Burm. scrutari Goth. sec., quod vulgare esset.—106. *Pelasgi* Excerpta eadem.—108. *coluere* Carissius p. 193, ubi *sæpe* pro aliquoties explicat Burm.—109. et abest Parrhas. *decedere nonnulli*, ut editum a Germano et Cerda. Enimvero aut *decedere absolute* vix bene diceretur, aut *de-*
cedere bello, ut, nocti III Ge. 467, calori IV Ge. 23, alium sensum daret. Contra *discedere* est proprium de exercitu dimisso. v. Burm.—110. et *sæpe* sec. Rot-
tend. portum Montalb. a m. sec., scilicet ut esset: *illis a. portum I. hyems.*—
112. *jam* cum Medic. *cum hic* Dorvill. *confectus* pr. Hamb. *confectus* Menag. alter. *concectus* Franc.—114. *Eurypylum*, *Euripilum*, *Euriphilum* librariorum

NOTE

est. De Achivis, Græcis, Æn. I. 492.

104 *Ithacus velit, &c.]* Rem facietis optatissimam Ulyssi *Ithacæ regi*, et *Agamemnoni et Menelao Atrei filiis.*

106 *Pelasgæ]* Græcæ, nam suspecta olim fuit Græcorum fides. De *Pelasgias*, Æn. I. 628. De *Danais*, Æn. I. 34.

111 *Auster]* Ventus meridionalis, adversus redeuntibus e Troade in Græciam. De *Astro*, Ecl. II. 58. *Acernis]* Ex acere arbore, erable.

114 *Eurypylum]* Augurem nobilem, quem quadraginta navibus ad bellum Trojanum venisse ait Homerus II. r. 736.

- Mittimus, isqne adytis hæc tristia dicta reportat: 115
 Sanguine placastis ventos et virgine cæsa,
 Cum primum Iliacas Danai venistis ad oras:
 Sanguine querendi reditus, animaque litandum
 Argolica. Vulgi quæ vox ut venit ad aures:
 Obstupuere animis, gelidusque per ima cucurrit 120
 Ossa tremor; cui fata parent, quem poscat Apollo.
 Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu

consulendum oraculum Apollinis: et ille refert ex ejus penetralibus hæc tristia verba: *O Græci, cum primo venistis ad littus Trojanum, propitiatis ventos sanguine, et immolata virgine: reditus impetrandum est sanguine, et sacrificandum est anima Græca. Quæ vox postquam venit ad aures plebis, obstupuerunt animi: et frigidus timor penetravit in oea intima; cui mortem destinant, quem petat Apollo. Tum Ulysses magno tumultu educit in medios ratem Calchanta: querit que-*

lapsu. Est Εὐρύτυλος, scitatum defenditur ab Heins. et Burm. Plerique codd. scitament, etiam Gud. a. m. pr. at Medic, inquit Heinsius, probe scitatum. Sed ne mireris, Gudianum a Mediceo hic dissidere, tenendum, in Mediceo a prima manu scitatum esse scriptum, quod erratum esse potest ex scitament, veriorque adeo hæc et eadem doctor lectio, quam et ex Longob. Pierius afferit et Servius exponit. Pomponii memorabilis est nota: scitatum, non si tantum. Igitur Aprouiana, quam ille fere sequitur, lectio, ac potius correctio, est scitatum; eam exhibeat tres Goth. post Regium; etiam Cari-
 sius memorat. v. Pierius, et in Servianis aliquis. Porro scitari Puget. cum Bigot. et binis Hamburg. pro var. lect., quod græcum esset. sed recte Burmannus monet, græcissimum non ubique contra codd. esse intrudendum. scitatem ed. Mediol. citatum Zulich. vitiōse.—115. que abest ab Parrhas. in que alter Hamb. susque Montalb. tristia donec pr. Hamb.—116. placasti alter Hamb.—118. animamque Argolicam alter Hamb. cum Longob. litandum est Medic. Pierii.—120. animi Servius. Sic et Dorvill. cum Gothanis et aliis sine dubio codd. et edd. nonnullis, quod eset vulgare: hoc tamen maluit Heins. inf. ix. 123. Obstupuere animis Rutuli. Obstupuere scribitur et hic in codd.—121. parant Hamb. sec. p̄t̄at alter Goth. paret conj. Viri docti misc. Obss. crit. T. II, p. 86, ut Apollo intelligatur; quod haud dubie leniorem junc-
 turam facit. Receptam tuerit Burm.—122. Hinc Sprot. magno ratem tres ap. Burm. et tert. Goth. Calcanta male scribunt librarii. Calchante Mont.

NOTE

116 *Virgine cæsa*] Iphigenia, Agamemnonis filia. Nam Græci Trojanum profecti, cum ad Aulidem Boeotiae portum venissent, suspensis ventis et pestilentia grassante, consuluerunt oraculum; a quo responsam est, Agamemnonis filiam Dianæ esse immolandam: sed hæc in ipso sacrificio a Diana subducta est, et cerva ejus in locum supposita; ipsa virgo in Tauricam regionem translata, ubi

Dianæ sacerdotio functa est. Videtur tamen Virgilii cæsam affirmare, ut et Ovidius.

118 *Litandum*] Et sacrificandum, differunt; nam litarē dicuntur ii, quorum sacrificium Diū gratum et acceptum est: vel a luo, id est, solo; vel a λυτή precatio supplex, unde et λυταῖ nostræ derivantur. De Apolline, vaticiniorum Deo, Ecl. III. 104.

Protrahit in medios; quæ sint ea numina Divum,
Flagitat. Et mihi jam multi crudele canebat
Artificis scelus, et taciti ventura videbant.

125

Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit vocem, et me destinat aræ.
Assensere omnes; et, quæ sibi quisque timebat,
Unius in miseri exitium conversa tulere.
Jamque dies infanda aderat: mihi sacra parari,
Et salsa fruges, et circum tempora vittæ.
Eripui, fateor, leto me, et vincula rupi;
Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva

130

135

*nam sit illa voluntas Deorum: et multi mihi jam prædicebant crudele crimen
artificiosi Ulyssis, et clam prævidebant futura. Ille Calchas tacet per decem
dies: et occultus abnuit declarare ullum voce sua, aut objicere morti.
Denique agre coactus magnis clamoribus Ulyssis, ex compacto emittit vocem ei me
devovet altaribus. Applauserunt omnes: et passi sunt verti in perniciem unius
miseri ea, quæ unusquisque metuebat sibi. Jamque dies funesta advoerat: mihi
incipiebant parari sacrificia, et mola salsa, et tenie circa caput pendulae. Sub-
duxi me morti, fateor, et alrapi cutenas, et latui per noctem obscuram in herbis*

alb.—123. *ea manera* pr. Hamb. perpetuo lapsu.—125. *ventura timebant*
Hamburg. pr. pro div. lect., sed v. Burm. taciti erasum erat in Gudiano v.
eund. pacidi conj. Jo. Schrader.—126. *bis senos* Bigot.—127. *pro aut neminem*
video legere atque.—128. *magni editio* Dan. Heins. vitiōse, clamoribus actus Zu-
lich.—129. *Compositam Longob.* et Goth. pr. *rupit* Medic. cum majore librorum
parte, etiam ap. Pier. *compositor rupit* Vratislav. *et me* Goth. tert.—130. *time-
banti Gud.* a.m.pr., non male, ut etiam in Servianis monitum. *sibi q. parabat* Goth.
tert. a.m.pr.—132. Ergo dies ap. Nonium in *dies*, sed v. Heins. ad Ovid. III Met.
519. *dies infesta* Goth. tert. *parantur* Goth. pr.—134. *leto fateor* tres ap.
Burm. *fateor me leto duo ibid.*—135. *lacus* Goth. pr. Sic deb. Limosaque
lacus—ulva, quod imitatione expressum putare possis a Lucano in noto illo:

NOTÆ

123 *Numina*] Hic summi pro voluntate Deorum, haud dubium est: vide *Æn. I. 137.* *Ithacus*] Ulysses, Ithacus insulæ rex.

133 *Salsa fruges*] *Mola*, placentæ species, ex *farre* sive *frumento*, *salso*, *tosto*, ac *molito*: unde *mola* appellabatur; et victimæ, quarum fronte ante sacrificium imponebatur, dicebantur *immolari*. *Ecl. VIII. 82.*

Vitta] *Infusa*, fascia latior, vulgo lanaea et nivea; ex qua minores

aliae dependebant: unde *Lucretius I. I. 87. de Iphigenia immolanda*: ‘Cui simul insula virgineos circumdata comptus, Ex utraque pari malarum parte profusa est.’ Hac insula non tantum victimæ, sed sacerdotes, et ipsa etiam Deorum simulacra corobabantur: unde, infra v. 168. ‘Virgineas ausi Divæ contingere vittas.’

135 *Ulva*] Herba quælibet palustris, sine certo nomine.

Delitui, dum vela, darent si forte, dedissent.
 Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi,
 Nec dulces natos exoptatumque parentem :
 Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
 Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt. 140
 Quod te, per Superos, et conscientia numina veri,
 Per, si qua est, quæ restet adhuc mortalibus usquam
 Intemerata fides, oro, miserere laborum
 Tantorum ; miserere animi non digna ferentis.
 His lacrymis vitam damus, et miserescimus ultra. 145

limosi lacus, donec præberent vela ventis, si fortasse præbituri essent. Neque mihi nunc spes ulla est videndi veterem patriam, et jucundos liberos, et patrem desideratum : quos illi fortasse ad sacrificium repetent ob meam fugam, et expiabunt hoc delictum nece miserorum. Hoc ergo precor te, per Superos et Deos qui veritatem scient ; per, si qua est inviolata fides, quæ supersit uspiam hominibus : miserere tol calamitatum, miserere animi indigna passi. His lacrymis concedimus vitam, et

Exul limosa Marius caput abdidit ultra, ii. 70.—136. diligui Menag. alt. daret fragm. Moret. si forte tulisset alter Hamb., solita variatione in hoc verbo ; nisi putes : si fatal tulissent. Sensus communum versui subiecti interpunktione mutata : ut sit, dum vela darent, si forte darent. Vulgo legebatur jejune et incommodo ; dum vela darent, si forte dedissent. Multa argutantur Servins et Donatus ; nihil, quod ad rem faciat. Itaque malebam suspicari, versum imperfectum : Delitui, dum vela darent, ab aliena manu male esse suppletum.—138. Ex Serviunis appetet, fuisse olim, qui duplices legerent, quia dulces leve esset et commune epitheton liberorum. Inepte.—139. fors et p. Medic. Gud. et Rottend. tert., quibus addit Serviun. ut sit : quos forsan etiam illi pñnas reposcent. poscere cum duobus accusativis illustrat Heins., sed recte monet Burmannus, iis locum esse, ubi aliquid poscimus, quod ille ipse, a quo poscitur, dare vel facere possit ; at filii ipsi Simonis vice puniendi poscebantur. fors et ortum ex scriptura antiqua et pro ad. Junxere apud Serviunum alii forset pro fors, fors sit, fortasse. Vulgatam habet Pomponius. Quos illi ad p. forsan ed. Ven.—140. refugia Bigot.—142. restet ab Heins. receptum, quippe eleganter post si qua est, ex Medic. a m. sec. Gudiano sec. et tert. Rottend. et Menag., addit Goth. tert. Vulgo restet. unquam Medic. a m. pr. et alii, vitiouse.—143. horum m. laborum Bigot. malorum Ven.—144. miserere viri Bigot.—145. censiam Ms. Petav. solenni varietate, sed bene Burmannus monet, h. l. censiam per vitam potuisse explicari, non facile vitam per censiam ultra pr. Hamb. pro var. lect. Ceterum possit distingui ante ultra ; nec

NOTÆ

141 *Quod]* Vel est quocirca ; vel re-
 dundat, ut saepe apud Graecos &c. ;
 quod te oro ; id est, hoc te oro, hoc unum
 te oro, miserere, &c. Sic Æn. vi. 363.
 ‘ Quod te per cœli jucundum lumen
 et auras, Per genitorem oro,’ &c.

142 *Per, si qua est, &c.]* Locutio
 poetis familiaris ; et sensus est : Per
 intemeratam fidem, si qua est intemerata
 fides hominibus. Sic Æn. xii. 56.
 ‘ per si quis Amatæ Tangit honos ani-
 mum.’

Ipse viro primus manicas atque arcta levari
 Vincla jubet Priamus ; dictisque ita fatur amicis :
 Quisquis es, amissos hinc jam obliscere Graios ;
 Noster eris ; mihique haec edisse vera roganti.
 Quo molem hanc immanis equi statuere ? quis auctor ? 150
 Quidve petunt ? quae religio ? aut quae machina belli ?
 Dixerat. Ille dolis instructus et arte Pelasga,
 Sustulit exutas vincis ad sidera palmas :
 Vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
 Testor numen, ait ; vos aræ, ensesque nefandi, 155
 Quos fugi, vittæque Deum, quas hostia gessi :

lubenter miseremur ejus. Ipse Priamus imperat solci manicas et catenas strictas ; et amicis verbis sic loquitur : Quicumque sis, jam inde obliscere Graeos relictos, noster eris : sed hac mihi potenti vere declara. Cur posuerunt hanc ingentem molem equi ? quis hujus auctor est ? aut quid petunt ? quae est in eo religio ? aut quæ est haec machina belli ? Dixerat. Ille, imbutus fraudibus et calliditate Graeca, extulit ad astra manus solutas vinculis : Vos attestor, inquit, ignes sempiterni, et inviolabilem restraint divinitatem : vos aræ et enses funestis, quos evitari ; et tenia Deorum, quas victima gestavi ; liceat mihi violare arcana sacramenta

tamen satis bene.—146. *Ipse ultro primus Sprot.* *manicas primus* alter Hamb. *alta Hugen.* *arta atque Græv.* *levarit Goth. tert.*, deberet sequi : *Vincla senex vel bonus Priamus.* *Pro ita fatur Goth. tert. adstat,* forte ex *adstat*.—148. *hic Leid.* et alt. Rottend. *hinc nam pr.* Moret. *hinc obliscere Bigot.*—149. *mihi haec hiatu relicto Leid. Montalb.* alt. Hamb. *mihique hoc* Sprot. *mihique edisse duo aut tres Heini.* Sed *mihique haec agnoscit etiam Donat. ap.* Burm.—150. *quid molem Hugen.* qui pr. Moret. a m. pr. *hunc abest sec.* Hamb. *stravere Ald.* quis *actor* Hamb. pr.—151. *petant* tres Burm. *petit* Sprot. a m. pr.—153. *exhaustas* Leid. unus. *extas* Goth. alter.—154. *vestrum N.* *Speciosissima* est Marklandi emendatio ad Stat. p. 7 *Vesta N.*, qui etiam praecipue advocat versus inf. 296. 297. cf. Jortin (*Tracte Tom. II.* p. 466). Firmat eam codex Ge. Fabricii, forte et hoc, quod Simon, qui jam Trojanus civis videri volebat, numen Trojæ tutelare invocat. Obstat tamen, quod jam a viris doctis monitum, non *ad urbem et arcem*, in qua servabatur sacer ignis, *conversum, sed manibus ad sidera sublatis* haec dicere Sinonem. cf. Burm.—156. *vittæque, Deum q.* ita distinguuntur in Mentel. et in Pierii codd., et sic jam olim distinctum Servii tempore. Placebatque Cerdæ ea ratio. Sed

NOTE

146 *Manicas*] Vox a *manu* deducta : significatque aliquando vestium partem, quæ manus et brachia protegit : aliquando vincula manuum ; ut *compedes*, pedum.

152 *Arte Pelasga*] *Græci* vafritie et mala fide infames fuerunt. *De Pelasgis*, proprie Thessalis, *AEn. I.* 628.

154 *Vos, aeterni ignes*] Aliqui expli-

cant de ignibus aræ, quos effugerat ; alii melius cum Servio, de Sole, Luna, sideribus aliis. Nam haec putabant veteres, et ignes esse nature, et in aeternum lucere, et habere divitatem : et frequenter jurabant per sidera, *AEn. VIII.* 429. ‘colum hoc et conscientia sidera testor.’

Fas mihi Graiorum sacrata resolvere jura,
 Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
 Si qua tegunt; teneor patriæ nec legibus ullis.
 Tu modo promissis maneas, servataque serves
 Troja fidem; si vera seram, si magna rependam.

160

Omnis spes Danaum, et coepit fiducia belli
 Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
 Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulixes,
 Fatale aggressi sacrato avellere templo
 Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
 Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis

165

Græcorum: liceat odisse illos, et exponere cuncta in lucem, si occultant aliqua: neque vero jam obstrictus sum ullis legibus patriæ. Tu tantum, o Troja, sta promissis; et per me servata, serua mihi fidem: si vera profero, si magna præsto. Tota spea Græcorum et confidens incepti belli posita fuit in ope Palladis. At vero a quo tempore impius Diomedes et Ulysses repertor criminum, aggressi auferre e sancto templo Trojæ, fatale Palladium, occisis custodibus summæ arcis, rapuerunt

ritæ Deum sunt divinis rebns adhibitæ. et ritæque Witt.—157. *secretæ* Leid. Hamb. sec. et pro var. lect. alter Leid., quod a Couterio male defensum recte rejecit Burmannus. *revolvæ* Hamb. pr. et Menag. alter.—158. ac o. Oudart. et cuncta quæ Moret. et cunctas Menag. pr., omnes vitiose.—159. *patriæ* teneor Leid., meo sensu mollius. *teneat* Heuman. conj., non male; vide tamen Burm.—160. *Dum modo* Wall. *jurataque* tert. Moret. *promissaque* Goth. tert.—161. *si vera rependam* Menag. alter, ex priore loco. *repandam* nonnulli apud Pierium. Sed magnam mercedem pro salute sua persolvit, arcana Græcorum retengendo.—162. *capti* Vratisl. *capti et Ven.* cf. v. 75.—163. *auxilio* tres Burm., quod vulgare esset. *semper fuit* Bigot.—164. *Titides* libri, vitiose. *scelerumque repertor* Græv. ex glossa. vid. Burmann.—165.

NOTÆ

159 *Si qua tegunt]* Si, pro siquidem, non dubitantis, sed affirmantis est.

162 *Danaum]* Græcorum. Æn. I. 34. De *Pallade*, Ibid. 43. et supra, 31. De *Tydide*, Diomede Tydei filio, Æn. I. 101. De *Ulysse*, supra, v. 7.

166 *Palladium]* Statua fuit Palladis, armata parma, id est, scuto breviore, et basta; eo ritu consecrata, ut crederent, urbem, in qua esset, inex-pugnabilem fore. Aliqui dicunt e cœlo esse delapsam; alii factam ex ossibus Pelopis. Hanc Ulysses et Diomedes, sublapsi per cuniculos aut cloacas in urbem Trojam, ex arce subripuerunt: Diomedes deinde post

excidium Trojæ tempestate actus in Italiam, Deorum responsis monitus ut Palladium Trojanis restitueret, dicitur illud Æneæ per Calabriam transeunti restituisse, vel cuidam ex Æneæ amicis, cui nomen Nautæ. Ab hoc illatum in Italiam, et Lavinii pri-mum, deinde Albæ, tum Romæ ser-vatum in templo Vestæ, sub Vestalium et Nautæ familiæ custodia; tam secreto, ut Herodianus testetur, sub Commodo Imperatore cum templum Vestæ conflagrasset, Palladium Romæ tunc primo visum esse. De vatis, supra v. 183. *Virgines* dicuntur, quia *Pallas insupta*.

- Virgineas ausi Divæ contingere vittas :
 Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
 Spes Danaum, fractæ vires, aversa Deæ mens. 170
 Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
 Vix positum castris simulacrum : arsere coruscæ
 Luminibus flammæ arrectis, salsusque per artus
 Sudor iit; terque ipsa solo (mirabile dictu)
 Emicuit, parvamque ferens hastamque trementem. 175.
 Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas ;
 Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis ;

sacram statuam; et ausi sunt tangere sanguinolentis manibus virgineam insulam Deæ: ab illo tempore spes Græcorum caput evanescere, et retro acta abire: vires infirmatae sunt, animus Deæ alienatus est ab iis. Nec incertis portentis id significavit Pallas. Vix statua deposita est in castris Græcorum; cum rutile flammæ eruperunt ex ejus oculis subrectis, et salsus sudor fluxit per ejus membra, et ipsa ter exiliit e terra, quassans clypeum et hastam trementem; quæ res est miranda dictu. Statim Calchas declarat tentandam esse fugam mari: nec posse Trojam

egressi Græv. advenire Menag. alter pro abcellere.—168. virgineasque ed. Dan. Heins. *Diras* Menag. alt. *sunt Diræ ausi Ven. et Parrhas.*—169. *retro ac s.* Menag. *et retro duo Burm. sublate* Hamb. pr. et pro div. lect. Znlich., sed vindicat vulgatam Nonius in *fluere*, et repetitus idem versus Ge. 1, 200, ubi pro *fluere*, *ruere*. Sane, quæ retro labuntur, ruunt proprio voc., sed *fluere* exquisitus pro hoc ipso *ruere*. Et h. l. poëta non de monte sed de flumine petiisse notionem videri potest.—170. *adterea* Gud. cum quinque aliis, solemni varietate.—173. *arreptis* Zulich., vitiosæ; idem *frementem*. Porro expectabat forte aliquis *parvam vibrans hastamque tr.* aut simile quid paulo fortius. Sed sobrie ac pudenter poëta in tali *reparebat*; maluit is Deæ formam declarare et satis habuit *frementem* addere, Deæ signo à terra subsiliente, tanquam præira. (Quod in Servio ad 173 est, *sudor salsus*: “Hoc autem Ennius de Lamis dixit;” leg. *de lacrymis*. Locus esse debuit, qualis Accii in *Phœnissis*: *Sal-sis cruentum guttis lacrymarum lavi*. Ex Ennio laudatur apud Macrobi. vi, 2 *Negue misera lacere lacrymæ salsum sanguinem*).—177. *Non* Goth. tert. *excindī*

NOTÆ

171 *Tritonia*] Pomponius Mela I. 1. c. 7. paludem et amnem Africæ *Tritonia* memorat, non longe a Syrti minore: ‘unde,’ inquit, ‘et Minervæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ: faciuntque ei fabulæ aliquam fidem; quod quæ natalem ejus putant, ludicris virginum inter se decertantium celebrant.’ Sic et Lucanus I. ix. 347. ‘Torpentem Tritonos adit illæsa paludem. Hanc et Pallas amat: patrio quæ vertice nata Terrarum primam Libyen (nam

proxima cœlo est, Ut probat ipse calor) tetigit: stagnique quieta Vultus vidit aqua, posnitque in margine plantas; Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.’ Vel forte allusum est a Latinis auctoriōbus ad Græcam Palladis epithetum, quo dicitur, Iliad. II. 157. et alibi, ἀποτάρη indefessa, expers timoris; a τρεῖς timere, et a privativo.

176 *Calchas*] Græcorum vates.

177 *Pergama*] Arx Trojæ, Αἴαν. I. 470. *Argi*, et *Mycenæ*, urbes Peloponnesi, regiæ Agamemnonis, Αἴαν. I. 288.

Omina ni repeatant Argis, numenque reducant,
 Quod pelago et curvis secum avexere carinis.
 Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenas, 180
 Arma Deosque parant comites, pelagoque remenso
 Improvisi aderunt. Ita digerit omina Calchas.
 Hanc pro Palladio, moniti, pro numine læso
 Effigiem statuere; nefas quæ triste piaret.
 Hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185
 Roboribus textis, coeloque educere, jussit:
 Ne recipi portis, aut duci in moenia possit;
 Neu populum antiqua sub religione tueri.

everti Gracis armis, nisi requirant ex urbe Argis alia auspicia; et reducant Palladum faventem, quem prius mari et curvis navibus secum adduxerant. Et nunc si vento redenunt Mycenas, in urbem patriam; parant nova bella et Deos socios, et mari iterum trajecko aderunt inexpectati: sic Calchas disponit omnia. Pro Palladio rapto, et Dea offensa, admoniti extruerunt hoc simulacrum, quod expiatet funestum crimen. Tamen Calchas præcepit eos extruere lignis compactis hanc molem altissimam, et eam ad celum erigere: ne possit capi portis, et induci in muros; neve spercere populum, secundum antiquam religionem. Nam, dicebat, si vestre

multi scribunt etiam ap. Burm.; adde fragm. Vatic. excidi Zulich.—178. *Omnia vulgg. Numina ni r.* Zulich., ab interpolatione, ex iis, quæ sequuntur. —179. *pelago et curvis carinis, ornata satis, sed forte secundis curis a Virgilio delendum. et nusquam deletum video.* *acezere post Pierium debetur Heins.* e melioribus codd. petutum. vulgo, *aderezere* (quod tamen et ipsum fragm. Vatic. exhibet), et Voss. un. cum Goth. tert. *adduxere*, male.—180. *Et nunc qua* Menag. pr. Vide an poëta dignior sit oratio ex mutata interpunctione: *Et nunc, quod—Calchas, Hanc pro Palladio—effigiem statuere.* In medio posita reliqua, tanquam in parenthesi.—181. parent Parrhas. parant socios Goth. tert., non malo lapsu.—182. *aderant Medic.* a pr. m. *omina bene Heins.*, librorum meliorum consensu. vulgo, *omnia*, quod sane ad intelligendum facilius. Sed v. Not.—183. *Et pro n.* Rottend. tert. *numine rapto* Oudart., sed *læso* doctius; nam *læsa* Dea, quod fuerat rapta.—185. *Hanc adeo* Ms. Fabric. cum *Mediceo* Pierii; nisi hunc eundem Fabricius respergit. *tamen recte,* quod vim propriam hic habere, intelliges ex nostra interpretatione. *immense* Goth. tert., ex interpretatione, ut sit pro immense.—187. *Neu recipi* Priscianus lib. xvii cum codd. aliquot. in *portis* sec. Moret. *nec duci primus* Moret. *posset* Priscian. ibid. c. Gudiano et al.—188. *Nec alii.* Sed in his

NOTÆ

178 *Omina ni repeatant, &c.]* Respergit morem Romanorum, inquit Servius: nam si egressi male pugnassent, revertebantur ad captanda rursus aurguria: aut si longius abessent Roma; locus aliquis ex agro captivo Romanus siebat, in illa provincia in qua bellabatur, ad quem, si renovanda essent auspicia, dux rediret.

182 *Omina Calchas]* Legunt multi omnia.

186 *Roboribus]* Vel species est querens robur; vel lignum quodvis durissimum, Ge. i. 162.

188 *Antiqua sub religione tueri]* Id est, in locum Palladii succedere, quod antiquo cultu et populi credulitate urbem servaturum erat.

- Nam, si vestra manus violasset dona Minervæ,
 Tum magnum exitium (quod Di prius omen in ipsum 190
 Convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum.
 Sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem :
 Ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
 Venturam, et nostros ea fata manere nepotes.
 Talibus insidiis perjurique arte Sinonis 195
 Credita res, captique dolis lacrymisque coactis,

manus lessissent hoc oblatum Palladi munus; tunc magnam ruinam imminentem regno Priami et Phrygibus, quod raticinium Dii potius concertant in ipsum Calchanta: si vero manibus vestris inductum fuisset in urbem vestram; sponte Asiam magnis copiis venturam esse ad urbes Peloponnesi, et ea fata spectare nosnos posteros. Talibus dolis, et vafritie perjuri Sinonis, res credita est; et decepti fraudibus,

varietaſ MSS. ad fastidium. teneri Priscian. l. c., vitiōſe.—190. *excidiū* Priscian. ibid. alter Hamb. et Voss.—191. *convertent* Puget. *Phrygiis* Hamb. pr. cum aliquot codd. Pierii et fragm. Vatic. antiquissimo. Burmannus laudat Drakenb. ad Sil. viii. 243. *Frigibus, Frugibus* male scribitur.—192. *vestris manibus* Parrhas. et Ven. cum Goth. tert.—193. *magnam* Hamb. pr. *Pelopea* Heins., recte, cum Mediceo et Schol. Stati. addit. Goth. sec. Vulgo *Pelopeia*, quod et ipsum bene scribitur, sed non h. l. *ad Pelopeia* sec. Hamb. interpolate.—194. *in nostros* Witt. *et restros* Bigot.—196. *coactis* Heinso accepit ferendum, qui Medicei optimorumque codd. et Grammaticorum, Servii in primis, forte et Donati auctoritatem recte secutus est. Probat

NOTE

191 *Phrygibus*] Trojanis, in Minore Phrygia sitis. *Æn.* i. 385.

193 *Asiam*] Duplex est: Major et Minor. *Major*, e tribus mundi partibus, quas veteres agnoverunt, longe maxima est: quam ab Europa Tanais fluvius, Pontus Euxinus, et *Ægeum* Mare determinant; ab Africa Sinus Arabicus: nunc in partes distincta præcipue sex, imperium Moscoviticum, Tartaricum, Turcicum, Persicum, Indicum, et Sinense. *Minor*, peninsula est Majoris Asiae, maxime occidentalis: inter pontum Euxinum; et eam Mediterranei Maris partem, quæ Iasico Sinu terminatur: nunc *Natolie*: de hac sermo hic est, quia in ea erat *Troas*.

Pelopea ad menia] Vel *Argos*, ubi præcipue regnavit Pelops: vel totam peninsulam isthmo Corinthiaco Græcise annexam; quæ cum *Apis* di-

ceretur, *Peloponnesus* deinde, id est, *insula Pelopis*, vocata est a *Pelope*; qui e Phrygia, ubi Tantalus ejus pater regnaverat, coloniam eo deduxit. *Pelops* a Tantalo patre dicitur appositus fuisse Diis ad epulas, cumque humerum avidior Ceres comedisset, eburneo humero donatus a Jove. *Œnomannus* deinde regem Elidis curuli certamine vicit, fraude aurigæ Mytili, qui vectem axi subduxerat: atque ita Hippodamiam *Œnomai* filiam solus e procia obtinuit, alii tredecim ab *Œnomao* jam ante victis et occisis: eam enim is posuerat legem, ut virtus moreretur, victori filia nubaret, monitus oraculis a genero sibi mortem imminentem. *Pelops* ex Hippodamia *Atreum* ac *Thyestem* suscepit: *Atreus Menelaum et Agamenon*.

Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Hic aliud majus miseris multoque tremendum
Objicitur magis, atque improvida pectora turbat.
Laocoön, ductus Neptuno sorte sacerdos,
Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt :

200

205

eiusque fletu subacti sunt ii, quos neque Diomedes, nec Achilles Larissæus, nec decem anni, nec mille naves subegerant. Tunc aliud majus et longe magis terrible portentum objicitur miseris Trojanis, et turbat incutias mentes. Laocoön sorte electus sacerdos Neptuno, sacrificabat magnum taurum ad solennia altaria. Ecce autem (horresco narrans) duo serpentes immensis spiris a Tenedo emissi per mare sedatum, innatant undis, et simul accedunt ad littus: quorum pars anterior sublata e

quoque Tyrwhitt, apud Dawes. Misc. crit. cum Burgess. v. c. p. 386. Sic et a Pomponio lectum et in fragm. Vatic. Illustrat lacrymas coactas Heins. et h. l. eas defendit ipsa rerum ratio ac veritas. Vulgo coacti, sive omnes Pierii.—199. *Huc aliud* Donat. *miseris majus* pr. Hamb. timendum idem. vulgata est apud Nonium in *tremere*.—200. *Objicitur monstrum* Bigot. Sed id jam peti poterat ex 171. *Nec dubiu[m] ea signa dedit Tritonia monstria.* Sed *aliud* est alia res. ac *impr.* Leid. un.—201. *Laocoön, Lachoon* in Gothicis; et sic sine dubio etiam in aliorum libris fuit. Ita enim fere librarii. v. sup. 41. cf. ad Petron. 89. v. 19 et 43. Burm. Anthol. lat. lib. 1. ep. 110. *Neptuni* Bigot. et a m. pr. Hugen. a sec. Hamb. pr. Sed alterum doctius.—202. *taurum immensum* sec. Hamb. *ingentes m. ad aras* Goth. pr. Porro *solennis sacerdos* olim junxere viri docti. v. Pompon. Sabin.; at cf. Not.—203. *a Tenedo gemini* Hamb. pr., quod mollius. *geminae*—*angues* pr. Moret., ut solet non-nunquam. Sed uni libro tali in re non parendum.—206. *incubent* Mentel.—

NOTÆ

107 *Tydides, &c.]* Diomedes Tydei filius, *Æn. I. 101.* *Larissæus Achilles]* Phthius potius, quia Phthiæ natus est; cum ejus pater Peleus, ex *Ægina* insula propter fratri sui Phoci cædem profugus, ab Eurytione Phthiæ rege in tertiam regni partem adscitus esset. Sed *Phthia* et *Larissa* vicinæ sunt Thessaliae urbes.

198 *Mille carinae]* Homeræ in catalogo numerat mille centum et octoginta sex. *Carina* proprie est trahimæ, quæ fundamentum est totius navis: vulgo pro tota navi usurpatur.

201 *Neptuno sorte, &c.]* De *Lao-*

coonte supra, v. 41. *De Neptuno, Æn. I. 129.* Sorte ductus est sacerdos Laocoön, quia ubi non erant certi Deo sacerdotes, sorte duci mos erat: non erant autem apud Trojanos Neptuno, vel ex quo Laomedon Neptunum contemserat; vel ex quo Trojani ejus sacerdotem interfecerant, quia sacrificiis adventum Græcorum non veterat. Nunc itaque rati Græcus abiisse, sacra Neptuno facienda pntaverunt ipso in littore; et sors in Laocoonta cecidit, jam antea sacerdotem Apollinis. *De Tenedo,* insula Hellesponti, *supra*, v. 21.

Pectora quorum inter fluctus arrecta jubæque
 Sanguineæ exsuperant undas; pars cetera pontum
 Pone legit, sinuantque immensa volumine terga.
 Fit sonitus, spumante salo: jamque arva tenebant,
 Ardentesque oculos sufficti sanguine et igni, 210
 Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
 Diffugimus visu exsangues. Illi agmine certo
 Laocoonta petunt. Et primum parva duorum
 Corpora natorum serpens amplexus uterque
 Implicat, et miseros morsu depascitur artus; 215
 Post ipsum, auxilio subeuntem ac tela ferentem,
 Corripiunt, spirisque ligant ingentibus; et jam

Bucibus, et crista sanguinolenta excedunt undas; pars reliqua propius radit mare, et curvat volvendo immanes caudas. Fit strepitus, mari spumante: et jam altigerant littus, et suffusi sanguine et igne circa coruscantes oculi, lambebant linguis mobilibus ora sibilantia. Fugimus examinati aspectu: illi certo impetu currunt ad Laocoonta: et primo serpens uterque amplexando constringit parva corpora duorum filiorum Laocoontis, et morsu devorat misera membra: deinde invadunt patrem ipsum tenientem in auxilium et arma attollentem, spirisque grandibus involvunt: et

.....

206. *erecta* pr. Hamb. et Bigot., quod vulgare. cf. Not. ad 173. *arrepta* Goth. tert., ut ibidem codd.—207. *superant* omnium librorum lectionem esse appareat, præter recentem Venetum Heinsii. Nam Pierius nec ipse in suis codd. aliud invenisse videtur, et superant etiam in priscis edd., quas evolvi, extare vidi, præterquam in Juntinis et Stephan., in quibus vulgaris lectio *exsuperant* compareat, ut ex Aldino adeo primum profecta esse videatur. Mireris itaque, cur eam Heinsius retinuerit. Sed varianda forte visa oratio propter v. 219 *superant capite et cervicebus altis. superant undas nonnulli Pieriani*; alterum tamen, *superant undas*, doctius arbitror dictum.—208. *Pone secat* Zulich. a m. sec. *sinuantque* ab Heinsio revocatum ex Mentel. pr. et aliis pluribus; etiam Pierianus, adde Goth. sec., ut *terga sinuant* absolute dictum sit, pro sinnant se; cuius formæ multa exempla ad h. l. concessit. Sic modo *superant*, inf. 229 *inquinat*, 235 *accingunt*, et infinita apud ipsum Virgilium. Vulgo *sinuatque*, etiam in Serv., ut Ge. III, 192 *sinuatque alterna rotmina crurum*.—209. *solo* alter Menag.—210. *sufficti vel infecti* Zulich., male. *igne* alii multi. v. ad Valer. Fl. I, 821. Burm.—212. *examines* Oudart. *ex agmine* Sprot. *agmine cepto* pr. Moret. a m. pr. *agmine facto* tres ap. Burm., quod scilicet et alibi occurrit.—214. *jam amplexus* Rottend. pr. *complexus* Moret. fragm. *complexus* Hamb. pr. *perpetua variatione*.—215. *teneros m. d.* artus Vir doctor (J. Jortinus) conj. in Obss. Misc. Crit. T. I, p. 29. IV, p. 29, quia puerorum corpora. Et ferri sane id possit. Sed poëta aliter placuit. *miseros artus exquisite pro artus miserorum puerorum*.—216. *auxiliu* Marot. sec. et Hugen. *et tela* Bigot. et Hugen. *tela parantem* fragm. Moret. et

NOTÆ

209 *Salo*] Mari, AEn. I. 541. nato motu: sic Ge. III. 433. ‘extreme’
 212 *Agmine certo*] Certo et ordi. mæque agmina cauda: locum vide.

Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite et cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos, 220
Perfusus sanie vittas atroque veneno ;
Clamores simul horrendos ad sidera tollit :
Quales mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, et incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones 225
Effugiunt, sævæque petunt Tritonidis arcem ;
Sub pedibusque Deæ clypeique sub orbe teguntur.
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis

jam bis complexi medium, bis circumdantes ejus collo dorsi squamosa, excedunt capite et collis altis. Ille simul conatur manibus disrumpere nexus, infectus circa tenuis tabo et nigro teneno; simul emittit ad astra clamores horrendos: tales, quales mugitus emittit taurus, cum vulneratus fugit altaria, et excussit e collo securim dubio ictu impactam. At gemini angues serpente fugiunt ad summa tempa, et abeunt in adem sœva Minervæ: et occultantur sub pedibus simulaci, et sub orbe clypei. Tunc vero notus timor omnibus illabitur in corda attonita: aiuntque Laocoonta dig-

Sprot.—218. *collo bis alter Menag.*—219. *collo unus Guelpherb.* in Collect. Sax. et crinibus Voss. *alte Goth. sec. capite et cervicibus altis.* quod debebat esse *capitibus et cervicibus suis.*—220. *divellere* Mentel. pr. et Moret. pr. cum aliis vett. ap. Pierm.—221. *perfusus aliquot* ap. Burm. *sania* Gud. et Voss.—223. *Qualis Grammaticorum et Codicum auctoritate recepit Heins.* Vulgo *quales.* Est tamen et *qualis* de plurali accipiendo. *mugitus* reluti ap. Macrob. ir Sat. 5, at idem lib. vi, 13 *Qualis m.* Apud Lactant. de M. Perfec. 33 vitiōse landatur: *quales mugitus fingit saucius taurus. aram* Heins. ex libriss. post Pierium, probavit. Vulgo *aras.*—224. *securim* per i Virgilium scripsisse, Probi Valerii testimonio constat apud Gell. xiii, 20.—225. *lapsi alter Hamb.*, sed vid. Not. —226. *Diffugiunt alter Hamb.* in Collect. Sax. *Tritonidos* ap. Macrob. iv Sat. 4, et edd. Fabric. et Cuning.—227. *clypei sub Franc.*—228. *tremo facta Reg.*—229. *expandisse* Menag. pr. v. Burm. insinuat v. ad

NOTÆ

221 *Sanie vittas]* Sanies est san-
guis mutatus ac fere corruptus, atro
colore permixtus. De *vittis*, supra,
v. 133.

225 *Delubra]* Tempia sic dicta, a
deuso: quia plerumque ante tempia
fontes erant, aut lacus; ubi tempia
ingressuri delinebantur.

226 *Tritonidis arcem]* Minervæ Tri-
toniæ, de qua supra, v. 171. *Arcem]*
Vel Trojana urbis, in qua templum
illud erat, et v. 41. ‘Laocoön ardens
summa decurrit ab arce.’ Vel arcem

dixit, pro templo et æde Minervæ,
quocumque loco sita fuerit.

227 *Clypeique sub orbe]* Serpentes
a Pallade excitatos in hujns perni-
ciem non mirabitur, qui sciet ex Plu-
tarchi libro de Iside, draconem sa-
crum fuisse Minervæ, et a Phidias Mi-
nervæ simulacro esse appositum: qui
Politianum legerit, scribentem, se vi-
disse Romæ Palladis clypeum, squa-
moso draconis corio contextum, et
dracunculis fimbriatum.

- Insinuat pavor; et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur 230
Læserit, et tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque Divæ
Numina conclamat.
- Dividimus muros, et moenia pandimus urbis.
Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum 235
Subjiciunt lapsus, et stuppea vincula collo
Intendunt. Scandit fatalis machina muros;
Foeta armis. Pueri circum innuptæque puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Illa subit, mediæque minans illabitur urbi. 240
O patria, o Divum domus Ilium, et inclyta bello

num fuisse pœnâ quam persolcit; qui vulnkarit telo sacrum lignum, et immiserit tergo hastam impian. Clamant invehendum esse in urbem equum, et oranda Deæ divinitatem. Evertimus muros, et aperimus munimenta urbis. Omnes preparant se ad opus: et pedibus equi, rotarum supponunt orbæ, et injicent collo funes e stuppa: fatalis machina intrat muros, plena armatis: circum pueri et virgines puella canunt sacra carmina, et gaudent tangere manu funes. Machina progrederit, et minans inducitur in medium urbem. O patria, o Troja sedes Deorum, et muri Trojanorum nobiles bello! restituit quater in ipso aditu portæ, et quater arma in ejus

208.—230. *sacrum* quia pr. Moret. qui *sacrum* Puget.—231. *torserit* Zulich.—
232. *sedem* Zulich. a m. pr. *sedis* pr. Moret. *horrendaque* Franc. a m. pr.—233. *conclamat* tert. Mentel. a m. pr.—234. *difidimus* Schol. Cruqu. Horat. III Od. 16 ad v. 13 *difidit* urbium Portas vir Macco. At vulgata retinenda non modo propter librorum consensum, sed et quod doctior et exquisitior est. cf. Markland. ad Stat. i. Sylv. 1, 10 *Hunc neque discissis cepissent Pergamæ muris,* quo in loco, ex Virgilio expresso, Marklandi emendationem dicitur non bene spernit Burm. ad h. l.—235. *operi* omnes alter Hamb. cum Goth. tert. *stuppea* scribunt optimi.—236. *subjiciunt* multi, veteri ac solenni more in talibus, ut obicit, obicitur.—238. *pueri circum* Heins. ex optimis codd. Vulgo *circum pueri.*—241. *Ilion inclyta* nonnulli libri et Priseian. ap. Heins. *Ilion et duo Burm,*

NOTE

229 *Insinuat*] Supple *se*: ut *Æn.* 1.
108. ‘Tum prora avertit.’

Scelus expendisse merentem] Qui-dam dicunt supplicium luisse tum quidem Laocoonta, non ob læsum equum, iramque Palladis; sed ob violatam alio scelere sanctitatem Apollinei templi, cuius erat sacerdos: et serpentes aufugisse in idem illud templum, quod erat in urbis arce.

230 *Robur*] Lignum quodvis di-
rius, G. I. 162.

231 *Tergo*] Dixit v. 51. ‘In latns, inque alvum.’ Ergo a *tergo* equum aggressus, ictum in eam impegit *la-*
teris partem, que ab eo contermina est.

234 *Muros, &c. mania, &c.*] Ita dis-tinctuit Germanus, ut *muros* velit esse, lapideum ambitum, quo urbs cingitur; *mania*, munitiones, turres et id genus cetera, quibus muri defenduntur.

235 *Accingunt*] Supple *se*, ut v. 239.
‘Insinuat pavor.’

241 *Divum domus Ilium*] Quia mu-

Mœnia Dardanidum ! quater ipso in limine portæ
Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen im̄memores cæcique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.

245

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.
Nos delubra Deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.
Vertitur interea cœlum, et ruit oceano Nox,

250

Involvens umbra magna terramque polumque,
Myrmidonumque dolos : fusi per mœnia Teucri
Conticuere ; sopor fessos complectitur artus.

Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat

alio ediderunt strepitum. Urgemus tamen improvidi et occæcati insaniâ, et locamus funestum portentum in sacra arce. Tunc etiam Cassandra solrit in vaticinia futurae ruine vocem, Phœbi voluntate nunquam creditam a Trojanis. Nos miseri per urbem tegimus festivis ramis templa Deorum, quibus dies ille futurus erat extremus. Interim calum mutatur, et nox cadit in Oceanum, tegens magnis umbris et terrum et cœlum, et fraudes Grecorum : Trojani sparsi per urbem, siluerunt : somnus tenet lassa membra. Et jam exercitus Grecus armatis navibus proficicebatur e Tenedo,

enī Goth. sec.—242. ipse Ven. v. Burm. limine poste Exc. Burm.—247. Male
ab aliis ad antec. referri *Dei jussu*, monet Burm. *jussu Oblongus Pierianus.*
—249. *per urbes alter Hamb.*—253. amplectitur tres ap. Burm.—254. *At jam*

NOTE

rorum structores habuit Neptnum et Apollinem : quia Ganymedem Jovis, Tithonum Auroræ delicias, e stirpe regi protulit. De *Ilio*, Troja, *Æn. 1. 5.* De *Dardanidis*, Trojanis, *Ibid. 230.*

246 *Cassandra*] Priami et Hecuba filia, qua cum ab amatore Apolline artem accepisset vaticinandi, nec ei tamen gratiam amoris matui retulisset : indignatus Deus effecit, ut a Trojanis fides ipsius vaticiniis non habere tur. Nupsit sub extremis illins bellii temporibus Chorœbo : captâ urbe, vitiata est ab Ajace Oilei, in ipso Minervæ templo, et in prædam Agamemnoni cessit; quem enī admoneret sœpe de cavendis Clytemnestrae insidiis, nec dicto haberet audentem ; cum ipso deinde, Ægisthi et Clytemnestrae scelere, in convivio

obtruncata est. De *delubris*, supra, v. 225. De *Myrmidonibus*, Achilli subditis, v. 7.

250 *Ruit oceano Nox]* Sole nimirum in oceanum, ut fingitur, cadente ; consequitur statim Nox et post eam præcipitat Oceanum, id est, *in Oceanum*. Sicut ‘It clamor cœlo,’ id est, *ad cœlum*.

254 *Argira phalanx*] *Phalanx* proprie, Macedonum est agmen pedestre, perpetuo umberum textu consertum, atque ita juncto impetu in hostes incurrens ; unde nomen habet juxta Suidam, a πελδίσιον ἀγκαλίᾳ accedere prope. Ex Vegetio habebat hominum octo millia. *Argira*] Græca ab *Argia* urbe Peloponnesi, de qua *Æn. 1. 289.* De *Tenedo*, Hellesponti insula, supra, v. 21.

A Tenedo ; tacitæ per amica silentia Lunæ,
 Littora nota petens : flamas cum regia puppis
 Extulerat ; fatisque Deum defensus inquis,
 Inclusos utero Danaos et pinea furtim
 Laxat claustra Sinon : illos patefactus ad auras
 Reddit equus ; lætique cavo se robore promunt
 Thessandrus Sthenelusque duces, et dirus Ulixes,
 Demissum lapsi per funem, Acamasque, Thoasque,
 Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,

255

260

per opportuna silentia Lunæ tacitæ, accedens ad littora cognita : cum natis regia sustulisset facem ; Sinon quoque, protectus voluntate Deorum nobis infesta, operat clam lignea claustra, et Grecos in alto clausos : equus apertus effundit eos in aërem : et hilares emittunt se e cavo ligno duces Tisandrus et Sthenelus, et improbus Ulysses, descendentes per funem dejectum ; et Athamas, et Thoas, et Neoptolemus Pelei nepos, et primus Machaon, et Menelaus, et ipse Epeus architectus

sec. Moret. *falanx, phalanx*, male in libris. *ibant* aliquot ap. Pierium cum Donato, et probat Heinsius.—255. *tacite* duo Goth.—256. *flamas tum* pr. Moret.—257. *fatis* Dicoum Zulich. quod malim; nam copula parum commode interposita est. *fatisque* Dei Gund. pro div. lect. v. Burm.—258. *Danaos utero* Puget.—259. Post Sinon finita priore sententia novam ordiendam puto. *Laxat claustra Sinon. Illos p. — Epeos. Incadunt urbem etc.* Vulgata distinctio parum commoda. Mox post promunt interpunct. mutavi. Porro *Laxat castra* et nonnullis Heins. laudat Burm. ad Petron. 89. v. 7.—260. *cato se r.* promunt major librorum pars ; et sic proprie hac in re dicitur. Enimvero Longob. Pierii, quem etiam Ge. Fabricius respicere videtur, *produnt* habet ; quod sane exquisitus, *se prodere*. Itaque Heinsio illud probatum ad Claudian. i v Cons. Honor. 643, et Ovid. v Fast. 508. promit fragm. Moret. *cavo de r.* promunt Leid. cum Goth. tert. a m. sec.—261. *Tisandrus, Thesandrus, Thersandrus* in libris scribitur et in edd. hic et alibi. In Græcis est Θέσανδρος, ut ap. Pind. Ol. ii, 76. Apollod. iii, 7, 2. Paus. ix, 6 et al. Ita et pro *Sthenelus* aberratum *Stenelus, Scelenus, Schelemus, Schaneus*. Porro *durus* Ven. et Franc. post Longob. Vide Pierium, qui et *Dirus* e codd. et grammaticis memorat. *Dirus* etiam a m. pr. fragm. Vatic. 262 *dimissum* alii, ex more.

NOTÆ

255 *Silentia Lunæ*] Ne explices de Luna cum Sole conjuncta, quæ tum dicitur *silens*, quia minime lucet ; sed intellige de media et silente nocte, ut explicabimus, v. 340.

261 *Thessandrus*] Servius ait eum fuisse filium Polynicis illius, qui de regno Thebano cum fratre Eteocle confligens occidit : sed hunc Polynicis filium vulgo *Thersandum*, non *Tisandrum* vocant. At Servius, *Tissandrus* hic legit ; Pomponius, *Thessandrus*.

Sthenelus] Filius illius Capanei Argivi, qui eodem Thebano bello Polynicem secutus occiderat, vel Jovis fulmine, vel Thebanorum lapidatione obrutus.

Duces] Non ad Thessandrum, et Sthenelum duntaxat, vox illa pertinet ; sed ad Ulysem etiam, et Neoptolemum, et alias quos hic appellat.

263 *Pelidesque Neoptolemus*] Pyrrhus, Achillis et Deidamiae filius : Pyrrhus dictus à colore capillorum,

Et Menelaus, et ipse doli fabricator Epeus.	
Invadunt urbem somno vinoque sepultam ;	265
Cæduntur vigiles, portisque patentibus omnes	
Accipiunt socios, atque agmina conscientia jungunt.	
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris	
Incipit, et dono Divum gratissima serpit.	
In somnis, ecce, ante oculos mœstissimus Hector	270
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus,	
Raptatus bigis ut quondam, aterque cruento	

dolos equi. Aggrediuntur urbem impeditam vino ac somno : occiduntur excubatores : et apertis portis admittunt omnes socios, et conjungunt turmas ejusdem consilii participes. Tempus erat, quo primus somnus fessis hominibus subit, et Deorum manere gratissimus illabitur. Ecce per somnum Hector tristissimus visus est mihi astare præ oculis, et emittere copiosas lacrymas: tractus equis, ut olim, et niger

demissam Rottend. alter. *Acamas* bene post Pierium ab Heinsio restitutus e libris. Vulgo *Athamas*, perpetua varietate.—264. *Epeos* Heins. e libris, vulgo *Epeus*. 'Ereös. Medic. *Epeos*. Gud. a. m. pr. cum aliis *Epios*. tres *Epius*. Alii vitiōs : *Epyus*, *Opens*, *Ipeus*, *Ypheus*, *Epheus*, *Eſens*, *Ephius*, *Epheos*.—265. somnoque meroque Hamb. sec. vino somnoque Goth. tert. et *sopitam* alter. 268. erat, cum fuere qui legerent teste Guellio ; sed utrumque dici mos est.—270. *Insomnis* una voce, multi ap. Heins. *insomnes* Montalb. *insomnis* Leid. un. ; sed non insomnem fuisse Æneam patet ex v. 302, ubi excutitur somno : quod jam Burm. monuit. in somnis divisim etiam fragm. Vatic. 271. *refundere* Medic. Pierii. *fluctus* aliquot Pier. *fletus* Hamburg. alter, v. inf. 298.—272.

NOTÆ

nam πυρὸς ῥυτος est : *Neoptolemus*, a νέος novus, et πτόλεμος bellum ; quia admodum adolescens, ad bellū Trojani reliquias perductus est : erat enim in satis absque aliquo Æacidarum capi Trojam non posse. Troja capta Priamum interfecit, Polyxenam Priami filiam sub Achillis tumulo immolavit, Andromachē Hectoris uxorem ex præda captivam habuit, Molossus ex ea suscepit ; et cum eam deinde matrimonio junxit Heleno Priami filio, ducturus Hermione Menelai et Helenæ filiam ; ab Oreste Agamemnonis filio, cui Hermione desponsata fuerat, in Delphico Apollinis templo interfectus est. *Pelides* vocatur, quia *Pelei* nepos, qui Æaci fuit filius, regis in Ægina insula, et Thetidis maritus.

263 *Primusque Machaon*] Æsculapii filius, Podalirii frater ; uterque medi-

Delph. et Var. Clas.

cus insignis fuit, præcipue sanandis vulneribus. *Primus* : id est, primo loco delapsus per funem : nec obstat quod Thessandrus et reliqui supra vocati sint *duces* : erant enim *duces* dignitate ac munere, non descendendi ordine.

264 *Menelaus*] Atrei filius, Agamemnonis frater, Tyndarei Spartani regis gener, ac deinde successor ; maritus Helenæ, quam cum raptam a Paride frustra legationibus Priamo repetiisset, sociali totius Græciæ bello repetiit, recepitque tandem everso Trojano regno : et consensa navi, post octavum erroris annum domum rediit.

Epeus] Ideo equi lignei fabricator dicitur, quia muralem reperit machinam quæ vocatur etiam *aries*, ex Plin. lib. VII. 56.

272 *Raptatus bigis*] De *Hectore* bigis raptato, En. I. 487. De *bigis*, et

Virg.

2 K

Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.
 Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
 Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli,
 Vel Danaum Phrygios jaculatus puppis ignes!
 Squalentem barbam, et concretos sanguine crines,
 Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
 Accepit patrios. Ultro flens ipse videbar
 Compellare virum, et moestas expromere voces:
 O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum,
 Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
 Expectate venis? ut te post multa tuorum

275 280

sanguineo pulvere, et transfossus loris per pedes tumidos. Hei mihi, qualis erat! quam diversus ab illo Hectore, qui redit ornatus spoliis Achillis, vel cum injecisset ignes Trojanos in naves Graecorum! habens barbam sordidam, et capillos coherentes sanguine, et plagas illas, quas multis accepit circa muros patrici. Ego plorans videbar primus alloqui ritum, et emittere haec tristia verba: O lumen Troja! o spes firmissima Trojanorum! quæ tam longa mora te detinuit? o Hector opta, quibus e regionibus tenis? quomodo te videmus lassi, post multis noces tuorum, post

biugis Rottend. tert., quod Heins. præferebat. Sustuli importunam interpunctionem post *bigis*.—274. Ei Medic. fragm. Vatic. Rottend. pr. *hes* alii. Ceterum Gronov. Diatribe Stat. c. 22, p. 124, ordinem verborum ita instituendum edicit: *ut quondam erat raptatus.*—*heu mihi! qualis?* q. Durissime.—275. *exuvias* aliquot ap. Pier. et Burm. *inductus* aliquot apud utrumque. Achilli Heins. cum melioribus etiam h. l. Vulgo *Achillis et Achillei*. cf. sup. 1, 34. 276. *jaculatum* Goth. pr.—277. et abest Franc. *concreto* qu. Moret. et *concreto* s. Menag. pr. a m. sec., quod vulgarius esset. conf. Burm.—278. *Vulnora illa Leid.* *vulnera et illa Bigot.* *vulneraque ipsa Franc.* et Witt. Stat. III. Theb. 364. *Vulneraque ista ferens putri insecata crux.*—280. *Incerta* exp. fragm. Moret. *moestas promere* Exc. Burm. et Menag. alter a m. sec. *has* *promere* Bigot. effundere Menag. pr. Moret. qu. Vulgata est apud Nonium in *moestas*.—281. *Dardanide* alter Hamb. et Franc. cum Goth. sec. et tert. *Dardanidum* aliquot Pierii. *spes o sanctissima* Schol. Crgn. Horatii i Sat. 7 et iv Od. 5. Sed vulgatam etiam Macrob. iv Sat. 2 habet. *fidiissima* scribunt codd. antiquiores ap. Pierium, et in uno *firmissima* vel *fortissima*.—283,

NOTÆ

quadrigis, dnobus et quatuor equis, sub eodem jugo conjunctis, G. I. 512.
 275 *Exuvias Achilli, &c.]* Cum nempe Achilles e Graecorum castris recessisset, offensus Agamemnoni obreptam sibi Briseida: territi navium incendio Graeci, frustra precibus Achillem tentaverunt, Patroclus in primis, ipsi carissimns; qui cum ad redditum impellere eum non posset,

rogavit, sua sibi saltem arma mili, tesque suos concederet, quibus, Dardanis metum inciteret. Concessit Achilles: at Patroclus, Achillis arma indutus, ab Hectore occisus est. Igitur per Achilli *exuvias*, Achillis arma intellige; non Achilli quidem, sed Patroclu direpta. Ita Homerus Iliad. xv. sub finem, et xvi.

Funera, post varios hominumque urbiske labores
 Defessi aspicimus ! quæ causa indigna serenos 285
 Foedavit vultus ? aut cur hæc vulnera cerno ?
 Ille nihil; nec me quærerentem vana moratur :
 Sed graviter gemitus imo de pectore ducens,
 Heu fuge, nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.
 Hostis habet muros ; ruit alto a culmine Troja. 290
 Sat patriæ Priamoque datum, Si Pergama dextra
 Defendi possent : etiam hac defensa fuissent.
 Sacra suosque tibi commendat Troja Penates:
 Hos cape fatorum comites ; his moenia quære,

diversos et urbis et ciuium labores ? quæ causi indigna maculavit pulchram faciem ?
 aut quare video has plagas ? Ille nihil ad hæc dixit, nec responsis detinet me
 potenter inutilia : sed agre trahens gemitus ex intimo pectore : Heu ! fuge, fili
 Veneris, et te, inquit, subtrahre huic incendio. Hostis tenet urbem, cedit ab alto
 vertice Troja : satisfactus patriæ et Priano : si Troja manu aliqua servari posset,
 hac mea etiam fuisse seruata. Troja committit tibi sua sacra, et suos Deos : accipe
 hos casuum tuorum socios ; quære illis urbem, quam tandem magnum condes per-

quem te post Zulich. multa dierum Gud. a m. pr. post tanta unus Guelph.—284.
 per varios Oudart, ut lib. 1, 632. post hominum varios u. Bigot.—285. acci-
 pimus Hamb. pr. et Goth. tert. a m. sec. Et potest exquisitus videri. se-
 veros Hugen. a m. sec.—286. et cur Leid.—287. Ipse Montalb. nec quærerentem me
 sec. Hamb. nec me remoratur vana querentem Menag. pr. fata moratus ed. Ven.
 —288. de p. fundens Parrhas.—289. Heus f. Leid. un. tele corr. Cuning. eripe
 telia Dorvill.—290. a deest Dorvill. Menag. pr. et Mediceo Pieriano. Adde
 Goth. tert. In secundo *Alle a c. alta culmine superscripto a fragm. Vatic.*
ab c. Leid. unus. Dorvilius bene conj. : ruit alta a culmine Troja, quod sig-
nificantius est, et sic Acronem legisse, Jani vidit ad Horat. iv Carm. 6, 5.
et Homer. Iliad. N. 772, ἀλέο τάρα κατ' ὕπος Ἰλιος αἰτευθή. adde Iliad. O.
557. 558.—291. Priamo patriaque sec. Hamb. datum est Witt.—292. possint
alter Rottend. Olim distinxere nonnulli—defendi possent etiam, hac d. pro
adhuc v. Serv.—294. Heins. distinguere volebat : his maria quære Magna, p.
et ita in Witt. erat. Contra Burn. disputat magis subtiliter quam vere.
Declaranda res ex eo, quod elegantior loquendi modus, si epitheton vel ad-

NOTE

291 *Pergama*] Arx Trojæ, Æn. 1. 470.

293 *Sacra suosque, &c.]* Per *sacra*,
 res eas intelligit, quæ ad ceremonias
 Deorum pertinebant; ut vittæ, in-
 fulæ, de quibus supra, v. 133. *Pepla*,
 de quibus Æn. 1. 484. Per *Penates*,
 Deorum domesticorum simulacula, de
 quibus infra, v. 717. Per *Vestam*, vel
 unum ex illis Penatium simulacris,

vel ignem ipsum æternum: ait enim
 Ovid. Fast. vi. 291. ‘Nec tu aliud
 Vestam, quam vivam intellige flam-
 mam.’ Per *ignem perpetuum*, ignem
 inextinctum: qui, si aliquando extin-
 gueretur; non alio igne, sed admotis
 Soli somitibus ipso Solis calore exci-
 tandus erat. De hoc, deque *Vesta*,
 Ge. 1. 498.

Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait; et manibus vittas Vestamque potentem
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Diverso interea miscentur moenia luctu;
Et magis atque magis, quanquam secreta parentis
Anchisæ domus arboribusque obiecta recessit,
Clarescunt sonitus : armorumque ingrui horror.
Excutor somno, et summi fastigia tecti
Ascensu supero, atque arrestis auribus asto :
In segetem veluti cum flamma furentibus Austris
Incudit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores,
Præcipitesque trahit sylvas ; stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

rato mari. Sic locutus est ; et manibus exportat ex adytis intimis insulas, et potentem Vestam, et ignem inextinctum. Interim urbe turbatur variis miseriebus : et quamvis domus patris Anchisæ separata, et cincta arboribus submoveatur ; magis et magis auditur sonus, et horror armorum inninet. Excitor e somno, et ascendens supergredior summum culmen tecti, et sic attentis auribus. Sic quando ignis ventis saevientibus cecidit in segetem ; aut quando præceps torrens montanus undis vastat agros, vastat segetes fertiles et labores boum, et rapit arbores in præceps : tunc pastor ignarus obstupescit audiens sonum ex alto cacumine rupis. Tunc vero clare

jectivum post relativum ponitur: *mania, quæ magna, pro vulgari, mania magna, quæ.*—295. qui Longob. et alii ap. Pier.—297. effert duo ap. Burm. v. ad Ge. iv, 311 et ad Ecl. viii, 64.—298. m. flets Leid. unus. v. sup. 271.—299. *at magis Medic.* a m. pr.—300. *obexta* Guelpherb. nn. in Collect. Sax., non male.—301. *concrescunt* cod. antiquissimus Pierii. Videtur Heins. etiam crebrescunt invenisse. cf. Burm. *que abest Franc. irruit Goth. tert., male. ingravit* bene de iis quæ accedunt, propria sunt. *error pro horror pr. Moret., perpetua aberratione.*—305. *saxi de vertice torrens* Schol. Horat. iv Od. 14 ex v. 308. *saxi de vertice pastor.* *montano a vertice* Bigot. ex vii, 567 et *torto* *vertice torrens.* *rapidos* pr. Moret. et Franc.—*a flumine* Moret. tert.—306. *hominumque labores* pr. Hamb. pro div. lect. ex Ge. 1, 118 *hac cum sint hominumque boumque labores Versando terram experti—laborem.* Voss. et fragm. Moret. *boumque labores fragim.* Vatic.—307. *sedet pro stupet Quintil.* viii Inst. 6, memoriae vitio.—308. *aspiciens* Sprot. pro var. lect.—310. *alta* Hamb. sec., ut *sæpe*

NOTÆ

297 *Adytis effert*] Vel re ipsa effert; vel in somnis videtur efferre. Effert autem in Æneam domum, e templo quod erat in arce; et cum iis imperium a Priamo in Æneam transfert. Cultum porro ignis acceperant Phryges et Graci ab orientalibus populis, præcipue Persis; quibus ob usus maxi-

mos dignus divinitate visus est, et perpetua custodia. *Adytæ*] Sunt intimæ partes domorum templorumque, in quas intrare nefas est, ab a privativo, et ðæva ingredior. De penetralibus, in voce penus, Æn. 1. 708. De Austris, ventis meridionalibus. Ecl. ii. 58.

- Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
Insidiae. Jam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Vulcano superante, domus; jam proximus ardet
Ucalegon; Sigea igni freta lata relucent. 310
- Exoritur clamorque virum clangorque tubarum.
Arma amens capio; nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manum bello, et concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi. Furor iraque mentem
Præcipitant; pulchrumque mori succurrit in armis. 315
- Ecce autem telis Panthus elapsus Achivum,
Panthus Othryades, arcis Phœbique sacerdos,
Sacra manu, victosque Deos, parvumque nepotem
Ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit. 320

fuit veritas verborum Hectoris, et apparent fraudes Gracorum. Jam domus magna Deiphobi fecit ruinam, igne vincente: jam domus vicina Ucalegonis ardet: promontorium Sigænum late reuet flammis. Attollitur clamor virorum, et fremitus tubarum. Attonitus arma sumo, nec satis erat rationis cur sumerem arma: sed cupit animus colligere turbam ad pugnandum, et consolare in arcem cum sociis: furor et ira impellunt aximum, et venit in mentem gloriosem esse mori sub armis. Ecce autem Panthus elapsus ex armis Gracorum, Panthus Otrei filius, sacerdos Phœbi et arcis, rapit ipse manu res sacras, et Deus superatus, et parcum nepotem;

alias.—312. *Uchalion* Rottend. sec. In aliis codd. alio modo vitiouse. *Sigea* que igni Parrhas.—315. et currere Sprot. ad arcem Moret. pr.—317. Præcipitat Gud. præcipit sec. Hamb.—318. *Achivum* Heins. e Medic. et Gud. Vulgo *Achivum*. *Achivis* pr. Menag. Sprot. et alter Hamburg.—319. *Pantes*, *Panteus*, *Panthus*, *Phanthus*, hic et mox vitiiese in MSS. Est Ηάρδος et Πάνθος. In Sprot. *Panthoys* et mox *Panthoy*, expressa enuntiatione greca. v. Heins. *Otriades*, *Otryades*, *Œtrides* male vulgo hic et infra. 'Οπριδῶν.—320. jactos tert. Rottend. *victus* Gud., sed v. Burm.—321. *cursuque* Moret.

NOTÆ

310 *Deiphobi*] Priami filius fuit, qui postquam Paris a Pyrrho occisus est, Helenam duxit uxorem, cuius dolo inter primos interfactus est, ut fuse describitur Æn. vi. 490. De *Vulcano*, qui pro igne hic sumitur, Ge. i. 296.

312 *Ucalegon*; *Sigea igni freta*, &c.] Ucalegon, senex, unus e consiliariis Priami; Ucalegon ponitur pro domo *Ucalegonis*. *Sigea* *Sigænum*, et *Rhaetum*: promontoria duo Troadis, non longe ab urbe Troja. *Freta* dixit, pro mari Hellestiaco, quod regionem illam alluit, et proprie fretum est.

319 *Panthus Othryades*, &c.] Othrei filius, sacerdos Apollinis qui in arce colebat: licet enim arx Trojana præcipue sacra esset Palladi, ut deinde Romanum Capitolium Jovi; utraque tamen sedes Diis aliis compluribus dicata erat. De *Phœbo*, Ecl. iii. 62. 104. De *Achiris*, Græcis, Æn. i. 492.

321 *Limina*] Legunt alii *tittora*, nec male. Servius et Donatus retinent *limina*: et hinc Æneas virtutem exaggerant, cnjus in domum, et Hector, et Panthus sacra deferebant.

Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?
 Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
 Venit summa dies et ineluctabile tempus
 Dardaniæ. Fuimus Troës; fuit Ilium, et ingens. 325
 Gloria Teucrorum. Ferus omnia Jupiter Argos
 Transtulit. Incensa Danai dominantur in urbe.

et exenimatus curendo tendit ad januam meam. O Panthu, dixi, quo in statu supremo res est? quam in arcem currimus? Vix ea locutus eram, cum talia responderet gemens: Venit summa dies et tempus inevitabilis Trojanis: peritius Trojanis, perit Troja, et magna gloria Trojanorum: crudelis Jupiter omnia transmisit ad Argivos: Græci regnant in urbe inflammata. Equus altus stans in medio murorum emittit

qu. et sic legebatur Servii aetate. curvaque Menag. pr. et Witt. Eadem varietas et alibi. v. Burm. Utrumque autem recte etiam in poëta dicuntur, videtur tamen *cursum* remotius a vulgari esse—ad hittora paucissimorum librorum videtur esse lectio; unum Hamburg. pr. landat Heins. Ceteri, quotquot inspecti sunt, etiam e nostris unus (in duobus *luminis*) et vett. edd.; porro Servius, Donatus, Pomponius, *ad limina præ se ferunt*: quod astipulante Brunckio recepi. Alterum illud ex solenni lapsu in h. v. ortum videri potest, et subiisse primam Aldinam; unde in Juntina, quam ex illa expressam coniicio, et in al. excusum video. At eam deseruit Rob. Stephan. Consensum librorum firmat ipsa rerum ratio et ordo. Nondum consilia exequi cuperat Aeneas: vide v. 314—317, antequam domo exeat, ecce tibi offert se ei Panthus, qui ad ejus domum, quippe in remota urbis parte sitam (vide v. 299. 300), configubiebat. Forte et hoc ipsum poëta ad Aeneam pietatem retaliit, ut religiopum minister ad eum configubiat. Pomponius haec habet: *limina domus mea: in hac euctoritas et dignitas Aeneas videbitur*. Servius aetatem: *Aeneas et religio laudator et virtus. limina igitur ipsa re satis definita, quod sint Aeneas*. Sic xi, 267. Quæ pro altera lectione dici possint, v. ap. Burm.—322. Quo res s. loci? pr. Rottend.; sed v. Burm. Idem vir doctissimus conj.: *qua prendimus arcem?* qua via, ratione, ad arcem pervenire possumus? Mihi quidem hoc tenuiter dictum videtur; et adi Notas. *qua tendimus arcem* conj. Jo. Schrader. Panthu: ex Πάνθος οε. ou.—323. *ex ea genitu, cum distinguit Leidens.*—324. *ineluctabile fatum* Macrob. v, 1 recitat; ex lib. viii, 334 *ineluctabile tempus* ed. Ven., quod et in Witt. Cod. suprascriptum.—325. *Dardanis* Moret. tert. *Ilios nonnulli, ut sup.* 241.—326. *omnes* Bigot. pro var. lect. Et sunt, quæ pro hac lectione dici possint. cf. sup. ad 178. Transferuntur

NOTÆ

322. *Quam prendimus arcem?*] Sensus est: *Quam occupabimus arcem?* in quam arcem concurremus? Maxime enim de arce videtur Aeneas fuisse sollicitus, dixit enim v. 315. ‘et concurrere in arcem Cum sociis ardent animi.’ Sed arx illa primo a Græcis capta fuerat, et equus in eam inductus, v. 245. ‘Et monstrum infelix sacra sistimus arce.’ Tamen aliæ fuere arces et munita loca, imprimit Priami regia,

in quam ultimus Græcorum impetus fuit, infra, v. 437. Dubitat igitur Aeneas, quenam arx adhuc propugnari possit.

325 *Dardanis. Ilium]* Trojanum nomina, Aen. i. 5. Troës, Teucrorum: Trojanorum nomina, Aen. i. 34, 239. Argos. Mycenæ: urbes sunt Peloponnesi, regnum Agamemnonis, Aen. i. 288. Danai: Græci, Aen. i. 34. Saron, supra, 86.

Arduus armatos mediis in moenibus astans	
Fundit equus, victorque Sinon incendia miscet,	
Insultans. Portis alii bipatentibus adsunt,	330
Millia quot magnis unquam venere Mycenis.	
Obsedere alii telis angusta viarum	
Oppositi; stat ferri acies mucrone corusco	
Stricta, parata neci; vix primi prælia tentant	
Portarum vigiles, et cæco Marte resistunt.	335
Talibus Othryadæ dictis et numine Divum	
In flamas et in arma feror, quo tristis Erinnys,	

milites, et victor Sinon spargit incendia illudens: totque alii intrant portis utrimque apertis, quot milia unquam venere et magna urbe Mycenis: alii obstantes occupaverunt armis angustas vias: obstat gladiorum acies micanti mucrone, nulla, parata ad cedem: vix primi excubitorum portarum susinunt pugnam, et resistunt insano certamine. Talibus verbis Panthei, ei voluntate Deorum, rapior in arma et in incen-

.....

enim aspicias, et auspiciorum babendorum jus, cum imperio; sed argute magia, quam vere.—328. *fudit* aliquot ap. Burm.—329. *fudit* nonnulli codd. Heins. et Burm., nec male hoc. Servius vulgariter lect. interpretatur; et habet *fudit* grandius quid, quam *fudit*. Nimis argute *rd fudere* h. l. a partu repetunt, quia v. 238 *facta armis*. Est simpl. emittit. Odys. Θ. 515 *hrōdei dxx̄w̄w̄o*, que abest Regio. *Asterque Sinon conj.* Waddelius; sed v. Burm. *cetero*, proposito effector, recte interpretatur Servius.—330. *Exsultans Menag.* pr., quod minus esset. *alii portis sec.* Moret. et Leid. annus. *portisque alii Menag.* et Sprot. *alii patentibus Gud.* *alii patentibus Rottend.* a m. pr. *alii in bipatentibus Leid.* et Moret. tert. *aliique patentibus ed.* Venet.—331. *unquam* Heins. cum libris potioribus; *alii, ut vulgo, unquam*, quod et Priscianus lib. xvii habet. Sed totum versum abesse malim: quot enim ex illis millibus per decem annos cassos esse putare licet! Etiam Jac. Bryant v. c. suspectum habebat versum. Ut defendas, dicendum: *alii ad portas ruunt, tanto numero, ut vix plures prima statim profectione e Gracia exiliare putares.*—332. *Obedi-* *derus sec.* Moret. et Goth. tert. a m. pr. inf. v. 450.—333. *oppositis Gud.* cum magna parte codd. Heins. et Pierian. quod Heinso non displicebat. Etiam Pomponius *telis oppositis* exponit. Videtur tamen alterum, quod etiam Goth. pr. et sec. habent, exquisitus, poëticaque adeo dictione dignius esse. Adhæserat s. ex sequenti voc., v. Burm. *ferrea acies Hamb.* pr., v. Heins. *stat per-* *nicias nonnulli codd.* ap. Pierium cum Donato. *stant Goth. sec.* *umbone corusco* ed. Ven.—335. *resistent sec.* Rottend.—339. *quod fr.* Gud. *quo gemitus Dor-*

NOTÆ

322 *Angusta viarum*] Angustas vias: *Marte, belli Deo, Ecl. ix. 12. Othryadæ]* Panthei, qui filius Othrei. *Nu-* *infra, v. 725. 'opaca locorum.'* En. i. 426. 'strata viarum.'

325 *Cæco Marte*] Certamine vel ob-
scuro, quia per noctem committeba-
tur; vel insano, quia a paucis et im-
providis contra multos et paratos. De

Erinnys] Nomen commune tri-
bus Furib: quæ, ut *Exmenides*, sic
Erinnyes vocantur. Propert. lib. ii.
20. 29. 'Tunc me vel tragicas vexetis
Erinnyes.' Privata singularum nomina

Quo fremitus vocat, et sublatus ad æthera clamor.
 Addunt se socios Rhipeus, et maximus armis
 Epytus; oblati per Lunam Hypanisque Dymasque; 340
 Et lateri agglomerant nostro; juvenisque Corœbus
 Mygdonides. Illis ad Trojam forte diebus
 Venerat, insano Cassandrae incensus amore;
 Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat.
 Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis 345

dia: quo crudelis Erinnys, quo tumultus, et clamor clatus in cælum me vocat. Adiungunt se socios Rhipeus, et grandis estate Iphitus, occurrentes mihi ad lucem Luna, et Hypanis, et Dymas; et densantur ad latum nostrum: et Choræbus juvenis Mygdonii filius: forte per illos dies venerat Trojam, ardens magno amore Cassandrae; et gener ferebat auxilium Priamo et Trojanis: miser, qui non crediderat moni-

....
 vill. et Witt. in æthere sec. Hamb. ab æthere pr. Moret.—339. *sociis Menag.* pr., sed Ecl. vi, 20 addit *se sociam*. Mox *Ripheus*, *Repheus*, *Ryphetus*, scribitur. *Parens* est. Quæ sequuntur, obscura nomina sunt, nec in iis morandum. *maximus annis*, quod a nonnullis legi Pierius et Ge. Fabricius testantur, interpolatum per eos, qui v. 435 *Iphitus ævo Jam gravior* meminerant, quasi idem cum Epyto esset.—340. *Epytus* (*Hævros*) ex libris Heins. restituit. Medic. *Æpitus* (*Æpytus*, *Aīvros* non minus recte diceretur), in aliis vitiose: *Epitus*, *Ephitus*, *Ephitus*, *Æphitus*, *Iphytus*. Et *Pythus*; et mox *Hypanis*, *Hipanis* et *Dinas*, *Dunas*. cf. inf. 394 *"Travis. Δύας. oblecti Wall. a m. pr. per lucem conj.* Waddelius; at. v. Burm. Forte autem suavior junctura erit, si interpongas: *addunt se socios Rhipeus et—Epytus, oblati per Lunam, Hypanisque Dymasque, Et lateri agglomerant nostro.*—341. *glomerant Reg. Corabus unice vere*; ab Heinsio restitutum ex *Kōpoīos*. Vulgo fere *Chorebus*, *Chorebus*, *Corebus*. Puget. *Thorebus*.—342. *Mirdonius* Goth. tert. in litura. Est *Mivborlōnīs*. illis qui ante Heins., qui Medicet et vetust. libb. (adde Servii) auctoritate qui sustulit; ut jam Pierius e suis libris auctor fuerat. Suaderet idem poëtici sermonis geniis. cf. sup. ad i, 382. illis qui *Trojan Parrhas*.—343. *Cassandrae* in multis scribitur; et sic fere in geminanda litera semper variant veteres. cf. Heins. neque adeo in eo hærendum, modo teneas, antiquiores unam literam pinxisse, sequiores adjecisse alteram. *accensus* quatuor ap. Burm.

NOTÆ

sunt, *Alecto*, *Tisiphone*, *Megara*: de quibus Ge. i. 278.

340 *Oblati per Lunam*] Probat enim Scaliger, de Emendatione Temp. lib. v. captam esse Trojam circa plenilunium et finem veris: idque etiam patet ex Petronii fragmento de expugnatione Trojæ: ‘Jam plena Phœbe candidum extulerat jubar’; at tum Luna maxime lucida est. Igitur *silentia Luna*, ut antea dixit Virgilii, v. 255. de *media nocte* explicanda sunt, quod

tempus vocatur *conticinium*, quia tunc tacent omnia: Luna autem nocturni silentii præses dicitur: unde Horat. Epop. v. 51. ‘Nox, et Diana, que silentium regis.’

342 *Mygdonides*] Nomen a *Mygdon* patre, fratre Hecubæ Priami uxoris: non a *Mygdonia* regione; monet enim Servius gentilia nomina non desinere in *des*, sed patronymica. De *Cassandra* supra, v. 246. De *Phrygibus*, En. i. 285.

Audierit.

Quos ubi confertos audere in prælia vidi:
 Incipio super his: Juvenes, fortissima frustra
 Pectora, si vobis audentem extrema cupido
 Certa sequi (quæ sit rebus fortuna videtis : 350
 Excessere omnes adytis arisque relicts
 Di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
 Incensæ): moriamur, et in media arma ruamus.

tis sponsa vaticinantis. Postquam vidi illas collectos promtos esse ad pugnam, de iis rebus sic capi loqui: O juvenes, corda frustra generosa: si firmum est vobis desiderium secundi me tentantem extrema; cernitis quis sit status rerum. Omnes Dii, per quos hoc regnum steterat, abierunt desertis altaribus et penetralibus: vos vero vultus subvenire urbi jam combustæ: moriamur potius, et ruamus in medium

captus amore quinque ibid.—346. audierit concinnius Heins. e Medic. et melioribus; adde Colot. Ursini. Vulgo audierat. Etsi aliis in locis contrarium sequuntur critici, et indicativum vindicant poëtæ, ubi exquisitiior Ciceronis oratio subjunctivum ponere solet. Tamen incerta sunt plurima in verborum critica.—347. concretos Goth. tert. a m. pr. confectos Franc. consertos Wall. et Witt. cum aliis ap. Pierium, qui e melioribus libris confertos tuerit. v. Burm., qui et conj. audentem in p., quia audentem v. 349 statim reddit.—348. Quæ sequuntur, meo iudicio aut sic, ut feci, sunt interpungenda, ut parenthesis intra (quæ sit—succurritis urbi Incensæ) contineatur; ut sit: si vobis cupido est audentem extrema sequi, moriamur; causis a principio statim, ut plerumque fit, commemoratis; aut sic sunt constituenda sine parenthesis: Juvenes, fortissima frustra Pectora, si vobis audentem extrema cupido Certa sequi (agite, sequimini me; quod membrum orationis ita omitti sepe videas), quæ sit rebus fortuna, videtis; Excessere—Di, quibus imperium hoc steterat; Succurritis urbi Incensæ. Moriamur et in media arma ruamus. Explicationem v. in Notis. In vulgari ratione et interpunctione, quæ hæc erat: (quæ sit rebus f. v.—Di quibus imperium hoc steterat) in hac, inquam, succurritis nihil habet, quicum commode copuletur. Servius quidem frustre succurritis jungit parenthesi incipienda a si vobis. Sed intricate et contorte omnia. fortissima frustra separanda non sunt.—349. nobis Goth. tert. audenti duo Goth., aliquot ap. Heins. et apud Servium nonnulli audenti vel audenti; etiam Donatus audenti interpretatur. in extrema Franc. ut 347. cupido est etiam tres.—351. adytis omnes Zulich.—352. hoc aberat sec. Rottend. et Leid. a m. pr.

NOTE

348 *Fortissima frustra*] Hic agnoscunt vulgo interpretes plane prolixam et incommodam verborum trajectiōnē, et verba digerunt hoc modo: *Juvenes, fortissima pectora: videtis quæ sit fortuna rebus: omnes Dii, quibus hoc imperium steterat, abierunt adytis arisque relicts: frustre succurritis urbi incensæ. Si vobis cupido certa est*

sequi audentem extrema, ruamus in media arma, et moriamur. Ego rectum, absque trajectione, sensum verborum videre mihi videor, ut patet in interpretatione: ubi vocat Æneas juvēnum pectora frusta fortissima, quia eorum fortitudo ad patriæ salutem deinceps inutilis erat.

- Una salus victis, nullam sperare salutem.
 Sic animis juvenum furor additus. Inde, lupi ceu 355
 Raptore atra in nebula, quos improba ventris
 Exegit cæcos rabies, catulique relict
 Faucibus expectant siccis; per tela, per hostes
 Vadimus haud dubiam in mortem; mediæque tenemus
 Urbis iter. Nox atra cava circumvolat umbra. 360
 Quis cladem illius noctis, quis funera fando
 Explicit, aut possit lacrymis æquare labores?
 Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos;
 Plurima perque vias sternuntur inertia passim
 Corpora, perque domos, et religiosa Deorum 365
 Limina. Nec soli poenas dant sanguine Teucri:
 Quondam etiam victis redit in præcordia virtus;
 Victoresque cadunt Danai. Crudelis ubique
 Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.

armorem. Sola salutis via qua restat victis, est nullam sperare salutem. Sic furor additus est virtuti juvenum. Deinde veluti lupi rapaces, per nebulosum tempus, quos rabida ventris aviditas expulit furiosos ex antris, et quos proles reicta expectat siccis guttibus: ita nos per arma, per hostes, innas ad mortem certissimam, et insistimus medianam viam urbis: nigra nox errat circa nos cavis tenebris. Quis explicit sermone stragem et mortes illius noctis? aut possit lugendo æquare illos labores? Perit urbe retus, que regnaverat per multos annos: multa inutilia corpora passim funduntur, et per vias, et per domos, et per sacra vestibula Deorum. Nec soli Trojani lauant penas sanguine: aliquando etiam virtus redit victis in corda, et Graci victores occiduntur: ubique crudelis est luctus, ubique timor, et multa species mortis.

succurrimus Parrh.—354. sperare Goth. tert.—356. ia deest fragm. Moret. et uni Leidensi.—359. in mortem haud dubiam Oudart. et Leid. un.—360. Nox a: —umbra. Haec assuta esse et versum imperfectum reliquisse Virgilium, credebat Ortwinus ap. Burm. At optimo poëta hoc hemisticium admodum dignum videtur. Nisi quod abr redit post 356.—361. fenera alter Mentel. culera Sprot., perpetua variatione. talia Dorvill. ex hujus libri initio.—362. lacrimis possit Ven. per lacrimas Dorvill. e glossa. possit animis æquare ed. Ven. lacrimis explore Sprot. pro var. lect. Porro æquare dolores pr. Hamb., perpetua aberratione. dolorem nonnulli codd. apud Macrob. v. 1. Tandem lacrimas æquare dolori Vratial. quod sane et ipsum dicitor, sed vulgarius; et forte natum e glossa; nam etiam Pompon. interpretatur: laboribus æquare lacrymas.—363. fuit Hugen. durata Goth. alter, ex compendio scripturae orto vitio.—365. domus dno Heins. perque vias et religiosa d. omisias medialis Voss. unus.—366. dant penas qu. Moret.—367. Legitur et quedam teste Ge. Fabricio. Sed vulgariter etiam grammatici firmant.—369. noctis

NOTÆ

367 *Quondam*] Aliquando. Sic Ge. De Teucris, Trojanis, Æn. I. 239. De III. 99. ‘Ut quondam in stipulis mag- Dennis, Græcis, Æn. I. 34. nus sine viribus ignis Incassum furit.

Primus se, Danaum magna comitante caterva,	370
Androgeus offert nobis, socia agmina credens	
Inscius; atque ulti verbis compellat amicis:	
Festinate, viri, nam quæ tam sera moratur	
Segnities? alii rapiunt incensa feruntque	
Pergama: vos celsis nunc primum a navibus itis?	375
Dixit; et extempro (neque enim responsa dabantur	
Fida satis) sensit, medios delapsus in hostes.	
Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit.	
Improvisum aspis veluti qui sentibus anguem	
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit,	380
Attollentem iras, et coerulea colla tumentem:	
Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat.	
Irruimus, densis et circumfundimur armis;	

Androgeos primus e Gracis occurrit nobis, magna turba cingente, putans nos esse agmen sociorum, inconsultus: et prior nos alloquitur sermone amico: Properate, o viri, que enim tam tarda desidia vos detinet? alii vastant et exercent Trojani combustum: vos nunc primo venitis ab altis navibus? Sic locutus est: et statim agnoscit se devonire in medium hostium, nam non reddebantur ipai responsa salis tuta. Obstupeuit, et retro continuat pedem cum voce. Sicut qui in orribibus rigidis innitens terra calcavit anguum ex improviso: et subito tremens fugit eum assurgentem in iras, et inflammat collum carnelium: non alter Androgeus recedebat territus aspectu. Irrumpimus, et circum miscemur confertis armis: et passim dejicimus Graecos, in-

.....

imago aliquot ap. Pier.—370. Primus sed Rottend. magna Danaum Dorvill.—371. Androgeus rescripsit Heins. post Pierium cum libris potioribus. Vulgo Androgeos. v. Heins. se offert alii ap. Pier. effert Hugen.—372. effatur Bigot.—373. tum lenta Witt., sed in marg. sera.—375 nunc doceat Menag. & deest Parrhas. et Goth. tert. nunc primum celsis a navibus Exc. Burm. eos nunc a navibus Lutat. ad Stat. VII Theb. 229. a pupibus Hamb. sec. In fine versus interrogationem addunt duo Heinsiani.—376. neque jam Bigot.—377. delapsus meliores, ut Medic. Gnd. a m. pr. Moret. pr., item alii ap. Pier., vulgares dilapsoe. Apud Priscian. xviii illapsoe, qui interpretatur, se illeponum esse. Sed hoc prosaico proprius. ad hostes etiam nonnulli apud Pierium.—378. retrorsit pr. Hamb. pro var. lect.—379. improvisum Hugen. v. sup. v. 203. qui in fontibus Menag. pr. angues alter Rottend.—380. gradiente trep. Parrhas. ex interpr. xitens pedibus trep. Wittian.—381. colla moventem Oudart.—382. Post versum 378 abesse poterat alter hic. Eum otiosem esse, sensit quoque Jo. Schrader: sed idem bene observavit similitudinem Homerici loci, ex quo haec expressa diximus: Iliad. Γ. 81 κατενάγην etc. et 86 ἀσ αδύις etc.—383. circumfundimus multi ap. Pier. et Heins., quem v.; Gud. a m. pr.

NOTÆ

377 *Sensit, delapsus in hostes*] Id est, mus, &c.
se delapsum esse: Graeciamus, Latinis 379 *Aspis]* Pro asperis: ut Æn. I.
veteribus familiaris. Sic Catul. in Pha- 205. *Accetis, pro accessistis.*
selo. v. 2. 'Ait fuisse navium celeri-

- Ignarosque loci passim et formidine captos
Sternimus. Aspirat primo fortuna labori. 385
Atque hic successu exultans animisque Corcebus,
O socii, qua prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis
Aptemus: dolus, an virtus, quis in hoste requirat ? 390
Arma dabunt ipsi. Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam clypeique insigne decorum
Induitur, laterique Argivum accommodat ensem.
Hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas, omnisque juventus
Læta facit; spoliis se quisque recentibus armat. 395
Vadimus immixti Danais hand numine nostro,
Multaque per cæcam congressi prælia noctem

scios locorum, et metu percitos: fortuna facet primis conatibus. Et tunc Chorobus latu successu et animosior ait: O socii, eamus, qua fortuna ostendit viam salutis, et qua se præbet propitiæ. Mutemus clypeos, et accommodemus nobis arma Graecorum. Quia exigat in hoste, utrum virtus, an dolus sit? Ipsi Graeci occisi suppeditabant nobis arma. Sic locutus postea induit cassidem cristatam Androgei, et pulchrum ornamentum clypei, et alligat lateri gladium Gracum. Hoc facit Rhipeus, hoc ipse Dymas, et omnis juventus læta: uniusquisque armat se spoliis novis. Imus permixti Graecis, Dius non propitius: et congressi per obscurum noctem committimus multas

.....

circumfundimus.—384. *et passim Ven. et Goth. sec.*—386. *successu exultans Heins. e libris post Pierium. Vulgo exultans successu.*—387. *qua prima aliquot. quam Rottend. sec. et Gud. a m. pr. addita intp. in quam partem Rottend. tert. qua primum, non male. quod prima Leid. a m. pr. At qua recte. Inf. vi. 95. 96. tu contra audienter ito. Qua tua te fortuna sinet.*—388. *qua se ostendit sec. Hamb. se abest a Zulich. et Goth. tert. sed alter. extendit se dextra fragm. Moret. et ejusdem codex quartus.*—389. *mutamus Gud. a pr. m. mittemus Deg. ciclopes Goth. pr.*—390. *quis ab hoste aliquot Pier. requiret non nulli apud eund. requirit Hugen. et Goth. alt. et apud Macrobi. v. 16. revisat alter Hamb.*—391. *Arma? dabunt ipsi. Ita Servius distinguit; minus bene. dabunt hostes Bigot. dabunt int. dictum pro dent, ministrent. clade pro deinde Goth. sec.*—392. *Androgei nonnulli ap. Pierium et Dorvill., ex interpolatione, ut inf. 425. Peneleo. cf. vi. 20. clypeique i. decori sunt qui legant ap. Pierium, et sic Goth. tert.*—395. *armant Gud.*—396. *non n. n. Witt. nomine nostro Gud. a m. pr. vel omne bono Zulich., ex interpr.*—397. *per totanque ed. Ven.*

NOTÆ

391 *Comantem galeam]* Cristatam, pitiis Diis. Sic AEn. XII. v. 539. ¹ nec candis animalium ornatam, AEn. III. Di texere Cupentum, Aenea veniente, 468. *Argivum, Graecum, ab Argis urbe sui.* De Orco, qui pro inferis sumitur, Ge. I. 277.

396 *Hand numine nostro]* Non pro-

Conserimus ; multos Danaum demittimus Orco.	
Diffugunt alii ad naves, et littora cursu	
Fida petunt : pars ingentem formidine turpi	400
Scandunt rursus equum, et nota conduntur in alvo.	
Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis !	
Ecce trahebatur passis Priameia virgo	
Crinibus a templo Cassandra adytisque Minervæ,	
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra :	405
Lumina ; nam teneras arcebant vincula palmas.	
Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus,	
Et sese medium injectit periturus in agmen.	
Consequimur cuncti, et densis incurrimus armis.	
Hic primum ex alto delubri culmine telis	410
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cædes,	
Armorum facie et Graiarum errore jubarum.	

pugnas, mittimus plurimos Græcorum ad inferos. Alii fugiunt ad naves et querunt currendo tutum litus : aliqui sedo metu iterum condescendit magnum equum, et occultantur in uero ejus sibi cognito. Heu, nihil oportet quenquam sperare invitis Diis ! Ecce filia Priami Cassandra, capillis expassis, repiebatur a templo et penetratibus Palladiis, frustra tollens ad cœlum ardentes oculos, oculos inquam, nem catene ligabant teneras manus. Choribus irato animo non passus est hoc spectaculum, et moriturus immisit se medium in turbam. Omnes sequimur, et ingruiamus spissis telis. Tum statim e summo fastigio templi obruimur jaculis nostrorum Trojanorum, et fit strages deploran-

lumina pro prælia Menag. pr.—398. *Dimitimus Medic.* c. ceteris fere omnibus. cf. Heins. etiam Goth. duo, at tertius *committimus*. *demissimus* Leid.—399. *defugiant* Sprot. et Menag.—401. *Scandere* Moret., bene, nisi *conduntur* sequeretur. v. Burm.—402. *quicquam* Wall. *quenquam* Bigot. *quenquam confidere* ed. Ven.—403. *sparsis* tres cum ed. Ven. *sparsis* et a m. sec. *sparsis* Goth. tert. *virgo P. sparsis* Wall. a m. sec.—405. 406 Idem versus in Ciri 402. 403 occurunt. Versus 406 *Lumina nam t.* pro Virgilii epica gravitate paulo levior nimisque ingeniosus videri potest. Jac. Bryant v. c. eum sublatum esse volebat; revocatus tamen mox ea ratione, quod auctor Ciris eum versum jam legere debuit, quia illum ex Virgilio transtulit. *jam t.* Bigot. *geminas* Moret. sec.—408. *jecit* Ven. et Parrhas. cum Goth. tert. v. Burm. *medium mittit* Witt. *periturus* Heins. post Pierium e melioribus. Vulgo *moriturus*, solenni permutatione. v. Burm.—409. *concurrimus* alter Hanib.—411. *Obruimur nostrorum* idem.—412. *horrore* Witt., ut sup. 301; idem *tubarum* a m. pr., ut et alibi.—

NOTÆ

404 *Cassandra, &c.]* Supra 246. In *De Atridis, Atrei filiis, Agamemnone, templo Minervæ vitiata ab Ajace* Æn. III. 54. et *Menelao*, supra 264. *Oilei filio*, Æn. I. 44. *De Ajace* *De Dolopibus*, supra 7. *Oilei*, de quo hic mentio, Æn. I. 45.

Tum Danai, gemitu atque eruptæ virginis ira,
 Undique collecti invadunt; acerrimus Ajax,
 Et gemini Atridæ, Dolopumque exercitus omnis,
 Adversi rupto ceu quondam turbine venti
 Configunt, Zephyrusque, Notusque, et lætus Eois
 Eurus equis: stridunt sylvæ, sævitque tridenti
 Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo.
 Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
 Fudimus insidiis, tota que agitavimus urbe,
 Apparent; primi clypeos mentitaque tela
 Agnoscent, atque ora sono discordia signant.
 Ilicet obruimur numero. Primusque Corœbus

415

420

da, ob armorum formam, et errorem cristarum Græcarum. Tunc Greci commoti dolore et ira ob eruptam sibi Cassandram, undique congregati nos oppugnant: ardenter erat Ajax, et gemini filii Atrei, et omnis exercitus Dolopum. Quemadmodum venti oppositi scissi turbine aliquando certant, et Zephyrus, et Notus, et Eurus exultare equis orientalibus: sibilant sylvae, ac Nereus spumosus tridente furit, et commovet mare ab imo fundo. Si aliquis per tenebras obscuræ noctis fugerimus dolis, et dispersim tota urbe; illi etiam occurvant, primum agnoscant scuta et arma simulata, et notant voces sono discrepantes a suis. Statim opprimimus numeri, et primus Chorobus occiditur manus Penelei ad aram Deæ Palladii.

414. vadunt ed. Ven., vide sup. 359.—415. *Dolopum* scripti et edd. multi.—416. *diversi magno* Macrob. vi, 2, sed vulgatam idem alibi et Lutat. ad Statuum agnoscent. v. Burm. *adverso rupti* Witt. *quondam rupte* ceu alter Hamburg.—417. *configunt* Goth. tert. a m. sec.: forte cum fuisset *configunt*. *Zephyrique* Rottend. sec. *notus* Eois pr. Hamb.—418. *aquis* Ge. Fabric. emendare volebat; et sic in uno Leid. superscriptum. Male. v. Not. *strident* aliquot; sed *stridunt* etiam Probus agnoscit ap. Heins.—419. *ponto* Menag. sec.—420. *obscuram* Menag. sec. *per umbras* pr. Hamb. *sub umbras* aliquot Pieriani, et Leid.—421. *Fundimus* Gud. a m. pr. et quinque Heins. cum binis Burm.; quibus addit duo Goth. *totamque a. urbem* Longob. Pierii. *agitamus in urbe* sec. Hamb.—422. *apparent primi*: alii distinguunt apud Pier. et *apparent primo* aliquot codd. ap. Heins. *clypei primos* Goth. pr.—424. *Ilicet* ed. Ven. *illicit* fere in libris scriptum; sed v. Pier. *illico* Goth. alt. *irru-*

NOTÆ

417 *Zephyrus, &c.]* Ventus occidentalis, Ecl. v. 5. *Notus]* Qui et *Auster*, meridionalis: a *vortex humidus*: Ecl. II. 58. *Eurus]* Orientalis, unde equis inventus dicitur *Eois*, ab *hæs Aurora*. Et vero Horatius equos etiam Euro tribuit, Od. iv. 4. 44. ‘Per Siculas equitavit undas.’ *Quondam]* Aliquantudo, supra 367.

419 *Nereus]* Juxta aliquos pro *Nep-*

tuno sumitur, ob tridentem: juxta Orpheum, pro Deorum antiquissimo: juxta Hesiodium, pro Ponti filio: juxta omnes, pro Nereidum Nympharum patre, et uno e maris praesidiibus.

423 *Ora sono discordia]* Alii enim Phrygia, alii Graeca lingua utebantur: quidam explicant de vario militum symbolo, *mot du guet*.

Penelei dextra, Divæ armipotentis ad aram,	425
Procumbit; cadit et Rhipeus, justissimus unus	
Qui fuit in Teucris et servantissimus æqui:	
Dis aliter visum: pereunt Hypanisque Dymasque	
Confixi a sociis; nec te tua plurima, Panthu,	
Labentem pietas nec Apollinis infusa texit.	430
Iliaci cineres, et flamma extrema meorum,	
Testor, in occasu vestro nec tela nec ulla	
Vitavisse vices Danaum; et, si fata fuissent,	
Ut caderem, meruisse manu. Divellimur inde:	
Iphitus et Pelias mecum: quorum Iphitus ævo	435
Jam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulix :	

Occiditur etiam Riphēus, qui inter Trojatos unus omnium justissimus fuit; et observantissimus æquitatis. Alter visum est Diis. Moriantur Hypnis et Dymas, confossi a civibus; nec multa religio tua, nec vitta Phœbi protexerunt te morientem, o Panthu. Trojani cineres, et supreme ignis meorum; testor vos, me in exitio vestro nec effugisse arma, nec ulla pericula illata a Græcis: et, si fatum voluisset ut morerer, me dignum fuisse propter facta. Abstrahimur inde Iphitus et Pelias mecum: e quibus Iphitus jam erat annis tardior, Pelias etiam tardatus ob plagam

inur Parrhas.—425. Peneleo Dorvill. a m. sec. Vide sup. 392. In Homero est Πηνέλως, sed et Πηνέλεος occurrit. Rhipeus, Ριψός, vidimus 394. 339. Pelencii Sprot.—426. procubuit Caris. lib. 1 Inst. Grammat. et Macrob. iv Sat. 3, cum Dorvill. a m. sec.—428. visum est aliquot Burm., quem v. ad Lucan. II, 5.—429. Confoensi Vratisl. a deest Montalb., qui et a m. sec. confisi. ab sociis Exc. Burm. Panthu Wall. Phante Goth. alt. v. sup. 319.—430. neque A. Gud. c. binis aliis.—432. nostro Vratisl. in hoc casu nostro Goth., non infelici lapsu.—433. manus pro vices pr. Hamb. si fata dedidissent Leid. tert. tulissent Bigot. et Zulich. pro var. lect., quod verum putat Burm., quoniam proprie ita dici solet. Ita vero quid facias sup. v. 54. si fata Deum, si mens non lœva fuisset.—434. mea pro manu Sprot.—435. Yphitus, Iphitus, Ephitus, Hyphitus, Iphicus, in libb.—436. Pelia et v. Barth. codex ad Stat. xi Theb. 310. et abeat etiam a Parrhas.; Burm. conj. Pelias ex vulnere t. U. Ulixi Heins. e libris potioribus, ut et expressum ap. Gell. IX, 12. vulgo Ulyssi. alii Ulixis, Ulixei. v. Heins. Versus 435 et 436 Quintil.

NOTÆ

425 *Penelei*] Unius e quinque Boeotorum ducibus, qui ad expeditionem Trojanam venerant. Iliad. II. 494.

Armipotentis] Palladis, quæ quassans arma e cerebro Jovis nata est, unde nomen a ωδὴς quasso.

428 *Dis aliter visum]* Licet justissimus esset, visus est tamen Diis ren-

ac morte dignus esse. De *infusa*, seu vittis Apollinis, 133. De *Apolline*, Ecl. III. 104.

434 *Meruisse manu]* Me dignum fuisse morte, propter ea quæ *manu* feceram: nempe ob cædes Græcorum plurimas.

Protinus ad sedes Priami clamore vocati.

Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
Sic Martem indomitum, Danaosque ad tecta ruentes 440
Cernimus, obsessumque acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ, postesque sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeosque ad tela sinistris
Protecti objiciunt; prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contra turres ac tecta domorum 445

ab Ulysse acceptam. Statim vocamur clamoribus ad regiam Priami. Illic autem videmus magnum certamen; quasi nulla essent alibi prælia, et nulli morerentur reliqua in urbe: sic videmus Martem effrænem, et Græcos ad fastigia ascendentem, et portas obcessas admota testudine. Scale affluntur muris, et innituntur gradibus ad ipsas portas: et Græci teci opponunt sinistris manibus clypeos ad jacula, dextris apprehendunt tecta. Contra Trojani diruntur turres et culmina tegentia

Inst. ix, 3, 35 laudat, ut exemplum regressionis.—437. vocari Heins. conjiciebat, ut sit pro vocamur. Interpungebat adeo plene post Ulri. Neumannus, probante Burmanno, distinguebat: *Direllimus inde, I. et P. mecum (quorum—Ulyssi) Protinus ad sedes P. c. vocati.* Possit sententia usque ad Cernimus continuari, ut sit: *Ulri, Protinus—vocati, Hic vero—Cernimus.* Sed neutro opus. Jungenda sunt: *direllimus inde; Iphitus et Pelias mecum* (sc. divelluntur a ceteris), *clamore vocati ad sedes Priami.* Dum alii discurrunt, hi tres ad arcem pergunt.—440. *Hic M.* tres Heins. cum Zulich. a m. sec. Male puto. *ad bella* Exc. Cortiana Saxii. que non male abeat a Goth. tert.—441. *alta* Hamb. pr. Bigot. et Zulich. Parrhasius in marg. scripsérat *atra* (f. pro arta, ut in Silio mox laudando nonnulli legunt), perperam; sed et, *atra superscripto, acta fragm.* Vatic. *Testudo proprie agi* dicitur, etiam cum scutorum est. Fadem varietas ap. Silium 1, 365 *condensis acta testudinis armis.*—443. *ac tels* Med. Gud. cum alias apud Heins. et Pier.; it. Goth. pr., quod pravum est. Etiam in Servianis occurrit cum altera lectio. *ad tecta* nonnulli Pieriani, cum fragm. Vatic. *superscripto tecta.* que abeat post clypeos in tert. Moret. *clypeisque* Hugen.; unde Heins. conj. *clypeisque ad tela sinistras P. o.*—444. *prensant duo, et pensant alter Menag.*, solita aberratione. *dextris f. prensant* tres ap. Burm.—445. *e contra pr.* Moret., male. v. Burm. *turres et aliquot Pier.* *tota domorum* post Medic. Pierii. Moret. tert. et Hamb. sec. pro var. lect. et idem cum altera lectio in Servianis laudatur. *tuta d.* Moret. qu. Sunt et viri docti, qui *Culmine*

NOTÆ

440 *Martem*] Pro bello, cuius Deus est, Ecl. ix. 12.

441 *Testudine*] Machina, quæ inventa dicitur bello Trojano. Sic describitur a Livio l. xliv. 9. ‘Scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiiis magis et quartis, postremis etiam genu nixis; fastigatau, sicut tecta

ædificiorum sunt, testudinem faciebant.’ Ait Xiphilinus in Augusto, tam firmam fuisse, ut homines supra illam ire possent; sed et equi agi et vehicula. Nomen a corio *testudinis, tortue*: Græcis οὐρανοτρόπος, a clypeis simul nensis. De *postibus*, Æn. 1. 452.

Culmina convellunt : his se, quando ultima ceraunt,
 Extrema jam in morte parant defendere telis ;
 Auratasque trabes, veterum decora alta parentum,
 Devolvunt ; alii strictis macronibus imas
 Obsedere fores : has servant agmine denso. 450
 Instaurati animi, regis succurrere tectis,
 Auxilioque levare viros, vimque addere victis.
 Limen erat, cæcæque fores, et pervius usus
 Tectorum inter se Priami, postesque relict
 A tergo : infelix qua se, dum regna manebant, 455
 Sæpius Andromache ferre incomitata solebat

*demos: siquidem vident extremes res, consonant defendere se his armis in ruina
 jam supra: et dejiciunt auratas trabes, magna ornamenta antiquorum patrum:
 alii strictis gladiis occupaverent portas, et has defendunt spissa multitudine. Renova-
 tum est mihi ardor succurrenti domui regis, et adjuvandi viros auxilio, et addendi
 vires victimis. Erat limen, et janua occulta, et pervia conjunctio domorum Priami
 inter se, et porta reicta a tergo: qua misera Andromache, dum stabant regna,*

legunt, h. e. a culmine, ut v. 603, sed v. Not.—446. *hi* Sprot. et ed. Ven.
hinc et q. Parrhas. et Goth. tert. a m. pr. Ceterum quorsum parenthesis
 hoc et sequ. versu faceret, non videbam : itaque eam sustuli.—447. *is* abest
 a magna librorum parte, ut fere alibi ; sed est in fragm. Vatic. et al. parent
 Parrhas.—448. *Auratasque trabes antiqui* codd. apud Pierium, quod recte
 h. l. rejicit. *aeriasque Hamburg.* pr. pro var. lect., sed v. Burna. *alta* in
 duabus aut tribus antiquis omissum viderat Heins. et in Gudiano erasum ;
 Pierins autem in nonnullis : *decora illa*; hoc et fragm. Vatic. habet, super-
 scripto *alta* ; quod defendi possit, et *decora ampla* ed. Ven. sed *decora alta*
 verum esse, vel ex Statii imitatione appareret v Theb. 422. 423. Adde sup.
 lib. i, 432 *columnas—scenis decoris alta futuris.*—449. *fractis* Hamb. pr. *traces*
 duo ap. Burn. cum aliquot Pierianis, perpetuo vitio.—450. *Obedere* pr.
 Moret. cum fragm. Vatic. Vide ad iv Ge. 436 : sup. 322, et al. *qua servans*
Menag. pr. *asservans* Leid. unus a m. pr. *adservant* in Servianis. *ordine*
longo Bigot., *memoria lapsu*, ex aliis locis.—451. *animis* pr. Moret. Montalb.
 sec. Rottend. et Witt. Nec displicet, ut *succurrere infinitivus historicus sit.*
 Vulgatam etiam fragm. Vatic. habet et Pompon. Sab. interpretatur.—
 452. *viros ferens Wall.* male. et via Menag. pr. *cinq̄ue addere ticti conj.*
Heins. (scilicet, si *addere* pro finito modo positum est). a. *tectis* Bigot. et
Wall. a m. sec.—453. *deritus* Goth. tert. a m. sec.—455. quo dso Burn. cum
Goth. pr. qua se infelix Menag. pr. tum r. aliqui in Serv.—456. *Andromache*

NOTÆ

454 *Tectorum inter se, &c.]* Videntur continua duo fuisse palatia Priami, et Hectoris, cuius Andromache uxor fuit. *Relicti]* Ab hostibus, qui poeticam illam januam non animadverterant.

456 *Andromache]* Filia Eetionis Delph. et Var. Clas. Virg.

Ad soceros, et avo puerum Astyanacta trahebat.
 Evado ad summi fastigia culminis: unde
 Tela manu miseri jactabant irrita Teucri.
 Turrim, in præcipiti stantem, summisque sub astra 460
 Eductam tectis, unde omnis Troja videri,
 Et Danaum solitæ naves, et Achaia castra,
 Aggressi ferro circum, qua summa labantes
 Juncturas tabulata dabant, convellimus altis
 Sedibus, impulimusque; ea lapsa, repente ruinam 465
 Cum sonitu trahit, et Danaum super agmina late
 Incidit. Ast alii subeunt: nec saxa, nec ullum

sepe solebat abeque comitatu se conferre ad soceros, et ducebat avo puerum Astyanacta. Hac ascendo ad fastigia summi tecti, unde miseri Trojani vibrabant membris spicula incisa. Evertimus ab altissima parte, et disjecimus turrim sitam in loco declivi, et summis tectis elataam ad sidera, unde solebat tota Troja spectari, et naves Græcorum, et Achaia castra: postquam eam circum accidimus ferro, qua parte supremum tabulatum reddiebat juncturas parietis infirmiores. Illa turris exemplo concidens ruinam fecit cum tumulo, et late incubuit super turmas Græcorum: sed alii succedent: nec lapides, nec ullum genus armorum int-

alter Menag.—457. *Astyanacta* Wall. *Astyanacta* alli. Totus versus decerat Goth. pr.—458. ad omittit Euphr. in Eunuch. Terent., sane elegantius; sed scriptis contra dicentibus; præter Goth. pr.: Guiet. conj. *Evado* *huc* *t. f.*, quod et Servius supplet. *iude* Sprot.—459. *jactabant undique* Excerpta Burm. *inertia* a m. pr. fragm. Vatic.—460. *turrem* Carissim. lib. i Inst. Gramm. agnoscit. At Gellius xiiii, 19 Valerium Probum turrim legisse teatis est; nec aliter scripti. v. Pierium, Heins. et Erythr. Ind. h. v.—461. *iude* Sprot.—462. *Achaia*, forma poëta solemniore, Heins. tantum in recentioribus repererat; ad acceditibus Franc. Witt. Parrhas. ed. Ven. et Dorvill., quibus addendi nonnulli codd. Pierii, et primo omnium loco fragm. Vatic. p. 171, reposuit Burmannus. Vulgo *Achaica*. Totus versus decerat Goth. tert.—463. *circum ferro* Parrhas. *que* Gud. a m. pr. *labentes* duo Burm. cum binis Goth.—464. *imis* Hugen. pro var. lect., ex interpretatione. In hoc et sequ. versu distinctionem mutavi. Nam sententia non absolvitur nisi post *impulimusque*.—465. *que abest* Franc. *et ea* Dorvill. *Elapsa* pro *ea* *lapsa* Gudianus cum nominalis aliis ap. Heins. et Burm., neconon cum Pierianis plerisque et duobus Gothanis; vitio tamen. *rūcas* Vratisl.—466. *agnine*

NOTÆ

parte in uxorem concessa est. *Socer* 462 *Achaia castra*] De Achaia, igitur Andromaches fuere Priamus et Græcia regione, Æn. i. 492. De Hecuba.

457 *Astyanacta*] Filium unicum Andromaches ex Hectore: hic post Trojam captam cum quæreretur a Græcis ad mortem, oculatus a matre in ipso Hectoris tumulo, indeque dolo Ulyssis erutus, e turri præceps

actus est.

463 *Qua summa, &c.*] Qua trabium, que sumnum tabulatum sustinebant, capita, parieti immisæ, infirmiores illum reddiebant, et excendi faciliem. De Pyrro, supra 263.

Telorum interea cessat genus.	
Vestibulum ante ipsum primoque in lmine Pyrrhus	
Exultat, telis et luce coruscus aëna.	470
Qualis, ubi in lacem coluber mala gramina pastus,	
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat;	
Nunc positis novus exuvii nitidusque juventa,	
Lubrica convolvit sublato pectore terga	
Arduus ad Solem, et linguis micat ore trisulcis.	475
Una ingens Periphas, et equorum agitator Achillis	

rim cessat. *Ante ipsum intratum et ad primam portam, Pyrrhus gaudet fulgens armis et luce armorum arcorum. Qualis est coluber, quem hyems frigida occulatabat effutus sub terra; quando refectus venenatis herbis, et jam reparatus deposita pelle, ac juventute conspicuus, elato pectore protrahit in lucem lubricum dorsum, eructus ad Solem, et vibrat linguam tricuspidem. Similis magnus Periphas, et armiger Automedon duxtor equorum Achillis: simul tota juventus Scyri insulta,*

ed. Dan. Heins.—470. Vulgo interpungitur *Exultat telis, quod montavi.* coruscat Montalb. Wall. et ed. Ven. *aëna* scriptum a sec. manu in perverteri exemplari Gell. ii, 8 testatur.—471. Praefat interpungere post *tegebat*, ut sit: *Qualis sc. exultat coluber, quem tegebat, in lucem offendit post et luce versus sup. et quod otiosum est: et si aut exultat repetas, aut ad consolabit trahas.* Burmannus Homericum ἀντιχεῖν comparans conj. e lustro, ut referatur ad: *micat arduus*, dubitat tamen an *lustrum* de serpentis cubili et latebra dicatur. Mihi videbatur *ingluvies* latere in corrupta lectione, quo ducere possunt *mala gramine pastus et tumidum. pastus ingluvium mala gramine, paulo exquisitus, sed propter hoc ipsum forte a librariis corruptum.* Ge. III, 491 de serpente charydro: *hic placibus etregi improbus ingluvium ranique loquacibus explet: ex quo loco etiam alia in hanc comparationem traducta mons videbils. Ut igitur ibi *explere* *ingluviam*, sic h. l. dictum est *pascere* *ingluviam*, fere ut alibi *pascere ventrem.* Silius autem *satiare* *ingluviam* dixit imitatione Virgilii lib. vi, 155 *Ingluvium immensi ventris gracidianaque venenis Alum depresso satiabant fonte leones.* Malebat Valk. ad Theocr. p. 252 inter loca habere, qua Virgilius retractaturus fuisset. Schrader. varie tentabat locum: *in lucis. in sylvis. ut apud Silium xvii, 449, loco ex nostro expresso, est in campus.* Poterat et scriptum esse: *Qualis ubi exilit vel exultat coluber.* —472. *sub terram* Parrias. v. Ge. iv, 43 et Sil. vi, 160, et saepè, *gelidum*, sed correctum, *tumidum* Dorvill.—473. *Tum* pr. Hamb. *cum* aliquot apud Bürm. *compositis* alter Rottend. et Leid. a m. pr. *compositis* sec. Hamb., quod non dispicebat Heinsio. Similis varietas Ge. III, 437, ubi hic idem versus repetitur.—474. *corpore* Cod. Thuan. Macrobii v Sat. 5, perpetua variatione. *sublato pectora tergo* MS. apud Pierium; male. Ge. III, 426 *anguis* *Squamex convolvoe sublato pectora tergo; hinc τῷ convolvit terga, quia fit sublato pectora, addi poterat ornare: Arduus ad Solem.*—475. idem versus Ge. III, 439. cf. Silius vi, 222. 223.—476. *Peryphas, Peryfas, Perifas*, male in*

NOTÆ

471 *Qualis, ubi, &c.] De illa serpenti renovatione, herbarum pasto, lin-* *gus tricuspidem, jam diximus Ge. III.*
477.

Armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
 Succedunt tecto, et flamas ad culmina jactant.
 Ipse inter primos correpta dura bipenni
 Limina perrumpit, postesque a cardine vellit
 Æratos ; jamque excisa trabe firma cavavit
 Robora, et ingentem lato dedit ore fenestram.
 Apparet domus intus, et atria longa patescunt :
 Apparent Priami et veterum penetralia regum :
 Armatosque vident stantes in limine primo.

480

485

At domus interior gemitu miseroque tumultu
 Miscetur ; penitusque cavæ plangoribus ædes
 Foemineis ululant ; ferit aurea sidera clamor.
 Tum pavidae tectis matres ingentibus errant,
 Amplæcæque tenent postes, atque oscula figunt.
 Instat vi patria Pyrrhus ; nec claustra, neque ipsi
 Custodes sifferre valent. Labat ariete crebro

490

ascendunt ad tectum, et conjiciunt ignes ad fastigia. Pyrrhus ipse inter primos
 correpta securi durum limen perfringit, et e cardinibus eruit portas arcas : et jam
 abscissa trabe perforavit durissima ligna, fecitque magnum hiatum lato spatio.
 Apparet interior domus, et longa atria patent, apparent recessus Priami et anti-
 quorum regum : et cernunt milites resistentes in ipso aditu. At domus interior
 turbatur luctu et misero tumultu : cœteæ ædes intime resonant planctibus semi-
 narum : clamor ferit astra lucida. Tunc timidae matres vegetantur tota domo, et
 hærent amplexa portas, ilisque dant oscula. Urget Pyrrhus paterno impetu ; nec
 obices, nec ipsi custodes possunt eum sustinere : janua quatitur multo ariete, et

libris scriptum.—477. *Actomedon* et *Syria*, *Schiria*, *Seria* vitiōse in libris.
Automedon Pompon. Sab. *omnes Medic*.—478. succedunt muro Servins inf.
 ad v. 723, ubi et in Mss. et flammam ad fastigia jactant.—479. correcta unus
 Leid.—480. *prorumpit* Menag. pr. *prærumpit* Venetus. a c. *rumpit* Wall.
 a m. pr.—481. *auratus* pr. Hamb. *ferratos* Voss. et jam Menag. pr. *excisa*
 Oudart. *carabat* Longob.—487. *clangoribus* quatuor ap. Burm., solenni va-
 rietate.—490. *postes* ex Probi sententia, *postis* alii. v. Pier. *postesque* et
 Witt. *figunt* Ven. et Leid. unus a m. pr., ut sœpe alibi.—491. *neque ipsi*
Hieins. e Medic. et aliis. Vulgo nec.—492. *subferre aliquot. proferre sec.*

NOTE

477 *Scyria pubes*] E Scyro insula, una e Cycladibus, in qua regnavit Lycomedes : apud quem depositus a Thetide Achilles puellari habitu ne ad bellum raperetur, interim ex Deidamia Lycomedis filia Pyrrhom suscepit. De bipenni, securi utrinque

acuta, Ge. iv. 331. De limine, postib-
 bus, cardine, Æn. i. 452.

491 *Vi patria*] Hausta e patris Achillis exemplo, qui ex Horat. A. P. 121. *Iracundus, inexorabilis,*
acer.

492 *Ariete*] Machina fuit longior,

- Janua, et emoti procumbunt cardine postes.
 Fit via vi: rumpunt aditus, primosque trucidant
 Immissi Danai, et late loca milite complent. 495
 Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
 Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
 Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
 Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem
 Cæde Neoptolemum, geminosque in limine Atridas. 500
 Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras
 Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignes.
 Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,

portæ concidunt ejectæ e cardinibus. Fit via per vim, et Græci immissi pandunt sibi aditum, et occidunt primos, et undique replent spatia militibus. Non sic spumans fluvius volvitur in agros furens auctu aquarum, et per omnes campos exerit armenta cum stabulis; quando fractis oblicibus exundavit, et superavit equarum copia moles oppositas. Ipa se vidi furiosum cardibus Pyrrhus, et duos Atrei filios in limine. Vidi Hecubam, et centum feminas, et Priamum inter aras inscenientem sanguine ignes, quos dicaverat Diis. Quinquaginta cubicula, in quibus

Moret.—496. *emoto cardine* Nonius ap. Pierium, Hamburg. et ed. Ven. Sane utrumque recte dicitur, etiam a poëta. v. exempla ap. Heins. et inf. v. 610. vi. 382; vulgata tamen saeviore esse puto. *remoto c.* Franc. ordine p. Bigot.—494 *irrupunt* Hamburg., minus bene. repant Ms. Fabricii, bene, sed non h. l.—496. 497 *cum spumeus* exiit Amnis et oppositas evicit Hamb. pr., a manu interpolatrice.—497. *ejicit* Ven. *erupit* Macrob. v. 5. *trahit de* g. Scheffer. ex v. 499. *oppositas evicit* Goth. tert.—498. *arma duo* ap. Burm. *fusilli* ed. Ven.—499. *erupit* Menag. pr., ut et alibi permittatur cum trahit. *perat* Hamb. sec. *frementem* Parrhas., quod preferas post furens 498.—500. *que abest* Bigot. *Atrides* pr. Hamb.—503. Q. *intus th.* Goth. pr., non male. *spes illa* legunt nonnulli apud Pierium, et sic edit. Junt. *spes quanta unus* Pierii, ab interpolatore. *ampla Medic.* Pierii, Gud.

NOTE

cujuſ caput in arietis caput ex ære conformatum, in urbium portas magni in librabantur. De Pyrro Neoptolemo: supra 263.

501 *Hecubam]* Uxorem Priami, filiam Cissel Thracie regis: quæ in servitutem a Græcis abducta, fingitur mutata in canem, quia Græcos inanimis convitilis lacescebat. *Centumque nurus]* Nurus, proprie uxor filii est, bru. Cum tamen constet Priamum filios centum, atque adeo centum nurus, non habuisse; constat hic ju-niores intelligi feminas, quæ in co-

mitata Hecubæ erant, aut ad eam confugerant: ut apud Ovid. Met. ii. 364. de populis arboribus loquentem: 'Inde fluunt lacrymæ, stillataque Sole rigescunt De ramis electra novis, quæ lucidus amnis Excipit, et nuribusmittit gestanda Latinis.' De aris Priami, infra 513.

503 *Quinquaginta illi thalami]* Separata cubicula. Priamus enim ex Homero, Iliad. vi. 244. totidem habuit thalamos, ubi filii totidem apud uxores habitabant: et e regione thalamos præterea duodecim, ubi totidem

- Barbarico postes auro spoliisque superbi,
Procubuere. - Tenent Danai, qua deficit ignis. 503
- Forsitan et, Priami fuerint quæ fata, requiras.
Urbis uti captæ casum, convulsaque vidit
Limina tectorum, et medium in penetralibus hostem :
Arma diu senior desueta trementibus ævo
Circumdat nequicquam humeris, et inutile ferrum 510
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe,
Ingens ara fuit ; juxtaque veterima laurus

erat ei magna opes posteritatis : portæ ornatae auro peregrino et spoliis, ceciderunt : ubi deest ignis, occupant locum Græci. Forte etiam petas, que fuerit sors Priami. Postquam vidit ruinam captæ urbis, et perruptas portas domus, et hostem in medio ejus recessu : senex frustra induit humeris senio trementibus arma Ævo deserta, et accingitur gladio inutili, et ruit moriturus in confertos hostes. In media domo et sub apertis auri cari fuit ara magna, et prope laurus antiquissima,

.....

ed. Ven. cum Goth. sec. alia Scheffer. — 506. fuit Priami Oudart. fuit Franc. a m. pr. regnari tres Burm. requires Witt. Voss. et Carinius Grammat. — 507. uti Heins. reposuit e Mediceo aliisque melioribus. Vulgo ubi, quod interpretationi loco esse potest : ubi hic Ven. et Parrhas. cassus Hamb. pr. collapsoque vidit Schol. Juven. ad Sat. x, 268. — 508. mediis penetralibus et mediis in p. passim codd. ap. Pierium, Heins. et Burm., manifesta corruptela exquisitionis formæ : medium in p. hostem. vide sap. i, 348, et supra alibi. cf. Burm. in omnissum in nonnullis. — 509. senio Goth. pr. distincte Wall. timentibus Rottend. sec. — 510. nec quicquam Franc. cum al. — 511. hac domino tres Burm. moriturus fertur Oudart. ad hostem aliquot Pierii codd. —

NOTE

habitabant flime apud generos : ergo liberos habuit ex utroque sexu duos ac sexaginta, et variis uxoribus, praesertimque ex Hecuba novemdecim, ut ait ipse Priamus, Iliad. ultimo, 496.

504 *Barbarico*] Cerdanus probat exemplis compluribus, *Barbericum* et *Phrygicum* idem esse, et Phryges divitiae fuisse insignes : et certum quidem est barbaros a Græcis vocatos esse Asiaticos omnes, quales erant Trojani Phryges, et Persæ. Nec tamen puto patriam Æneæ barbaram ab Ænea ipso hic appellari : igitur melius explica de auro Asiaticis aliis gentibus per bellum direpto, præcipe quia cum spoliis hic jungitur.

512 *Sub ætheris axe*] *Sub Dio*, vel sub Jove; id est, sub ipso ære et aperto caelo, quem locum in mediis dominibus impianum vocant. *Axe*] Cœlo. Vel quis pars coeli nobis imminens signum habet maxime conspicuum, *axem*, sive *septentriones*; quod et *planum* dicitur, et axis ideo dici potest, *juxta Servium*. Vel quis, sicut poli, ita et axis, pro toto coelo sumitur : sunt enim poli, puncta duo axem terminantia; *axis* autem, linea ipsa sive obelus, circa quem coelum volvi concipiatur.

513 *Ingens ara fuit*] Ara illa, in loco subdiali et aperto, mediis in mediis posita fuit, et Jovi *Hercio* dicata, ex Athenaeo l. v. Ad hanc occipit

Incumbens aræ, atque umbra complexa Penates.	
Hic Hecuba et nati nequicquam altaria circum,	515
Præcipites atra ceu tempestate columbae,	
Condensæ, et Divum amplexæ simulacra sedebant,	
Ipsum autem sumtis Priamum juvenalibus armis	
Ut vidit: Quæ mens tam dira, miserrime coniux,	
Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit.	520
Non tali auxilio, nec defensoribus istis	
Tempus eget; non, si ipse meus nunc afforet Hector.	
Huc tandem concede; haec ara tuebitur omnes:	
Aut moriere simul. Sic ore effata, recepit	
Ad sese, et sacra longævum in sede locavit.	525
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,	
Unus natorum Priami, per tota, per hostes	

imminens aræ, et tegens umbra Deos domesticos. *Hic Hecuba, et ejus filia, frustra circa aras confertæ, sicut fugientes columbae per nigrum tempestatem, et amplectentes Deorum statuas, eis adhaerent.* Cum vero vidit Priamum ipsum sumtis armis juvenilibus: *Quæ tam funesta mens, ait, o miser marite, impulit te ad induenda haec arma? aut quæ curris?* Tempus praesens non indiget tali subdida, nec talibus propagulatoribus; ne si mous quidem Hector nunc ipse edocet. *Huc denique te recipe: haec ara proteget cunctos, aut morieris nobiscum.* Sic ore leonata, accipit unum justa ac, et posuit eum in sacro ordili. Ecce autem Polites, unus filiorum Priami, cuncta morte illata a Pyrrho, inter armæ, inter hostes,

516. alterio cingunt Goth. tert.—517. sedebant Heins. iterum reduxit vestitiorum codd. etiam Pierianorum auctoritate; et recte idem Burmannus monet convenire τῷ altaria circum et condensæ. Vulgo tenebant, quod cum multis aliis Medic. a m. pr. habet et Ge. Fabricius ex Ovid. XIII Met. 418 defendere solebat. ferebant alter Moret.—518. juvenilibus Heins. cum Medic. et aliis melioribus, etiam Pierii. Vulgo juvenilibus, at poëta rarius sequi debet.—521. non def. Montalb. def. astis Menag. pr.—522. meis Montalb., male v. 1, 292. III, 499 Burnm.—524. Vel m. Parrhas. effata plures Burnm.—525. longævum Gud. in abest Excerptis Burnm. et Goth. tert. a sede Bigot.

NOTE

scit Priamus; ex Euripide, Pausania, Ovidio, Seneca. Dicebatur Herceus Ippos, ab Ippos septem, quia intra domorum septa statuebatur ejus ara. Praeter oculos naturales duos, tertium habebat in fronte, ex Pausania in Corinth. Non assentior Turnebo l. XIV. 15. in hac ara sacramum fuisse ignem perpetuum; sed ignem recens a. Priamo excitatum ad placandas Deos, de quo 502.

518 *Laurus*] Haec aliqui dicunt arte factam fuisse: cujas truncus cibitorum duodecim ex auro purissimo; rami et folia ex auro et argento; flores et fructus e gemmis. Sed sativam et naturalem pato.

514 *Penates*] Vel domum intelligit, vel statuas domesticorum Deorum cum Herceo Jove in eadem ara positas. De *Penatibus*, infra 717.

Porticibus longis fugit, et vacua atria lustrat
Saucius. Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, jam jamque manu tenet, et premit hasta. 539.
Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
Hic Priamus, quanquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci iræque pepercit.
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis, 535
Di, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
Persolvant grates dignas, et præmia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Fecisti, et patrios foedasti funere vultus.
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles 540
Talis in hoste fuit Priamo; sed jura fidemque
Supplicis erubuit, corpusque exsangue sepulcro

*fugit per longas porticus, et pererrat ampla atria, vulneratus: Pyrrhus ferens
perseguitur illum inimico telo, et prope manu attingit, urgetque hasta. Postquam
autem Polites pervertit ante oculos et ora parentum, cecidit, et emisit animum cum
multo sanguine. Tum Priamus eti jam in media morte positus, tamen non alii
temperavit, nec iram et vocem continebat: Tibi vero, exclamat, Di referunt meri-
tam gratiam, et reddant debitam mercedem pro hoc crimine, et talibus factis; si
est in celo aliqua pietas, qua providet talia: tibi, inquam, qui sociisti me coram
videre mortem filii, et funestasti faciem patriæ hac cede. At ille Achilles, ex quo
singis te procreatum esse, talis non fuit ergo hostem Priamum: sed rationem ha-
buit iuris gentium et fidei debito supplicantibus; et restituit tumulo examine*

528. fuit duo Burm., ut forte alibi. fugiens vacua Bigot.—529. infecta sec. Moret. et ed. Dan. Heins. infasto Menag. pr. infesto in vulnere Oblongus Pierii, saucus enim erat Polites; quod ferri posset.—531. evasit et ante p. quidam Pieriani, e glossa.—532. et citam multo Wall. fundit plerique Pierianus.—533. in deest sec. Menag. Hamb. sec. et Parrhas., quod et ipse abesse malim. media jam in pr. Moret., vide sup. 508.—535. Ac tibi ed. Ven. Et t. Voss. pro scelere tanto pr. Hamb.—536. si qua cœlo Bigot. si qua cœlo est Dorvill. in celo Leid. est pietas celo q. t. curat Menag. pr. current Medic. et Parrhas.—538. f. vulnere e. Ven. Parrhas. sec. Hamb. et Goth. pr. sanguine Bigot. a m. pr. Dorvill. et Wall., qua solemnes sunt aut aberrationes aut interpolationes. Posterius quidem non displicere video Burmanno ad Antholog. Vet. Lat. p. 338, nec, quod ad sensum attinet, disentias; sed feras haud dubie equitatus poëtaque dignius. Fecisti, patrios f. et v. sec. Moret. vultos Medic. pro vultis v. Heins.—540. a quo te Reg.—542. exhibebit Bigot.

NOTE

— 529 *Vulnere*] Ictu, vel telo, quo vulnerus infligitur.

supplicatione apud Achilleum, pro repetendo Hectoris cadavere, *Æn.*

542 *Supplicis*, &c.] De hac Priami *i. 103.*

- Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.
 Sic fatus senior, telumque imbelle sine ictu
 Conjecit: rauco quod protinus ære repulsum,
 Et summo clypei nequicquam umbone pependit. 545
 Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, et nuntius ibis
 Pelidæ genitori. Illi mea tristia facta,
 Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
 Nunc morere. Hoc dicens, altaria ad ipsa trementem 550
 Traxit et in multo lapsantem sanguine nati,
 Implicitique comam læva; dextraque coruscum
 Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit, ensem.
 Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
 Sorte tulit, Trojam incensam, et prolapsa videntem 555
 Pergama; tot quondam populis terrisque superbum

*corpus Hectoris, et me remisit in urbem meam. Sic dixit senex, et projecit telum
 debole atque impetu: quod statim resiliit ex ære rauco, et frustra pependit e sum-
 mo umbone clypei. Cui Pyrrhus respondit: Feras ergo ista, et ibis nuntius ad
 Achilleum patrem meum: memento narrare illi mea indigna facta, et Pyrrhum de-
 generem. Nunc morere. Hæc dicens, trahit eum ad ipsas aras trepidum, et vacil-
 lans in medio sanguine filii, et involvit sinistra capillo, ac dextera sustulit
 ensis manum, condicisque in ejus latuus queat ad manubrium. Hic fuit terminus
 resum Priami: hic exitus necessitate abstulit eum, videntem Pergama everaa et
 Trojan combatsum: eum inquam regem Asie, clarum proprie tot gentes, et tot regi-*

que abest a nonnullis Pierii, Heins. et Burm.—543. recessit Parrhas.—544.
fatu Bigot. et Leid. un.—545. Projecit Parrhas., quod admodum se com-
 mendat, ut hoc verbo irritum ictum notet, vel Burmanno judice. *repulsum*
 est Puget. Parrhas. et ed. Ven. cum Goth. tert. *sepulsum* et *sepultum* est e
 suis codd. laudat Pierius, unde Gifanius faciebat *repulsum*, antique pro *repul-
 sum*; male. v. Burm.—546. *E summo* Vratisi., ut dudum ipse malueram. et
 non citat Latat. ad Stat. i Theb. 377. repellit alter Hamb.—547. Cum P.
 tertius Moret. *tum sec.* Moret. 548. *illuc* Zulich., et mirum veteres illi pro
 adverbio h. l. acceperisse. Sic Donatus et Servius. *fata sec.* Moret. Sprot.
 et Donat. ad Terent. ap. Heins. dicta Nonius in triste. Sed v. Not.—
 550. Hoc Heins. consensu codicum, etham Pierianorum; vulgo *hæc*.—551.
laxantem Ven. pr. Hamb. et Goth. pr.—552. *implicitique* sec. Hamb. *comis*
 Gud. a m. pr. non male, si *levis* legas cum Burm.—553. *ascopulo* Sprot. a
 m. sec. et Witt. *addidit* idem cum Goth. sec.—554. *Hæc finis* v. Gell. XIII,
 20, et Heins. ad Æn. III, 145. *Hæc f.* duo Goth. *Hæc f.* Priami, *hic fatorum*
exitus Francian. *hæc exitus* illum Sorte tulit conj. Heins.—555. *et lapes aliquos*
 ap. Burm.—556. *populis* quondam Parrhas. et Wall.—557. *equore* pro *litore*

NOTÆ

546 *Umbone*] *Umbo*, ὄμβων est quic-
 quid in plano eminet, rotunda figura: *Pelides*
 talis erat media pars clypei. *Achilles*,
Achilles, filius Pelel, de quo, Æn. I. 34,

554 *Hæc finis*] Vulgo masculini
generis est: hic etiam feminini, ut
 et Æn. v. 384. ‘Quæ finis standi?’

Regnatum Asiae. Jacet ingens littore truncus,
Avulsumque humeris caput, et sine nomine corpus.

At me tum primum sœvus circumstetit horror.

Obstupui; subiit cari genitoris imago,

560

Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi

Vitam exhalantem; subiit deserta Creusa,

Et direpta domus, et parvi casus Iuli.

Respicio, et quæ sit me circum copia lustro.

Deseruere omnes defessi, et corpora saltu

565

Ad terram misere aut ignibus ægra dedere.

[*Jamque adeo super unus eram: cum limina Vestaæ*

ones: jact in littore magnus truncus, et caput abscissum ex humeris, et cadaver sine nomine. Tunc vero primum dirus horror invasis me. Attonitus fui: venit in mentem imago dilecti patris mei, quando vidi regem ipsi coœcum efflantem crudeli plaga extremam: venit in mentem Creusa derelicta, et spoliata domus, et periculosa parti Ascensionis. Circumspicio, et quaro quanam esset circa me multitudo. Omnes me reliquerant fatigati, et corpora saliendo precipitaverant in terram, aut afflita conicerant in flammas. Et jam fere restabam solus, cum video filiam Tyndarei occuparent tem-

Dorvill., Barmannus conj. *limine sc. regis.* Non est solicitanda bona lectio, quam confirmant Manilius et Seneca. v. Not.—558. *avulsumque* Gad. cum Medic. *abscissumque* Oudart. et Leid. unus; sed atrociss. *avulsum*. v. Barm.—559. Ut me Menag. sec. cum primum quatuor Burn. et mecum p. Witt. error Hugen.—561. *fumore* Oudart. et Parrias. a m. pr. v. sup. 520.—562. *subit et multi* Pierii, Heinsii et Burn. Cur vero ante Subiit majore distinctione sententiam jugulent vulgo editiones, non video; itaque eam mutavi.—563. ut d. codices ap. Pier. et *deserto* alii ap. eund.—564. *Despicio* Oudart. me *circum* Heins. e codd. ut mollius; vulgo *circum* me. In Wall. a m. pr. *qua sit verum mihi copia*.—566. *dederat* Bigot.—567. Versus hi XXXI usque ad v. 568 ab omnibus Pierii, Heinsii, et Burmanni codd. aberrat, excepto Menag. alt., in quo recentiore manu erant ascripti, addita subscriptione: *Ista metra non sunt de textu.* In nonnullis ap. Burmanum (non in omnibus libris, ut Catreeus jactat) non hic sed initio *Aeneidos* exarati reperiuntur. Neque hoc versus Servius, Donatus, et Postpopius interpretantur. Desunt etiam in edd. nonnullis antiquis, sed paucis. E Codicibus unius Dorvillianum, nullius auctoritatis codicem, Barmannus memorat, in quo illi legebantur. At e nostris Gothanis primus et secundus eos exhibent, ut et Bongars. alter in Excerptis Cortii et Vaticanai nouum illi, sed omnes recentiores.

NOTÆ

557 *Regnatum Asiae*] Priamus enim imperasse dicitur Phrygia Minoris ac Majori, que maximam Asie Minoris partem complectantur.

Littore truncus] Dicitur enim a quibusdam Priamus a Pyrrho tractus ab arca domestica ad Achilie tumulam, qui erat in littore Sigei promontorii;

ibique occisus: Virgilium occisum quidem vult ad aram, sed cadaver deinde protractum fuisse ad littus innuit.

563 *Creusa*] De ea infra 772.

567 *Jamque adeo, &c.*] Versus duos et viginti sequentes sustulisse dicuntur Varus et Tucca; eo quod eo,

Servantem et tacitam secreta in sede latenter
Tyndarida aspicio; dant clara incendia lucem

plum Vesta, et clam occultam in arcane loco: clara flamma prebeat lucem vagantem

ren. v. pref. Bottari ad Fragn. Vatic. p. viii. Jam hos versus Virgilianos esse, non est, quod dubites, si eorum indeolem et numerosam vennatatem exquiras. At relictos mox ab ipso vel ab aliis resectos esse necesse est. In Dorvilliano ascriptum erat: *Tucca et Varus (l. Varius) detraherent huc Virgilio carmine, cum emendarent hunc librum iussu Octaviani* (cf. Vitam Virgilii c. 14. 15). Similis nota in aliis quoque occurrit, ut in Brunkianis. Etiam in Hamb. sec. et in Guelpherb. uno, quod in Excerptis Cortili notatum video, similis nota occurrebat; addita ratione: *Sed Tucca et Varus hoc* (quod *Aeneas Helenæ manum inferre volébat*) *non competere style heroico, quia turpe esset viro forti in mulierem manus injectiose, illos subterrarent*. Haosta videntur huc ex Servio, quem v. ad v. 592, ubi additur alia causa, cur sublati fuerint, quod contraria his (et sup. versibus 310 sq. jam D.) dicantur *Aen.* vi, 510 sqq. Quod quidem paulo gravius, alterum vero levissimum est argumentum; non enim indecorum videri *Aeneas*, quod Helenæ, omnium malorum causa, conspectu, paulo gravius exarserit, si penitus rem inspicias, facile intelligas. Neque sine illi versum 589. 592. 594. 595 sententia constat. Si tamen sublati fuere illi versus, Tuccas et Varii judicio, aut forte ipsius Virgilii, cum in ejus autographo essent expuncti, melioribus nondum substituti, mirandum hoc non est, quod sententia sine illis versibus constare nequit, cum sublati quidem illi, non autem totus locus iramatatus, nec in expunctorum locum nisi repositi sint, nec reponi poterint. In Servio P. Danielis leguntur hec ad v. 592. *Potest hunc versum versus fuerunt, quos Tucca et Varus oblitus sunt, et in poëmatum recensu sive causa, sive alia de causa, forte, quia in poëmatum autographo erant in margine scripti, omisi fuerint.* Enimvero panno IHI assato parum fidet haberi potest; et videtur oblitus aut prave pro omisitione dictum esse. Defenderent hos versus multi ap. Burmann. suo quisque more, quos vide; imprimit Campani Questionem Virgilianam super h. l. et cum his Trappum ad h. l. Annua ed. Junt. usque Rottend. sec. a m. sec. taste et teste aliquot ap. Burn.—588. *tacite Voss.*—593. *Tyndaridem* ed. Ven.—

NOTÆ

quam continent, Helenæ fuga, contraria videatur illi, que leguntur *Aen.* vi. 511. ubi dicitur *Helenæ, non apud Priamum, sed apud filium Priami Deiphobum, suum post necem Paridis maritum, habitasse;* et in ejus domum Græcos ad ipsum jugularandam induxit: ‘*Intra tecta vocat Menelaum et moenia pandit; Scilicet id magnam sperans fore manus amanti.*’ Et famam extingui veterum sic posse malorum.’ At respondeo cum Nasclimbano dici posse, spem Helenæ de placando Menelao vanam fuisse, quod inosit vox illa *scitæ*; proditoque Deiphobo, Helenam, cum se

nihilominus velut hostem peti animadvertisset, evasisse fuga in Veste templum, sacrarium domus regis, per illud ipsum posticum ostium, quo *Aeneas* eundem in locum penetraverat. Et vero Euripides in Troad. v. 85. 876. 1086. docet Helenam cum Trojanis mulieribus captivam a Menelao abductam esse, eo consilio, ut Græcis, quorum liberi Trojano bello perierant, occidenda traderetur. *Tyndaridem* vocatur; ob *Tyndareum patrem, Spartæ regem, Aen. i. 654. Erinnys Furiis commune nomen, supra 287. De Vesta 296.*

Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti. 570
 Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,
 Et poenas Danaum, et deserti conjugis iras,
 Præmetuens, Trojæ et patriæ communis Erinnys,
 Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat.
 Exarsere ignes animo; subit ira cadentem 575
 Ulcisci patriam, et sceleratas sumere poenas.
 Scilicet hæc Spartam incolumis patriasque Mycenæ
 Aspiciet, partoque ibit regina triumpho?
 Conjugiumque, domumque, patres, natosque videbit,
 Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris? 580
 Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni?
 Dardanum toties sudarit sanguine littus?
 Non ita. Namque, etsi nullum memorabile nomen
 Fœminea in poena est, nec habet victoria laudem;

michi, et circum quaque intendentis oculos in omnia. Illa communis furia
Trojæ et Gracia, timens Trojanos sibi infenos ob reinaam Trojæ, et sup-
 plicia a Gracis inferenda, et furore derelicti mariti, occultaverat sese, et
 herebat aris non risa. Accensus est furor in animo: subortus est ardor vindicandi
 patriam eversam, et repetendi pœnas sceleris. Nempe, aiebam, hec videbit illæsæ
 Spartan et Mycenæ patrias? et abitæ regina post partam victorian? et certe
 maritum, et dominum, et parentes, et filios, stipata multitudine Trojanorum et familiæ
 Phrygiis? Priamus interea gladio perierit? Troja arserit igne? Trojanæ
 littus tam saepè maduerit sanguine? Non sic erit: nam licet nulla sit memorabilis
 gloria in punitione fœminæ, et talis victoria non sit digna laude: tamen laudabor

 570. per c. tenui ed. Ven.—571. obversaque P. ed. Ven.—572. Et Danaum pa-
 nas vel pœnam alii ap. Burm. Et D. pœnas deserti et Goth. sec.—573. Præme-
 tuens Heins., cum melioribus. Vulgo permetuens. patriæ c. ob iras Goth. sec.—
 574. Argis Ms. in Servio Dan. et Goth. sec.—575. ignis duo Burm.—576. an:
 scelerata sumere pœnas b. e. de scelerata? ut malum, inf. 585 merentis sumisse
 pœnas. Et sic jam Valesium conjectisse docet Cuningh. Inde a 577. 578 XII
 versus stellaris notati sunt in splendidissima editione Parmensis Bodonianis li-
 terarum typis exarata, tanquam Grammatici alicuius acuminis debiti, cum de-
 cem superiores et Marone digni esse et ad sententiam necessarii videantur.—
 578. regnata tr. Ms. in Serv. Dan. cum Goth. sec., sed v. Burm.—579. patris
 alter Menag.—580. et deest nonnullis.—581. ferro Priamus Goth. sec. ferro
 ut P. Menag. ferro Priano ut tres Burm., alias f. Priamus ut. Reg. ferro
 pro Priamo ut Troico. Juntina a. ignis.—582. sudaret vel sudari Reg. sudaret
 al. in Serv. Dan. Porro Heinsius post Vales. conj. sudarit, quod valde ar-
 ridet, sed v. Not. et Drakenb. ad Sil. II, 485. Dardanis unus Guelph. in Exc.
 Sax. Dardanidum alias.—584. habet hæc quatuor Burm. et Serv. Dan. cum

NOTÆ

577 *Spartan*] Sparta sive Lacedæ- etiam ejus patria Mycenæ, diximus
 mon patria Helenæ, urbs Peloponnesi, Æn. I. 654. De Phrygia, Æn. I. 385.
 ut et Mycenæ: quare autem dicatur

- Extinxisse nefas tamen, et sumsisse merentes 585
 Laudabor poenas; animumque explesse juvabit
 Ultricis flammæ, et cineres satiasse meorum.
 Talia jactabam, et furiata mente ferebar ;]
 Cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
 Obtulit, et pura per noctem in luce refulsit 590
 Alma parens, confessa Deam, qualisque videri
 Cœlicolis et quanta solet; dextraque prehensum
 Continuit, roseoque hæc insuper addidit ore :
 Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras ?
 Quid furis ? aut quonam nostri tibi cura recessit ? 595
 Non prius aspicias, ubi fessum ætate parentem
 Liqueris Anchisen ? superet conjuxne Creusa,
 Ascaniusque puer ? quos omnes undique Graæ
 Circum errant acies, et, ni mea cura resistat,

quod occiderim acceleratam, et paxis affectrim ream; et dulce erit expleuisse desiderium ardentissima ultioris, et satisfecisse Manibus meorum civium. Talia dicebam, et currebam furioso animo: cum alma mater mea præbuit se mihi ridendam, nusquam antea tam manifeste oculis; et in tenebris resplenduit nitido lumine, fassa se Deam esse, et qualis ac quanta solet apparere Dicis: et repressit me dextra apprehensum: prætereaque adjicit hæc verba ore roseo: Fili, quis tantus dolor commoveret hanc iram intractabilem? Cur furis? aut quem in locum tibi abiit cura nostrarum rerum? Nonne prius queres, ubi deserueris patrem tuum Anchisen, annis gravem? an supersit uxor Creusa, aut Ascanius filius: quos omnes cingunt undique turmæ Græcorum; et, nisi mea sollicitudo obstitisset, jam ignis absum-

.....

Goth. sec., male.—585. *tanti et s. ed. Ven.* *merentes alter Menag.* cum Ms. in Serv. Dan. et sic explicat *merentis* Heinsins. *Enimvero vide annon malis pansas sumsisse merentis exquisite pro a merente.*—586. *animum expressisse ed. Ven.*—587. *fama Ms. in Serv. Dan. cum utroque Goth. et ed. Junt. flammam Rottend. famam sex Burm.* Malim refingere cum Burmanno: *ultrici flamma*, non tamen, ut illam in incendium mittat, sed ut satiet, placet cinereas, manas suorum, flamma et rogo ac morte Helense. Sed totus locus desiderat curas secundas poëtae. *seruasse* Goth. sec.—588. *ferebam unus Burm. loquebar Ms. in Serv. Dan.*—589. *Tum mihi sex Burm. cum Goth. pr. ante oculos Medic. sec. Hamb. et Sprot. tum mihi ante oculos sese Wallian. ante oculos t. c. ridenda Franc.*—590. *et clara Bigot. et glossematis loco Regius. in nocte refusus Zulich. a m. pr.*—592. *dextramque Medic., ut græcisset Maro, addit Heins.; potius ex solito librarii lapsu.*—594. *quid Ondart. quis indomitus tantas Menag. sec. et Exc. Burm.* *Tantus furor ante Pierium legebatur.*—595. *vestri Goth. pr.*—596. *aspicias Leid. unus. ibi Medic. a pr. m.*—597. *Anchisen plurimi. super est multi ap. Pierium et Burm. conjurque Witt. conjux supereine Creusa, quod suavius foret, nullus habet.*—599. *circuerant*

NOTÆ

585 *Nefas*] Pro persona scelestæ tum usurpatur *scelus*.
 et nefaria: sic frequenter apud Plau.

Jam flammæ tulerint, inimicus et hauserit ensis.	600
Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ,	
Culpatusve Paris; Divum inclemens, Divum,	
Has evertit opes, sternitque a culmine Trojam.	
Aspice: namque omnem, quæ nunc obducta tuenti	
Mortales hebetat visus tibi, et humida circum	605
Caligat, nubem eripiam. Tu ne qua parentis	
Jussa time, neu präceptis parere recusa.	
Hic, ubi disjectas moles avulsaque saxis	
Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,	
Neptunus muros magnoque emota tridenti	610

sisset, aut gladius hostilis interfecisset! Non vultus Helenaë Spartanae tibi odiosus, aut totiens incurvus Paris; sed Deorum ira delet hanc potentiam, et dejicit Trojanum ex alto fastigio. Vide: nam asperam omnem nubem, quæ offusa tibi aspiciunt debilitatem oculos mortales, et humida circum nigrescit: tu ne illa matris imperia metue, et ne abruas obtemperare ejus mandatis. Illic ubi cernis moles prostrates, et lapides oculos lapidibus, et fumum undatim surgentem mixto pulvere; illuc Neptunus succutit fundamenta impetu magno tridente, et convulsi a radicibus

ed. Ven.—600. absterient Bigot. inimicisque edd. ante Pierium. hauserit ignis Oudart. a pr. m.—602. Divum i. Divum recte probata post Pierium et alios Heinio lectio, optimorum librorum et grammaticorum auctoritate. Vulgo edd. verum incl. D.; plerique Pieriani: sed enim incl. D. Sprot. servus i. D. Zulich. a m. pr. angquam i. D. Bigot. Divum i. summis.—603. sternit a Leid. un. a m. pr. et Voss.—604. adducta Menag. pr. timenti Zulich. pro div. lect.—605. Mortales visus h. Wall., superscripto que. hebet Franc. tibi limina circum Leid. unus. lumina Goth. tert. a sec. m.—606. Tu ne qua. Dubito an Maro secundis curis hec, parum commode interposita, relicturus fuisset.—607. ne Leid. duo.—608. Hic tibi sec. Menag. dejectus Bigot. discretas Menag. pr. disjectaque saxis Hugen.—609. sanguine pro pulvere Zulichem. a m. pr. v. sap. 582. Pulvis est ex ruinis.—610. immota Menag. alter. remota Vra-

NOTÆ

600 Hauserit] De hac voce, pro vulnerari, occiderit, *Æn.* x. 314.

601 Tyndaridis Lacæna, &c.] Helena, Tyndarei filia, Lacedæmonia, *Æn.* i. 654. *Lacæna*, femininum, nou a masculino, *Lacænus*, sed a *Lacon*, incola Laconia; ut a λέων leo, λέων lacena. De Paride, *Æn.* i. 31.

610 Neptunus muros, &c.] Neptunus Virgilii Trojanæ urbi infestum facit, ob perjurium Laomedontis, qui Deum illum pacia mercede frandavit, postquam is cum Apolline muros ur-

bis condidisset: Ge. i. 502. Neptunus tamen apud Euripid. in prologo Troad. ait se Trojanis benevolum semper fuisse, ex quo muros eorum considerat: sed in fabulis incerta omnia. Aitque Servius Laomedontem Apollini et Neptuno pecuniam ad sacra vovisse, ac deinde ad muros fabricam convertisse: unde fabula emanavit, Deos, et fecisse muros, et regi offenditos fuisse. De Neptune, *Æn.* i. 129.

Fundamenta quatit, totamque ab sedibus urbem
Eruit. Hic Juno Scætas sævissima portas
Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen
Ferro accincta vocat.

Jam summas arces Tritonia, respice, Pallas 615
Insed sit, nimbo effulgens et Gorgone saeva.
Ipse Pater Danais animos viresque secundas
Sufficit; ipse Deos in Dardana suscitat arma.
Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.

totum urbem. Illic ferociissima Juno prima occupat Scætas portas, et armata ferre ac furiosa vocat a navibus exercitum sociorum. Jam, aspice, Tritonia Pallas statit in summis arcibus, resplendens nube et torvo capite Medusa. Ipse Jupiter suggestit Gracis animos et robur opportunum: ipse commovet Deos adversus arma Trojana. Fili accelerat fugam, et pone finem laboribus. Nuequam te deseram, et

til. cf. sup. 498.—611. ob s. Heins. e—Gud., v. cum ad Æn. III, 687. Vulgo a sedibus.—612. socias Dorvill., e versa sequi.—614. supplicavit Dorvill. aeneaque econsumit ad tres.—616. Iustit et a. Bigot. Obsecrit sec. Moret., ut v. 480. Sed et Homerus ἐφέρει Περύδην λόρρ. nimbo et fulgens Medic. nimbo fulgens ed. Mediol. effugiente ed. D. Heim. Nube Moret. sec. pro var. lect., ut jam olim lectum, in Serviania notatum. clypos Zelich. a m. sec. F. Incedit nimbo, off. et G. Gorgona Franc.—617. vires animosque Wall.—619. exsipe nate Puget. fuga manus Leid., et sic conj. Scioppius et facile est con-

NOTE

612 *Scætas portas*] Trojæ portas sex fuisse ait Dares, Antenoride, Dardanis, Iliam, Catubriam, Trojanam, et Scætam. Hæc nomen habuit: vel a crux sinistra, quod in sinistra urbis parte esset: vel a σκύπηαι τετράριον, tabernaculum; quod hic sepulcrum esset Laomedontis: vel, juxta Strabonem l. XIII. vox est Thracias, cuius significatum non afferit.

613 *Tritonia*] Supra 171. Pallas, Æn. I. 48.

616 *Nimbo*] Servius explicat, nube deinceps: et puto circulum esse lucidum, huic similius diademat, quo Divorum capita Christiani præcingunt. Aitque Isidorus l. XIX. 31. nimbum quoque dici ‘fasciolam transversam ex auro, assutam in linea, quod est in fronte feminarum.’ Qua voce usus est Arnobius l. II.

‘Laminas pertunderent anrium, immiserent frontes nimbia.’ Et Plantus in Panatio Act. I. sc. II. v. 186. meretricem vocat nimbatam.

Gorgone] Medusa, Euryale, Stheno, Phorcæ filiae, apud insulas Dorcadias in Æthiopico oceano regnasse dicuntur; Gorgones dictæ a γοργόης ferocies. Ex his, cum Medusa vīa a Neptune passa esset in Minervæ templo, Minerva capillos ejus mutavit in serpentes, quorū aspecta homines in terrā vertebantur. Hoc deinde caput Perseus, Jovis et Danaës filius, abscidit auxilio Minervæ; que suum ipsi clypeum eam in rem commodavit ex aere politissimo, quo velut in speculo reflexam capitū speciem tuto aspiceret: abscissum caput Minerva deinceps eidem suo clypeo ad terrorem imponit.

Nusquam abero, et tutum patrio te limine sistam.
Dixerat; et spisis noctis se condidit umbris.
Apparent diræ facies, inimicaque Trojæ
Numina magna Deum.

Tum vero omne mihi visum considere in ignes
Illum, et ex imo verti Neptunia Troja;
Ac veluti, summis antiquam in montibus ornum
Cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim; illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat;
Vulneribus donec paulatim evicta supremum
Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam.
Descendo, ac ducente Deo flammam inter et hostes

ducam te securum ad paternam domum. Sic locuta fuerat, et statim abdidit se
densis tenebris noctis. Apparent horrendæ species, et numina magna Deorum ad-
versa Trojæ. Tunc vero omne illum visum est mihi recumbere in flamas, et Troja
Neptunia a fundamentis subripi. Et quemadmodum quando in altis montibus rusticæ
conantur certatim ebellere veterem ornum, circumcidam ferro multique securibus;
illa diu minatur, et ramis tremens racillat emoto cacumine: donec paulatim ricta
ictibus, postremum insonuit, et evulsa fecit ruinam in montibus. Descendo, ac de-

.....
jicere, ut subintell. te. Burm. conj. arripe nate fugam; quamquam et hujus
formæ exemplum desideres; ut sit dictum pro rape, raptim cape; quem usum
illustrant passim, ut ad Val. Flacc. II, 252. Probat tamen Oudendorp.
Cir. sec. ad Frontin. p. 356. Jo. Schrader, acutius conj. I rape. Melius
esset dicere, compositum pro simplici positum, ut mos poëtis, et quidem in
haec ipsa voce inf. VII, 119 eripuit pro rapuit, exceptit. Et similia passim
alibi. Enimvero veram rationem hanc esse censeo: est eripere, h. e. rapere
fugam ex his rebus, et hoc labore. Vulgare easet: eripere se fuga.—620.
nunquam Exc. Voss. et Med. a m. pr., perpetua varietate. patrio tutum te
lumine Wall. in limine sec. Menag. limite quatuor Burm. patris te in limine
Franc.—622. facies diræ Wall.—624. visum est quatuor Burm. in igne sec.
Hamb.—625. post Troja nolim plene interpongere, ut vulgo fit: nam repe-
tendum in seqq. ac rōe est ruinam trahere, veluti ornum, cum eam etc. r. traxit.
Dura tamen haec, et curis secundis facile expectes in leniora haec mutatarum
fuisse poëtam.—626. ac veluti summis. pr. Hamb. antiquam summis.—627.
abcisam duo Burm. abscisam Menag. alter. actam pro instant Codex Thuan.
ap. Macrobi. v Sat. 2, memoriaz lapsu.—629. Ut t. Wall.—630. supremo pr.
Hamb.—632. Discedo pr. Hamb., et ita ap. Macrobi. Dea alii codd. apud
Pier. Heins. et Burm. siveque duo e Goth. abducere vel edducere Deo vel
Dea aliquot apud Pier. et Burm. hac d. Bigot. Deo in Medic. emendatum
ex Dea, et est sane Deo doctius; v. Not.; at idem sono ingratum: deacendo
ducente Deo. Verum ultimam poëtæ manu flagitabant et illa in binis versi-

NOTE

625 *Neptunia*] A Neptuno condita, sylvestris et montana, frēne sauvage.
supra 610. 632 *Deo*] Dea Venerè. Nam *Deus*
626 *Ornum*] *Ornus*, *fraxinus* est communi genere aliquando sumitur.

- Expedior; dant tela locum, flammæque recedunt.
 Atque, ubi jam patriæ perventum ad limina sedis
 Antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos 635
 Optabam primum montes, primumque petebam,
 Abnegat excisa vitam producere Troja,
 Exiliumque pati. Vos o, quibus integer ævi
 Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires,
 Vos agitate fugam. 640
- Me si coelicolæ voluissent ducere vitam:
 Has mihi servassent sedes. Satis una superque
 Vidimus excidia, et captæ superavimus urbi.
 Sic o, sic positum affati discedite corpus.
 Ipse manu mortem inveniam. Miserebitur hostis, 645

cento Venere elabor inter ignes et hostes: eorum arma permittunt milii ritam, et ignes retro abeunt. Sed postquam jam progressus sum ad januam paternæ domus, et veteres ædes; pater, quem cupiebam exportare primum in altos montes, et ad quem primum ibam, renuit protrahere ritam et tolerare exilium, post eversam Trayan; et dicit: O vos, quibus sanguis ætate rigens, et sanctæ ritores stant propria firmitate; vos tentate fugam. Si Superi voluissent me proferre ritam, servassent mihi hanc domum: satis et plusquam satis est, me vidisse jam unum excidium, et satis superflui captæ urbi. Abite o postquam ultimum vale dixeritis meo cadaveri sic deposito. Ipse reperiam mortem propria manus; aut hostis misertus mei me occidet,

bus: *flammam, flammæque.*—633. *experior* Schol. Horat. ad Carm. sec. Perperam.—634. *Atque ubi* post Pierium Heins. et melioribus. *Vnigo Ast ubi.* Ac ubi Leid.—636. *primos montis Sprot.*—637. *excissa malint* Guellius et Cerdas, quia *excidium* inde duci debuit. Sed utrumque dicitur. v. inf. ad *iv.*, 425. *abscisa* alter Hamb. *perducere* sec. Moret.—639. *corpore Parrhas.*, male.—640. *et rebus sercate secundis suppletus versus* in Franc. ex lib. *i.*, 211.—643. *et in multis* Burn. deest.—644. *Abfuerat* ab initio hic versus a Mediceo. *dimititiae* pr. Hamb.—645. *miserabitur* Ven. et Moret. sec. An placet interpungere: *Ipse manu mortem inveniam, miserebitur,*

NOTÆ

Sic Lucanus, l. ii. 80. ‘Terribilesque Deos scelerum,’ Furias appellat. Sic Euripides in Troad. v. 948. Την θεων κόλασι, *Deum objurga*, Venerem intelligit. Sic Demosthenes in exordio orationis de Corona: Θεοὺς εὐχομαι πᾶσι καὶ πτοσι, ‘Deos precor cunctos et cunctas.’

642 *Una excidia]* Cum olim ab Hercule Troja expugnata est. *Æn. III.*

Delpk. et Var. Clas.

Virg.

476.

644 *Positum affati]* Verba duo funebria. *Positum*, jacens, mortuum. Ovid. Heroid. x. 124. ‘*Nec positos artus unget amica manus.*’ *Affari*: mortem notat Romanorum, qui statim atque cadaver combustum aut sepultum fuerat, ante quam discederent, vale ter inclamabant.

2 M

- Exuviasque petet. Facilis jactura sepulcri.
 Jam pridem invisus Divis, et inutilis, annos
 Demoror : ex quo me Divum pater atque hominum rex
 Fulminis afflavit ventis, et contigit igni.
 Talia perstabat memorans, fixusque manebat. 650
 Nos contra, effusi lacrymis, conjuxque Creusa,
 Ascaniusque, omnisque domus, ne vertere secum
 Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet.
 Abnegat, inceptoque et sedibus hæret in isdem.
 Rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto. 655
 Nam quod consilium aut quæ jam fortuna dabatur ?
 Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto
 Sperasti ? tantumque nefas patrio excidit ore ?
 Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui,
 Et sedet hoc animo, perituræque addere Trojæ 660

et detrahet mihi spolia : leve est priuari sepulcro. Jam dudem odiosus Diis et inutilis trahit vitam : ex quo pater Deorum et rex hominum afflavit me atra fulminis, et tetigit igne. Talia dicens perstabat et manebat peritax. Nos contra effusi in flatus, et uxor Creusa, et Ascanius, et tota domus : ne pater vellet exercere omnia secum, et vim addere fato nos prementi. Abnuit hoc, et hæret in proposito et loco eodem. Iterum curvo ad pugnam, et infelicissimus mortem appeto. Quod enim aliud consilium, vel quæ sors jam offerebatur ? An sperasti, o pater, me posse hinc exportare pedem, te deserto ? An tantum crimen exiit ex ore patris ? Si placet Diis nihil superesse ex urbe tanta, et si hoc fluxum est in eorum mente, et delectat

hostis ; Exuviasque petet, ut jungas : *menu hostis?* — 646. petet Hamb. sec. In fine versus est additum erat in edd. nonnullis ante Pierium. Licet etiam suscipiari : *Exuvias p.* — 647. *axis* Sprot. et Franc., male. v. Burm. — 649. *igne* Oudart., sed alteram formam Virgilii sequitur. cf. Burm. — 651. *Nos circum Montalb.* *effusi lacrimis* quinque ap. Burm., quod vulgare esset. *effusi lacrimas* Rottend. sec. et Exc. Burm., græcisimo paulo diuiri. — 652. *exertere* Menag. pr. et qu. Moret., ut alibi. v. Burm. — 653. *obcumbere* Zulich. — 654. *que abeat* Wall. — 656. et *que* Moret. pr. *jam deest* Mentel. pr. Hamb. pr. a m. pr. et Leid., et placebat hiatus Heinio; sed bene Burmannus monuit, *jam necessario h. l. requiri.* — *aut mihi que f.* aliquot Pieriani. — 657. *Mene ferre* Zulich. et pr. Rottend. et *ferre* Medic., quod et ascripait Pomponius Sab. — 659. *ex tota* Oudart. a m. sec. — 660. *periturae te*

NOTÆ

649 *Fulmias afflavit, &c.]* Fulmen fere nunquam, nisi vento flante, impellitur: unde pingitur cum aliis, et *Æn. viii. 430.* Cyclopes admiscent fulmini radios 'tres ignis et alitis Austri.' Anchises autem a quibusdam

dicitur oculis privatus, hic a Virgilio tactus fulmine; eo quod suos cum Venere amores evulgavisset: nec plane oceusus; sed *afflata tactusque*, ac proprie *affonitus*, unde stuporem et debilitatem membrorum contraxit.

Teque tuosque juvat: patet isti janua leto;
 Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
 Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
 Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes
 Eripis, ut mediis hostem in penetralibus, utque 665
 Ascanium, patremque meum, juxtaque Creusam,
 Alterum in alterius mactatos sanguine, cernam?
 Arma, viri, ferte arma: vocat lux ultima victos.
 Reddite me Danais; sinite instaurata revisam
 Prælia. Nunquam omnes hodie moriemur inulti. 670

Hinc ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
 Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
 Ecce autem complexa pedes in limine conjux
 Hærebat, parvumque patri tendebat Iulum:
 Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum; 675

eos adjicere te ac tuos Troja mox perituras; aperta est via ad hanc mortem. Et mox veniet Pyrrhus ex effusione multi sanguinis Priami; qui novit jugulare filium ante oculos patris, et patrem ante altaria. Hæcne erat causa, o alma mater, cur me inter arma, inter flammas servavisti? ut videam hostem in mediis recessibus domus; et ut videam Ascanium, et patrem meum, et Creusam, occisos alterius in alterius sanguine. O famuli, arma, date arma: dies postremus invitat victos. Permitte ut redeam ad Gracos, permitte ut repeatam pugnas renovatas: nullatenus moriemur hodie omnes abeque ultiō. Tunc iterum induor armis: et accommodans inserbam clypeum sinistram, et conferebam me extra domum. Ecce autem uxor amplectens pedes meos in ipso adiu domus hærebat, et preferebat mihi patri parvum Iulum. Si exis moriturus, et nos trahē tecum in omnes casus: si vero

addere pr. Moret.—661. Te quoque, nosque jurat Donat. legisse videtur. juvet pr. Rottend. istic plurimi codd. apud Pier. et Burm. cum binis Goth. et ed. Mediol. illic ed. Ven.—662. Namque Montalb. aderat Zulich. Priami multo Leid. et Witt. et Pieriani nonnulli. multo maculatus sanguine Ven.—663. gratum scribunt plurimi ap. Pier. et Heins. et mox patremque qui obtruncet Maronianum esse, notat Heins. et hoc exhibet Mentel. pr. a m. pr. E v. 526 sq. facile eo carere possumus: cum alibi notatum jam sit, potestam hanc temporum et modorum subtilitatem Ciceroni relinquere. Quid? quod et vim habet obtruncat, qui solet obtruncare.—664. Hocce Moret. pr. et tert. a m. sec. At olim lectur fuisse hocce testantur Grammatici, Priscianus aliquique ap. Pier. et Heins., quod et exhibent Montalb. Witt. et ed. Mediol. per hostes Ven. et Parrhas.—665. Eripit Medic. in abest Parrhas. atque duo Burm. usque vitiōse in vulgaribus edd.—666. Ascaniumque p. edd. vulgg. ante Heins. Ascanium Anchioemque patrem juxtaque C. Parrhas.—667. mactato sec. Rottend. et sec. Hamb. hic quidem addito: vel mactantem. mactatum vel mactatos Wall. maculatum Parrhas. jactantes pr. Hamburg., unde Heins. conj. jactatos, v. Burm.—668. lux optima Wall. a m. pr., errore solito. cf. Burm.—670. Nusquam Pieriani aliquot; sed e potioribus suis et Grammaticis exemplisque defendit vulgaratum Heins. unquam Franc.—671. Hinc Heins. cum codd. propriis et Pierianis. Vulgo Hic. clypeo versusque Wall. clypeumque sinistra aliquot antiquias. Pier. cum Donato.—673. comprehens pedes Hamb. pr., per gracismum. in limina Hugen.—674. que abest Franc.—675. trahē in e.

Sin aliquam expertus sumtis spem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum. Cui parvus Iulus,
Cui pater, et conjux quondam tua dicta relinquor?

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat:
Cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum. 680
Namque manus inter, mœstorumque ora parentum,
Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molles
Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem 685

propter experientiam militarem collocas aliquam spem in pugna, defende primo hanc domum: cui parris Iulus, cui pater tuus relinquuntur; cui relinquor ego olim vocata uxor tua? Talia inclamans impletat gemitu totam domum; cum repentium et dictu admirabile prodigium apparuit. Nam inter complexus et oscula tristium parentum, ecce levis apex visus est e summa capite Iuli emittere lucem, et flamma innocua molli attactu delibera capillos ejus et nutrit circa tempora. Nos timidi coepimus currere praet metu, et agitare capillos accensos, et extinguire aqua

Voss. cape Dorvill.—676. *inermis* Goth. tert.—678. *tua quondam* Dorvill. *tua* cura Goth. sec., non male.—679. *tectum illa* Hamb. sec. *replevit* aliquot Pier. *replebat* fragm. Vatic.—680. *Cum subito Medic.* cum multis aliis, etiam Pierianis. At *subitum* poëticum. Ortus error ex scriptura *subitū*. *miserabile* Gud. Ven. Parrhas. v. III, 26.—681. *arma pro ora* Ven.—682. *lenis* Montalb. solenni vitio.—683. *lucem Servius*, seu quisquis hoc Servio assuit, legisse videtur, cf. Burm. *tractuque lectio erat* in Burm. reposita, de qua latius egit ad Grat. Cyneg. 362, cum enim semel *tractus flammarum* arrideret, ubique fere obtrudere eum volebat. Est tamen *tractus flammæ* etiam ab h. l. alienissimus; emicare enim talis flamma, errare, lambere, tantum debuit; atque hoc est *tangere*, *tactus*, quod libri habent plerique omnes, etiam Medic. et fragm. Vatic. Ad *tractum*, qui est flammæ per longum spatium ductæ, referre melius possis mox, quæ de stellæ lapsu 693 sqq. Major difficultas in *mollis*, quod antea legebatur, et sane accommodatissimum est *rō tactu*, nec tamen nisi forte in recentissimis codd. et in vett. edd., quas equidem evolvi, omnibus occurrere videtur. Contra quicquid est codicum, et in his antiquissimi, Medic. cum fragm. Vatic., *mollis* habent, Parrhas. et ed. Ven. cum sex Heins. et antiquo uno apud Pier. *molles*; quomodo igitur *mollis* deserit possit, non video. Sane tum et *mollis comas* et *mollis flamma* jnngi potest: *flamma mollis* est levis, ut *mollis somnus*, vel mobilis, ut Ge. II, 389 *mollia oscilla*. Ita *levis apex* et *mollis flamma* sibi respondent. Verum et *comæ molles* in puer recte dicuntur.—685. *trepidi* Wall. *manu crincque* Hugen.—686. *sacros* Goth.

NOTÆ

683 *Apex*] Summa pars pilei. Nam ex Servio Danielis, qui Suetonium citat, tria erant pileorum genera, quibus sacerdotes utebantur: *apex*, *tutulus*, *galerus*. *Galerus*, pileum erat ex pelle hostie cæsse: *tutulus*, pileum

lanatum, in metæ formam: *aper*, pileum sutile, circa medium virga eminente, cui lana circumligata erat; nomen ab antiqua voce *apio* vel *apo*, ab ἄπω *ligo*.

Excitere, et sanctos restinguere fontibus ignes.
 At pater Anchises oculos ad sidera lætus
 Extulit, et cælo palmas cum voce tetendit:
 Jupiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
 Aspice nos; hoc tantum; et, si pietate meremur,
 Da deinde auxilium, pater, atque hæc omnia firma..

690

Vix ea fatus erat senior: subitoque fragore
 Intonuit lævum, et de cælo lapsa per umbras
 Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
 Illam, summa super labentem culmina tecti,
 Cernimus Idæa claram se condere sylva,
 Signantemque vias; tum longo limite sulcus
 Dat lucem, et late circum loca sulfure fumant.
 Hic vero victus genitor se tollit ad auras,

695

sacrum ignem. Sed pater Anchises gaudens erexit oculos ad astra, et protulit manus ad cælum cum his verbis: Jupiter omnipotens, si placaris ullis precibus, intuere nos, hoc solam petimus: et si religione meremur aliquid, præterea fer opem, o pater, et confirma hæc auspicia. Vix senex ea dixerat, et repentinu sonitu tonsit ad sinistram partem; et stella protrahens faciem, cadens e cælo per tenebras, cucurrit multo cum lumine. Videmus hanc stellam cadentem supra summa fastigia domus, se manifestam abdere in sylva Idæa, et designantem iter: tum traxes longo tractu emittit fulgorem, et circum undique loca fumant sulfure. Tunc vero pater expugnatus convertit se ad cælum, et alloquitur Deo, et adorat sanctam stel-

sec. Mentel. sec. et éd. Dan., ex compendio literarum. v. Burm. *extinguere* qu. Moret. et Voss.—687. Et p. Franc.—688. *Ac cæli* Rottend. pr. et *palmas cælo* Zulich. *ad cælum* aliquot Pier. *ad cælos* p. Rottend. sec., male. cf. Burm.—690. *hos pro hoc* Medic., sed a m. pr. *nos tantum et si quid* p. Hugen.—691. Turbatum hic aliquid olim esse debuit, si Pompon. Sabinum inspicias: *Probus* ait: atque hæc omnia firma, nisi enim petiueret omnia, nunquam confirmari optuisset (an hoc ad lectionem omnia spectavit, pro quo in multis omnia legitur? Fuisse suspicor in nonnullis: atque hæc omnia firma.) *Et Apronianus auxilium legit, ut sit: Da deinde auxilium pater et firma omnia.* Atqui hæc constans omnium librorum est lectio. Forte olim fuit: *Da deinde auspicium. hæc ommissum in Hugen. et fragm. Vatic.*—693. *lævom* Burm. ex Gud. *Umbram* Franc., ut alibi.—694. *magna cum* Dorvill.—695. *labentem* Dorvill.—696. *sylvam* fragm. Vatic.—697. *longo tum* Cuning. ex Huls. *limite* firmavit post Pier. Heins. e codd. Vulgg. *lumine vel limite—sulcos* pr. Rottend. *cum l. l. sulcans* Wall. F. mollius: *Signantemque vias tum l. l. s.* *Dat lucem.*—699. *His vero* pr. Rottend. pro var. lect. *se tollere* Gud. a m. pr., eleganter, modo

NOTE

693 *Intonuit lævum*] De sinistro fulmine prospero, et hujus vocis, *lævum*, ambigua significatione, fuse Ecl. 1. 16. De *stellis* quæ cadere videntur, et accensis in media æris regione

siccis exhalationibus, Ge. 1. 365.

696 *Idæa sylva*] Infra 801.

698 *Sulfure*] Fulmina enim sulfuris odorem habere dicuntur.

- Affaturque Deos, et sanctum sidus adorat. 700
 Jam jam nulla mora est. Sequor, et, qua ducitis, adsum.
 Di patrii, servate domum, servate nepotem !
 Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troja est.
 Cedo equidem, nec, nate, tibi co^mes ire recuso.
- Dixerat ille; et jam per moenia clarior ignis 705
 Auditur, propiusque a^{est}tus incendia volvunt.
 Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae :
 Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit;
 Quo res cumque cadent, unum et commune periculum,
 Una salus ambobus erit. Mihi parvus Iulus 710
 Sit comes, et longe servet vestigia conjux.
 Vos famuli, quae dicam, animis advertite vestris.
 Est urbe egressis tumulus templumque vetustum
 Desertae Cereris, juxtaque antiqua cupressus,

lam, atque : Nunc nanc nulla est mora : sequor, et rado, qua ducitis. O Di^si patrⁱ custodite domum, custodite nepotem. Omen hoc vestrum, et Troja est in vestro potestate. Equidem cedo, nec abnuo ire tibi socius, o fili. Ille locutus fuerat : et jam flamma clarissima crepitans auditur per urbem, et incendium propius aspergit calorem. Age igitur, o dilecte, pater, imponaris nostro collo, ipse portaboste humeris : nec istud pondus me premet. Quocunque res abeant, unum et idem utrique periculum, una salus erit. Parcus Iulus mihi sit comes, et uxor eminus sequatur vestigia. Vos, o famuli, desigite mentibus vestris ea quae dicam. Occurrat exentiibus ex urbe colliculus, et antiquum templum Cereris desertum : et prope vetusta cupressus, ob majorum reverentiam servata per multos annos. Venientius in humo

affari et adorare sequi posset. in caras ali^m ap. Pierium ; ad ares nonnulli ap. eundem, et Zulich., sed vid. Burmann.—700. sanctum lumen Zulich.—701. quo aliquot Pier. Leid. et Goth. sec., sed v. lib. 1, 401. Ecl. ix, 4.—702. se- potes sec. Moret., sed v. Burn.—703. Vestrum o augurium un. Leid. v. Burn. ad Ovid. i Ep. 101. augurium est Menag. est in fine deest Moret. sec. —704. gnat^e Montalb.—706. Ille etiam Witt. et Goth. sec. ille quidem, per ed. Ven.—706. que abest Voss. volvit Ven.—708. subito pr. Menag. et Ven., male, cf. inf. iv, 699. Heins. 709. cadent quidam ap. Pier. cadens Wall. cadet duo Burn. cadat Witt. cadit Hamb. sec. periculum est Leid. unus.—710. mihi sotus I. Donatus legisse videtur, quod placebat Pierio. cf. Heins.—718. Heins. malebat urbem ; sed utrumque usitatum. cf.

NOTE

703 Augurium] Proprie est consul-tatio avium ad futura prenoscenda, tam-en ad alia omnia futuri omnia trans-fertur. Nomen ab avium vel gestu, vel gemitu, vel gestu: quia hujus artis ministri spectabant, quo-

modo ave-s se gererent in volatu; quo-modio garrire; quonodo offam ob-latam gustarent. De Numine, Æn. i. 187.

714 Cereris] Cereris fait Saturni et Opis filia, frugum repertrix Ge. i. 39.

Religione patrum multos servata per annos :

715

Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.

Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates.

Me, bello e tanto digressum et cæde recenti,

Attractare nefas ; donec mē flumine vivo

eundem locum per varias vias. Tu pater accipe manu res sacras, et patrios Deos. Non licet me, redeuntem e tanta pugna et recenti strage, tangere eos : donec me

Burm.—716. *Hac conj. Heins. ex diversa Leid. unus. e diverso duo. ex aduerso Menag. pr. veniamus tres Burm.—717. Tum Leid. a m. pr. sara Ven.—718. bello tanto Dorvill. cum al. Pier. ex tanto alii ejusdem, cum Goth. tert. et tanto sec. Rottend. bello egressum ex tanto Witt.—719. Adfractare*

NOTÆ

717. *Penates*] Deos domesticos : ingressus arcem, eos inde extalerit : qui cum in interiore domo colerentur, ita dicti sunt a nomine *penus* ; quæ sunt res necessariae, in intima domus parte servatae : ut ab *optimis*, *magnis* ; *optimas*, *magnas* ; *optimates*, *magnates* ; ita a *penus*, *penas*, *penates*. Quinam illi essent, ambiguit. Alii, *Jovem*, *Iunonem*, ac *Misericordiam*, fuisse aiunt : alii *Neptunum* et *Apollinem* ; alii *Caelum* ac *Terram* : Arnobius Deos *consentes seu complices*, quorum numerum ac nomina ignota fuisse docet. Dionysius Halicarn. l. i. refert ex Timaeo caducea fuisse ærea et ferrea, Trojanaque terram fictilem. Hos tamen ait se Romæ in templo vidiisse, forma duorum juvenum hastatorum, habitu sedentium. Hi tamen *Castor* et *Pollux* esse non possunt, cum fratres essent *Helena* ; *Penates* vero multo antiquiores. Hos Dardanus e *Sarmatia*, insula contra Thraciam, ad vexisse cum Palladio dicitur, et Trojae collocasse ; unde Æneas eos in Italianam detulerit. Porro unde *Penates* acceperit Æneas, dubium videri potest. An vere Hectoris umbra e locis, ubi servabantur, ipsi detulerit, ut dictum est, v. 297. An similes domi habuerit eorum status, quas Anchisa patri commiserit. An cum Palladio a Diomedे acceperit, ut vidimus v. 166. An Æneas, per incendium tumultum

719. *Flamine vivo*] Mos fuit veterum ; ut nunquam aut attractarent sacra, aut ad sacrificium offerendum accederent ; nisi lotis manibus, aliquando capite, quandoque etiam toto corpore : præsertim si cæde aliqua, aut funere, aut impuro usu fædi essent. Lotio siebat, non stagnanti, aut pluviali, torrentique aqua ; sed viva ac perenni, qualis est fontium ac fluiminum : sive in ipso flumine, per immersionem ; sive aqua inde hausta, per solam effusionem.

Abluero.

720

Hæc fatus latos humeros subjectaque colla
 Veste super fulvique insternor pelle leonis ;
 Succedoque oneri. Dextræ se parvus Iulus
 Implicit, sequiturque patrem non passibus æquis.
 Pone subit conjux. Ferimur per opaca locorum.
 Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
 Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graii,
 Nunc omnes terrent auræ ; sonus excitat omnis ;
 Suspensum et pariter comitique onerique timentem.

725

Jamque propinquabam portis, omnemque videbar
 Evasisse vicem : subito cum creberet ad aures
 Visus adesse pedum sonitus genitorque per umbram
 Prospiciens, Nate, exclamat, fuge, nate ; propinquant.
 Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.
 Hic mihi nescio quod trepidi male numen amicum
 Confusam eripuit mentem. Namque, avia cursu

735

lacero pura aqua. Hæc locutus tegor veste, et pelle rufi leonis, circa latos humeros columque submissum; et subeo onus: parris Ascanius adhaesit meæ dexteræ, et sequitur me patrem passibus non aquibus. Uxor juxta sequitur. Vadimus per obscuræ loca: et me, quem nulla spicula innixa, neque conferti Graeci ex hostili exercitu ante turbabant; nunc omnes statutus terrent, omne murmur sollicitat ancipitem, et æqualiter metuentem comiti et oneri. Et jam accedebam ad portas, et videbar excessisse ex omnibus viis: cum repente frequens strepitus pedum rieus est allabi ad aures: et pater per noctem intuens vociferatur: Fili, fuge fili: appropinquant: video fulgentes clypeos, et arma ærea splendentia. Tunc nescio quis Deus inimicus abstulit mihi timenti turbatam mentem. Nam dum currendo querò loca

et attractare in nonnullis Pier. et Burm. scriptum. donec in f. duo. *stamine in uno Hugen.*—720. *abltero.* Terent. Adelph. 1, 2, 47. *abiero pro abiibo,* grammatici.—721. *Hoc Zulich. projectaque colla aliquot Pier.*, quod arridebat Heinso, ut porrigeret Æneas cervicem ac præberet oneri. Sed longius quæsumus hoc. *submissa Goth. tert.*—723. *parculus* Mentel. pr. *Iulos Moret. pr.*—725. *subiit* Mentel. tert. *per o. viarum unus Guelph.* in Exc. Cort.—727. *examine* duo Burm. cum Goth. sec.—728. *auræ terrent sec.* Moret.—729. *et abest Dorvill. comiti onerique duo Burm. timebam Goth. tert.*—730. *propinquandum* Exc. Burm.—731. *erassisce vicem* Marklandi, ad Stat. v Sylv. II, 152, conjectura, Burmanno improbata, sed unice vera, et ab editore in textum recipienda. Nam neque omnem adhuc viam erat emensus, nec de via ad portas facta bis memorare attinebat: at hoc erat memorabile, quod jam omnes fortunæ vicissitudines, omnia, quæ timuerat, evassisse sibi videbatur; falso tamen. Recepit itaque eam hac altera editione; quod jam fecerat Brunck. Vulgg. *tiam.*—732. *umbras sec.* Hamb.—733. *Respiciens Ven. et Goth. tert., male.*—734. *Ingentis cl.* Hamb. alt.—735. *nescio quid duo Burm.*—738. *fatoco*

NOTE

725 *Opaca locorum]* Opaca loca : supra 332.

Dum sequor, et nota excedo regione viarum,
 Heu ! misero conjux, fatone erepta, Creusa
 Substitit, erravitne via, seu lassa resedit,
 Incertum ; nec post oculis est redditia nostris ; 740
 Nec prius amissam respexi, animumve reflexi,
 Quam tumulum antiquæ Cereris sedemque sacratam
 Venimus : hic demum collectis omnibus una
 Defuit ; et comites, natumque, virumque fefellit.
 Quem non incusavi amens hominumque Deorumque ? 745
 Aut quid in eversa vidi crudelius urbe ?
 Ascanium, Anchisenque patrem, Teucrosque Penates
 Commando sociis, et curva valle recondo ;
 Ipse urbem repeto, et cingor fulgentibus armis.
 Stat casus renovare omnes, omnemque reverti 750
 Per Trojam, et rursus caput objectare periclis.
 Principio muros obscuraque limina portæ,
 Qua gressum extuleram, repeto ; et vestigia retro
 Observata sequor per noctem, et lumine lustro.

a viis remota, et recedo e spatiis cognitis itinerum: heu ! Creusa uxor substitit: dubium est, an fato ablata mihi misero, an aberraverit ab itinere, an fessa sederit: nec deinde restituta est oculis meis. Neque vidi eam esse amissam, aut adverti mentem: prius quam pervenissimus ad collem retusta Cereris, et templum sacrum: hic denique congregatis ceteris, sola defuit, et frustrata est comites et filium et maritum. Quem non accusavi Deorum et hominum, insanus ! aut quid vidi durius in ruina urbis ? Commando sociis Ascanium, et Anchisen, et Trojanos Deos, eosque occulto in humili valle. Ego redeo in urbem, et tegor armis nitentibus. Deliberatum est renovare omnes casus, et redire per omnem Trojam, et iterum objecere caput periculis. Primum reviso muros, et limina obacula portæ urbis, qua exportaveram pedem : et retro relego vestigia notata in tenebris, et quero oculis. Ubique horror,

Dorvill.—739. *erravitne viam Franc.*, seu *capta pro div. lect.* Gud. et pr. Rottend. a m. pr. cumque iis Goth. tert. *lapsa*, solenni lapsu, in Goth. pr. et multis ap. Heins. et Burm., quod mireris potuisse probari viro doctissimo.—740. *Incertum est multi ap. Burm.*—741. *animumve* Heins. e melioribus: vulgo que. refuzi Voss.—742. *Cerer Moret. sec.*—744. *referit Exc. Burm.* a m. pr.—745. *incus Hamb. sec.* *Deosque Leid.* Deumque multi ap. Burm. et duo Goth. *hominum demenaque Deorum Franc.*—748. *In valle pr. Moret. a m. sec.*—750. *renovare Ven. et alter Menag.* et Goth. tert. cum aliquot Pier., minus bene. *renovasse alii aliquot Pier. r. meos Zulich. r. urbis Dorvill.*—752. *Cerda conj. obessaque vid. Not. Deearat versus Moret. sec.*—755. *animo*

NOTE

754 *Lumine lustro]* Vel luce ex *lumen enim hoc sensu, etiam singulari* flammis ardentes patriæ, ut vult Do- *numero dicitur. Æn. XII. 220. ‘Aram* natus : et vero dixerat v. 312. ‘Sigea *Suppliciter venerans demisso lumine* igni freta lata reluent.’ Vel oculis : *Turnus.’*

- Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. 755
 Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
 Me refero. Irruerant Danai, et tectum omne tenebant.
 Illicet ignis edax summa ad fastigia vento
 Volvitur; exsuperant flammæ; furiæ æstus ad auras.
 Procedo, et Priami sedes arcemque reviso. 760
 Et jam porticibus vacuis Junonis asylo
 Custodes lecti Phoenix et dirus Ulixes
 Prædam asservabant. Huc undique Troia gaza
 Incensis erepta adytis, mensæque Deorum,
 Crateresque auro solidi, captivaque vestis 765
 Congeritur. Pueri et pavidae longo ordine matres
 Stant circum.

et simul ipsum silentium terret mentem. Inde redeo domum, ut viderem ex fortasse retulisset gradum illuc. Græci invaserant, et occupabant totam domum. Contineo ignis vorax fertur vi ventorum ad supremum cacumen: flammæ supra assurgunt, ardor æstivæ in ærem. Progredior ad regiam Priami, et repeteo arcem. Et jam in porticibus deseruit, et templo Junonis, custodes electi Phoenix et crudelis Ulysses servabant spolia: in hunc locum undique cumulabatur dicitia Trojana, sublata e recessibus combustis, et mensæ Deorum, et pocula solida ex auro, et vestimenta cepta: pueri et timidae matres longa serie stant circum. Inso etiam avous emittere voces

septem Heins. Exc. Burm. et duo Goth., intercepta s a sequentis vocis initio, ut et in Medic. factum. *animam* Schol. Stat. Theb. I, 494. *tunc ipsa s.* Dor-vill. *sæc* idem Schol. lib. I, 368.—757. *Irruere* Gud. a m. pr. *intus erant D.* pr. Hamb., eidem abest et. *omne replebant* Menag. pr.—758. *Illicet* plerique scribunt. *fastigia tecti* Schol. Crugn. Horat. lib. II Od. 4, et Medic. a m. pr.—759. *et superant* Goth. sec.—760. *Procedo* et P. Heins. cum vetustioribus, etiam Pierianis; et Donato, ut inf. III, 349 et sup. 632. *Vulgo Procedo ad P.* vel *Protinus ad P.* cf. Burm. *præcesso* Moret. pr. *sedemque arcemque ed.* Ven.—761. *At jam* Goth. sec.; hoc desideres, vel *Hic jam*.—762. *lati* duo Burm. *durus* Parrhas. in marg. cum nonnullis Pier. et Goth. tert.—763. *observabant* alii ap. Pier. Heins. et Burm., solenni lapsu ex asservabant. *obseruant* Parrhas. *Hic* Goth. alter.—765. *craterasque* Medic. que abest duob. Burm. et alteri Goth.—767. Supplent versum Venetus: *et crebris sua carpunt pectora pugnis,* Exc. Burm.: *crebrisque premunt sua p. p.*, Guelpherb. un. in Exc. Cort.: et

NOTE

- 760 *Priami sedes arcemque]* Duo sunt loca diversa, ut diximus 322. *lium:* quia, qui ad illud configisset, inde trahi aut spoliari non poterat. 761 *Vacuis]* Non a Græcis, qui multi ibi erant; sed a civibus ac defensoribus. *Idque jus sylvis quibusdam, sed preclipe templis tributum est.* De *Phanice*, Achillis rectore, supra 7. *De Ulyse*, Ibid. *De gaza*, En. I. 123. *De crateribus, poculis*, Ecl. V. 68.
- Arylam, ἄρνας, ab a privativo et σέρψινον trahere, σέρψινον spo-*

Ausus quinetiam voces jactare per umbram,
 Implevi clamore vias, moestusque Creusam
 Nequicquam ingeminans iterumque iterumque vocavi. 770
 Quærenti, et tectis urbis sine fine furenti,
 Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusæ
 Visa mihi ante oculos, et nota major imago.
 Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus haesit.
 Tum sic affari, et curas his demere dictis : 775
 Quid tantum insano juvat indulgere dolori,
 O dulcis conjux ? non haec sine numine Divum
 Eveniunt. Nec te hinc comitem asportare Creusam

inter tenebras, replevi vicos clamoribus, et triatis frustra repetens Creusam rurus et rurus appellavi. Misera species et umbra ipsius Creusa, et figura grandior quam ea quæ erat cognita, apparuit præ oculis mihi vestiganti, et sine fine dolenti per domos urbis. Obstupui, et capilli obrigerunt mihi, et vox haesit in gurgite. Tunc sic copit me alloqui, et auferre solicitudinem his verbis: Quid tantum prodet tacare immodico dolori, o care marite? ista non contingunt absque voluntate Deo-

crebris pulsant sua p. p., Wittianus: et tacitis implent magib[us] avras.—768. umbras multi ap. Burm. et duo Goth., ut jam toties variatum vidimus. per urbem conj. Heins., v. Burm. quidai tamen: per noctem, per noctis silentia! —769. viam nonnulli ap. Burm.—770. nec quicquam Franc. iterum iterumque aliquot Heiss. et Burm. cum Goth. sec.—771. sine more tert. Moret. et Leidens. unus; quod alias Virgilius amat: sed h. l. non convenit. ruent aliquot boni libri Heins. et Burm. Minus bene: nam furere magia drap[er]e quam ruere.—772. unus umbra Zulich., sed ipsius etiam Nonius in imago.—774. Obstipasi scribitur etiam hic ap. Pier. steterantque aliquot Pier. et treu. Burm., prave. steteraque Franc., ut etiam lib. III, 48 habet, ubi hic versans repetitur; hemisticchium autem alterum repetitum XII, 868. IV, 230.—775. tunc alii ap. Pier. et Goth. alter. effari Hamb. sec. v. sup. 700.—776. dolori Heins. librorum auctoritate restitut; vulgo labori, ut nonnulli libri, etiam Goth. alter, forte ex lib. VI, 136, quanquam ea permutatio solemnis. Hic tamen dolor potius, quam labor, locum habere videtur; nisi quod labor exquisite pro dolore ponitur. Arusianus Messius laudat: Quid jurat insano tantum i. dolori, Vratisl.: Quid tandem i. j. i. dolori, et pr. Moret.: Quid tam insano, ex compendio literarum. —778. nec te comitem hinc asportare Cr., ut in nonnullis legitur, olim libros obsedisse, ex Servio patet; quod Grammatici adeo defendere satagebant. Retinuit metri vitium Cuning. Alii alter emendare voluere; nam Medic. cum aliis: nec te comitem hinc portare (pr. Moret. etiam portasse), Hamb. sec.: nec te hinc c. portare, duo Moret.: nec te comitem portare. Parrhas.: nec te

NOTÆ

772 *Creusa*] Æneæ uxor fuit, mater Ascanii, filia Priami et Hecubæ. Scriptores Æneæ infesti hanc ab Æ-nea occisam volunt, ex pactione cum Græcis: ne quid ex Priami sanguine superesset. Virgilius fingit a Cybele faisse retentam: ne quid esset impe-

dimenti, quoniam Æneas, aut a Didone adoptaretur, aut a Lavinia assumeretur in virum.

777 *De numine, voluntate Deorum, En. i. 137. De Olympo, Thessalite monte, qui pro cœlo sumi solet, Ecl. v. 56.*

Fas; aut ille sinit superi regnator Olympi.
 Longa tibi exilia, et vastum maris æquor arandum ; 780
 Et terram Hesperiam venies : ubi Lydius, arva
 Inter opima virum, leni fluit agmine Tybris.
 Illic res lætæ, regnumque, et regia conjux
 Parta tibi ; lacrymas dilectæ pelle Creusæ.
 Non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas 785
 Aspiciam, aut Graiis servitum matribus ibo,
 Dardanis, et divæ Veneris nurus :

rum : nec fatum, aut ille rex summi coeli, permittunt te auferre hinc sociam Creusam. Tu percursurus es longa exilia, et immensum spatium maris. Pervenies ad terram Italiam, ubi Tybris Lydius volvitur pacato cursu inter pingues agros populorum. Illic parata est tibi fortuna prospera, et regnum, et uxor, regis filia : deponere dolorem ob caram Creusam conceptum. Ego non video superbias regiones Myrmidonum aut Dolopum, nec ibo ministratum matribus Gracis : cum sim e Dardani sanguine, et nurus Deæ Veneris. Sed magna mater Deorum retinet me

comitem asportare.—779. *aut ille s. ex Medic. et alii optimis reposuit Heins.*, ut jam ed. Ald. et aliae vett. Vulgo *haud ille*. sed ex Codd. non facile tale quid dijudicari potest. Witt. *haud ille sinet*. Porro *summi Exc. Burm. puri Goth. alter.*—780. *longum Gud.*, pro var. lect. *τοῦ εαυτοῦ. αὐτοῖς* Goth. tert. —781. *Et terram H.* Heins. cum optimo quoque, etiam Pieriano ; Virgiliano more ex Gracie ducto, ut ad omittatur. Vulgo tamen *Ad t.*, ut et nonnulli codd. habent, et Probus in Arte. Heins. conj. *Ut t.* Parrhas. *Hesperiem.*—782. *lato f.* Dorvill. cum nonnullis Pier.—783. *res Italia* Medic. et Colot. ap. Ursin., miro lusu. *res lata et res latæ nonnulli*; sed *res latae præclare poëta de felici et prospero rerum statu et conditione, ut sepe alibi.*—786. *superbas Franc.*—786. *haud vel haud aliquot.*—787. *et tua conjux supplent nonnulli*

NOTÆ

780 *Maris æquor arandum*] *Æquor*, est quælibet æqua planities, sive terræ, sive maris, sive etiam speculi: unde *Æn. vii. 781. ‘æquore campi Exercebat equos.’* Hic *maris æquor*. Lucretius l. iv. 105. ‘reddunt speculatorum ex æquore visum.’ *Arandum*: ducta metaphora ab agris; sicut *Æn. v. 108. ‘sulcant vada salsa carinae.’* Est enim *sulcus*, longus ille tractus, quem vomer inter arandum excavat.

781 *Hesperiam*] Duplex est, *Hispania*, et *Italia*: hic *Italia*: *Æn. i. 534. Tybris*, Italizæ fluvius, de quo *Æn. viii. 330. Lydius* dicitur; quia Tuscos, sive Etruscos, a Latio dividit.

Tusci autem etiam *Tyrrheni* dicti sunt a *Tyrrheno*, filio Atyos: qui Aty, *Herculis* et *Omphales* filius, Lydiæ rex, in Asia Minore, cum regio fame laboraret, sorte inter filios jacta, *Lydum* regni successorem habuit, *Tyrrhenum* e regno emisit ad condendam coloniam: quam post varios tandem errores, in Italia ad superiorum Tybris ripam collocavit: quare Etrusci et *Tyrrheni* e *Lydia* oriundi sunt. De *agmine*, pro impetu Ge. iii. 423. De *Myrmidonibus ac Dolopibus*, supra, 7.

787 *Dardanis, &c.*] Quia Priami filia, e Dardano oriunda. Vide stemma, Ge. iii. 35.

- Sed me magna Deum Genetrix his detinet oris.
 Jamque vale, et nati serva communis amorem.
 Hæc ubi dicta dedit, lacrymantem, et multa volentem 790
 Dicere, deseruit, tenuesque recessit in auras.
 Ter conatus ibi collo dare brachia circum ;
 Ter frustra compresa manus effugit imago,
 Par levibus ventis, volucrique simillima somno.
 Sic demum socios consumpta nocte reviso. 795
 Atque hic ingentem comitum affluxisse novorum
 Invenio admirans numerum ; matresque virosque,
 Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
 Undique convenere, animis opibusque parati ;
 In quascumque velim pelago deducere terras. 800
 Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ,

in his regionibus. Nunc igitur vale, et retine amorem filii nostri. Postquam prout hæc verba, reliquit me plorantem et volentem loqui plurima, et eranuit in aërem levem. Tunc ter conatus sum injiceri brachia collo ejus ; ter species frustra apprehensa abiit e manibus, similis leti vento, et similis raga somno. Denique transacta nocte sic redeo ad socios. Et illic reperio admirans magnam multitudinem novorum sociorum advenisse, et matres, et viros, juventutem congregatam ad fugam, et plebem miserandam. Undecunque concurrerunt, parati et voluntate et facultatis, in quascumque terras velim eos ducere mari. Et jam Lucifer oriebatur e cacu-

versum in Serv.—788. *me detinet* Hamb. *hic detinet* ed. Ven.—789. *serua nati* Montalb. *amores* Græv.—790. *plura v. d.* Leid.—791. *Discere* sec. Hamb.—792. *conatus erat* Macrob. v Sat. 7. *colla et d.* Dorvill. *circundare brachia collo sec.* Moret.—792—794. Idem versus inf. vi, 700—703.—793. *compresa* Heins. cum Medic. et optimis ceteris; alii *comprissa*, quod Pierini prætulisse videtur. Zulich. *compresa*. sec. Hamb. *conata*; *perpetuae variationes*. Aliquot Pier. etiam, *manu*.—794. *Par l. pennis, v. s. recto* Medic. Pierii, ex interpolatione. *s. fumo* Macrob. v Sat. 5, ut alibi : inf. v, 740. Ge. iv, 449. *ferro* Leid. a m. pr. Faber emendabat *sonnio*, quia δρεπό Ικέλος ap. Græcos occurrit. Sed *sonno* quidni poëta æque bene dixerit, qui et ipse, si excusus, dispulsus fuerit, solvitur, diffliuit, evanescit. Nec, si somnium cogitare necesse sit, quicquam impedit, quominus *sonnum* de eo accipias, ut simile plane sit illi ap. Apollon. iv, 877 Ἀντὴ δὲ πνοῆι Ικέλη δέμας, ηὐτὸν δρεπός Βῆδ' ίμεν.—796. *hic abest tert.* Rottend. *effusisse* duo Hamb.—798. *ex Ilio* Heins. secundum Donati scripturam probabat, sed invito metro. Mox idem malit jungere : *mis. vulgus undique cono. et mis.* Rottend tert. *mirabile* Leid.—779. *animisque* Moret. sec. et pr. Rottend.—800. *decurrere* Gud., pro div.

NOTE

- 788 *Magna Deum Genetrix*] *Cybele*, immortalitate donatam, quali Nymphae fruebantur.
 de qua, ejusque sacris, Æn. III. 111.
 Quomodo autem Creusam detinet? 801 *Lucifer Idæ*] Significat *Idam* Sensus est : Creusam in Idæos famularum ejus choros ascitam esse ; et montem ad orientem fuisse Trojæ, unde *Lucifer*, stella Veneris, ante So-

Ducebatque diem ; Danaique obsessa tenebant
 Limina portarum ; nec spes opis ulla dabatur.
 Cessi, et sublato montem genitore petivi.

minibus summa Ida, et inchoabat diem : et Græci occupabant clausos aditus portarum : nec offerebatur ulla spes auxilii. Cessi, et patrem ferens descendit montem.

lect.—802. que abest Franc.—804. montes Medic. cum altero Mediceo Pierii et aliquot aliis ap. Burm. Utrumque rationem habet.

NOTÆ

lis ortum primo appareret. *Ida* quippe per Troadem universam sparsa est in varios montes: quorum pars septentrionalis ad Propontidis littus; pars occidentalis, ad Hellespontum; pars meridionalis, ad sinum Adramyttenum Maris Ægæi, pertinet. Imminebat Trojæ ad orientem, ibi-

demque Paris de tribus Deabus judicium tulit. Fœminini generis est *Ida* contra regulam communem. De Lucifero, Ecl. vi. 86. Ait Varro stellam illam Veneris ab Ænea semper visam esse, donec ad agrum Laurentem veniret: quo tempore videri tandem ab eo desilit.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER III.

ARGUMENTUM.

PERGIT Æneas enarrare Didoni casus suos, quorum altera pars hoc libro continetur, nempe navigatio. Æneas, incensa Troja, classe viginti navium ad urbem Antandrum clam fabricata, desertur in Thraciam; ubi cum urbem conderet, territus prodigo cæsi a Polymnestore rege Polydori, navigat in insulam Délum, consulturus oraculum Apollinis: a quo monitus ut *antiquam matrem* exquireret, Anchisæ interpretatione Cretam esse insulam ratus, Trojanæ gentis originem, eo contendit, urbemque novam ædificat. At inde peste depulsus, monitus in somnis a Diis Penatibus, Italiam vera esse Trojanorum cunabula, Italiam petit. In itinere actus tempestate in insulas Strophades, infestas habet Harpyias: quarum ex una audit se non prius in Italia fixurum sedes, quam fame coactus fuerit mensas absumere. Hinc delatus ad Actium promontorium, ibi ludos celebrat. Tum in Epirum appulsus, Andromachen reperit, jam Heleni uxorem, et mortuo Pyrrho in Chaonia Epiri parte regnantem. Audit ab Heleno, rege eodem ac vate, sedem sibi a Diis in Italia paratam; eo loco, ubi suem albam inveniret triginta foetus enixam. Admonetur ab eodem, ne in proxima Italise

parte considat, Graecorum metu, qui ventis eo disjecti fuerant: tum ne Siculum trajiciat fretum, metu Scyllæ et Charibdis: sed deflexo ad occasum cursu Siciliam circumeat. Igitur relicta Epiro, Tarentum, quæ in vicina Italie ora est, et Siciliæ partem Aetnæ monti proximam prætervectus; hinc supplicem recipit Achæmenidem, socium Ulyssis, ab eoque de feritate Cyclopum edoctus, observatis omnibus Heleni præceptis, tandem Drepanum, occidentalem Siciliæ portum, obtinet; ubi moritur Anchises. Atque hinc media æstate solvens Aeneas in Italiam, tempestate in Africam ejicitur. Et hic finis est narrationis.

POSTQUAM res Asiae Priamique evertere gentem
Immeritam visum Superis, ceciditque superbum
Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troja:
Diversa exilia et desertas quærere terras

Postquam placuit Diis destruere potentiam Asiae, et populum Priami nil tale meritum; et postquam nobile Ilium cecidit, et tota Troja a Neptuno munita fumat a frumentis: impellimus omnibus Deorum petere exilia remota, et regiones vacuas; et fabri-

1. *Priamique vertere* Medic., sed a m. pr.—2. *Immeritum* Rottend. tert. *risum est* multi ap. Pier. Heins.—3. *Ilion sex ap.* Burm. *fumat male* Probus acceperat pro *fumavit*. Recte post *cecidit* mutatur tempus, *fumat*; quod non uno temporis momento absolvitur.—4. *et diversas q. terras aliquot veteres* Pieriani, et Menag. Voss. pr. Hamburg. alter pro var. lect. Parrhas. Dorvill. Brunck. Hæret Burmann. Suavior, puto, esset illa lectio; sed ad fidem criticam probabilior est altera lectio *desertas*, cum codd. auctoritate, inter quos Fragn. Vatic., tum quod ea vix nasci potuit ex altera, in quam facile aliquis incidere poterat. *Quod autem rō desertas terras* putant repugnare *arvu opima II.* 781, et similia; id leve est; possunt enim agri esse deserti et cultoribus vacui, et tamen fertiles haberi, in primis si cultus accesserit; et terra, in quam novi coloni sunt immigrati, bene deserta et non satis frequentata hominibus dicitur. Sed id plane h. l. non querendum. Poëta enim hoc unum agit, ut miserationem moveat. *Præclare autem post Ilium superbum: desertæ terræ;* in quibus ipsis sedes novæ erant condendæ.—

NOTÆ

1 *Res Asiae*] Minoris, cuius magna pars est utraque Phrygia, Major et Minor, Priamo subdita. *Aen.* i. 385.

2 *Immeritam*] Nam perfidia Laomedontis in Neptunum et Apollinem, et crimen Paridis in Junonem ac Minervam, non debuere tanto populo

creare perniciem. *Aen.* i. 31. *Aen.* ii. 610.

3 *Ilium....Neptunia Troja*] Per *Ilium*, arx; per *Trojam*, urbs significatur. *Ilium* dicitur a Virgilio tantum neutro genere: ab Horatio, *Ilios* ſeeminino: ab Ovidio *Ilion* etiam ſeiminino, communi urbium genere.

Auguriis aginatur Divum, classemque sub ipsa
Antandro et Phrygiae molimur montibus Idæ ;
 Incerti quo fata ferant, ubi sistere detur ;
 Contra himusque viros. Vix prima incep erat aëtas ;
 Et pater Anchises dare fatis vela jubebat :
 Littora cum patriæ lacrymans portusque relinquo
 Et campos, ubi Troja fuit. Feror exul in altum
 Cum sociis, natoque, Penatibus et magnis Dis.
 Terra procul vastis colitur Mavortia campis,

5

10

casus novus prope ipsam Antandrum et propè montes Idæ Phrygiae : dubii, quem in locum fata nos mittant, ubi permittatur manere : et colligimus socios. Vix prima aëtas incep erat : et jam pater Anchises imperabat nos dirigere vela, quo fata volunt. Tunc lugens deseru littora patriæ, et portus, et arva, ubi Troja sita fuit. Ab eo exul per mare, cum sociis, et nato cum Penatibus, et magnis Diis. Terra Martia spatiose agris longe habitatur, quam Thraces colunt, subiecta olim bellicoso

5. classinque Sprot. classesque pr. Rottend. pro var. lect.—6. et abeat non nullis ap. Heins. et Pier.—7. ferent duo Heins.—8. Ut prima Hamb. pr. incep erit Medic. a pr. m.—9. At p. duo Burm. Et pro cum in Montalb. ex interpr. Ut p. conj. Heins., sed et exquisite apud poëtas pro ut cum ; etsi nolim præstare, quod Servius ait, velocitatem inesse. dare centis vela duo Hamb. pro var. lect. et ed. Ven., quæ sane communis poëtarum ratio, sed propter hoc ipsum suspecta ; etsi non diffidendum, fatis, in quo optimi Codd. consentiunt, etiam fragm. Vatic., propter ambiguitatem, sitne tertius an sextus casus, minus commodum h. l. videri. Est utique casus sextus, fatis, fatali necessitate : et hanc in primis Anchises norat et monebat. v. Exc. xvii. sub fin. ad lib. II.—10. cum Heins. e Medic. aliisque ; vulgo tum. Liberior sic erat orationis cursus.—jubebat. Littora tum p.—relinquo. duo dum.—12. quatenque

NOTE

5 Auguriis] Hectoris admonitu, Æn. II. 295. flamma, que verticem Ascianii lambebat, 681. cursu stellæ cadentis, et lœvo fulmine, 694. sermone ultimo Creusa, 781.

6 Antandro] Antandros, urbs est Phrygiae Minoris, nunc S. Dimitri : ad simum Adramittenum, et littus Egei Mari : sub radices Idæ, ubi aëtia erat arborum ad navalem structuram, et latebrosi sismas procul a conspectu Graecorum. De Idæ monte, Æn. II. 801.

7 Incerti quo fata ferant] Tunc Creusa monserat, Æn. II. 781. in Herperia ad ripas Tybris sedes case futuras. Ergo, vel non credidit inanis

Delph. et Var. Clas.

Creusa simulacro ; vel illud Creusa vaticinium ex iis est locis, quæ Virgilii emendare debuissent.

8 Aëtas] Nam Troja sub finem veris capta est, ut diximus Æn. II. 840. Et in adificanda viginti navium classe aliquantum sane temporis abiit.

12 Penatibus et magnis Dis] Magni sunt, Jupiter, Juno, Mars, &c. communis Dii : Penates, domestici, nec nominati, Æn. II. 717.

13 Procul] Thracia tamen a Troade non distinguitur nisi angustissima stricibus Hellesponti, les Dardanenses. Situs procul, non est longe obiecta ; sed quæ longe latèque colitur, latissima

Virg.

2 N

Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo ;
 Hospitium antiquum Trojæ, sociique Penates,
 Dum fortuna fuit. Feror huc, et littore curvo
 Moenia prima loco, fatis ingressus iniquis ;
 Æneadasque meo nomen de nomine fingo.

15

Sacra Dionæse matri Divisque ferebam
 Auspicibus coeptorum operum ; supero que nitentem
 Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.

20

Lycurgo: vetus hospitium Trojorum, et cuius Dii erant conjuncti nostris, dum felices fuimus. Illuc navigo, et in sinuoso littore statuo primos muros, appulus suis adversis: et nomen civibus facio, Æneadas, de meo nomine. Offerebam sacrificia matri Veneri, et Diis auctoribus operis inchoati: et immolabam in littore

scribunt multi. *cum magnisque P. et Dis Menag. pr.—14. erant sec. Moret. et Medic. a m. pr. Ligurco, Lygurgo, et Ligurgo passim in codd. scribitur.—16. Cum Leid. un. et in littore Franc. corvo, curvo, duo Burm.—18. Æneades Medic. a m. pr. gentes de n. Montalb. pro var. lect. v. ad iii Ge. 122. Est ðarvus. cunctos tert. Rottend.—19. Ab h. v. nova narratio. Itaque interpusi.—20. auspicis Wittian. auspicisque Vratisl. superumque Parrhas. in*

NOTE

enim est Thracia. *Mavortia dicta, quia Mars in ea natus est. Ecl. vi. 30. et ix. 12.*

14 *Thraces arant]* Relativum *quam suppressit more suo: sic Æn. i. 16.* ‘Urba antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.’ *Thracia, ampla Europæ regio olim duas in partes divisa, in Thraciam cis Rhodopen, et trans Rhodopen montem. Romania dicta deinde est, cum in eam Constantinus Romanum imperium transtulit. Ejus caput Constantinopolis: termini, a septentrione et occidente Bulgaria; a meridie, mare Ægæum; ab oriente, Helleponus, Propontis, et Pontus Euxinus.*

15 *Lycurgo]* Thraciæ rex fuit, Dryantis filius, qui Baccho infestus ipsum fugere compulit in insulam Naxum, et vites Thracia tota suocidi jussit: quas cum ipse succideret, dicitur Dei ultione in furorem actus sibi crura amputasse. *Regnata] Pas- sive dixit; ut Æn. vi. 770, ‘regnandam*

acceperit Albam:’ et Horat. Od. I.

II. 6. 11. ‘regnata Laconi Rura Phalantō.’

16 *Sociique Penates]* Nam Polymnestor, Thraciæ rex conjugem habuerat Ilionem, filiam Priami. De Penatibus, *Æn. II. 717.*

17 *Æneadas]* Urbem vocat Mela I. II. 2. *Ænos:* inter ostia Hebri et Chersonesum: confirmatque Plinius, cum ait ad eam urbem esse Polydori tumulum: I. IV. 11. Nunc etiam dicitur *Æno. Dionæse matri, Veneri, filiae Jovis et Diones. Æn. I. 260.*

18 *Taurum]* Dicunt interpres, ex Atteio, non licuisse immolare Jovi taurum, cervecem, aristom: adduntque ideo non acceptum fuisse sacrificium Jovi, securumque statim esse Polydori prodigium. Malum tamen dicere tunc temporis non ita distinctas fuisse religionum rationes: taurumque etiam Jovi placuisse, ut probat hic multis exemplis Cerdanus.

Forte fuit juxta tumulus, quo cornea summo
 Virgulta, et densis hastilibus horrida myrtus.
 Accessi; viridemque ab humo convellere sylvam
 Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras : 25
 Horrendum et dictu video mirabile monstrum.
 Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbor
 Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ,
 Et terram tabo maculant. Mihi frigidus horror
 Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis. 30
 Rursus et alterius lentum convellere vimen
 Insequor, et causas penitus tentare latentes :
 Ater et alterius sequitur de cortice sanguis.
 Multa movens animo, Nymphas venerabar agrestes,
 Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis: 35

taurum pingueum summo regi caelestium. Forte tumulus prope erat, quo in summo erant fructus cornæ, et myrtus aspera multis hastilibus. Accessi ad tumulum, et conatus abrumpere e terra ramos virides, ut tegerem altaria ramis illis foliosis; video prodigium tremendum et mirabile dictu. Nam quo arbor prime eruitur e terra fractis radicibus, ex hac deflunt guttæ nigri sanguinis, et tingunt terram sanie. Frigidus tremor agitat meum corpus, et sanguis metu gelidus congregatur ad cor. Iterum pergo extirpare virgin flexilem alterius arboris, et explorare causas occultas: et niger sanguis fluit ex alterius cortice. Ego volvens mente plurima, orabam Nymphas sylvestres, et patrem Martem, qui præest campis Thracia, ut bene prospera

margine.—22. *tumulus juxta Montalb.*—24. *avellere* Exc. Burm.—25. *ut abest a sec.* Hamb. *aras tres* Burm.—26. *Vocibus transpositis Montalb.* *H. video et dictu m. m. quod placet.* Pugianianus: *H. dictu video m. m.* Wallian. *H. dictu et video m. m.* Nonius in *Horrendum*: *H. dictu video, m. m.* Macrob. III, 10 *H. dictu et visu m. m.* Sed *dictu mirabile monstrum* iam vidimus lib. II, 680. *miserabile aliquot Pieriani et Ven. a m. pr. ut alibi.*—27. *cum quo Sprot.* Namque *ut pr. ed. Medioli.* namque *ut p. aliquot Pier.* *arbor Burmann.* e codd. depositus, ne sibilus in arbos anrem hæderet.—28. *hinc atro aliquot Pier.* Franc. et ed. Medioli. *tinguntur multi Pier. et Heins.* ut et II Ge. 187.—33. *Alter codd. plerique Pier. et Heins.* etiam edd., solenni lapsu. *Alterque alterius Zulich.* *Rursus et alterius Hamb. pr. a m. pr. alter et a. a m. s.*—35. *Gradivomque Gud.* a m. pr. quod præferam. *Mirum autem in hac voce primam produci.* Brevis est ap. Silium. xv, 15. *grandævumque duo.*

NOTÆ

22 *Tumulus]* Et editiorem locum, et sepulcrum significat. *Cornea,* ex arbore *corno, cornouiller:* de qua Ge. II. 34. De *virgultis*, Ibid. 21. De *Myro*, Ecl. II. 54. De *sylva*, pro qualibet multitudine, Ge. I. 152.

34 *Nymphas agrestes]* Hamadryadas. Ecl. II. 46. Cum enim haec una cum

arboreis vivant, et occidunt, dubitabat num esset earum sanguis.

35 *Gradivom ... Geticis]* *Gradivus* Mars nominatur, a κράδαινο, *vibro.* *Getæ:* populi Dacie, Thracie tamen apnúmerati ob viciniam. Ge. II. 115. De *Marte*, Ecl. IX. 12.

Rite secundarent visus, omenque levarent.
 Tertia sed postquam majore hastilia nisu
 Aggredior; genibusque adversae obluctor arenæ:
 Eloquar, an sileam? gemitus lacrymabilis imo
 Auditur tumulo, et vox redditæ fertur ad aures: 40
 Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto;
 Parce pias scelerare manus. Non me tibi Troja
 Externum tulit; aut crux hic de stipite manat.
 Heu! fuge crudeles terras, fuge littus avarum.
 Nam Polydorus ego. Hic confixum ferrea taxit 45
 Telorum seges, et jaculis increvit acutis.
 Tum vero anticipi mentem formidine pressus

redderent ria, et avenerent malum augurium. Sed postquam majore conatu accessum ad tertios ramos, et genibus obnixus sum contra terram oppositam: dicam, ex tacito? flebilis gemitus auditur ab intimo tumulo, et vox emissa perennit ad aures: Cur discerpis miserum, o Ænea? abstine a sepulcro, cave polluere religiosas manus tuas: Troja non me produxit alienum tibi: sanguis hic non fluit e truncu. Hec fuge regionem crudelēm, fuge littus avarum. Ego enim sum Polydorus: multitudine telorum ferrorum obruit hic me confixum, et crevit in acuta hastilia. Tunc autem

armis Hamb. sec. oris Menag. pr.—36. secundaret et levaret Wittian. et Goth. sec.—37. Tertio Caris. v. Pier. et Heins. majori Leid. nisi Heins. ex codd. et add. vett. reposuit. Vulgo nixa. cf. Pier.—38. avevae alter Rottend.—39. alloquar Ven.—40. auditus e vet. cod. laudatur in Servianis. et deest Menag. pr. ad auras quatuor Burm., ut saepe alibi, sic inf. 38.—41. sepulcro codd. et Donatus ap. Pierium.—43. extremus Witt. cum codd. Pier. perpetuo iepsu. E. dedit Wall. aut restituit Heins. e libris (adde fragm. Vatic.) et Grammaticis, quem vide. Vulgo hard; in quo fere semper variant libri. aut vero pre nec atiam in prosa ponitur in simili sententia, sc. non de stipite sed de meo corpore.—44. avarum sec. Hamb., perperam. cf. Burm.—46. implovis aliquot Pier. cum pr. Rottend. et Sprot.—47. Nunc vero alter Hamb.—

NOTE

36 Secundarent visus] *Visus, pro visa.* Notatque Cerdanus, secundarent, proprio dictum: nam post adversum omen, cum repeteretur novum: si hoc prosperum erat, primum destruebat, vocabaturque secundum; si rursus adversum erat, vocabatur alterum.

43 Scelerare manus] Violatione sceleri: quæ religio sancta semper fuit.

46 Hic confixum, &c.] Euripides tamen in Hecuba 700. sit a Polymnesto-

store caesum, et in mare projectum, ad illud littus ejectum esse, quo Graeci e Troja domum repetentes appulserant: ibique ab Hecuba matre spissæ agnitus: et in ultionem sceleris Polymnestora occæcatum a Trojanis mulieribus, eadem Hecuba duce, quæ remotum in locum eum adduxerat ut detegendi thesauri. Alter etiam narrat Hyginus Nempe Polydorum admodum infantem in Thraciam missum: ab Ilione sorore, Polymnestoris uxore, suppositum esse pro Dei-

Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno

Infelix Priamus furtim mandarat alendum 50

Threicio regi; cum jam diffideret armis

Dardaniæ, cinqüe urbem obsidione videret.

Ille, ut opes fractæ Teucrum, et Fortuna recessit,

Res Agamemnonias victriciaque arma secutus,

Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat, et auro

55

Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,

Auri sacra famæ! Postquam pavor ossa reliquit,

obstupui, oppressus dubia formidine secundum animum, et capilla obrigerunt, et vox actit in gutture. Olim miser Priamus clam miserat regi Thracie hunc Polydorum educandum cum ingenti copia auri: cum jam male operaret de armis Troja, et videret urbem premi obsidione. Ille Polymnestor, postquam potentia Trojanorum immunita est, et fortuna abiit ab eis; conversus ad partes Agamemnonis et exercitum victorem, violat jure omnia, jugulat Polydorum, et per vim rapit aurum ejus. Quid non cogis corde hominum facere, o execranda cupiditas diuiniarum! Postquam timer abiit e membris meis, renaruo prodigia

48. steterantque aliquot Pier. et Burm. ut sup. II. 774. steteraque Franc. et abest a Dorvill.—49. magno c. p. vasto Parrhas. magno c. p. quondam Cuning. ex Huls.—50. commisit alendum Exc. Burm. ex interpretatione.—51. Thraicio, Thracio scribitur.—52. insidione alter Hamb.—53. et deest Montalb. et aliquot Pierianis. Teucrum fr. fortunaque r. Dorvill.—55. abrumpit quinque Burm. abrumpit tres alii. erupit Goth. sec.—56. corpora Wall.—57. cæca f. Wall.

NOTÆ

philo, Polymnestoris filio, sed ex alia uxore; ut tutinis Græcos lateret: atque ita Deiphilum ab incio patre occisum deinde fuisse, non Polydorum.

54 *Agamemnonias*] Agamemnon, Atrei Mycenarum regis filius, Menelaï Spartani regis frater, rex ipse Mycenarum, ad expeditionem Trojanam dux electus totius Græciæ, unde rex regum a poëtis appellatur: capta Troja Cassandra filiam Priami captivam sibi habuit, amavitque; ac reversus in patriam, occisus est cum eadem Cassandra in convivio, insidias Clytemnestrae uxoris, ab Ægypto adultero, Thyestis filio, qui Thyestes Atrei frater fuerat. At Orestes Agamemnonis filius, in ejus ultionem, et Ægyptum et matrem Clytemnest-

tram interfecit.

57 *Sacra*] Execranda: vox frequens apud veteres: ab iis ducta qui devorebantur, sacrabantur, et addicabantur morti pro publicis delictis; ita ut impune occidi possent. Sic devovebatur apud Massilienses pauper aliquis, pestilentia sæviente: sic aliquando Codrus apud Athenienses, Curtius et Decius apud Romanos se devoverunt: sic etiam omnis victima immolatur quasi onusta populi totius delictis. Rhodiginus tamen ait *acerum* dici quicquid *magnum* est, et sic Homero Il. XVI. 407. *lepro* *ixθον*, esse *piscem magnum*. Addo sic etiam apud Hebreos magna omnia dici Dei esse: sic montes Dei, sunt *magni montes*, et cedri Dei, sunt *magnæ cedri*.

Delectos populi ad proceres, primumque parentem,
Monstra Deum refero, et, quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus scelerata excedere terra ;
Linqui pollutum hospitium, et dare classibus Austros.
Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens

80

Deorum electis principibus populi, et primum patri meo; et peto, quis sit corum sensus ea de re. Idem est omnibus consilium, abire ex impia regione, deserere funestatum hospitium, et præbere vela ventis. Itaque apparamus exequias Poly-

relinquit duo Burm.—58. *Dilectos alter Hamb. p. et proceres Menag. pr. parentum aliquot Pieriani.*—59. *et deest Menag. pr.*—60. *abcedere Goth. tert.*—61. *Linquere pars codd. et edd.* At Heinius cum aliis, inter quos Medic. Gud., *linqui*, eadem vi, sed poëta potest videri voluisse orationem variare. *polluto* tert. Rottend. *astrum* pr. Hamb.—62. *Polydori sec.* Rottend. Moret.

NOTE

Hic igitur fortasse *sacra fames*, est
magna fames.

61 *Dare classibus Austros]* Communitatio: id est, committere classem ventis. Posuit *Austros*, ventum meridionalem, de quo Ecl. II. 58. pro vento generatim. Euntibus enim e Thracia in insulam Delum, Auster contrarius, Boreas commodus est.

62 *Instauramus Polydoro funus, &c.]* Perstringit hic ceremonias funebres, quæ fusi, lib. vi. 215. describentur. I. Instaurat funus, quia male tumulatus primo fuerat, projectus nimilrum ac telis obrutus: unde videri potuit inhumatus. II. *Funus alii sepulcrum explicant, alii pompam funebrem.* III. *Manes* sunt animæ mortuorum: hic anima Polydori, de iis Ge. iv. 469. IV. *Aræ*, numero plenari, quia heroum animis geminas scrabantur: infra 305. Hectori Andromache ‘ geminas causam lacrymis sacrificaverat aras.’ Ecl. v. 66. pastores Daphnidì, ‘en quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni.’ V. *Cæruleis vittis et tæniis ornabant aræ: et cæruleus color, tum in sacris usui fuit;* unde Valer. Argon. I. 776. ‘ multa pallens ferrugine taurus, Stabat adhuc, cui cœruleæ per cornua vitta:’ tum in luctu assumi solebat a mulierि

bus, deposita veste purpurea, ut est apud Danielis Servium, qui citat Catonem; sed addit cœruleum a veteribus nigrum dici: unde fortasse hic cœruleæ vittæ, nigre sunt. VI. *Cupressus addebat aris et bustis ad latera: vel quia gravis est odoria, ad foetorem cadaverum leniendum:* vel quia semel excisa non renascitur, ad mortem exprimendam; vel quia cariem non sentit, ad gloria immortalitatem significandam. VII. *Hicce mulieres crines solverunt: alluditque poëta ad morem Romanum, qui forte fuit etiam apud Phryges: nam Graeci crines in luctu non solvabant, sed seabant; ut ait Plutarch. in Roman. Quæst.* VIII. *Cymbia: vasa oblonga et angusta, in modum cymbæ et naviculae.* IX. *Sanguinem, et lac; etiam aliquando vinum, et mel, et aquam affundebant: quia his pasci et delectari animas credebant, precipue sanguine: hinc etiam gladiatorum certamina circa bustum: hinc Odyss.* XI. 36. Ulysses Tyriæ Manibus sacra faciens, non eum educit, nisi effuso in scrobum multo victimarum sanguine. X. *Animam condebant sepulcro;* quia, qui fuerant inhumati, hos errare centum annos existimabant. XI. *Voce ciebant, et appellabant*

Aggeritur tumulo tellus; stant Manibus aræ,
Cœruleis moestæ vittis atraque cupresso;
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis et sacri pateras: animamque sepulcro
Condimus, et magna supremum voce ciemus.

65

Inde, ubi prima fides pelago, placataque venti
Dant maria, et lenis crepitans vocat Auster in altum, 70
Deducunt socii naves, et littora compleant.
Provehimur portu; terræque urbesque recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus

doro, et multum terræ accumulanus in sepulcrum: eriguntur altaria animæ ejus, tristia caroleis tanis et nigra cupresso: et Trojanae circumeunt passis capillis, juxta consuetudinem. Infundimus pocula spumantia tepido lacte, et pateras sanguinis hostiarum: et claudimus animam in sepulcro, et magna voce ultimo conclamamus. Deinde statim ut prima securitas maris apparuit, et venti præbuerunt quietum mare, et Auster blande streps incitavit ad navigationem: socii detrahunt naves et tegunt littora. Recedimus e portu, terræque et urbes relinquuntur. Medio in mari jucundissima insula incolitur, dicata matri Nereidum et Neptuno Ægæo:

sec.—63. *cumulo* alter Hamb. et pr. pro var. lect. *tellus tumulo* Sprot.
—64. *nexa* Voss. *cupressu* trea Burm. cum Pierianis, ut alibi variant. cf. Pier.
—65. At pr. Hamb. *Iliadas* Voss. *crinus* libri ap. Pier.—66. *trepido* Hamb.
sec. et Exc. Burm. *fumantia* Oudart. *Kymbia* Parrhas.—67. *sacras* p. Exc.
Burm. *animaque* Franc.—69. *prima quies* Goth. tert. *prona fides* pr. Moret.
a m. pr., solemni potius laepu (de quo v. Burm.) quam exquisitoris epitheti
studio, quod nec facile feras h. l., multo minus desideres. *pacataque* Parrhas.
—70. *lenis crepitans*, displicet merito duplex epitheton, et si similium exemplorum auctoritate defendi forte possit. v. Burm. Heins. conjecterat *segnes crepitans*, Burm. *lentos* c. Toupius in Suidam P. III, p. 138 *lenccrepitans*, quid in Lucretio non displiceret. Jortin (*Tracts Tom. II*, p. 470) jungit: *Auster lenis vocat crepitans*. Pierius e codd. aliquot landat *lene crepitans*, quod consuetudine Virgilii satie tritum teneri potest. Nam quod ultima in tono et ante duplice consonam producitur, insolens esse non videtur. Jo. Schrader. tamen in schedis ingeniose conj. *lene incripitanus*.—72. *Provehimur* duo Burm., male. *terra sine que* duo.—73. *medio colitur* Gud. cum multis aliis. Porro Burm. h. l. et jam ad Ovid. Fast. vi, 177 emendat *gratissima Delus*, probante Burmanno Secundo ad Anthol. Poët. Lat. p. 460, addit Schrader. Emendatt. c. 3, p. 39. quod sic quoque in Ciri v. 473 legitur. Et habet sane quo placeat. Videamus tamen, annon poëtica ratione exquisitus ponatur genericum nomen, *tellus*. Porro in tali positu, ut hic verba vides: *Sacra—gratissima tellus Nereidum mati* potest forte *tellus* magis placere. *Tellus autem pro insula non adeo abhorre a usu poëtarum videtur. Subeunt modo illa animam: Claudian. de R. Pr. I, 192 Ceres de Sicilia: salve gratissima tellus. Ovid. Met. III, 597 Forte petens Delum, dia telluris ad oras Applicor. et inf. v. 127 crebris freta consita terra. Etiam Seneca locus Here. fur. 15 tanquam ex nostro expressus vulgata lectionis columnen haberi potest: Quibusque natu*

NOTÆ

bant ter proprio nomine, ut facilius namque revocarent: tum ter *vale* dicerrantem animam ad sepulcrum ur- to, discedebant.

Nereidum matri et Neptuno *Ægæo*:
 Quam pius Arcitenens, oras et littora circum
 Errantem, Gyaro calsa Myconoque revinxit,
 Immotamque coli dedit, et contempnere ventos.

76

quam pius Apollo religavit Mycone alta et Gyaro, vagam antea circa littora et circa extrema terrarum: et volunt coli stabilem, et aspernari ventos. Illic nascitur: illa

mobilius tellus stetit.—74. *Neptunio aliquot ap.* Burm. Pier. Ald. pr. *Neptuno* *Eknodigæo* Titius Loc. controv. xv, 16. Versus haud dubie ex poëta antiquo atreptus, forte idem ex Graeco versus. v. Excurs. iv.—75. prius interpretator Pompon. Sab. et notatum pro var. lect. in Serviam; sive aliquot Pierii tresque Burm., quod jam Bronkh. probarat, et docte illustravit Burmann. Secundus ad Anthol. l. c. p. 460, ut sit prius errantem. Ad terre tamen motum sub Augusto, si Tertulliano fides habenda, factum referri hic nihil potest. *arcitenens* scribitur in Medic. et aliis v. Heins. *Actus arcitenens* conj. Cuning., parum feliciter.—76. Ordo verborum ab Heins. Medicei aliorumque, etiam Pierianorum, codd. auctoritate est restitutus. Vulgo in scriptis et editis leg. *Mycone celo Gyaroque*. Sed, *Mycone* vitiosam esse, et Pierius vidit et facile appareat; est enim *Mycos*; ortum forte, ut Heins. vidit, ex *Mycone et celo*, cf. eund. ad Ovid. Ep. xxi, 81, docentaque id var. lect. e Burm. codd. *Myconæ*, *Miconæ*, *Michonæ*, it. *M. excelsa et celo*, ut in Goth. Sed Heins. porro rescriperat *Gyaro et celo*, sine libro, quod recte Burm. reliquit. *celo* unus Leid. Aberratur etiam: *Micone*, *Micono*,—*Gyaro*; cuiusmodi errores notare piget, prætermittere tamen non licet. reverit Codex Amstel. ap. Burmann. Secund. l. c. *Agavit* pr. Hamburg. In laudato Epigrammate: *Deles jam stabili revincta terra*.—77. componere Oudart., male. v.

NOTE

74 *Nericum, &c.*] *Deles* insulam significat, in qua nati Apollo et Diana, Ecl. iii. 67. Una est è Cycladibus insulis, in Mari *Ægæo*, quod hic dicitur *Neptunus Ægeus*: vel ab *Ægis* Rubææ oppido; vel ab *Æga* *Æolidis* promontorio, juxta Strabonem; vel a crebris insulis, quæ procul aspicientibus videntur habere speciem *alvæ* *esprærum*, juxta Festum; vel ab Olenia capra, coelesti sidere, quæ exoriens graves ibi tempestates excitat. Ibi magna insularum multitudine: quarum meridionales dicuntur *Sporades*, a *owelp* *sperge*, quia dispersæ sunt sine ordine; septentrionales vero *Cyclades*, a *cyclæs* *circulus*, quia quasi in circulum dispositæ sunt circa *Deles*: quam, antea vagam, post Latonam vero partum uni affixam loco, circumclusæ.

gunt, et quasi revincunt. *Mycone* et *Gyaro*, duæ ex iis, pro ceteris hic appellantur, quamvis aliquæ sint Deles propiores. *Mycone* quidem ad ortum, una e Cycladibus, nunc *Mycos*: *celo* dicitur propter montem ejus *Dimatum*. *Gyaro*, ad occidentem inter Sporades, sterilissima, et a Romanis olim destinata facinorosorum exilio: nunc *Caletra* a quibetdam vocatur; quanquam incerti admodum est, et situs, et nominis. *Arcitenens*] Apollo, qui statim ut natus est, Pythona serpentem *ores* et sagittis occidit; in Letosam matrem suam, tam gravidam, immolans a Junone: unde pius dicitur. De *Neptuno*, Æn. 1. 129. De *Doride*, quæ *Nericus* ex Nereo fratre suscepit, Ecl. x. 8.

77 *Immotamque, &c.*] Olim dicitur

Huc fensor; hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit. Egressi veneramur Apollinis urbem.
Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos, 80
Vittis et sacra redimitus tempora lauro,
Occurrit; veterem Anchisen agnoscit amicum.
Jungimus hospitio dextras, et tecta subimus.
Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.
Da propriam, Thymbræe, domum! da moenia fessis, 85

tranquillissima excipit seculo portu nos lassos: egressi e navibus veneramur urbem Apollinis. Rex Anius, idem rex populi et sacerdos Apollinis, coronatus circa caput tenuis et lauro dicata Apollini, tenet obviam, et agnoscit Anchisen antiquum amicum. Jungimus manus in signum hospitii. Reverebar templum Apollinis conditum vetero saxo: O Thymbræe, concede nobis propriam sedem, da mures fatigatis,

Burm. cum fixa sit, jam non agitatur ventis, ut ante; sed est ἡρόδοτος καὶ θρησκευματικούς.—78. *et fessos* Exc. Burm. *Auc f. Dorvill.* totū Montalb.—81. *lauro* Caris. lib. i, 109 legit, notante Heins.—82. Aberrant fere codd. Heins, et Burmanni in Anchisen; ut vero metro consulunt, concinnant reliqua varie: *veteremque A. vel veterem Anchisenque vel v. A. cognovit.* Etiam pro *agnoscit* plurique ap. Pier. et Heins. *agnovit*, etiam sic *vetustiss. fragm. Vatic.*—84. *veneramur aliquot ap.* Pier. et Heins. *et unus Burm. ex antecedente oratione, aut forte ab aliquo, quem offendebat post v. 79 veneramur, quod sequitur, venerabat.* Eadem de causa et quia oratio paulo molestius decurrit, Jac. Bryant acute suspicabatur, versus 80—84 esse insitios. Saltem hoc concedendum: versus a poëta nondum satis politos et reliquis adaptatos esse. Equidem suspicabar versus 79 post *Accipit* inexppletum relictum, male esse ab alia manu suppletum.—85. *patrem domum* Schol. Horat. Cruqu. lib. III,

NOTE

errasse mari, atque adeo aliquando ventorum agitatu mari submersa esse. Deinceps vero *Ænos* manifesta vocata est: vel quia Latona locum ad parientum querenti, tutum a serpentiis Pythonis insidiis; subito e mari emersit: vel quod diluvium Ogygium, quod Deucalionem longe precessit, prima ex aqua apparuit: vel quod Phœbi oracula, alibi obscura, hic manifesta sunt. Fabulam aliqui referrunt ad terram motus, quibus agitabatur ante, et deinceps agitari desiit; alit ad securitatem portus. Urbe ejus primaria dicta est etiam *Delos*.

80 *Rex Anius, &c.]* Veterum more; rex idem et sacerdos: Apollinis filius ex Rhea, vel Rhea. Fille ejus ex

Borippe fuere tres, *Œno*, *Spermo*, et *Elais*, dicta *Cantropes*, a *κανθάρῳ* nomen, et *τρέπει* verte: quod Bacchi beneficio, quicquid tangenter, novas in formas verterent: *Œno* quidem in *obovia* vitrum; *Spermo* in *στρίψια* senes triticum; *Elais* in *lauro* oleum. Fabula inde est, quod pater magnam eorum vim colligeret, ex donis Apollini Delio oblatis. Constat enim ex antiquis monumentis, quae citat Cerdanus, aram Apollinis Delli nullum victimarum sanguine cultamuisse, sed precibus, floribus, &c. unde ait solum *Æneas* venerabat; et preces suas, non etiam victimas commemo-rat.

85 *Thymbræe]* Strabo l. XIII. sit

Et genus, et mansuram urbem ! Serva altera Trojæ
Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli !
Quem sequimur ? quove ire jubes ? ubi ponere sedes ?
Da, pater, augurium ; atque animis illabere nostris.

Vix ea fatus eram : tremere omnia visa repente, 90
Liminaque, laurusque Dei ; totusque moveri
Mons circum, et mugire adytis cortina reclusis.
Submissi petimus terram, et vox fertur ad aures :
Dardanidæ duri, quæ vos a stirpe parentum

*et familias, et urbem stabilem ! protege secunda Pergama Trojæ, reliquias Greco-
rum et crudelis Achillis ! Quem sequimur ? aut quo imperas nos ire, et ubi statuere
sedes ? O pater ! prebe nobis omen, et descendere in mentes nostras. Vix dixerim
ista : statim omnia visa sunt trepidare, et portæ, et laurus Dei : et totus mons
circum concutii, et tentorium sonare aperte recessibus. Humiles cadimus in terram,
et vox percenit ad aures : Trajanæ fortes ; quæ terra vos produxit a prima origine*

Od. 13, quod illustrat Heins. Da T. domum propriam Montalb.—87. Achilli
firmat Heins. et h. l. cf. sup. i., 84, al. Achillis. At Achillei fragm. Vatic.—
90. erat Parrhas. in marg.—91. Liminaque et l. duo sp. Burm. limina sunt
Zulich. que post limina plane abest a Franc. lauroque Rottend. tert. a m. pr.—
—93. et deest Leid. et Oudart. ad auras aliquot Pier. sec. Hamb. et Witt. v.

NOTÆ

campum esse Thymbram, in agro
Trojano, quem Thymbrius fluvius
interfluit, in Scamandrum influens,
ubi templum est Apollinis Thymbræ :
quibus locis ex Servio nomen est a
copia thymbræ, herbare condimen-
tarie, sariette. Hic Æneas Apolli-
nem, non Delium vocat, sed Thym-
brænum : ut ostendat unum eundem-
que Deum esse, eumque sibi placabi-
lem reddit, commemoratione Trojani
cultus et patrii templi.

. 91 *Liminaque, laurusque, &c.*] Vel
laurus, que caput simulacri corona-
batur. Vel potius laurea sylva, con-
sita in templi limine seu vestibulo :
more veterum, qui lucos templis ad-
debat. Noletur hic syllaba que,
contra naturam producta.

. 92 *Mons, &c.*] *Cynthus*, mons Deli
insule : unde Apollo *Cynthus*, et
Diana *Cynthia*.

Cortina] Proprie fuit vas tin-
gendis lania, dictum a *corte*, *basse-
cœur*; vel quia hujus vasis forma
rotunda fuit, ut *cortis*, quam rotundam
fuisse habemus ex Catone; vel quia
vasis hujus magnus erat usus in *corte*.
Hinc a forma similitudine cortina
appellatio translata est ab Ennio
ad significandum *hemisphaerium* ceti.
'Quæque freto cava cœruleo cortina
recepit.' Hinc ad exprimendum
tentorum circa tripoda Delphicum,
ubi sedens Pythia puella vaticinabat-
tur. Hinc ad vela illa quibus in
theatro histriones latent; et in sacris
libris quælibet pellicea tentoria, *corti-
nes*. Alii aliunde deducant: vel a
corio Pythonis serpentis, ex quo tem-
torium Delphici tripodis factum di-
cant: vel a *corde* pueræ, quod illic a
Phœbo tenebatur: sed primum pro-
babilius Vossio videtur, Scaligero, &c.

Prima tulit tellus, eadem vos ubere lœto
Accipiet reduces. Antiquam exquirite matrem.
Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mixtoque ingens exorta tumultu
Lætitia; et cuncti, quæ sint ea mœnia, querunt;
Quo Phœbus vocet errantes, jubeatque reverti.
Tum genitor, veterum volvens monumenta virorum,
Audite, o proceres, ait, et spes discite vestras.
Creta Jovis magni medio jacet insula ponto;

majorum, eadem fertili sinu excipiet vos redeuntes: querite veterem genitricem. Illic familia Ænea regnabit in regiones omnes, et filii filiorum, et qui orientur ab illis. Apollo hac dixit: et gaudium magnum ortum est mixto tumultu, et omnes inquirunt quæ sit ea urbs, quo Phœbus revocet vagos, et imperet eos redire. Tunc pater meus recognitas historias antiquorum hominum, dicit: O primates, audite, et intelligite spes vestras. Creta, insula Jovis magni, sita est in medio mari: ubi

sup. v. 40.—94. de stirpe aliquot Pieriani.—95. *læta* pr. Rottend. pro var. lect. vel *toto* Sprot.—96. *exq. terram* Zalich. ex interpr.—98. *ab ipsis Ven.*—99. *excita* Hagen.—100. *sunt* hæc Ven. *que sunt* Leid., sed v. Burm. cf. sup. II. 128.—101. *jubeatos* ed. Ald. et Junct. Goth. pr.—102. *volvens veterum multi-* priorum Montalb.—103. *o deest* quatuor Burm. *dicite tres.*—104. *medio magni*

NOTE

Hic autem ambiguum est, an *velum* simpliciter, an etiam *tripodis tentoriū* significet: cum dubium sit an ex tripode, ad per puellam, an per Anium regem, an sola Dei voce reditum sit ex adytis hoc Æneæ oraculum.

95 *Ubere*] De *ubere* terræ, pro ubertate, *Æn.* I. 535. et *Ge.* II. 185.

97 *Domus Æneæ, &c.]* Versus ii
dæs vaticinium continent, de magnitudine Romani imperii. Traducti sunt ex Homero *Iliad.* xx. 306. ubi Neptuns Æneam ab Achille occidendum pericule eripit. Sed apud Homerum illuc, et in hymno Veneris 197. omnia exemplaria habent, non *τέρεσσαν* cunctis, sed *Τρέσσαν* Trojans: unde plerique putant Æneam non venisse in Italiam, sed post Priamæ familie excidium Troja reg-

nasse: cuius rei sane multa vestigia et argumenta profert Bochartus in dissertatione quam Segreius præfixit Gallico suo Virgilio: prævaluit tamen Italorum opinio, quam secutus est Virgilium.

102 *Volvens monumenta, &c.]* Erravit in ea explicatione oraculi et pater et filius: pater quidem, quod in re dubia, qualis erat origo Trojane gentis, qua per Dardanum ex Italia, per Teucrum e Creta oriebatur, minime dubitarit: filius autem, quod patrem non monuerit, se a Creusa abeunte audivisse, sibi sedes a Diis in Italia ad Tybrim fluvium esse paratas; quod in alteram interpretationis partem deflectere patria animum potuisse: vide *Æn.* II. 781.

104 *Creta, &c.]* Candie, ingens insula Mediterranei Marii: inter

Mons Idæus ubi, et gentis cunabula nostræ.
 Centum urbes habitant magnas, uberrima regna:
 Maximus unde pater, si rite auditæ recordor,
 Teucus Rhœteas primum est advectus ad oras,
 Optavitque locum regne. Nondum Ilium, et arces
 Pergameæ steterant; habitabant vallis imis.
 Hinc mater cultrix Cybelæ, Corybantiaque æra,

105

110

est mons Ida, et origo nationis nostræ; incolæ illius occupant centum urbes magnæ,
 regna fertiliissima: unde, si bene memini auditarum rerum, maximus pater Teucer
 primo advenit ad promontorium Rhœtum, et elegit sedem regni: nondum Ilium et
 arx Pergamus condita erat, degebant in profundis vallis imis. Hinc venit mater
 Cybele protectrix loci et cymbala Corybantia, et sylva Idæa: hinc fidele arcana

Goth. tert.—105. ibi multi ap. Burm. et deest Zulich.—106. urbis multi
 Pier. et duo Heini. At urbes Valerius Probus in codice, qui ipsius Maronis
 fuerat, scriptum repererat, ap. Gell. xiiii, 19.—108. Teucus defendit Heini.
 e libris et Grammaticis; additæ fragm. Vatic. alii Teucer, vel Teucros, v. Pier.
 et Bened. adductus alter Hamb. delectus pro delatus, et a m. sec. delectus
 Leid. unus. primum transvectus Goth. sec. in oras multi ap. Pier. fragm. Vatic.
 p. 172, et tres Goth. Crithæa—in oras Dorvill.—109. Aptavitque aliquot
 Burm. cum Goth. sec. regni Hamb. sec. Ilium et duo etiam hic.—111.
Hic Nonius Marcellus in *colere*, Serv. ad Aen. x, 220 et Wall. Porro
 varie scribitur, Cybele, Cybeles, Cybeli (hoc quidem inani, ut solet, verborum
 apparatus ornat Catena) apud Pier. et Heiniam, cuius docta nota est

NOTÆ

Ægeum et Libycum mare: olim ur-
 bibus clara centum, unde ab Homero
 in Iliade ἑκατόντοις dicitur: in
 Odyss. habet tantum urbes ἑνερχούσα-
 τηνα: præcipuæ fuerunt Gnoessus,
 Gortyna, Cydon, Dictynna. De Jovis
 in ea insula cunabulis; deque Cybele
 et Corybantibus, Ge. iv. 151. et mox
 111.

108 *Teucus Rhœteas*] Teucer,
 Scamandri Cretensis filius, cum in-
 sula frugum inopia laboraret, dicitur,
 ad sedes novas quærendas, cum tertia
 populi parte solvisse; acceptoque
 oraculo, ibi se positurum sedes, ubi
 esset a terrigenis noctu oppugnatus,
 in Phrygia circa Amaxitum et Rhœ-
 teum Troadis in Hellesponto promon-
 torium maxima murium multitudine
 vexatus, ibi sedem fixit, templum
 constituit Apollini Smintheo, cuius
 simulacrum pede premebat murem,

qui Phrygia aut Cretica lingua σμίνθεος
 appellatur. Præterea veterum colon-
 norum more, patria nomina intulit in
 Troadem, et montem vocavit Idam ab
 Ida Cretensi monte. Aen. n. 801. a
 patre suo Scamandrum fluvium, qui
 antea Xanthus vocabatur; unde Homerius
 ait Xanthum a Diis vocari, Scamandrum ab hominibus; id est
 nomen hoc esse illo recentius. De-
 nique cultum Cybeles matris Deorum
 in Phrygiæ intulit e Creta, ubi illa
 Jovem pepererat et aluerat.

109 *Optavitque locum regne*] Elegit:
 sic Aen. i. 429. ‘Pars optare locum
 tecto.’ Et vero primus ibi regnavit:
 pauloque post venit ex Italia Darda-
 nus, qui ab ipso in generum ac suc-
 cessorum ascitus est. Aen. i. 239.

111 *Mater, &c.*] Quæ et Rhœ,
 et Ops, Saturni uxori, mater De-
 orum ac terra ipsa. Nomen, vel a

Idæumque nemus ; hinc fida silentia sacris,
Et juncti cursum domine subiere leones.
Ergo agite, et, **Divum ducant qua jussa, sequamur :**
Placemus ventos, et Gnosia regna petamus. 115
Nec longo distant cursu ; modo Jupiter adsit,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

ceremoniarum, et juncti leones traxerunt currum Deæ. Itaque agite, et eamus qua mandata Deorum nos ducunt. Propitiamus ventos, et proficiamur in regnum Cretæum. Nœque abest longo spatio : dum Jupiter sicut, tertia dies appellat naves ad litus Cretæum. Sic locutus immotivit in altaris dignas victimas : Nep-

ad h. l. et, ut *Cybeles* cum ceteris conveniret, mutatum etiam mater in matris, et refinxere adeo : *Hinc metris cultrix Cybeles* ap. Pier. Nam librariorum lapsus sunt *Cybelli*, *Cibili*, *Cibeli*, *Cybile*, *Cibela*, et al. Sunt mons ille Phrygiæ, qui Matri Deum nomen dedit, recte scribitur et *Cybelæ*, sc. mons, et *Cybele*, et *Cybelon*, Græcisque Ῥ Κύβελος, Ῥ Κύβελα, ἡ Κύβελη (unde ipsa Dea ἡ Κύβελη et Κύβελη). Heinsius *Cybelæ* præstulit hic et xi, 768, quoniam Virgilius talen formam amat, et quod hoc proximum est lectioni vulg. *Cybele*, que in plierisque libris, etiam Medic. et Fragm. Vatic., occurrit (item in tribus Goth.), et a Nonio Marcello firmatur. Interpretati autem erant vulgo, ut ex Pompon. Sab. appareret : *mater Cybele cultrix, sc. sacrorum.* C. ira Witt. pro *arsis* —112. et *fida*. Schol. Cnq. Horat. iii Od. 1. —113. vincti Franc. ricti Dorville. —114. *Divum* Gud. quo Goth. sec. *qua ducunt* tres Burn. *qua fata* ed. Ven. —115. *Gnosia* e scriptis, tuerit Heins. Gud. et alii *Cnosia*. Vulgo *Glossia*; sed de hac scripturæ varietate autores de humilis et marmoribus sunt videndi. Dijudicanda omnino res est ex eo, quod simplici litera veteres, geminata seriore, utebantur. —116. *Nec distant longa Menag.* sec. —117. *sistet* Hamb. sec.

NOTÆ

Cybele monte Phrygiæ : vel a κυθῆσιν, in caput saltare, caput rotare, quod in sacris ejus ministri crebro caput rotarent. Et vero Græcis ipsa dicitur et Κυθῆη, et Κυθῆη. Vocabantur ministri illi *Corybantes*, *Cretes*, et *Dactyli Idæi*, Jovis altores, qui frequenti cymbalorum æreorum pulsu in sacris utebantur. Vehebatur currus, quia ex Lucret. l. ii. 600. terra est, terra autem in medio pendet. Trahebatur a leonibus, quia mater est omnium, et parentum officiis proles etiam ferocissima molliri debet. Cetera ejus mysteria ibi fuse ab eodem Lucretio explicantur. Premebantur autem ejus sacra gravi silentio, ut et Cereris ceremoniae : fortasse ut inscrutabilem terre profunditatem exprime-

rent. Reliqua vide G. iv. 151. et Æn. vi. 784. *Cultrix Cybele*] In quo Phrygiæ monte culta esse dici potest : atque adeo hunc incoluisse dici potest, et protexisse, quomodo Juno Carthaginem, l. i. 20. ‘Quam Juno fertur terris magis omnibus umam Posthabita coluisse Samo.’ Alii cultrix *Cybele*, pro cultrice montium, in quibus colli amavit, quo nomine eam appellat Catul. de nuptiis Pelei, 300. ‘Unigenamque sinu cultricem montibus Idæ.’

115 *Gnosia regna*] Cretam, cuius urbs præcipua *Gnosus*, supra 104.

116 *Jupiter*] Sumitur hic, vel pro Deorum rege, qui natus in Creta eidem præfuerat; vel pro aëre ventis impulso, ut a Catullo sumitur in Pha-

Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo;
Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. 120
Fama volat, pulsus regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaque littora Cretæ;
Hoste vacare domos, sedesque astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus,

tenui taurum; tibi taurum, o Phœbe formose: Tempestati ovem nigrum, Zephyris propitiis candidum. Rumor spargitur, ducem Idomenorum ejectum abiisse e paternis regnis, et littora Cretæ esse vacua, domos carere hostibus, et regionem relictam patere. Linquimus portus Deli, et mari currimus: et radimus Naxum in montibus

cf. Burm.—118. *mactabat ap. Nonium in honor, et ap. Macrob. iv Sat. 1.*—
121. *regno c. paterno pr. Hamb., quod esset pedestre.*—122. *domos aliquot Heins. ut fere semper variant scripti in h. v. domum aliquot Pieriani, it. fragm. Vatic. atque vacare Zulich. a m. sec. Porro libri et grammatici olim distinxerunt: desertaque l. C. Hoste, v. d. Posit etiam distingui: desertaque l. C. Hoste vacare, domos sedesque a. r. Sed vulgaris interpunctio satis com-*

NOTE

selo: ‘sive utrumque Jupiter Simul secundus incidisset in pedem.’

118 *Honores]* Pro sacrificiis sæpe sumuntur: infra, 547. ‘Junoni Argivæ jussos adolemus honores.’ De *Neptuno*, Æn. i. 129. De *Apolline*, Ecl. iii. 104.

120 *Nigram Hyemi, &c.]* Per *Hyemem*, intelligit *Tempestates*, quæ ex Cicer. de Nat. Deorum iii. 61. ‘Populi Romani ritu consecratae sunt . . . nostri duces, mare ingredientes, immolare hostiam fluctibus consueverunt.’ Ad hunc morem allusit Virgiliius, hic, et v. 772. ‘Tempestatis agnam Cædere deinde jubet.’ Et notat hic Taubmannus ex Planto, *pecudem* maxime de ovino genere dici. *Venti* quoque Deorum loco habiti sunt, tam apud Græcos ex Herodoto, qui l. vii. Athenienses inducit Boreæ sacrificantes; quam apud Romanos ex Seneca Natur. Quæst. l. v. 17. qui ait, Augustum in Gallia commorantem, Circio, Galliae Narbonensis peculari vento, templum vovisse ac fecisse. De *Zephyro*, Ecl. v. 5. At notat Macrobius hæc sacrificia, non in templo

Deliaco facta esse, ubi sanguinem fundi nefas erat. Et vero non sacrificasset *Hyemi* et *Ventis* ad aram Apollinis. Ubi igitur? fortasse in littore.

122 *Idomenea]* Ionice, Ιδομενη, ut longa sit penultima, ut Æn. i. 615. ‘Ilionea petit dextra.’ Idomeneus filius Deucalionis, nepos fuit Minois Cretenis regis, duxitque Cretenses ad Trojanum bellum: unde rediens cum in tempestate vovisset se sacrificatum Diūs, quod sibi appulso primum occurseret, occurissetque filius; eum pater immolavit; orta deinde peste pulsu est rex a civibus, quasi impius in prolem, atque ita Diūs invitus. Inde abiisse dicitur in Calabriam Italæ, et ad Salentinum promontorium urbem condidisse. Ait tamen interpres Lycophronis, eum a Nauplio pulsus, Eubeæ rege: qui ut necem Palamedis filii, Ulyssis dolo a Græcis ad Trojanum occisi, vindicaret; Cretam occupaverat. Diodorus non pulsus Idomenea, sed in patria diem obiisse censet.

124 *Ortygiae]* Antiquum nomen Deli insulæ: vel ab ὄρτυξ, coturnix,

Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donusam,
Olearon, niveamque Paron, sparsasque per æquor
Cycladas, et crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor;

125

sonantem tumultu Baccharum, et viridem DonySAM, et Olearon, et Paron can-dam, et Cycladas sparsas per mare, et freta distincta multis insulis. Tollitur clamor nautarum diverso conatu. Socii impellunt sese, ut adeamus Cretam et

moda.—125. *Bacchamque* Menag. pr. *Naxum* fragm. Vatic., ut mox *Olearum* et *Parum*. *Nason* aliquot Pierii, quem vide. *DonySAM* vulgo legitur: sed *Donusam* aliquot ejusdem, ut in codd. Plinii et Taciti scribitur; et Graece Δωρώνα vel Δορώνια; nemo scribit Δωρώνα, etsi ex Δωρώνειa ductum esse volunt. v. Steph. h. v. *Donisam*, *Donissam*, *Dinosam* alii, vitiouse.—126. *Olearon* Heins. secundum Medic. et vetustiores alios. *Olearum* fragm. Vatic. At alii *Otiaron*. Graece utrumque scribitur Ὀλάπος et Ὀλέαπος. v. Heins. et Pier. *Parum* aliquot Pier. cum fragm. Vatic. *Pharon* Medic. et al.—127. *freta concita* omnes fere libri, etiam fragm. Vatic., edd. item (cum Servio et Donato) Grammatici ap. Heins., qui tamen prætulit *consita*, ut jam Dan. Heins. ediderat, laudatque pro ea lectione primum Moret. Ad Sporadas referendum id esse, facile patet. Sed, quid in illa tot tantisque anctoritatibus firmata lectione *concita* reprehendendum sit, non facile videoas. Hoc porro video, esse eam doctorem, quam *consita*, et ex maris natura in fretis. Denique non intelligo, quam poetum hoc sit, tam accurate Cycladas et Sporadas distinguere, quod vix in geographicis libellis fieri solet. Suo jam tempore *consita* a multis lectum narrat Cerda, recte tamen inheret alteri, vel Paullini anctoritate, qui et ipse legerat ac probarat *concita*. *concita remis* aliquot Pier. *ventis* pr. Hamb. pro var. lect. Wall. a m. pr., sed *terris* a sec.—128. *exagitatur* Oudart. *vario hortamine*, cum biatu, fuere, qui conjicèrent jam ap. Pierium, et nuper firmare voluit vir doctor inter Danos, ut ex Nova Biblioth. Litt. et Art. eleg. T. IV, P. I, p. 5, intelleximus. Verum *clamor nauticus* est illud ipsum *celestoma* vel *hortamen*, neque adeo cum hortamine exoriri potest; sequitur porro: *Hortantur socii*. Denique *vario certamine* bene ex poetici sermonis more adjectum; certant inter se manuum opera, studio, dum discessum parant. *vario discrimine* Goth. tert. lapsu librarii,

NOTÆ

caille; quod genus illic, aut primum, aut magna multitudine visum volunt grammatici: vel juxta alios, ab Ortygia Ætoliae; cuius et hanc, et alias complures Ortygias, colonias fuisse volunt.

125 *Bacchatamque jugis Naxon* *Naxus*, una Cycladum, insula nobilissima, ad meridiem Deli, vino fertilia, unde Baccho dicata: quia Ariadnen, a Theseo raptam ibique relictam, fertur excepsisse. *Bacchata* dicitur, id est frequentata a Bacchis, furiosis Bacchi comitibus feminis: Ecl. v.

29. 69. Hodie Naxi.

Viridemque Donusam] Jacet inter Icariam et Gyaram, marmore viridi celebris: hodie *Donusa*.

126 *Olearon*, &c.] *Olearos* vel *Oli- aros*; juxta Nigrum nunc dicta *Quini- minio*. *Paron*.] *Paros*, hodie *Pario*, nivo marmore nobilis. De *Cycladibus*, supra, 74.

127 *Concita*] Propter angusta inter insulas spatia. Alii *consita*, i. e. ubi variae terræ, seu insulæ, quasi *satis* et *seminatis* sunt.

- Hortantur socii, Cretam proavosque petamus. 120
 Prosequitur surgens a puppi ventus euntes,
 Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
 Ergo avidus muros optatæ molior urbis,
 Pergameamque voco, et lætam cognomine gentem
 Hortor amare focos, arcemque atollere tectis.
 Jamque fere sicco subductæ littore puppes; 135
 Connubiis arvisque novis operata juventus;
 Jura domosque dabam: subito cum tabida membris,
 Corrupto cœli tractu, miserandaque venit
 Arboribusque satisque lues, et letifer annus.
 Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant 140
 maiores. Ventus suboriens a puppi propellit navigantes: ac denum appellatur ad
 velera littora Curetum. Ergo cepidus exstruo muros desideratae urbis, et eam
 appello Pergameam: et hortor populum gaudentem hac appellatione, ut curet do-
 mos, et erigat arcem alto fastigio. Et jam ferme naves deductæ e mari stabant
 in littore sicco: juventus vacabat conjugiis et agris novis: distribuebam leges ac
 domos: cum repente pestis funesta, et putrida, et annus mortifer venit in corpore,
 et in arbores, et in segetes, ritiatis spatiis æris. Socii amitterebant dulces animas,
 aut trahebant languentia corpora: præterea Sirius caput urere campos infundebat:

 qui e supinia et stupidis prorsus fuit in illo codice.—120. *Cretan* pr. Moret. *Cretas Hugen.*—121. *Set tandem Medic.* allabitur idem a m. pr. et Venetis. illabitur Zulich., sed correctum. labimus sec. Hamb.—122. aptare libraii lapsu ex opate Wall., unde Burm. notaverat virum doctrinæ, qui hinc mallet: aptare emolior urbis. Eum conjectorem se fuisse, Burm. Sec. protifitet ad Anthol. Lat. Poët. p. 467. Simili lapsu sup. 109. aptavit pro opalari locum regno.—123. *Pergameaque* ed. Ven. et revocavit Heins., omis-
 sum in aliis. Distinxere olim alii: *P. voco lætam c. gentem. H.*—135. e. l. classes Hamb. pr.—136. Poterat scribi, saltem pronuntiandam est, *Corribus.*
armisque Ven.—137. *dabant* Zulich.—138. *Corrupta* Rottend. a m. pr. tactu Hamb. pr. a m. pr. *tracta* Mentel. tert.—139. et i. annus Linquebat d. a. aliquot

NOTÆ

181 *Curetum oris*] Cretam significat: ubi Curetes populi, vel familia fuit ministrorum Cybeles: sic dicti juxta Strabonem, l. x. a coupé tonsura, quia anteriorem capitis partem de-
 tonsam gestabant. Saltationis armatae inventionem iiii Plinius tribuit. Ce-
 teri etiam tympana, quorum strepitu Jovem recens natum Saturni patris voracitati subduxere. Idem dicti Corybantes et *Idei Dactyli*.

184 *Aware focos*] Servius ait commendari studium sacrificiorum, que semper igne perficiebantur: ego cu-

ram privataram domorum et rei fa-
 miliaris. Id enim focus sepe signifi-
 cat: ut cum dicimus, *pugnare pro aris*
et focis; id est, pro re sacra ac pro-
 fana, publica ac domestica.

186 *Operata, &c.*] Vel *operam dabant* connubii et agris colendis, ut explicat Donatus. Vel *sacrificabat* pro felici successu conjugiorum et agrorum: nam, et ante haec omnia præbat apud veteres sacrificium, et *operari* simpli-
 citer, *sacrificare* interdum significat, ut Ge. I. 389. ‘lætis operatus in herbis.’

Corpora ; tum steriles exurere Sirius agros ;
 Arebant herbæ, et victimæ seges ægra negabat.
 Rursus ad oraculum Ortygiæ Phœbumque remenso
 Hortatur pater ire mari, veniamque precari :
 Quam fessis finem rebus ferat; unde laborum 145
 Tentare auxilium jubeat ; quo vertere cursus.
 Nox erat, et terris animalia somnus habebat,
 Effigies sacrae Divum Phrygique Penates,
 Quos mecum a Troja mediisque ex ignibus urbis
 Extuleram, visi ante oculos astare jacentis 150
 Insomnis, multo manifesti lumine, qua se
 Plena per insertas fundebat Luna fenestras ;

herbae sicubantur, et messes aridae non dabant cibum. Pater meus hortatur me ut remeno mari eam iterum ad oraculum Deli, et ad Phœbum; et ut orem veniam: et petam, quem terminum penatibus afflictus, unde imperet nos querere subdium in tot difficultibus, et quo convertere cursum. Nox erat, et somnus tenebat animalia per terras. Statua sacra Deorum, et Penates Phrygii, quos exportaveram mecum a Troja, et e medio incendio urbis; visi sunt in somnis stare ante oculos decumbentes, multa luce conspicui: qua parte Luna plena mittebat suum lumen per fe-

codd. ap. Pier.—141. *dum Parrhas.* in marg. *serius Menag.* *exuere* Wall.—
 143. *Ardebat* tres Burm. cum fragm. Vatic. *seges ipsa alter* Goth., ex lapso
 librarij. *negabant* Gud. et Mentel. a pr. m., quod placebat Heinsio. *negare*
 fragm. Vatic. a pr. m.—143. *Oraculum* plene in multis codd. et edd. *reviso*
 Puget, sed v. sup. II, 181.—145. *Quam finem* Heins. e Grammaticis et codd.
 post Pierium restituit. *Adde fragm.* Vatic. alii *quem.* *quem finem fessis* tres
 Burm.—146. *tempari* Leid. un. et Oudart. (sicilicet scribitur *fere tempore*)
acciditumque *jubet* alter Hamb.—147. *in terris* pr. Hamb. a m. sec. et *somnus* f.
 a. A. Dorvill.—149. *ab T.* Parrhas. in marg. et fragm. Vatic. *que abest* a
 Moret. sec. Porro Burm. conj. *urbe Extuleram.*—150. *jacentes* Menag. et
 Witt, sed *oculi jacentes* argutius quid habent quam pro carminis epicè dignitate. *jacenti* Græv. et Leid. eleganter, jam Burmanno judice. Nec tamen
 deterius est *jacentes*, sc. Æneæ.—151. *In somnis* passim editum: est hoc ex-
 quisite pro in somno, per somnum. Hactenus bene. Sed, si visi astare
 Penates *multo manifesti lumine* et quidem *Lunæ*, qua per fenestras se immi-
 tebat, non somnum esse hoc potuit. Et inf. 173 *Nec sopor illud erat* etc.
 Quod si hoc forte aliter expediti posset: tamen prius illud necessario requiri-
 rare videtur *Insomnis*, quod alii habent, ut vigilanti species Deorum fuerit ex-
 hibita. Dubitationem recte movit etiam Trappius; datam solutionem vix
 proba, *insomnes* pr. Rottend. *manifesto lumine aliquot* ap. Heins. *solemni*

NOTE

141 *Sirius*] Stella in ore majoris *seratas*, id est, *non seratas*, *non clausas* canis, qua *canicula* dicitur: de ea Ge. *sera*; per syncopen, ut Æn. II. 879.
 II. 353. De *Ortygia*, sive *Delo* insula, ‘Aspris sentibus,’ pro *asperis*: paulo supra, 124. de *Phœbo*, Ecl. III. 62. *durius*. Turnebus, *adibus insertas* et
 De *Phrygiis Penatibus*, Æn. II. 717. *interpositas*, ad lucem admittendam.

152 *Insertas*] Servius explicat, in- *Germanus, trajectas et penetratas lu-*
Delph. et Var. Clas. *Virg.* 30

Tum sic affari, et curas his demere dictis :
 Quod tibi defato Ortygiam dicturus Apollo est,
 Hic canit ; et tua nos en ultro ad limina mittit. 155
 Nos te, Dardania incensa, tuaque arma secuti ;
 Nos tumidum sub te permensi classibus æquor :
 Idem venturos tollemus in astra nepotes,
 Imperiumque urbi dabimus. Tu mœnia magnis
 Magna para, longumque fugæ ne linque laborem. 160
 Mutandæ sedes. Non hæc tibi littora suasit
 Delius, aut Cretæ jussit considere, Apollo.
 Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt :
 Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ :
 Oenotri coluere viri : nunc fama, minores 165
 Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem ;

nebras hiantes. Tunc sic visi sunt me alloqui, et auferre sollicitudinem his verbis : Quod Apollo dicturus esset tibi appulus ad Delum, hoc ipsum tibi prædicti hoc loco, et ecce nos ipse sponte mittit in tuum domum. Nos post Trojanum combustum, securi sumus te et tua arma ; nos te duce peregrinus noctibus procellosum mare ; nos ipsi extollemus ad sidera futuras posteros tuos, et dabimus imperium orbis urbi tuæ. Tu destina magnos muros nobis magnis, et ne aljice laborem longi itineris. Mulanda est regio : Delius Apollo non suavit tibi adire haec littora, nec jussit te manere in Creta. Est regio, quam Greci cognomine appellant Hesperiam : terra vetus, potens bello et fertilitate agrorum. Populi Oenotri hanc tenuerunt : nunc rumor est posteros vocuisse nationem Italiam, e

aberratione, manifeste Leid.—152. *incertas Menag.* pr.—153. Deesse hunc versum in multis exemplaribus, Serviana monent. Cum Goth. sec.—154. *Quo t. d. Ortygia* Sprot. *Quid tibi Parrhas.* in marg. *dilato* Hamb. sec. est absentia tribus Burm.—155. *Hinc tert.* Rottend. ex ultra Hugen. ex fua nos ultro Dorvill. nos ultroque Puget. *lumina* Hamb. sec.—156. *incensoque tua* Wall.—157. *permis* Sprot. a m. pr. *emensi* Dorvill. a m. pr. *permis* olim in multis, ut Serviana monent, addito : *Hic versus variasse dicitur*; quod ad istam scripturam varietatem refero.—158. *ad astra* Mental. pr. et Serv. Fuld. ad 1, 22 cum binis Goth.—160. *neu* Hamb. pr. *furorem* Wall. a m. pr.—161. *sundet* Sprot. pro var. lect.—162. *haud aliquot* Pieriani, Ven. et ed. pr. *variatione* solemni, quam et paulo ante vidimus. in Creta e Cledonio Heins. Porro Crete, Creta, certe librariorum aberrations, *consistere* Goth. pr. Hamb. pr. et ed. pr. *perpetuo lapsu*. *considere* jussit duo Heins. et aliquot Pier.—163—166. Idem vas. sup. 1, 534—537.—165. *Oenotri Medic.* et alii, male. v. sup. 1, 532. *tenuere* Wall. et Vratial. *perpetua mutatione*.—166. *duruisse fragm.* Vatic.

NOTE

mine. Alli, hiantes, quibus hunc in-
scriptum erat; quo fere modo dixit, *En.*
n. 136. ‘per noctem obscurus in ulva
Delitui’; id est, per noctem obscuram.

163 *Est locus, &c.]* Hi versus et se-
quentes omnino translati sunt ex En.
n. 534. ubi fuse explicantur.

Hæ nobis proprie sedes ; hinc Dardanus ortus,
Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
Surge age, et hæc latus longævo dicta parenti
Haud dubitanda refer : Corythum, terrasque requirat 170
Ausonias. Dictæa negat tibi Jupiter arva.
Talibus attonitus visis, ac voce Deorum,

nomine ducis. Hæ sedes addictæ sunt nobis: hinc natus est Dardanus, et pater Iasius, a quo Dardano principe genus nostrum ductum est. Age, surge; et latus renarræ seniori patri hæc verba non revocanda in dubium. Quare Coritum, et terras Ausonias. Jupiter negat tibi Cretenses agros. Ego stupefactus talibus

aliquot Pier. et Montalb. gentes duo ap. Burm.—167. *Hæc Menag. pr. et Franc. cobis Franc. hac vobis Witt. hæc proprie nobis Wall. hic D. tert. Mentel. a pr. m. —168. exterrum ed. Ven. Cum Dardanus pater potius commemorandus h. l. videatur, quam Iasius pater, cogitare possit leg. Dardanus Iasiusque patres. Sed potest poëta idem voluisse et altero loco negligisse : Dardanus pater Iasiusque pater. Omnino si semel manifestum fit aliquo in loco, poëtam noluiisse accurate loqui, in singulis hærendum non est.—169. hæc abest a Witt.—170. dubitata Zulich. Corythum scriptiōnem e libris et ratione grammatica restituit Heins. Est enim Kópous. Vulgo Coritum, et librariorum ludibria : Choritum, Chorythum, Coritum. v. Burm. h. l. et ad Rutil. Itin. v. 1000. requirat Heins, cum melloribus, etiam fragm. Vatic. v. Bened. Vulgo alii require. Nonnulli requiras.—172. jussis tres ap. Burm. et voce Medic.*

NOTÆ

167 *Dardanus... Iasiusque pater, &c.]* Pater ad posteros referuntur, non ad Dardanum, qui ejus frater fuit : ambo Electram habuere matrem, filiam Atlantis Mauritaniz regis, uxorem Coryti Tuscicæ regis in Italia; sed Iasius hunc Corytum habuit patrem ; Dardanus Jovem. Mortuo Coryto, ortoque de succedenti iure dissidio, Iasium Dardanus occidit : ideoque pulsus a Tuscis, et a Siculo Hispaniæ rege, Electræ fratre, qui ad compoñenda dissidia venerat ; primo in Samothraciam insulam fugit, ac deinde in Phrygiam, ubi Teucri filiam accepit in coniungem, et cum eo gentis hnjas parens fuit, quæ deinde Trojana dicta est. Igitur, a quo, non ad Iasium, sed ad Dardanum referri debet. *AEn.* i. 239.

170 *Corythum] Corythus, mons et urbe Tuscicæ, nunc Cortone: vel a Coryto, Dardani, ut putabatur, patre sic*

dicta ; vel a κόπος galea, quam Dardanus illuc in pugna amisit. De Tuscia sive Etruria, Italique regione, *AEn.* viii. 479.

171 *Ausonias. Dictæa, &c.]* Italiam volunt dictam esse Ausoniam ab *Ausone*, Ulyssis et Calypsus filio: at male; non enim hic Penates *Aeneæ* nomen hoc Italique tribuerent, cum vix dum natus esset Auson, tantum abest ut illic regnaret. Nisi usurpatnam id putemus per anticipationem temporis. Alii volunt *Ausones* dictos esse Græcis, veteres eos Latii populos, qui Latinis *Aurunci* dicebantur, commutatione vulgari literæ *r* in *s*. Et bene : nam *Aurunci* antiquiores fuerunt Ulyssis et *Aeneæ* temporibus, siquidem ait Latinus Latii rex. *AEn.* vii. 206. ‘Atque equidem memini.... Auruncos ita ferre senes.’ *Dictæa arva*, Cretensis sunt, a moute *Dictæ*, ubi educatus est Jupiter, nunc *Læsthi*,

(Nec sopor illud erat ; sed èoram agnoscere vultus,
Velatasque comas, præsentiaque ora videbar.

Tum gelidus toto manabat corpore sudor.)

Corripi e stratis corpus, tendoque supinas

Ad cœlum cum voce manus, et munera libo

Intemerata focis. Perfecto lœtus honore

Anchisen facio certum, remque ordine pando.

Agnovit prolem ambiguam, geminosque parentes ;

Seque novo veterum deceptum errore locorum.

Tum memorat : Natae, Iliacis exercite fatis,

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

175

180

jussis et sermone Deorum, (neque enim hoc erat somnus; sed videbar eorum distinguere vultus, et capillos velatos, et facies præsentes: et tum sudor frigidus fluebat toto corpore,) effero corpus e lecto, et extollo ad cœlum manus inversas cum prece, et injicio flamnis pura dona: confessio sacrificia latus sic Anchisen certum de iis rebus, et explico ordine prodigium. Anchises animadvertis familiam ancipitem, et binos ejus aucores: et se delusum esse novo errore antiquarum regionum. Deinde ait: Fili, agitate fatis Trojanis: sola Cassandra mihi prædicebat tales

cum al. Heins. et Pier.—174. *Velatasque* Wall. ex interpr.—175. *pectore* duo Burm. Parenthesin vix necesse ad hujus versus finem continuare. Poëta data opera èrætræs loqui potuit tali in re; tumque versus sic decurunt: *Talibus attonitus visus ac voce Deorum* (scil. factus sum.) Nec s.—*manabat corpore sudor.*—176. *e* deest aliquot Pierianis et Franc. ex Voss. ex stræctis Doryill. cf. Burm.—178. *Praefecto* Franc.—179. *Anchisem* multi.—180. *No-nius* forte *ancipitem.* sed v. Heins.—181. *decepit* Rottend. tert. *errore ciarem* pr. Hamb., sed v. Burm. c. *parentum* aliquot Pier.—182. *Italicis Sprot.* *flamnis* Goth. tert. a m. pr. *factis fragm.* Vatic.—183. *casus tales* duo Burm. *canebas* pr. Hamb. *monebat* sec. Moret. *tenebat* Goth. pr. In Witt. hic

NOTÆ

in parte orientali Cretæ: ab aliquibus Idæ pars esse dicuntur, et distinguitur ab aliis.

174 *Velatasque comas*] Ornatas vitis, quæ etiam sacrarum statuarum capitibus alligabantur. *Æn.* II. 188.

176 *Supinas*] Ita subtletas, ut palmae cœlo obvertantur.

177 *Munera libo, &c.*] Penatibus et Laribus sacra siebant: alia quotidiana et privata; alia publica in compitis, unde apud Romanos dicebantur *Competita.* Privata vulgo *ad focum*, ali quando etiam ad aram, quæ in sacra-rio domus erecta erat: eaque siebant, thure, vino, coropis, et lampis et flo-

reis, cibo aliquo lautiore et mensa in ignem injecto. Patet id præsertim ex Plauto in *Amuliaris* prologo. Publica sacrificia siebant porca cæsa. Igitur hic *munera intemerata* erunt, purum vinum, ac thus: quare *liberi* dicuntur, id est *stilleri* et *injici*, *Æn.* I. 740.

180 *Geminoque parentes, &c.*] Teocrum, qui ex Creta; Dardanum, qui ex Italia venerat. At vero errorem agnoscere ante debuerat, præsertim ex ultimis Creusa verbis ad *Æneam*, *Æn.* II. 781.

183 *Cassandra*] De illa Priami filia, et vase, cuius vaticiniis nulla fides a-

- Nunc repeto, hæc generi portendere debita nostro;
 Et saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare. 185
 Sed quis ad Hesperiae venturos littora Teucros
 Crederet? aut quem tum vates Cassandra moveret?
 Cedamus Phœbo, et moniti meliora sequamur.
 Sic ait: et cuncti dicto paremus ovantes.
 Hanc quoque deserimus sedem, paucisque relicts 190
 Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor.
 Postquam altum tenuere rates, nec jam amplius ullæ
 Apparet terræ, coelum undique et undique pontus:
 Tum mihi œræleus supra caput astitit imber,
 Noctem hyememque ferens; et inhorruit unda tenebris. 195
 Continuo venti volvunt mare, magnaue surgunt
 Æqua; dispersi jactamur gurgite vasto.
 Involvere diem nimbi, et nox humida coelum

casus. Nunc reminiscor illam prædictissimæ hæc destinata esse nostræ genti: et saepe appellasse Hesperiam, saepe regna Italica. Sed quis putavisset Trojanos venturos ad titus Italia? aut quem tum Cassandra vaticinans movisset? Obediamus Apollini, et admoniti sequamur meliora consilia. Si dixit, et omnes obtemperamus leti verbis ejus. Relinquimus hanc etiam terram, et pascis ibi relicts prædeimus velut ventis, et recurrimus magnum mare cavis nacibus. Postquam naves proiectæ sunt in alienum mare, nec jam ullæ terra amplius videbantur; sed undequeaque aëris, et undequeaque aquæ: tum œræleus pluvia decidit mihi supra caput, inducens noctem et tempestatem: et mare terrible factum est ob tenebras. Statim venti impellunt mare, et magni fluctus intumescent: agitamus sparsi immenso mari, nubes obtezerunt diem, et nox imbrifera eripuit lucem: crebro nictant fulgura e

versus post sequentem legebatur; perperam.—184. Nam Exc. Burm.—185. vocavit Hugen.—186. Italia Montalb. ab H. v. littore Ven. ex interpolat.—187. ut quem nonnulli. quem tu alii. quem etiam Wall. moneret mali ap. Pier. et Burm. moveres pr. Hamb. a m. sec.—188. Cedamus Ven. moniti et Montalb. majora s. alter Hanab. Comparatur II. A. 216. sententia duntaxat.—189. dicta Heins. et melioribus, et tanquam concinnius. Est scilicet alterum dictio prosaicum. dictio cuncti multi. Versus 192—195 videbis inf. v. 8—11, sed partim variatos.—193. illa apparet tellus codd. et edd. ap. Macrobr. v. Sat. 3, sed v. Heins.—194. instituit Hugen., ut ingruit, δέρετο.—196. volvent Gad. volvent pr. Moret., vel agitant sec. Hamb.—197. jactatur Mentel. tert. a m. pr. turbine Exc. Burm. et alter Hamb.—198. caelo pr.

NOTÆ

Trojanis habebatur, Æn. II. 246. De Hesperia, Italia, Æn. I. 534. De Teucris, Trojanis, Ibid. 239.

189 *Ovantes]* Proprie ovatio erat, minor triumphus, pedestris; ad summum ex equo, non e curru. Non enim est: vel ab acclamatione militum,

geminata saepius litera O, juxta Festum: vel ab ove, quæ in minori triumpho immolabatur; non taurus, juxta Plutarchum. Hinc ad hætimam omnem significandam vox illa traducta; etiam ad corvos, qui dicuntur Ge. I. 438. ‘Ovantes gutture corvi.’

Abstulit; ingemintant abruptis nubibus ignes.		
Excutimur cursu, et cæcis erramus in undis.	200	
Ipse diem noctemque negat discernere coelo,		
Nec meminisse viæ media Palinurus in unda.		
Tres adeo incertos cæca caligine Soles		
Erramus pelago; totidem sine sidere noctes.		
Quarto terra die primum se attollere tandem	205	
Visa, aperire procul montes, ac volvere fumum.		
Vela cadunt; remis insurgimus; haud mora, nautæ		
Annixi torquent spumas, et cœrula verrunt.		
Servatum ex undis Strophadum me littora primum		
Accipiunt, Strophades Graio stant nomine dictæ,	210	

scisis nubibus. Dejicimur a recto cursu, et vagamus per undas ignotas. Ipse Palinurus ait se non distinguere diem a nocte in calo, nec cognoscere iter in mediis fluctibus. Itaque vagamus mari per tres dies ambiguos propter tenebras obscuras, et per tres noctes sine astro. Quarto denum die terra primum visa est se erigere, et procul ostendere montes, atque emittere fumum. Vela detinuerat, incundimus remis: non est mora, nautæ cōmitementes convolvunt spumosus fluctus, et secant spatia cœrulea. Littora Strophadum primo excipiunt me creptum ex undis. Strophades insula Graico nomine appellata jacent in magno mari Ionio: quas sacer



Mentel. a m. pr. et alter Hamb. nimirum diem adserit.—199. abrupti n. ignes Moret. sec. et sic Giphian. legit secundum Lacret. II, 40 et Lambini, sed et alterum hoc, quod omnes libri cum fragm. Vatic. tentar, bene dici solet, etiam poëtae, nubes, casum, ruptum, abruptum, scissum fulmine. v. Drakenb. ad Sil. Ital. III, 190. imbris Goth. sec.—200. cæsique sec. Hamb. et eosce Wall.—201. decernere pr. Hamb. discriminare Sprot.—202. viam Medic. mediis P. in undis ed. Ven.—203. Tris codd. et grammatici ap. Heins. tres Schol. Horat. Vulgo tres. cæca in caligine Ven. et Parrhas. cæca incertæ c. aliquot Pier. cæci redit post cæsis v. 200 et unda post undis.—204. Erramus rento Parrhas. et totidem Hugen. totidem et Montalb. utrumque etiam in Pierii codd. occurrebat; recte sublatum. Porro Serviana ad h. v. *Hinc Pelopis gentes Malæque sonans saxis Circumstant, pariterque undas terrene minantur. Pulchrum saxis et circumsistuntur undas.* Hi versus circumducti inventi dicuntur, et extra paginam in mundo (h. e. margini alliti; ab indocto utique interpolatore). Circumductos versus Burm. ex Suet. Aug. 88 interpretatur.—205. primo tert. Mentel.—206. vellere f. Hugen. ducere f. Medic. Pierii. sumnum Zulich. pro var. lect.—207. remiaque Hugen. insurgent sec. Moret. et Parrhas. cf. Burm.—208. obnici Nonius, sed v. Heins. admissi Ven. Versus denovo occurrit iv, 583.—209. prima Medic. et Gud.—210. Excipiunt iidem cum fragm. Vatic. et multis aliis, et sic etiam Pierii aliquot.

NOTÆ

202 *Palinurus*] Gubernator navis promontorio Lucanise Palinuro, En. Æneas, qui Morhei dolis oppressus vi. 327.
in mare decidet, En. v. 883. et in 210 *Strophades Graio*, &c.] Insulae Italiam, ad litius Velinum enatans, ab due parva, hodie Stricoli, ad latum incolis occidetur, nomenque dabit Peloponnesi, in Mari Ionio. Ionium

Insulæ Ionio in magno : quas dira Celeno,
Harpyiæque colunt aliae, Phineia postquam
Causa domus, mensasque metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla
Pestis et ira Deum Stygiis sese extulit undis.

215.

Celano et aliae Harpyiæ habitant : ex quo tempore domus Phinei clausa est ipsa, et præ timore deseruerunt manus priores. Non est monstrum perniciens illa, nec ulla pestis aut furor Deorum crudeliter extulit se ex undis inferorum. Vultus

Sed accipere poëtie solenne. stent Greis pr. Hamb. stent de Frane.—211. *I. in magno Ionio pr. Hamb. in deoest Zulich. a m. pr. nec alibi : quod miror; nam melius abesse in videtur. Ceterum non video, quomodo virtus docti, qui hiatus in Marone admittente volunt, huic loco occurrere velint, cum manifestum sit, poëtam sive bene Insula in Ionia scribere, potuisse. Veram, quod negari nequit, Virgilius græciam et doctrinæ auctoritatem etiam in his hiaticis affectavit. Idem studium eluet in syllaba tono producenda, etiam ubi alia satis commoda oratio et verborum junctura suppeditabat ; cum spectasse scilicet arbitrò partim hoc, ut oratio gravitatem haberet, etiam duriore junctura, partim ut exquisitiorem rationem inferret exemplo Græcorum orationis.—212. Furia. Phenea duo Burn. Phenea fraga. Vatic.—214. Tristior haud illis monstra Wtt. aut Medic. et ed. Junt. illa Schol. Juven. IX. 38. haud sævior Ven.—215. e Stygiis tert. Rottend.—*

NOTE

vero mare dicitur : non quod Ioniam aliquit, Asia Minoris regionem inter Æolidem et Cariam ; sed quicquid aquarum interjacet Siciliam inter et Græciam, ad usque promontorium Epiri Acrocorinthum, ubi Mare Hadriaticum incipit, quod vocatur a quibusdam sinus *Ionius*. Insula porro illa prius dicebantur *Ploës* : deinde *Strophades* a στροφῇ conversio : quia Calais et Zetes, alati Borei filii ex Orithyia, cum Harpyias e Phinei regno ad has usque insulas expulserent ; a Jove admoniti no Harpyias ultra persequerentur, inde represso cursu reverti sunt. Notetur longa diphthongus *æ* ante vocalem cor�pta, nec elisa, Græco more : *Insulae Ionio*.

211 *Celano, Harpyiæque, &c.]* Ponti et Terra dicuntur filiæ, unde in insulis habita : nomen ab ἄρπε, ἄρπεψ. *rapio*. Vulgo trea numerantur ab Heiodo, Iris, Aello, Ocyptete. Alii mutant nemina. Virgilii unam ap-

pellat Celano, nec definit altaram nomina aut numerum. Aliqui quartum addunt Thyellam. Vocavit eas Apollonius, Δᾶς κύρα Ιονίας καμεῖ ; Valerius Flaccus, Ιονία famulas ; Virgilii hic, Furiae, v. 252. dires, v. 262. unde probat Servius, et post eam Cerdanna, eadem esse que apud inferos dicuntur Furie, apud superos Dires, in medio *Harpyiæ* : quemadmodum eadem est Diana in terræ, Luna in celo, Proserpina in inferia.

212 *Phineia] Phineas Arcadiæ, vel Thracie rex, cum filios ex prima conjugie suscepitos, fraude novercer excaecasset ; ipse a Jove execratus, et immensis Harpyias vexatus est. Argonautas deinde, in Colchidem ad expeditionem velleris aurei profectos, cum iter docuisse, Calais et Zetes ut gratiam referrent, Harpyias ad Plotan usque insulas persecuti sunt, ut mox diximus.*

215 *Stygiis] Styx, inferorum fluvius, de quo En. vi. 323.*

Virginei volucrum vultus, foedissima ventris
Proluvies, uncæque manus, et pallida semper
Ora fame.

Huc ubi delati portus intravimus : ecce
Læta boum passim campis armenta videmus, 220
Caprigenumque pecus, nullo custode, per herbas.
Irruimus ferro, et Divos ipsumque vocamus
In partem prædamque Jovem. Tum littore curvo
Exstruimusque toros, dapibusque epulamur opimis.
At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt 225
Harpyiæ, et magnis quatiant clangoribus alas,
Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant
Immundo ; tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo sub rupe cavata,

earum volucrum sunt fæminei, sordidissima effusio alvi, et manus aduncæ, et facies
semper pallidæ pœ fame. Postquam huc appulsi ingressi sumus portum ; ecce cer-
nimus passim in campis pingues boum greges, et greges caprivarum in pratis, sine
custode. Irruimus in eos gladiis, et vocamus in prædam et in partem Deos et Jovem
ipsum. Deinde in sinuoso littore stramis lectulos, et comedimus pingues carnes.
Sed improvisæ Harpyia advolant tremendo volatu e montibus, et succidunt alas
magno stridore, et rapiunt cibos, et turpant omnia immundo tactu. Præterea vox
earum horribilis est inter fatidum odorem. Iterum in recessu remoto sub rupe cavata,

.....

216. *vultus volucrum* pr. Hamb.—220. *Lecta* Goth. tert. *passis* idem. *in*
campis Goth. sec.—221. *caprigenumque genus* alter Hamb. et sic Cod. Thuan.
Macrobi vi Sat. 5. *per herbas ex optimis et plurimi revocavit* Heins. adde
Pierium. *Vulgo per herbam.*—222. *et abest a binis Burgo.*—223. Resti-
tuit ordinem verborum ex libris Heins. post Pier. *Vulgo In prædam per-*
temque. mox tunc vulgo alii.—224. *que abest* ab ed. Junt. post *dapibus.*
—225. *Et Voss. Ac Witt. subito vulgo ante Heins.*, qui meliorem sectus
est. *horrifico Sprot. de montibus altis* Goth. sec.—226. *plangoribus aliquot*
Pier. *allas* et in marg. *halas* Parrias. *aures* (f. *auras*) Gad. et Pgnet.
Servius hæc habet ad h. v. “*Sed sane hic versus, qui circumclusus est*” (cf. sup. ad v. 204), *talis auditur : resonant magnis stridoribus alas.*”—
229. *rurus in aliquot Pier. rurus secessu un.* Leid.—230. Idem fere

NOTÆ

223 *In partem prædamque Jovem]* Id
est, *in præda partem*. Et mos erat ve-
terum ut partem spoliorum in bello ;
aut præda in venatione Diis vove-
rent : eamque vel addicerent sacri-
ficiis, vel etholo et fornice et arbo-
ribus ad memoriam suspenderent.
Sic Æn. ix. 407. Nisus ad Dianam :

‘*si qua ipse meis venatibus auxi,*
Suspensive tholo, aut sacra ad fasti-
gia fixi.’

224 *Toros] Lectos:* juxta gramma-
ticos veteres, a *torta* herba, ex qua
struebantur : juxta recentiores, a
toros faxis, quia extensis fumibus fie-
bant.

Arboribus clausi circum atque horrentibus umbris,	230
Instruimus mensas, arisque reponimus ignem.	
Rursum ex diverso coeli cæcisque latebris	
Turba sonans prædam pedibus circumvolat uncis;	
Polluit ore dapes. Sociis tunc, arma capessant,	
Edico, et dira bellum cum gente gerendum.	235
Haud secus ac jussi faciunt, tectosque per herbam	
Disponunt enses, et scuta latentia condunt.	
Ergo, ubi delapsæ sonitum per curva dedere	
Littora, dat signum specula Misenus ab alta	
Ære cavo. Invadunt socii, et nova prælia tentant,	240
Obscenas pelagi ferro foedare volucres.	

circumiecti arboribus et densa umbra, sternimus mensas, et collocamus ignem in aris. Iterum ex alia parte cati et latebris incognitis, turba Harpyiarum stridens advolat circa prædum aduncis pedibus, et fædat oibos ore. Precipio tunc sociis ut sumant arma, et bellum faciendum esse cum sava turba. Non aliter ac jussi erant faciunt, et preparant gladios occulitos sub herba, et abscondunt clypeos latentes. Igitur, cum Harpyiae advolantes ediderunt strepitum per sinuosa littora; Misenus ab alto colle dat signum pugnæ cava buccina: aggrediuntur socii, et tentant noram pugnum nempe vulnerare gladio turpes volucres maris. At neque excipiunt plumbis ictum

versus sup. i. 315. ubi v. de epitheto, *horrentibus umbris. clausam Medic.* Gud. et Mentel pr., sed priores illi duo expuncta m. *clausæ sex ap. Heins.* et Burm. et Goth. tert., quod sane ferri possit. *clausum Franc.* *clausæ conj.* Heins. et sic Vratisl. omnia perperam.—231. *ignes* duo. *mensis ariœ r. ignes* sec. Hamb. *imponimus* Montalb. et sec. Menag.—232. *celo* Zalich. a m. pr. *tenebris* Leid.—233. *dapibus* Goth. tert. a m. pr. T. s. *pedibus subito c. aliquot ap.* Pier. *Jungenda turba pedibus uncis, sonans,* c.—234. *socii tres Burm. cum Goth. tert. capessunt sec.* Hamb. *capescant Franc.*—236. et j. Witt. *faciunt tert.* Rott. *rectosque Montalb. per herbas Parrhas.* cum aliquot Pierii. cf. ad v. 221. *per orbem pr.* Rottend. pro var. lect.—238. *dilapsæ* Heins. cum melioribus libris maluerat. Sed recte ab eo discessit Burm.; nam ex alto delabuntur in mensas Trojanorum, non in diversas partes. *dederunt sec.* Hamb.—240. *captant un.* Leid.—241. *ferro pelagi Parthas. fædere explicui, vulnerare:* et occurrit illud hoc sensu simpliciter dictum, nulla ratione etymologicæ habita: et lib. ii. 55 *ferro Argolicas fædere latebras;* ubi v. Not. fatendum tamen h. l. ubi de fœdis volucribus agitur, parum accommodatam videri vocem. Et erant alia ad manum: v. c. tem-

NOTÆ

231 *Arisque, &c.]* Vel quia nusquam epulabantur veteres absque aliqua specie sacrificii, et saltem libationis, de qua *Æn.* i. 740. Vel quia forte aras Jovi erexerant, ut præda partem ei sacrificarent.

239 *Specula Misenus, &c.]* Specula, locus editior, unde late prospectus

patet: ab antiquo *specio*, id est *video*; hinc est *speculator*. *Misenus, Æoli filius, Hectoris olim tubicen, nunc Æneæ:* de quo multa *Æn.* vi. 164.

241 *Pelagi volucres]* Quia Harpyiae Ponti aut Neptuni, et Terræ dicuntur filiae, supra 212.

Sed neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo
Accipiunt; celerique fuga sub sidera lapsæ
Semesam prædam et vestigia foeda relinquunt.
Una in præcelsa consedit rupe Celæno,
Infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:

245

Bellum etiam pro cæde boum stratisque juvencis,
Laomedontiadæ, bellumne inferre paratis,
Et patrio Harpyias insontes pellere regno?

Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta: 250

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Italianam cursu petitis, ventisque vocatis

Ibitis Italianam, portusque intrare licebit.

Sed non ante datam cingetis mænibus urbem,

255

Quam vos dira fames nostræque injuria cædis

ullum, aut plágas tergo: et celeri fuga elapse ad astra, deserunt prædam seminam-
ducatam et notas fædas. Una ex iis Celeno constitutæ in altissima rupe, funera
vates, et emisit hac verba e pectore: An etiam bellum, bellum, inquam, vobis nobis
inferre, post stragem boum et occisos juvencos nostros, o Trajan! et ejicere Her-
pyias insontes et paterno ditione? Ergo animis excipite et imprimite hac mea verba:
qua Jupiter omnipotens dixit Apollini, Phœbus Apollo mihi, ego maxima Furiarum
expono vobis. Petitis navigatione Italianam: et ventis invocatis peruenietis in Ita-
lianam, et permettetur vobis ingredi portus ejus. Sed non claudetis mariis urbem con-
cessam, priusquam crudelis James et injuria cædis nobis illata cogat eos devorare

rare. In lib. 1, 527 erat ferro populare.—242. culnere alter Hamb.—243. sidere
duo pr. Moret.—244. semesam Parrhas. semensam Gud., qui et relinquunt.—
246. rumpitque Heins. e suis. Vulgo rupitque.—247. bella pr. Hamb. v. Burn-
jam pro Goth. tert. casioque j. pr. Moret.—248. bellumque aliquot Pier.—
249. Ordo verborum revocatus est e scriptis et editis ab Heins. post Pierium.
Vulgo alii patrio insontes Harpyias. Nec refert quo ordine hæc se excipiunt,
modo ne cum Heinsio Harpyias ad quaternas syllabas revocet; est enim in
Græcis et in Romania poëtis trisyllabum: quod monuit quoque adversus
Heins. Schrader. præf. Emendat. p. 39 *Arpias insontes* Wall.—250. Heins.
distinxit post ergo, alii post animis. Nil refert. cf. Burn. figite dextra Me-
dic. a pr. m.—252. ego deest aliquot Burn. et Pierianis.—253. Post vocatis
interpungunt codd. ap. Heins. et Burmannum, qui ita malit: ventoque vocatis.
Sed cf. Not. petitis cursu Franc.—254. que abest ab sec. Mentel. a m. pr.—

NOTE

248 *Laomedontiadæ*] Trojani, a Lao-
medonte rege, Priami patre. Ge. III.
35.

Ecl. III. 63. De *Apolline*, Ibid. 104.
Nomen utrumque conjunxit, Homo-
rico more. Innuit autem, fatorum

249 *Patrio regno*] Neptuni patris,
cui parent mare et insulæ. De *Phœbo*

omnem cognitionem et oracula a solo
Jove prodire, ut diximus Æn. I. 243.

Ambesas subigat malis absumere mensas.

Dixit; et in sylvam pennis ablata refugit.

At sociis subita gelidus formidine sanguis

Deriguit; cecidere animi; nec jam amplius armis, 260

Sed votis precibusque jubent exposcere pacem,

Sive Deæ, seu sint diræ obscenæque volucres.

Et pater Anchises passis de littore palmis

Numina magna vocat, meritosque indicit honores:

Di, prohibete minas! Di, talem avertite casum! 263

dentibus menses corrosas. Sic locuta est, et fugit in sylvam alis ablata. At sociis sanguinis frigidus constipatur repentinè timore: animi defecerunt: nec jam ulterius volunt armis pugnare, sed votis et precibus petere pacem ab Harpyiis, seu sint Deæ, seu funesta et fædæ volucres. At pater Anchises extensis e littore manib[us] invocat magnos Deos, et destinat ipsi digna sacrificia: O Dii, inquit, impedit[e] effectum harum misarum, Dii avertite tale infortunium, et placati protegite pios. Deinde

~~~~~

257. *subigit* un. Leid. *subiget* Voss. *assumere* nonnulli. *consumere* alter Hamburg. a m. sec.—258. *in sylvas* aliquot Pier. Parrhas. et ed. Ven. *pinnis* Medic. Gud. et tert. Mentel. et Serv. ad v. 246.—260. *Deriguit* Heins. e libris. Vulgo *Diriguit*, non Zulich. *jam* deletum in Parrhas.—262. *duræ* Parrhas.—263. Et Heins. e codd. Alii vulgo *At*. Ex Sprot. a m. sec. et Parrhas. *sparsis* Zulich.—264. *que abeat* a Leid. *indicit*, quod de votis factis accipio, preclare e codd. et edd. Junt. aliisque revocavit Heins. Vulgo *vitione inducit*.—266. *Di, p. nefas—petem* pr. Hamb., ut jam ex nonnullis suis

#### NOTÆ

257 *Ambesas subigat*, &c.] Herren- *orando* *sistimus* et *bossum*; itaque ob-  
dum vaticinium! quanta enim famæ, *scimus*, quod obstat *acere* et *bono*  
quæ menses lignæ absumere subi- *omni*: alterum ab *ob* et *acere*, id est,  
gat? Tamen ludicrum esse probabit *contra* *cane*; quod quando palli in an-  
eventus *Æn.* vii. 116. Cum, non *guriis* captandis faciebant; faneatisissi-  
fames dira, sed edendi aviditas Tro- *mum* erat: tertium ab *ob* et *cane*, *latura*, quod *sordidum* notat. Ex pri-  
janis snadebit; ut panis frusta, que *ma* origine scribi debet per *a*, ex  
cibis alli substraverint, etiam come- *secunda* per *e* simpliciter, ex *tertia*  
dant. *Ambesas*, id est, *circumclusus*: *per a*. *ambi* enim vel *ambæ*, Latinis est *cir-*  
*cum*; a Græco *dupl.*

262 *Deæ, diræ obscenæque*, &c.] Per *Deas*, intelligit *Fwrias*, quæ sic *Deas* *passim* a Græcis Latinisque poëtis appellantur. Per *obscenæ volucres*, non tantum *fædas*, sed potius *funestas* et mali omnia. *Obscenum* enim, vox est anguralis, cuius etyma septem assert Vossius. Trishæc probatissima: alterum ab *ob* et *scatum*, quod est a

*maiores* et *minores* *Dii*. *Majores* duodecim; mares sex, Jupiter, Neptunus, Mars, Mercurius, Vulcanus, Apollo; sex feminæ, Juno, Vesta, Ceres, Pallas, Diana, Venus. *Minores* erant, heroës, semidei, &c. inter quos *Fwrias* illas, quasi famulares *Deos*, reponebat *Æneas*. *De rudenteribus*, *funibus nauticis*, *Æn.* i. 91.

Et placidi servate pios! Tum littore funem  
Deripere, excusosque jubet laxare rudentes.

Tendunt vela Noti: ferimur spumantibus undis,  
Qua cursum ventusque gubernatorque vocabant.  
Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacinthus,

270

*imperat socios evellere funem e littore, et solvere ablatos rudentes. Austri inflant vela: fugimus per spumosas aquas, qua ventus et gubernator dirigebant navigacionem. Jam Zacinthus sylrosa apparet in medio mari, et Dulichium et Same, et Ne-*

notarat Pierius, *talemque a. Exc. Burm. adverteit Montalb.*—266. *Dū placidi pr. Hamb. placide Gud. a m. pr. s. viros Goth. pr.*—267. *Deripere Heins. ē melioribus et ratione grammatica. Vulgo Diripere, extensosque Ondart. pro var. lect. scil. ex interpretatione. lassare Ven. perpetuo errore.*—268. *ferimur Heins. ē Gud. et quatuor aliis; accedit pars librorum Pierii et Goth. sec. Vulgo fugimus.*—269. *cursu Hugen. cursus Goth. sec. vocabul etiam hic multi codd. Pierii, Heinsii et Burm.*—270. *Zacinthus libri et grammatici ap. Pier. Heins. et Burm. Zacinthus, Iacynthus, Iacintos librario-*

## NOTÆ

268 *Noti]* Anstri, venti meridionales: et proprie quidem, hoc enim vento opns est, a Strophadibus ad Zacinthum naviganti. *De Noto*, Ecl. II. 58.

270 *Zacinthus]* Persequitur iter, in eodem Ionio Mari, a meridie in septentrionem: quo ordine, post *Strophades* occurrit. I. *Zacinthus*, *Zante*, ad latus occidentale Peloponnesi, contra promontorium Chelonaten, hodie sub Veneta ditione. II. *Same*, *Dulichium*, et *Ithaca*. Haec tres sub eadem fere linea occurruunt, ante fauces sinus Coriathiaci. *Dulichium* ab eo sinu minus distat, estque una ex *Echinadibus* insulis, quae jam communis nomine vocantur *Cozzulari*, incerto numero, ut monet Strabo I. x. quia cum parvae sint, et ad ostia Acheloi fluvii Acarnaniae, modo arenarum appellu junguntur, modo aquae impetu separantur. *Same*, vel *Samoe*, quae et *Cephalenia*, nunc *Cephalonia*, ex Strabone I. x. major, et a Corinthiaco sinu magis ad occidentem recedens: paret reipublicas Venetas. *Ithaca*, nunc *Val di Compare*, inter

*Cephaleniam et Dulichium media: Ulyssis patria: nunc paret Turcis. In Ithaca est Neritos, non insula, ut lexica geographicā vulgo ferunt, ex Strabone. Strabo enim contra probat multis Homeri versibus, montem esse Ithace *Neritum*, Νήρων. Quod autem hic legitur sc̄eminini generis, *Neritos* *ardua saxis*, explicat Suidas; apnd quem *Neritum* mons est, *Neritos* sylva ibidem densissima: quod confirmat Hesychius, cum ait; *Neritum*, Ithace montem esse semper virentem ac frondentem: et Homerus, qui vocat Νήρων εὐολφόλας, *Neritum frondosum*. Et bene congruit, quod statim mentio sequitur Ithace: quasi dicat *Aeneas*: *Apparet Ithaca sp̄ea Neritos, saxis altissimis imposita; sed statim illos Ithace scopulos effigiam.* III. Sequitur ad septentrionem trium illarum, insula *Leucas*, *Leucadis*, vel *Leucate*, *cates*; nunc *Sainte Mere*, sub ditione Turcarum, ad littus Acarniae, quae pars est Epiri: cui aliquando conjuncte fuit angusto isthmo; ac deinde ponte, postquam isthnum illum Corinthii perfodisset. In hac*

Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis.  
 Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,  
 Et terram altricem sævi execramur Ulixæ.  
 Mox et Leucatae nimbosa cacumina montis,  
 Et formidatus nautis aperitur Apollo.  
 Hunc petimus fessi, et parvæ succedimus urbi.

275

*ritos alta repibus. Exitamus scopulos Ithacæ, regna Laërtæ, et detestamus regionem nutricem crudelis Ulyssis. Deinde etiam ostenditur procellosus vertex Leucatae montis, et Apollo terribilis navigantibus. Hunc montem lassi petimus, et inus ad*

\*\*\*\*\*

rum Iudibria. Est Zdcurbos.—271. *Same, Samos, Samo* libri exhibent, sed plures *Same*. Medic. *Same*. v. Burm. *Nerytos* Medic. *Nericus* Franc., male. Nam *Nericus* erat in continente oppidum v. Odys. II. 276.—272. *Effugimus Ithace scopulos nonnulli scripti et editi ante Pierum. Ithaca et L. r. Medic. Pierii, et Witt. cum Goth. sec. Ithaci Lerceaque regna Wall.*—273. *altricem* Goth. tert. *Ulxæ Heins. et h. l. o scriptis reportat. Vnigo Ulyssis vel Ulixæ. Ulxæ Gud. a m. pr. Ulxæ Moret. a sec. m. Ulysei Medic. Pierii.*—274. *Leucata umbrae Sprot. Leucata Ondart.*—275. *formidatus* alter Menag.—276. *Successimus* Zulich. a m. pr.—278. *petimus* Puget,—

## NOTE

*insula, Cephaleniam verue, mons est sive rupe, Leucata, catæ. Hæc rapes, quia alba est, inde sibi et insule nomine fecit: λευκὸς enim, est, albus. Ex hac rupe qui amantes exiliuerat in mare, sanari ab amore putabantur; quod fecisse perhibetur Sappho poëtria, Phaonis amore insaniens. Eadem rupi fasam Apollinis impositam fuisse testatur Strabo, cui quotannis in sacrificio solebat res ipsius aliquis e rupe in mare defigi: quam ob rem, sive ob scopulorum asperitatem, dicitur hic, formidatus nautis Apollo. In ea insula arba est eodem nomine Leucas, quam Plinius ait olim dictam fuisse Neri- sum: sed emendandus est ex Strabone, legendumque Nericos, non Neri- sum. De hac urbe Æneas loquitur, cum dicit: ‘Parva succedimus urbi.’ Tum deinde relictis illis navibus, ad Actiacum usque littus processit, a quo nondum Leucas divisa fuerat, ut colligi potest ex Homeri versibus apud Strabonem lib. X.*

rv. Igitar, sequitur ad septentrionem *Actium* promontorium, nunc *Cape Figale*, in ipsis faubibus Ambraci sinua, ubi *Actium* erat oppidulum, et famum alterum Apollinis: totus enim ille tractus Epiri sacer erat Apollini, diciturque *Actius*, id est, littoralis, ab *actu* littus.

272. *Laërtia regna*] *Laërtæ Acriæ filius, Jovis nepos, vulgo Ulyssis pater creditus est: quidam tamen dixerunt Ulysem Antiochæ quidem Laërtæ uxore prognatum esse, sed patre Sisypho vel Antolyco. Regni autem Laërtæ præcipua quidem pedes Ithaca fuit: paruit tamen ipsi etiam Cephalenia, et Zæcyntos, et Epiri magna pars, præcipue ubi Leucas: ut ex Strabone colligatur, et Homero, Iliad. II. 631. Dulichium verp et Echinades, etsi fortasse aliquando Laërtæ pertinuerant, siquidem Ulysses sepe Dulichius appellatur; tamen earum incolas ad expeditionem Trojanam duxit Megeus quadraginta navibus Iliad. II. 635.*

Anchora de prora jacitur; stant littore puppes.

Ergo insperata tandem tellure potiti,  
Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras;  
Actiaeque Iliacis celebramus littora ludis.  
Exercent patrias oleo labente palæstras

280

*parvam urbem. Anchora demittitur e prora, puppes sistent in littore. Igitur potiti demum terra insperata, et sacrificamus Jovi, et cumulamus aras victimis, et nobilitamus Actium promontorium Trojensis ludis. Socii nudati committunt patres*

-----  
279. *Lustramurque* ed. Ven. *Lustramurque Deo:* conj. Jo. Schrader. sc. Apollini; ut Jovi e mala interpretatione provenerit. votis inc. tert. Rottend. —280. *Actiaeque* multi, etiam ap. Pier. *Actiaeque* duo. *Actiaeque* Voss. celebrentur un. Voss.—281. *lactente* Sprot. a pr. m. At v. Burm.—282. *Audaces*

## NOTE

279 *Lustramurque Jovi, &c.] Solvi-*  
*mus vota et sacrificia Jovi. Lustrum*  
*enim, ut jam notavimus* Æn. i. 287 et  
612. dicitur a *hō*, id est, *sob̄o*: unde  
cum vota Deo fecimus, voti rei sum-  
mus, ut diximus Ecl. v. 80. Igitur  
lustramur, cum solvitur voto: et mul-  
to etiam magis, cum ad placandos  
Deos pro delicto aliquo sacra expia-  
toria facimus. Ita ceremonia omnes,  
quae ad sacra pertinent, lustrales di-  
cuntur. Sic l. vi. 281. in funere Mi-  
seni, sacerdos ‘ter socios pura cir-  
cumullit unda.... lustravitque viros.’  
Sic l. VIII. 183. post oblatas Herculli  
victimas Trojana juventus vescitur  
‘Perpetui tergo bovis et lustralibus  
extis.’ Quare autem nunc lustratur  
Jovi? Ut exsolvant vota, que nun-  
cupaverat Anchises magna numini-  
bus, in Strophadum littore, supra  
364. Quare Jovi præcipue sacrificia,  
Apollini ludos instituit.

280 *Actiaeque Iliacis, &c.] Alludit*  
*certe poëta ad ludos eos, quos Octa-*  
*vianus maxima celebritate instituit,*  
*post victoriam de M. Antonio et*  
*Cleopatra relatam, ad Actium Epri*  
*promontorium, anno u. c. 723. IV.*  
*Nonas Septembbris. Cujus ad memo-*  
*riam, navea plurimas Apollini Actia-*  
*co consecravit; Actiacum templum*

majus extruxit; urbem Nicopolim  
condidit in ipais fuscibus sinus Am-  
braci, contra Actium, in eo loco ubi  
castra posuerat; locum ubi testorium  
ipse haberat magnis lapidibus con-  
stravit, ibique trophyum e rostris  
captarum navium, et sacrarium Apol-  
lini sub dio excitavit; ludos in primis  
instituit quinque annales, qui præcipue  
equestri decursu ac certamine nobili-  
um puerorum patriciorumque viro-  
rum, tum gymnica pugna constabant.  
Sed ludos illos non exhibuit, nisi an-  
no u. c. 726. quo anno ipse Octavia-  
nus VI. et M. Agrippa II. consules  
fuerant, perfeceruntque simul cen-  
sum ac lustrum populi, anno proxime  
precedente inceptum: que omnia  
leguntur apud Dionem, l. 51. et 52.  
Atque hec paulo fusius: quia ex his  
conjicio Virgilium ad hanc, quam ex-  
plicamus, operis sui partem perve-  
nissee hoc ipso anno 726. paulo post  
exhibitos ludos. Quia i. *Iliaci ludi*,  
est ipsa equestris puerorum decursio,  
quam vocatam esse *Trejanū*, et a Tro-  
janis ad Romanos transiisse testatar  
Æn. v. 602. Facile autem Æneas  
suppetebant equi, in Epiro, feracissi-  
ma equorum regione. Ge. i. 59. II.  
*Palæstra et nudati socii*, sunt Iodi  
gymnici, γυμνοί enim νύδας est: qui

Nudati socii. Juvat evasisse tot urbes  
 Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes.  
 Interea magnum Sol circumvolvitur annum,  
 Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas. 285  
 Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis,  
 Postibus adversis figo, et rem carmine signo:  
**ÆNEAS HÆC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.**  
 Linquere tum portus jubeo, et considere transtris.  
 Certatim socii feriunt mare, et æquora verrunt. 290  
 Protinus aërias Phœacum abscondimus arces,

*luctas oleo fluente: delectat eos evitasse tot urbes Græcas, et iter habuisse inter medios hostes. Interea Sol circumagit annum integrum, et gelida hyems infestat mare Aquilonibus. Appendo liminibus anterioribus scutum artis cervi, quod gestaverat magnus Abas, et nota factum hoc versu: Æneas posuit hæc spolia de Græcis Trojæ victoribus relata. Postea imperio socios relinquere portum et sedere in Scannis. Socii certatim verberant mare remis et radimus fluctus. Continuo prætritus altas arces Phœacum, et radimus littora Epri, et intramus portum Chaonium,*

-----  
 socii Puget.—282. 283 extant apud auctorem de progenie Augusti.—284. circumevertitur Zulich.—286. Ære noto Sprot. clypeo Rottend. sec.—287. adversis flage Ven.—289. tum penitus Goth. sec. considerare duo Barm. perpetua variatione, sed male h. l.—291. ascindimus duo Barm. cum aliis, præve. urbes

## NOTE

autem eo pugnæ genere exercebantur, nudi erant: atque ut manus adversariorum in lubricam cutem impacte, facilius letum amitterent; ideo sibi cutem, oleo, luto, et cera angebant: hinc aliqui nomen palæstre deducunt a τηλὸς λευκή; quanquam alii melius a τέλλω vibrō, agitō; ob variam agitationem et vibrationem corporis ad evitandos ictus. 111. Lass-trantrū Jovi: alludit ad solemnum populi Istrationem, quæ singulis quinquenniis post conditum populi Romani censum fiebat suorum urbibus, id est sacrificio usq[ue] oris, et tauri aliisque ceremoniis quæ censum terminabant et condebant. Quod hoc anno u. c. 726. ab Octaviano perfectum est.

283 *Argolicas*] Græcas: Argi, urbs Peloponnesi, Æn. i. 288.

286 *Abantis, Postibus*] Audax ac superbū Æneas factum: qui in me-

diis Græcorum urbibus atque insulis, trophyæ de Græcis ipsis victoribus erigit. Abas quis fuerit ambigitur: unus fortasse ex his quos nocte suprema e comitibus Androgei occiderat, Æn. ii. 371. Postibus autem figit Apollinei templi, vel Leucate, vel Actii.

289 *Transtris*] Scannis, in quibus remiges sedent, quæ dicuntur etiam juga.

291 *Phœacum abscondimus arces*: Ab Actio promontorio, sive Leucade, ad occidentem deflexo cursu, occurrit deinde insula Phœacum, sive Cœcyra, hodie Corfou: ad latus Epri, olim hortis Aleinoi regis nobilitata, nunc sub ditione Veneta. Abscondimus arces, id est absconduntur nobis, dum celeri navis decursu prætermittuntur: qua voce usus est deinde Seneca Ep. 70. 'In hoc cursu rapidissimi

Littoraque Epiri legimus, portuque subimus  
Chaonio, et celsam Buthroti accedimus urbem.

Hic incredibilis rerum fama occupat aures,  
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,  
Conjugio Æacide Pyrrhi sceptrisque potitum:  
Et patrio Andromachem iterum cessisse marito.  
Obstupui: miroque incensum pectus amore,

295

*et accedimus ad excelsoam urbem Buthrotum. Hic incredibilis rumor rerum implet aures nostras: Helenum filium Priami imperare per urbes Græcas, potitum uxore et regno Pyrrhi nepotis Æaci; et Andromachem rursus renasce in potentatem mariti Trojanæ. Obstupui: et pectus exarsit mirabili desiderio alloquendi hominem*

Sprot.—292. *portuque s.* Chaonio Medic. a m. pr., mox correctrix manus ad-  
jicit *s.* Et sane *portuque s.* Chaonios et c. multi codd. habent, vel contra-  
metrum, et olim, ut vel ex Servio patet, habuerunt. Hinc grammaticorum  
tricæ, de quibus v. Pier. et Heins. Sed facile est ad intelligendum, primum  
librarii errore factum, ut communiore more *portuque subimus* scriberetur; hinc accommodarunt alterum. Burm. putabat scriptum primo fuisse *portu-*  
*que s. Chaonium.* Chuonia Zulich. E Gothanis pr. et tert. veram lectionem  
agnoscunt.—293. *Brutoti, Butroti, Bythroti, Biroti, Burrhoti*, et quot  
modis non peccatur! *accedimus* Heins. e melioribus post Pier. revocavit.  
*Vulgo ascendimus.*—294. *Hinc ed. Medioli.*—295. *Priamidenque* Wall. Versus  
294. 5. 7. recitabant ab auctore de progenie Augusti.—296. *regnisque p.* Leid.  
un. Si versus 296. 7. abessent: maiorem videtur poëta mirationem motum  
fuisse; etiam mox Andromache se inopinato obtulisset Æneæ. Verum has  
nostrorum hominum artes aspernatur Maro.—298. *incensum est p.* aliquot  
Pier. *incensus pectus*, ut græcismus sit, quatuor ap. Burm. *amore est Parrhas.*

## NOTÆ

temporis primum pueritiam abscondimus.' Et bene dixit *abscondimus*  
*arcæ*, id est, urbes aliquas ad orientem  
insulæ sitas; non vero *abscondimus insulam*: quia *Buthrotum*, quam  
petebat, est in ipso conspectu, et ex  
adverso insulæ, qua ad occidentem  
vergit.

293 *Epiri*] Regni olim in Europa  
nobilis, cuius ad meridiem et occi-  
dentem est Mare Ionium, ad orientem  
Achæia et Thessalia, ad septentrionem  
Macedonia: nunc Albania inferior a  
quibusdam dicitur. Ejus olim præci-  
pias partes fuerunt *Acarania, Ca-*  
*sopæ, Amychæia, Thesprotia*; et  
*Chœnia*, quæ maxime occidentalis  
est, dicta etiam *Molossia*. Hanc ta-  
men ab illa Strabo distinguit: *Chao-*

*nia* quidem, a *Chœne* Trojano, *Heleni*  
fratre; *Molossia* deinde, a *Molosso*  
*Andromaches* et *Pyrrhi* filio, qui reg-  
navit ibi post Helenum, quem veluti  
tutorem, occiso Pyrrho, habuerat. In  
*Chœnia* urba est *Buthrotum*, vel *Buth-*  
*rotus*, hodie *Butriæ*; in ingressu  
portus *Pelædia* hoc est *carosi*, inquit  
Strabo l. vii. de quo portu hic est  
mentio. In eadem ratione est *De-*  
*dona* *sylva*, ubi *Jevis oraculum*:  
quam tamen ibidem Strabo, primo  
*Thesprotia*, deinde *Molossia*, attri-  
butam fuisse testatur.

295 *Priamiden Helenum*] De eo  
Priami filio: deque *Pyrrho*, Achillis  
filio, Æaci pronepote, Æn. II. 263.  
De *Andromache*, antea *Hectoris ux-*  
*ore*, Æn. II. 456.

- Compellare virum, et casus cognoscere tantos.  
 Progredior portu, classes et littora linquens. 300  
 Solennes tum forte dapes, et tristia dona,  
 Ante urbem in luce, falsi Simoëntis ad undam,  
 Libabat cineri Andromache, Manesque vocabat  
 Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,  
 Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras. 305  
 Ut me conspexit venientem, et Troia circum  
 Arma amens vidi: magnis exterrita monstris  
 Deriguit visu in medio; calor ossa reliquit.  
 Labitur, et longo vix tandem tempore fatur:

*et sciendi tantos casus. Progredior ultra portum, relinquens naves et littus. Tunc forte Andromache ante urbem, in sacra sytis, ad aquas facti Simoëntis, offerebat cineri solennes epulas et funebria manera, et appellabat Manes prope sepulcrum Hectoris, quod dedicaverat e viridi cespite vacuum; et binas aras, causam lacrymarum. Ut aspergit me accedentem, et stupefacta vidi circa me Trojana arma; attinacit hoc magno prodigo, exanimata est in ipso aspectu: calor abiit ex ossibus: cedit, et longo post tempore vix demum ita loquitur: An vera species, et verus num-*

—299. agnoscere Ven.—300. Egredior portu et Leid. classes ac Hamb. pr. classenque et Parrhas. tanquam Hamburg. pr. a m. sec.—301. Heins. cum; ante vulgo: *Solennes tum*, quod cum Brunckio revocavi: est enim gravior sic et minus impedita oratio; etsi Heinsio accedit fragm. Vatic. *dapis* Gud. a m. pr.—302. *Simeonis*, *Simeonis* aberrant. undas duo ap. Burm.—303. *Andromachen* fragm. Vatic.—304. *cumulum* alter Menag.—305. *geminans* Sprot. cum Goth. sec. *causas* Leid. un. *causas* Hamb. sec.—306. *Troico* Hamb. pr.—307. *Arma fons* Hamb. sec. ext. *rebus* Leid. a m. sec. cf. Burm.—308. *Deriguit* et melioribus et h. l. Heins. adde fragm. Vatic. v. sup. 260. Porro multi distinguunt post *Deriguit*; minus bene. *relinquit* duo Burm. cum Goth.

## NOTÆ

301 *Solennes dapes, &c.*] Anna sacrificia, quam vulgo cum epulis coniuncta erant, ex ipsis victimarum exitis. De *Simeonte*, Trojano fluvio, cuius nomen alieni rivalo Andromache in Epiro tribuerat, Æn. i. 104. De *Hectore*, ibid. 103.

303 *Libabat cineri*] Vel vero cineri, cujus partem aliquam in urna deferre secum Andromache potenerat, ex iis qui collecti sunt ex ejus funere, Iliad. ultimo, 790. vel ejus Manibus atque membris. *Tristia dona*] Lyc. sanguinem, &c. ut supra 68. Unde proprie, libabat, erit effundebat: quan-

quam generatim etiam sumi potest pro sacrificabat. De hac voce, Æn. i. 740.

304 *Inanem*] *Tumulum honorarium* vocat Suetonius in Clandio c. i. Xenophon in Exped. Cyri i. vi. *kevordafos*, id est *vacuum tumulum*.

305 *Geminas, causam lacrymis, &c.*] Alteram Hectori; alteram Astyanacti filio, quem Græci e Troja turribus præcipitem miserant. Vel potius utramque Hectori: quia geminas heroiibus dicari mos erat, supra 62. *Causam lacrymis*] Id est, quæ viri memoriam, ac dolorem suum alerent.

*Delph. et Var. Clas.*

Virg.

2 P

Verane te facies, verus mihi auntius affers,  
Nate Dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,  
Hector ubi est? Dixit, lacrymasque effudit, et omnem  
Implevit clamore locum. Vix pauca furenti  
Subjicio, et raris turbatus vocibus hisco:  
Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco.      310  
Ne dubita: nam vera vides.  
Heu! quis te casus dejectam conjugе tanto  
Excipit? aut quæ digna satis Fortuna revisit?  
Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia servas?  
Dejecit vultum, et demissa voce locuta est:      315  
O felix una ante alias Priameia virgo,  
Hostilem ad tumulum Trojæ sub moenibus altis

*tuis te mihi sisisti, o fili Veneris? an viris? aut si lux alma abiit a te, ubi est Hector? Sic locuta est et emisit lacrymas, et implevit clamore omnem locum. Vix respondeo pauca marenti, et turbatus os aperio interruptis verbis: Certe vivo, et traho citam per omnes miseras. Ne dubita, nam vera aspicis. Heu! quis casus successit tibi, privatae tanto marito? aut quæ fortuna satis tibi congrua rediit ad te?*

*O Andromache, teneane conjugium Hectoris, an Pyrrhi? Demisit vultum, et humili voce dixit: O fortunata pre aliis, virgo Priami filia, osacta mori ad sepulcrum hostis, prope muros altos Trojæ: que non passa est ultimam sortitionem, nec tetigit*

\*\*\*\*\*

tert.—310. *verum mihi Medic.* adfert Zulich. et Exc. Burm. ita lenior oratio foret, at minus docta.—311. *an si lux Goth.* sec.—312. *effudit tres ap.* Burm.—313. *Complevit Exc.* Burm.—315. *omnia fragm.* Vatic.—316. *Nec duo Burm.* *Ne dubites alter Leid.* Ne d. ne vera vides Gud. a m. pr. *certa fides in sex lectum videbis, sed recentibus, ap.* Heins. et Burm., quod Heinso Marklandeque arridet. Eniin vero de oculorum fide, visuque adeo, hic agitur, non de narrationis et auditionis fide. Recte *vides etiam fragm.* Vatic. *servat.*—318. *qua d. Reg. digna sacris Zulich.* remansit Wall. P. fuisse Goth. tert. a m. pr.—319. *Andromachæ* Mentel. pr. *Andromachæ nonnulli jam ap.* Pie-  
rini, et Leid. dno, pr. Hamb. et Exc. Burm. ut sit: *qua digna satis Fortuna revisit Hectoris Andromachen?* Pyrrhi quatuor ap. Burm. et Pyrrhi duo Goth. Pyrrhi an c. aliquot Pieriani. *servat* Gud. a m. pr. *Omnia deteriora.* Vul-  
gatam exhibet etiam fragm. Vatic. Dubito tamen an n. ab epico poëta sit.—320. *dimissa alii, ut solet.* *submissa* Exc. Burm.—321. *alias* Montaib.—

#### NOTE

319 *Connubia servas?*] Manesne in viduitate, ac fide data Hectori: an vero transiisti ad Pyrrhi nuptias?

321 *Priameia ergo*] Polyxena, Priami et Hecuba filia, amata ab Achilles: qui cum ad ejus nuptias in templum Apollinis Thymbræi convenis-

set, a Paride, post Apollinis simulacrum latente, sagittæ ictu occisus est. Capto deinde Ilio, ejus umbra Polyxenam immolari sibi petuit. Illa ad Achillis tumulum ab ipso Pyrrho Achillis filio jugulata est.

- Jussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,  
Nec victoris heri tetigit captiva cubile !  
Nos, patria incensa, diversa per æquora vectæ,  
Stirpis Achilleæ fastus, juvenemque superbum,  
Servitio enixaæ, tulimus ; qui deinde, secutus  
Ledæam Hermionen Lacedæmoniosque hymenæos,  
Me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.  
Ast illum, ereptæ magno inflammatus amore  
Conjugis, et scelerum Furiis agitatus, Orestes

*captivos lectum victoris domini. Nos post patriam combustam vecta per longinqua maria, parientes in captivitate, tolerarimus superbiam familie Achillis, et juvenem serocem : qui postea quarens Hermionen neptem Ledæ, et conjugium Spartanum, me servam tradidit possidendum Heleno, ipso quoque servo. At Orestes ardens magno desiderio raptae uxoris, et impulsu Furiis criminis sui, intercepit illum impro-*

-----  
323. recti fragm. Vatic.—326. fastum aliquot Pier., minus poëtice. *fastus* alter Mentre. a m. pr., forte et Zulich, unde Heins. conj. *status*: sed v. Burm.—327. enire tres Burm. et sic Donatus interpretatus est; male. v. Heins. et Burm. et Pier.—328. que abeat ab uno Leid.—329. *Me famulo famulamque* Heins. recepit; ita enim fere omnes Pierian et Heinsian omnes, cum Donato (adde fragm. Vatic.), excepto Hamb. pr., cui adde Goth. sec. et tert., qui tueruntur id, quod olim legebatur: *Me famulam famulamque*. Ingratum tamen utrumque. Non male itaque Heins. conj. *Me famulam famulam Heleno*; ut hiatus imperiti librarii ferre noluerint; etsi hiatus intercedit Schrader. Emendatt. p. 188, nec tamen aliam medelam apponit. Ingratus est versus, quocumque te vertas. Poterat tamen poëta refingere: *me famulam famulan dominus transmisit habendam*. *Me famulanque famulo* ed. Mediol. transmittit Sprot. concessit pr. Hamb. permisit Goth. tert.—330. *flammatu* Gud. et fragm. Vatic. cf. Burm.—331. *Furiis scelerum* Ven.—332. *Excipit incantum*

## NOTÆ

327 *Servitio enixa*] Andromache jugio prole oraculum consilientem, captiva a Pyrrho in uxorem admissa, suscepit ex eo Molossum: qui parti Epti nomen fecit, 202.

328 *Ledæam Hermionen, &c.*] Menela filiam, Spartani seu Lacedæmonii regis, ex Helena filia Jovis et Ledæ. Hermione, Menelao ad Trojanum bellum profecto, et Tyndarco Ledæ marito desponsata est Oresti cognato suo, Agamemnonis filio. Eadem interim a patre Menelao ad Trojam desponsata est Pyrrho, Achillis filio: eidemque post confectum bellum tradita. Quod cum ægre ferret Orestes, Delphos venit: et nactus ibi Pyrrhum de satura sibi ex eo con-

331 *Scelerum Furiis agitatus Orestes*] Agamemnonis et Clytmnestrae filius: patre ad Trojam profecto, et Ägypto Clytmnestram adultero Mycenæ tenente, subductus ejus insidiis a sorore Electra, et ad Strophium Phocidis principem missus est: ubi singularem cum ejus filio Pylade amicitiam contraxit. Post Trojam expugnatam, et patrem Agamemnonem Ägisthi insidiis jngulatum, matrem cum adultero interfecit. Ideo Furiis agitatus, ac post labores plurimos expiatu ac solutus crimine ab Areopag-

Excipit incautum, patriasque obruncat ad aras.  
 Morte Neoptolemi regnorum redditus cessit  
 Pars Heleno ; qui Chaonios cognomine campos,  
 Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit,  
 Pergamaque Iliacamque jugis hanc addidit arcem.  
 Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere ?

385

*vidum, et jugulat ad altaria patria. Per mortem Pyrrhi pars regni data cessit Heleno : qui a Trojano Chaone vocavit cognomine campos Chaonios et totam Chaoniam ; et condidit in monte Pergama, et hanc arcem Iliacam. Sed quinam venti et*

*insidias Serv. citat ad III Ecl. 18 cum interpretamento. Mox quo deest binis Burm.—384. Sors Heleno Voss., hand dubie elegantius. cf. Burm.—385. Ch. urbem pr. Hamburg. a Trojano tert. Rottend. dixi sec.—386. Pergameaque Medic. Lectum scilicet olim fuit a nonnullis Pergameam Iliacamque, ut ex Servio patet. Unde autem lectio illa fuerit, Pomponius Sab. memorie relliquit ; sed Apronianus, inquit, Pergamianam legit ; is scilicet, e cuius recessione Codicem Medicum habemus.—387. Burm. in difficultates hic nescia quas se induerat, et conj. vel qui cursum has venti vel quo cursum venti, quo f. d. Potuisse enim Andromachen satis scire, qui venti ex Troade ferrent. Enimvero sic argutari possit et in vulgaris : quomodo has venisti ? et in Odys. A. 171 τέτοις δέ σε ράγται Ὑπερόν εἰς Ἰόδακην ; etc. Scilicet si vulgari sermone usus esset Andromache, quævisisset illa sic : quo casu ad has terras accessisti ? Jam hoc poterat factum videri vel tempestate vel fato vel Deorum numine. Et*

## NOTÆ

gitis, aut, ut ait Cicero, ipsitus Minervæ judicio, in regnum redit. Hermion uxorem accepit, occiso prius apud Delphos Pyrrho : cum ea regnum quoque Spartanum addidit suo. Corpus ejus, post mortem refossum, septem cubitorum fuisse refert Plinius lib. VII. 16.

382 *Patrias ad aras]* Certum est Pyrrhum ab Oreste occisum esse Delphos, in Phocide, apud ipsas Delphici Apollinis aras : Achillem vero Pyrrhi patrem interfectum a Paride, ad Trojam, in Apollinis Thymbrei templo ; atque ita fatale fuisse patri et filio, ut apud Apollinem caderent. At varie se torquent interpretes, ut explicent, cur *patrias aras* poëta dixerit : multa communiscuntur : haec duo mihi vindicentur optima. 1. Si ad sensum Naschimbæni per *patrias*, intelligamus easdem, ad quas pater Achilles occisus fuerat : nempe Apollines, quanquam

loco dissitas. II. Tamen tatus puto : *patrias* explicare ad sensum Turnebi, Græcas : ara enim Delphica, fere in medio totius Græcia sita, publicum erat Græcia totius oraculum. Addo, quod rem firmet : Epirum, ubi tum regnabat Pyrrhus, inter Græcia provincias non esse habitam, ut patet ex Strabone l. VII. Pyrrhum vero et Orestem patria Græcos faisse : Orestem quidem Argivum e Peloponneso : Pyrrhum, patre natum Achille, Thesalo e Phthia ; matre Deidamia, e Scyro Αἴγαι Mari insula.

385 *Trojano a Chaone]* Chaon, unus e Priami filiis : quem Helenus frater cum in venatu ignarus occidisset, ad solatium doloris, regnum ejus nomine appellavit ; regnavitque quasi tutor Molossi, ut jam diximus, 292.

386 *Pergameaque, Iliacamque, &c.]* Divisio est unius rei in duas : *Pergamum* enim fuit arx *Iliaca*, sive *Trojana*.

Aut quisnam ignarum nostris Deus appulit oris?  
 Quid puer Ascanius; superatne, et vescitur aura?  
 Quem tibi jam Troja.....  
 Ecqua tamen puer est amissæ cura parentia?

340

*quem fata direxerunt tibi cursum? aut quis Deus adduxit te inasium ad nocte littera? Quid? puer Ascanius superatne et fructus vita? is quem tibi jam Troja...  
 .... Quinam est jam puer dolor de amissa matre? quomodo et pater Æneas et*

hæc, ut vides, expressit poëta.—338. *Quisnam Heins.*, ut fere omnes libri etiam Pieriani cum fragm. Vatic. Vulgo quis te ex glossa. *qui jam ed.* Ven. —339. *aut v.* Exc. Burm. *vescitur aura* plerique codd. Pier., nec improbat Heins. Fuit etiam in Parthas. a. m. sec. et in fragm. Vatic., ubi v. p. 174. cf. ad Tibull. II. 5, 63, et sup. I. 550.—340. *Quæ tibi alter Menag.* In melioribus, inter quo Medic. Gud. fragm. Vatic., versus mancus est relicitus; in aliis varie suppletus: *Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa.*—*obessa est enixa Creusa.*—*Troja est obessa enixa Cr.*—*Troja natum fumante reliqui;* incepto omnia. vid. Burm. post Pier. Ex uno Guelpherb. in Exc. Cort. notatum video *Troja—peperit florente Creusa.* Scilicet Ascanii setas id postulare visa erat. Dubito equidem, an ex Virgilii schediis hoc fragmentum servatum sit; hand dubie enim illud recessuri fuissent Tucca et Varius. Probabilius mihi fit, fuisse olim in margine ab aliquo versificatore varia in h. l. tentata; unde sequens librarius expedire se non posset. Ceterum etiam hic locns docet, ex uno aliquo transcripto exemplo omnis fluxisse exemplaria Maronis.—341. *Et qua jam ante Heins. legebatur.* At meliores Heins. et Pier. cum Donato et Carisio: *Et qua tamen vel Ec qua tamen; hoc et fragm.* Vatic. habet. Alli *Etque tamen, Et qua vel Ecqua tam, Qua tamen et p.* *Qua tamen et;* ut in talibus errari fere solet. *Ecquenam Goth. pr. Ecqua Pompon. Sab. interpretatur.* *amissæ parentia* apud Carisium. y. Pierium ad h. l. Probat hoc etiam Markland., sed v. Burm. *amissæ est c.* etiam nonnulli. Equidem hunc versum dudum suspectum habui; et adhuc persuasum mihi habeo, e vetere quidem libro eum ad nos pervenisse, sed aliquando ad marginem aliena manu scriptum adhaesisse, una cum fragmanto superioris versus, cuius reliqua pars oblitterata erat; et, si bene angorur, a poëta tantum illa scripta erant: *Quid puer Ascanius.* *Ecquid in antiquam v.* Brunckius utrumque versum a poëta temere in chartam conjectum fuisse existimabat, ut olim ab eo retractaretur. Vix tamen hæc omnino poëte in animum venire potuere,

## NOTE

340 *Quem tibi jam Troja....]* Versus, aut a Virgilio relicitus imperfetus, aut a Tucca et Vario mutilatus. Suppleverunt sic aliqui: ‘*Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa.*’ Male. Troja enim fumante, et Ænea fugiente, patrem sequebatur jam tum pedes Ascanius, *Æn.* II. 724. Alii sic: ‘*Quem tibi jam Troja obessa est enixa Creusa.*’ Paulus verisimiliter. Cum enim decem annos bellum Trojanum, annos septem Æneas navigatio duraverit, annos sexdecim aut sep-

temdecim numerare tum potuit Ascanius, cum Italicas pugnas deinde interfuit: sed omnino abhorret versus a nitore Virgiliano.

341 *Ecqua tamen puer est, &c.]* Puntant aliqui oblitum hic sui esse Virgilium. Quomodo enim scire potuit Andromache, Cresem, Ascanii matrem, in fuga amissam fuisse; cum ea de re nihildam Æneas ei dixisset? Quidni vero scire id potuit ante suum e Trojano littore discessum? præserbitum cum Æneas in urbem rediisset,

Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles  
Et pater Aeneas et avunculus excitat Hector?

Talia fundebat lacrymaus, longosque ciebat  
Incassum fletus: cum sese a moenibus heros  
Priamides multis Helenus comitantibus afferit,  
Agnoscitque suos, laetusque ad limina ducit,  
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.  
Procedo, et parvam Trojam, simulataque magnis  
Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum  
Agnosco, Scæaque amplector limina portæ.  
Necnon et Teucri socia simul urbe fruuntur.  
Illi porticibus rex accipiebat in amplis.

345

350

*avunculus* Hector incitat ipsum ad veterem fortitudinem et animos viriles? *Talia* dicebat plorans, et frusta movebat longos fletus: cum heros Helenus, filias Priami, effert se ex urbe, comitantibus plurimis: et agnoscit suos Trojanos, et laetus ducit in domum suam: et inter singulas voces emittit multum lacrymarum. *Procedo,* et agnosco parvam Trojam, et Pergama assimilata magnis, et siccum ritum cognomine Xanthi, et amplector postes portæ Scææ. *Trojani quoque poluntur simul* urbe socia. *Rex sub rastis porticibus excipiebat eos.* Bibeant vini pocula in

.....  
cum aliena sint a re et loco.—342. *Et quid multi, ut solent.*—343. *avunculus* Gud., ut semper in similibus.—344. *multosque c.* Menag. pr. *jamnoisque alter* Hamb., unde Heins. conj. *largosque.*—345. *In casum Zulich.* cum glossa: *Aeneas et Trojanorum.* cf. Burm.—346. *Priamides Helenus multis duo* Burm. aliquotque Pieriani; quod simplicius, ut sup. v. 295. cf. Pier. *adserit* Heins. e codd. suis omnibus. Vulgo *effert.* tres *effert.*—347. *agnoscoque alter* Hamb. *ad limina* Heins. cum *majore codd. parte.* Sic et omnes Goth., nisi quod unus *lumina.* Vulgo *ad maria,* quod in paucis recent. ille repererat.—348. *lacrimans* aliquot Pier., aliquot Heins., et edd. vett. nonnullæ; manifesto sed proclivi lapsu. Nec aliter fuerat, puta, in Gudiano, qui litarum hic habebat, e qua Heins. tamen excitabat: *multum lacrimæ pro lacrimarum curiose potius quam vere.* Nam *multum Homericum τολλὸν* est, pro valde, admodum, et talia amare Virgilium satis constat. *lacrimis* Exc. Burm. Porro *fudit* plerique Pier. et aliquot Heins., tert Goth., male; idem tamen Pompon. Sab. *interpretatur.*—349. *ad parvam Sprot.* et *patram Zulich.* et Leid. a m. pr. s. *nullis Perg.* Witt. a pr. m.—352. *ferundus* Ven. et alter Hamb. pro var. lect. 353. 354. 355 hos tres versus ab aliena manu insertos esse vidit Jac. Bryant, quia cum reliquis non bene cohærent. Patrocinium eorum quomodo

## NOTE

quesiisset eam omnibus viis, ab omnibus amicis: quorum aliquis ad captivas deferre casum potuit.

348 *Multum lacrymas]* Alii legunt: *Multum lacrimans.* Favet prima lectio: quod aliqui verbum *fudit* nullo casu fulciretur. Favet secunda:

duo: quod durum sit; *multum lacrymas*, pro *multum lacrymarum.* Hieroc tamen primæ, quia communior est. De *Xanthe*, seu *Scamandro* Treadis fluvio, *Aen.* i. 477. De *Sessu*, Trojae porto, *Aen.* ii. 612.

- Aulai in medio libabant pocula Bacchi,  
Impositis auro dapibus, paterasque tenebant. 355  
 Jamque dies, alterque dies processit: et auræ  
Vela vocant; tumidoque inflatur carbasus Austro.  
 His vatem aggredior dictis, ac talia quæso:  
 Trojugena, interpres Divum, qui numina Phœbi,

*medio aula, cibis auro impositis, et tenebant pateras. Jamque dies et secundus dies abiit, et venti invitavit vela, et lintera inflantur tumido vento. Alloquor his verbis Helenum vatem, et rogo eum talia: Trojane, interpres Deorum; qui cognoscis*

agi possit, vide in Notis. Erit tamen imputandum aliquid fortune carminis, cui secunda poëtæ manus hand obtigit; ultimus utique versus friget.—353. *Illas Montalb.*—354. *in deest optimis; sed tuetar Heins.* grammaticorum auctoritate.—355. *Impositisque Witt.* *tenebat Ven.*—356. *processit Leid.* *inflatus alter Menag.* que abest a sec. Rottend.—358. *Hic edd. ante Pier.* et *alia Witt.*—359. *qui n.* *Divum* Witt. a m. pr.—360. *Clarii et lauros Medic.*

## NOTÆ

354 *Aulai in media, &c.] Aulai, disolutio, more veterum, diphthongi æ, quæ Græcis est au, in vocales duas æ et ɔ. Libabant:* vel gustabant, bibebantque; vel offerebant Diu per libationem et effusionem: *Æn. I. 740.* *De Baccho, Ecl. v. 29. 60. De Austro,* vento meridionali, Ecl. II. 58.

359 *Qui numina Phœbi, &c.]* Quinque divinationis species enumerat. Primam, quæ fit *aflatu Dei*: secundam, quæ *insessu in tripode*: tertiam, quæ *combinatione lauri*: quartam, quæ *intuitu siderum*: quintam, quæ *observatione avium*. I. Significatur per *numina Phœbi*, qui aliquando in vates illapsus, os ipsis ad futura prædicenda aperiebat, ut mox continget Heleno. II. Per *tripodas*, in quibus sedentes puellæ vaticinabantur: præsertim Delphis, unde mos ille in pleraque alia Apollinis templa transierat. Erat autem *tripus*: vel puteus tres latus pedes, in quem demissa puella emergente halitus amena reddebatur: vel vas et crater, tribus nitens pedibus: vel mensa, tribus edita gradibus: vel probabilem, sella tribus fulcris impo-

sita, in medio patens, ubi sedebat vates; eaque aliquando ærea, aliquando aurea, etiam Delphis corio Pythonis serpentis cooperta. III. Per *Clarii lauros*, vaticinium innuit, quod petebatur ex combustione laurei rami: qui si in igne crepitaret, bono erat omni; si taceret, malo. Tibul. I. II. 5. 81. ‘Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis, Omine quo felix et sacer annus eat.’ Propert. I. II. 20. 36. ‘Deficiunt magico torti sub carmine rhombi, Et jacet extincto laurus adusta foco.’ *Clarii] Epithetum Apollinis, cui Clarios, urbs Ionis, prope Colophonem, in Asia Minore, celebri templo et oraculo dicata erat: et hoc epithetum pro quolibet alio hic additum est: quemadmodum Apollo Delius, appellatus est *Thymbraeus*, 85. IV. Per ipsas sidera satis notatur *astromantia*.* V. Per *volucrum lingas* notatur proprie ars *angulum*, qui *avium gurritum et cantum consulebant*. Per ‘*præpetis omnia pennæ*’ proprie ars *aspicum*, qui *aves spectabant* volantes: Et aves quidem, quarum spectabatnr

- Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, 360  
 Et volucrum linguas, et præpetis omnia peanae,  
 Fare age (namque omnem cursum mihi prospera dixit  
 Religio, et cuncti suaserunt numine Divi  
 Italianam petere, et terras tentare repostas ;  
 Sola novum dictique nefas Harpyia Celæno 365  
 Prodigium canit, et tristes denuntiat iras,  
 Obscenamque famem) quæ prima pericula vito ?  
 Quidve sequens tantos possim superare labores ?  
 Hic Helenus, caesis primum de more juvencis,  
 Exorat pacem Divum, vittasque resolvit 370  
 Sacrati capitis, meque ad tua limina, Phœbe,  
 Ipse manu multo suspensum numine dicit ;  
 Atque hæc deinde canit divino ex ore sacerdos :

*divinitatem Apollinis, et tripodas, et lauros Clarii, et astra, et centus avium, et auspicia volantis ala, dic age : nam ceremonia propitiæ mihi declaraverunt totum iter meum ; et omnes Dii sua auctoritate suaserunt mihi petere Italianam, querre terras mihi præparatas : sola Harpyia Celeno canit prodigium novum et horrendum dictu, et predictit funestas iras, et fardam famem : quod periculum primo effigiam ? et quid exequendo, possum emergere e tantis causibus ? Tunc Helenus, primo mactatis juvencis juxta consuetudinem, precatur veniam a Diis : et subit tamen sacri capitis : et ipse ad tua tempa, o Phœbe, manu dicit me trepidantem ob magnam reverentiam Det. Ac postea sacerdos loquitor hæc divino ex ore : Fili Vene-*

• • • • •  
 Pierii, Witt. Moret. sec., quod præfero. *lexus Medic. a m. pr. cum aliis antiquis, quod antiqui Grammatici defendunt ; recepit itaque Heins., rursus deseruit Burmannus ; forte easu potius quam consilio.* —361. *Qui volucrum Schol. Horat. ap. Heins. omnia nonnulli. pinna Medic. Gud. et tert. Mentel.* —362. *Omnis c. —Religio aliquot Pieriani, sec. Rottend. Gud. a m. pr. item Goth. pr. sc. ut sit : omne oaticinum, omnis Deorum monitus, quod merito arri-dere potest, quoniama sequitur : cuncti Divi. Sic cursum esset, quem teneo, navigationem, quam facio versus Italianum.* —363. *et abest a Ven. et Parrhas. cum Goth. alt. numina Diri Gud.* —365. *notom Gud. Arpia, Arpyia, Harpia aberatt. codd.* —368. *Quodree s. possim tantos Parrhas., forte etiam, subjicit Burm., qua p. p. vito ? qua via, ratione. Nil necesse. at possum nullibi re-pertum video.* —369. *primum caesis Ven. et Parrhas.* —371. *lunaria sec. Hamb.* —372. *Ipse etiam pr. Hamb. suspensus pro var. lect. Hamb. sec. et Servins. Male. cf. Burm. duxit codices ap. Pier.* —373. *hæc deest Leid. uni.* —375. *Si*

## NOTÆ

cantus, dicebantur oscines, ab eo, et  
 cano ; ut corvus, cornix, picus : qua-  
 rum autem spectabatur volatus, dice-  
 bantur *præpetes*, a προπέτειαι, *prævo-  
 lare* ; ut vultures, aquilæ. De Celæno  
 et Harpyiis, supra 211.

870 *Vittaque resoluti] Insulam, qua  
 implicati erant capilli. Vittata enim  
 insula, sacerdotis insigne est, Æn. II.  
 123. Soluta autem, indicium est va-  
 ticipinantis ac furentis, Æn. VI. 48. de  
 Sibylla : 'Non comite mansere come.'*

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |     |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Nate Dea ; nam te majoribus ire per altum<br>Auspiciis manifesta fides : sic fata Deum rex<br>Sortitur, volvitque vices : is vertitur ordo ;<br>Pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres<br>Æquora, et Ausonio possis considere portu,<br>Expediam dictis ; prohibent nam cetera Parcae<br>Scire, Helenum farique vetat Saturnia Juno. | 375 |
| Principio Italianam, quam tu jam rere propinquam,<br>Vicinosque, ignare, paras invadere portus,<br>Longa procul longis via dividit invia terris.<br>Ante et Trinacia lentandus remus in unda,<br>Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor,                                                                                                   | 380 |
| Infernique lacus, Æææque insula Circæ,                                                                                                                                                                                                                                                                                                        | 385 |

ris: nam certo scio te majoribus auspiciis currere per mare: ita rex Deorum disponit fata, et miscet fortunas: ea series rerum decurrit. Explicabite tibi verbis pauca e plurimis, ut securius percurret maria quae te excipient, et possis quiescere in portu Italico: nam Parcae impediunt ne Helenus sciatis reliqua, et Juno impedit ne loquatur. Primo longum iter impedimentum procul longis regionibus separat a te Italianam, quam tu jam putas propinquam, et cuius paras intrare vicinos portus, o ignare. Et curcandi sunt remi in mari Siculo, et percurrenda navibus plenities maris Italici, et infernae paludes adeundæ, et insula Circeæ Colchicæ: priusquam possis con-

---

pr. Hamb. a m. sec. his Gud. Ven. Parrhas.—376. hic edd. Ven. et Junt. sic quatuor Burm. et Goth. sec. his alter cum ed. Mediol.—377. tutius Oudart. et Parrhas. æquora lustres Hospita Zulich.—378. consistere pr. Hamb. et Ven. vide sup. 162. Burm.—380. Distinguunt codd. partim post Scire partim post Helenum; cf. Pier. et Burm., sed in interpunctione, codicum nulla, meo iudicio, est auctoritas. vetet pr. Hamb. Brunck. conj. Scire, vetataque Helenum fari &c. J.: rotundior utique sic esset versus, sed Virgilius gravitatem numerorum prefert. Alioqui ad manum esset Helenumque vetat fari in ed. Parm. Hemisticchium abesse malit Jac. Bryant.—384. Trenacia Wall. a m. pr., et a m. sec. Trinacia; et sunt sane grammaticorum argutiae in ea scriptura, que tamen fundamento non omnino carent, quandoquidem Spurada Homericæ est scriptio. conf. Cluver. et d'Orville Sicula p. 163. Enimvero ad liquidum res perduci nequit, utra sit verior et antiquior. Idem Wall. lentendus a m. pr. tentandus Goth. sec. a m. pr. flectendus Guelpher. un. in Exc. Cort. ex interpr.—386. Circeæ vetustiorum auctoritate repositus Heins., qui copiose

## NOTE

374 *Majoribus Auspiciis*] Vel bonis; vel ad majora spectantibus; vel majorum Deorum, Jovis, Apollinis, &c. non avium aut siderum tantum.

379 *Parce, &c.*] Tres, que fusis dispensabant fati hominum, Ecl. iv. 47. *Juno*] Saturni et Opis filia, inimica Trojanis: causam habes Æn. i. 20.

384 *Trinacia lentandus, &c.*] Flec-

tendus et curvandus, ob vim adversam fluctuum inter se pugnantium. Sic Catullus de Nupt. Pelei, 182. ‘Quidne fugis lento incurvans gurgite remos?’ De Trinacia, Sicilia, fusa infra 687. De Ausonia, Italia, supra 171.

386] De descensu ad Inferos, Æn. vi. De appulso ad insulam Circeæ,

Quam tuta possis urbem componere terra.  
 Signa tibi dicam : tu condita mente teneto.  
 Cum tibi solicito secreti ad fluminis undam  
 Littoreis ingens inventa sub illicibus sus, 390  
 Triginta capitum foetus enixa, jacebit,  
 Alba, solo recubans, albi circum ubera nati :  
 I<sup>s</sup> locus urbis erit ; requies ea certa laborum.  
 Nec tu mensarum morsus horresce futuros :  
 Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo. 395  
 Has autem terras, Italique hanc littoris oram,

*dere urbem in secura regione. Dicam tibi signa, tu ea ratine commissa animo. Quando porca reperta a te solicito, jacebit circa undam remoti flucti, enixa problem triginta capitum, alba, recubans humi, et porcelli albi circa mammas; ille locus erit urbis, ille certus finis laborum. Nec tu expavesc futurum eum mensarum. Fata reperient riam, et Apollo invocatus adiuvabit. Evita autem has terras, et*

aliis exemplis firmat. Vulgo *Circes*; aliquot etiam *Circe*.—387. posses alter Hamb.—388. memori quo<sup>s</sup> (pro que) hac m. t. sec. Moret. vss. 388—393 leguntur ap. auctorem de progenie Augusti c. 12.—389. undas aliquot Pieriani et Hamburg. alter, ut supra.—391. *foetus capitum* Montalb.—392. *Hic l.* Dorvill. et ap. Nonium et Cledonium. *erat* duo Burm.—395. *inveniant* quatuor Heins.—396. *Has inter Goth. tert. urbem* Oudart.

## NOTE

*En. vii. 10.* Erat autem Solis et Persae Nymphae filia, soror *Aetæ* Colchici regia, qui pater fuit Medæ : aut juxta alios, *Aetæ* filia, Medea soror. *Aetæ* dicta, id est, *Colchica* : ab *Aea*, insula et urbe Colchici regni, circa ostia Phasis fluvii. Sarmatarum regi nupsit, quo venenis occiso, in Italianam fugit, ad promontorium et montem, qui deinde *Circæ* dictus est, hodie *Circello*, in Latio : qui quidem mons continentali junctus est : sed quia Pomptinis paludibus cingitur ad septentrionem, ideo insula formam aliquando habuit. Eadem *Circe*, cum Glaucum, marinum Deum amaret, ex zelotypia Scyllam puelam in monstrum marinum commutavit : item et Picum Latinorum regem in avem, quod Canentem conjugem sibi preferret.

389 *Secreti ad fluminis, &c.]* De

omine suis, cum triginta porcellis reportæ, ad ripam Tybris : ubi *Alba* urbe, ant juxta alios *Lavinium*, condita deinde est, *En. viii. 42.*

394 *Mensarum morsus]* De his, 257.

390 *Italique hanc littoris oram, &c.]* Italim frontem intelligit, sive partem meridionalem : quæ confecto Trojano bello, Græcis plurimis illuc post variis errore appulisia, ab iis *Magna Græcia* vocata est: nunc Neapolitaní regni maximam partem constituit : Italianaque dividit duo in cornus, quæ Tarentino Sinu vasto et pateati separantur. Tota illa frons ad orientem penitus obversa est Epiro, marique Ionio. Atque in cornu quidem orientali, quod ab Epiro minus remotum est, promontorium est lagygium, vel Salentinum, *Cap de Sainte Marie*: totumque cornu Salectini occupabant :

Proxima quæ nostri perfunditur æquoris aëstu,  
Effuge: cuncta malis habitantur moenia Graiis.  
Hic et Narycii posuerunt moenia Loci,  
Et Sallentinos obsedit milite campos

400

*hanc extremitatem Italici litoris, qua propinqua abitatur fluctu nostri maris: cunctæ illæ urbes incoluntur a præris Gracis. Illic et Narycii Loci statuerunt muros, et Cretensis Idomeneus occupat militibus campos Salentinos: illic est illa Petilia ducis*

pro var. lect. ad *oram*.—397. *qua nostri Parrhas.*, quod arridet Burmanno. *profunditur* duo ap. eaud.—399. *Hinc et Narricii, Narycii, Nariti aberrationes Codicum. Νάρυκ, πόλις Λοκρίδος* etc. Steph.—400. *Sallentinos* Heins. cum alias melioribus, quem v. et quos laudat Burm. cum antea editum esset *Salentinos*: *qua antiquior esse debuit scriptura. Salentinos* Goth. tert. *qua antiquior fuit* scriptura *Σαλαντίνων* quod etiam ex nuno laudatur: de quo v. Eckhel Doc-trin. num. P. 1, Tom. 1, p. 145. *Phalantinos* Ven. *Salicanos* Sprot. limite

## NOTÆ

quorum urbes præcipue, Tarentum *Taranto*, Brundusium *Brindes*, Hydrus *Otrante*. In altero cornu, quod ad meridiem pertinet, tria sunt præcipua promontoria: Lacinium, *Capo della Colonne*, Salentino respondens: Brutium, sive Leucopetra, *Capo dell'Arni*, Siciliæ proximum: et Zephyrium, *Capo de Stilo*, inter strumq[ue] me-dium. Infra Lacinium, in ipso sinu Tarentino, est Petilia, *Strongoli*. Inter Lacinium et Zephyrium, est sinus Scylacus vel Scyleticus, *Golfo di Scilla*, ubi urbs Scylacium. Inter Zephyrium et Brutium, ingens est ora, ubi non longe a Zephyrio occurrit Caulonia, vel Caulon, *Castel Vetrore*: tum infra, meridiem versus, Narycia, vel Locri Epizephyrii, nunc *Gieraci*. Atque hæc fusior descriptio ad ea, quæ sequuntur hoc libro, plane neces-saria visa est.

399 *Narycii Loci*] Constat eos a Græcia Locris oriundos esse: duce, vel Evanthe juxta Strabonem; vel Ajace juxta alios. Tres autem in Græcia fuerunt hujus nominis populi: *Epicnemidi* et *Opunti*, contermini; ad septentrionem Phocidis, et meridiem Eubœæ sinuque Maliaci: tum Ozola,

ad occidentem Phocidis, et septentri-onem fancesque ipsas sinus Corinthiaci sive Crissæ. Strabo vult Epizephyrios, ad Ozolis Crissæ sinus oriundos, negat ab Opuntiis. Tamen nomeu ipsum *Narycæ* urbis innuit, eos, si non ab Opuntiis, saltem ab Epicnemidiis esse profectos: siquidem *Narycum* urbs a Plinio collocatur apud Locros Maliaci sinus, et Boagrium fluvium. At ibidem erant Epicnemidi: ibidem regnabat Ajax, Oilei filius, ex Homero, Iliad. II. 523. et *Naryx*, sive, *Naryce*, sive *Narcius*, urbs est, ex qua juxta Suidam fuit Ajax. Quæ ut concilium: existimo Locris omnibus, Ozolis, Epicnemidiis, Opuntiis, Ajacem ad Trojam impe-rasse, cum omnes Parnasso monte conjungantur: in reditu deinde Ajace mortuo, ut diximus En. 1. 44. aliis alio per tempestatem diriectis, aliquas e Locris omnibus reliquias Evanthe duce in Italianum pervenisse, et Naryciam condidisse: tumque dictos esse Epizephyrios: quod non procul a pro-montorio Italæ Zephyris sedem ele-gissent.

400 *Sallentinos*, &c.] De eorum situ, 396. De *Idomeneo* Crete rege,

**Lyctius Idomeneus ; hic illa ducis Melibœi  
Parva Philoctetæ subnixa Petelia muro.**  
**Quin, ubi transmissæ steterint trans æquora classes,  
Et positis aris jam vota in littore solves :**  
**Purpureo velare comas adopertus amictu ;** 405  
**Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum  
Hostilis facies occurrat, et omina turbet.**  
**Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto ;**  
**Hac casti maneant in religione nepotes.**  
**Ast, ubi digressum Siculæ te admoverit oræ** 410  
**Ventus, et angusti rarescent claustra Pelori,**

*Melibœi Philoctetæ, defensa muro. In quo naves transvectæ ultra mare con-  
stituerint, et jam rediles vota alteribus in littore structis: tegaris secundum capillo  
cooperitus velo purpureo: ne aliquis vultus hostilis occurrit inter pia sacrificia, in  
cultu Deorum, et abrumpat auspicia. Socii servent hanc consuetudinem sacrifi-  
ciorum, tu tamen hanc serua: posteri pii persistant in hac ceremonia. Sed quando  
ventus te profectum appulerit ad litus Siculum, et minuerit angustia arcti Pelori:*

Leid. un.—401. *Lictius, Licius, Litus, Lycius, Lytius*; porro *Idomeneus, Idomeneus, Ydomeneus,—Melibœa—Philocteta, Philotheta, Phylocteta, Philocteta*, librariorum stupores, quos ponimus, ut iis mature assuescant juvenes.—402. *Petilia Medicæ*, et sic in numis et Grecis script. occurrit: *Pervula*; hoc itaque restitui. Vulgo *Petilia*, quod vulgare est.—403. *steterint* alter Hamb. *noves* pr. Hamb. *puppes* Goth. pr.—404. in *littore Medicæ*. a m. pr. cum tribus aliis.—405. *Purpureus Dorvill.* a m. pr.—407. *occurret Franc.* *omnis multi, turbat* duo.—408. *socios Medicæ*. a m. pr.—410. *degressum Sprot.* et inf. 402. *amcerit* duo. *Siculus oris Franc.*—411. *rarescent codd.* Servii inf. ad. 530, in Wall.

## NOTÆ

123. *Lyctius* dicitur a *Lycto* oppido Cretæ, de qua insula, 104.

401 *Melibœa Parva*, &c.] *Philoctetes, Pwantis filius, Melibœa rex, urbis in Thessalia, ad radices montis Osse: cum in Oeta, Thessalico monte Trachinias regionis, pyram, in qua se Hercules comburendum collocaverat, ejus iussu succendisset; ab eodem arcum et sagittas, Lernæa hydriæ felle imbutas, accepit in munus. Trojam deinde profectus, et colubri morsu in cruce sanguisius, a Græcia in insula Lemno fætoris impatientia, relictus est. Postea tamen, monente oraculo Trojam non nisi sagittis Herculeis capi posse, ab Ulysse et Neoptolemo in castra accersitus, Paridem occidit:*

et urbe capta, auditaque Melibœorum defectione, ut narrat Strabo, venit in Italiam: ibique Petiliam, aut coedit, aut juxta alios mecenibus firmavit: situm eius vide, 396.

405 *Purpureo, &c.] Hunc morem servavere Romani, ut in sacris caput obnubarent: ne turbatus alienarum rerum aspectu sacerdos, aut interrumperet sacra, aut ex iis aliquid omittenter: utrumque enim fatale atque ominosum erat. Idque aiunt Romani scriptores Æneæ exemplo a posteris usurpatum: infra, 545. Saturno tamen, Honori, et Herculi, aperto capite facta sacra, non velato; probat multipliciti anchoritate Cerdanna.*

411 *Rarescent claustra Pelori] Pele-*

Læva tibi tellus, et longo læva petantur  
 Æquora circuitu; dextrum fuge littus et undas.  
 Hæc loca vi quondam, et vasta convulsa ruina,  
 Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas! 415  
 Dissiluisse ferunt cum protinus utraque tellus  
 Una foret; venit medio vi pontus, et undis  
 Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes  
 Littore diductas angusto interluit æstus.  
 Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis 420

sinistra terra et sinistra maria a te petantur longa circuitione: evita dextrum littus  
 et dextræ aquæ. Narrant hæc loca olim magna violentia et ruina dicessisse.  
 Adeo remota vetustas temporis potest mutare res. Cum utraque terra esset una  
 continuo: mare cum impetu venit in medium, et aquæ separavit Italicum latus a  
 Siculo: et labitur angusto fretu inter arva et urbes, distinctæ suo quasque littore.  
 Scylla occupat dexterum latus: immanis Charybdis lævum, et profundo gurgite

superscr. vel clarescent. Parum acute. planitu P. Parrhas. Illustrat vss.  
 Nodell Not. Crit. p. 77.—412. *læta* aliquot Pier. petentur Hugen. et Wall.  
 a m. pr. cum Goth. sec.—414. et deest Parrhas. ex Erf. consoler Gud.—  
 415. In Wall. versus erat in margine ascriptus: idem *longarva*. Ennius vide-  
 tur ante oculos habuisse Annal. xv, ap. Gell. ix, 14 *Postrema longinqua dies*  
*conficerit etas*. Addit Lacret. ii, 68, 69. duo motare, solenni permutatione. v.  
 Burn.—416. *protinus* Heins. reposuit cum Vellio Longo et Leid. altero ac  
 Rottend. pr.—417. *forent* Rottend. tert. medio venit Moret. pr. Parrhas.  
 venit in m. Ven. medie Zulich. a m. sec.—419. *deductas* Medic. cum al. anti-  
 quis. Vir doctus Britannus (*Gent. Mag.* 1764, p. 464) *littora diductas* emenda-  
 bat h. e. quoad littora, refutatis mox ab alio p. 556. Neuter viderat, *littore*  
*diductas* esse idem ac mari, quod intervenerat, diductas; nam ubi littus, ibi  
 mare.—420. *lævum* Gud. *impacata* aliquot Pieriani, et unus Leid., quod non

## NOTE

rus, seu *Pelerum*, Capo di Fero, pro-  
 montorium Sicilie maxime orientale:  
 sic Italie vicinum est; ut eidem con-  
 tinuum aliquando fuerit, quemadmo-  
 dum hic narrat poëta; et adhuc pro-  
 cul aspicientibus conjunctum appareat,  
 nec illo fretu pervium: tamen propius  
 accedentibus paulatim rarescant et  
 aperiuntur clausa illa, minuantur  
 que visa angustæ, et laxior aditus  
 appetat paulo. De *Sicilia*, infra  
 687.

416 *Protinus*] Sine interruptione  
 atque intervallo, continua et perpetua  
 serie. Sic *Æn.* ix. 837. ‘felix si pro-  
 tions illam, Æquasset nocti ludum,  
 in lucemque tulisset:’ id est, si conti-

nuo lusisset. Hinc *Æn.* x. 340. ‘Pro-  
 tinus hasta fngit,’ et alibi vulgo sumi-  
 tur pro statim; quia quod statim fit,  
 sine intermissione fit. De *Hesperia*,  
 Italia, *Æn.* i. 534.

420 *Dextrum Scylla, &c.*] *Scylla* ad  
 latus Italiz, Cenym promontorium:  
 scopulis est tumultuoso fluctuum al-  
 lapus semper fremens, nunc *Sciglio*:  
 a σκύλλα vero. *Charybdis*, ad latus Siciliæ,  
 prope Messanam urbem: mare  
 est vorticosum, aquas sorbens, et cum  
 impetu deinde eructans, nunc *Cale-  
 fare*: a χάρυβδι, et βούβω sorbeo.  
*Charybdis* autem meretricem fuisse  
 voracissimam: quæ, cum Herculi  
 boves eripuerat, a Jove fulmine icta,

Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos  
 Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras  
 Erigit alternos, et sidera verberat unda.  
**At Scyllam cæcis cohicit spelunca latebris,**  
**Ora exertantem, et naves in saxa trahentem.**  
**Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo**  
**Pube tenuis; postrema immani corpore pistrix,**  
**Delphinum caudas utero commissa luporum.**

425

*voraginis ter corat fluctus in præceps, deinde alternatim attollit eos in aërem, et ferit aquis astra. At antrum includit Scyllam in obscuris latebris, pandentem guttura, et trahentem naves in scopulos. Superior forma est humana, et puerilis formosa pectore, usque ad imum ventrem: inferior est pristis immenso corpore, conjuncta uteris canum circa caudam Delphinorum. Melius est, te morantem circumnavigare fave*

-----  
 bene præferebat Cerda. *implicate* quatuor Burm. cum Goth. tert.—421. *Ob-sedit atque immo baratri.* Franc., sed talia exscribere piget. *Mox abrutum* Zulich.—422. *in abrupta aliquot Pier.*—423. *egerit legebant viri docti* (et sic Cerda), apud Pierium, qui recte monet, sequentia postulare *Erigit*; quod et per se exquisitus est. cf. inf. ad v. 576. *Ehicit* Hamb. pr.—424. *Ast* tert. Rottend. cum Goth. pr.—425. *Ora exercitentem* alter Hamb., quod a monacho rhythmicis versibus assueto proiectum lepide monebat Burmannus. *exhalantem* Ven.—426. *polchro* alter Hamb. *corpore* Montalb.—427. *pistrix* revocavit Heins. librorum auctoritate, qui vel *pistrix* vel *pistrix* exhibent. Vulgo pars codd. et edd. *pristis*. cf. Heins. *pistrix* per s non per x defendit Pompon. Sab. ad h. l. Commemorat locum Seneca Ep. 92, *ut ait Virgilius noster in Scylla.* Quo sensu hoc dictum sit, v. in Proæm. ad Cirin.—428. *caudam* Ven. *commixta*

## NOTÆ

et in fretum præceps acta, in voragine ibi conversa est. *Scyllam* Phorc filiam, a Circe commutatam dicunt in monstrum, cuius supræma pars fœminæam speciem retinuerit, infima in canes abierit: quorum latratu fluctum strepitum exprimere voluerunt; ipsumque monstrum in scopulo latere, eoque naves attrahere ac lacerare fabulati sunt. Atque haec, ex mente poëtarum dicta, emendabimur infra, 555. et 685.

421 *Barathrij* Græca vox βάραθρον *barathrum*: ex Suida et Diomede, locus erat apud Athenienses profundissimus, in quem noxii et morti destinati præcipitabantur, a βαθὺς profundus, juxta Festum.

427 *Pistrix, &c.*] Scylla tres habuit partes: superiorum virginem, pube

tenus; infimam, in modum pistricis, sive ingentis piscis, desinentem in caudas bifidas, quales habent Delphini; medianam, scilicet commissaram pubis et cauda, unde uteri et capita canum sive luporum erumpabant. Ex his patet sensus versum. Notanda hic quatuor. I. Græco more dictum est: *commissa caudas*: supple κατὰ, circa caudas, per caudas. II. *Delphinus*, vel *Delphia*, juxta aliquos porcos est marinus, μαρσουίν. III. *Pristis*; vel *pistrix*, *pistrice*: sumitur vulga pro balena, quamvis a Plinio distinguatur: maximæ molis, et tamen velocissime fluctus secans, unde nomen habet: πλούτης enim est sector. IV. Ceteri poëtæ *cunes* tantum Scyllæ attribuunt, Virgilius ad terrorem luporum dixit.

|                                                   |     |
|---------------------------------------------------|-----|
| Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni          |     |
| Cessantem, longos et circum flectere cursus,      | 430 |
| Quam semel informem vasto vidisse sub antro       |     |
| Scyllam, et coeruleis canibus resonantia saxa.    |     |
| Præterea, si qua est Heleno prudentia, vati       |     |
| Si qua fides, animum si veris implet Apollo,      |     |
| Unum illud tibi, nate Dea, præque omnibus unum    | 435 |
| Prædicam, et repetens iterumque iterumque monebo: |     |
| Junonis magnæ primum prece numen adora;           |     |
| Junoni cane vota libens, dominamque potentem      |     |
| Supplicibus supera domis: sic denique victor      |     |
| Trinacia fines Italos mittere relicta.            | 440 |
| Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem,          |     |

*Siculi Pachyni, et circum sinuare longos cursus; quam semel videre sub lata caverna turpem Scyllam, et scopulos sonantes canibus coeruleis. Præterea, si aliqua est scientia Heleno, si aliqua fides habenda rati, si Apollo implet animum veris rebus: unice hoc tibi prædicam, et unice ante omnia, et repetens rursus ac rursus inculabo. Primo cole precibus divinitatem magna Junonis, fer libens vota Junoni, et vice potentem reginam supplicibus maneribus: sic denum victor relicta Sicilia admitteris in regiones Italas. Quando illic appulsus veneris ad Cumæam urbem, et lacus sacros,*



Wall. et Znlich. a m. sec. Male. v. Burm.—429. *Pachyni* scribitur in libris.—430. *Cessantes Goth. sec. fuctus alii, notante Parrhasio. Praferam suaviorem orationem interpcione: Pachyni, Cessantem longos et circum flectere cursus.*—433. Alii jungunt: *si qua est Heleno prudentia rati, Si qua fides.* At pr. Moret. non ineleganter, iudice Heimso. *Si qua est H. p., facit Si qua fides;* ex non infelici errore.—434. *animam Messius Arusianus, v. Burmann. Sec. ad Antholog. Lat. p. 125. si verus vir doctus conj., quem refellit Ouwens Noct. Hagan. p. 616.*—435. *Unum illum Gud. a m. pr. Unum istud in marg. Parrhas. Verum aliud pr. Hamb. proque omnibus Medic. et alii boni codd.* (et Goth. duo) etiam Georg. Fabricii, et sic Diomedes et Donatis; hocque receperat Heins, sed reliquorum librorum lectionem præque rerocavit Burm., quod mihi vulgarius videtur altero.—436. *Prædicto tres Burm. iterum iterumque multi solemini vitio.*—437. *J. sacra Hamb. pr.*—439. *S. s. cotis Wall. a m. pr., quod erat in codd. Pierianis et in libro Donati.*—440. *metire aliquot Heins. et Pierii, ut sit dictum, quemadmodum metiri eiam, pelagus, emensis iter etc.* Sed recte Pier. et Burm. vulgarium præferunt. cf. Not. Nonnulli vitiōse meticre vel metiere.—441. *Camarum a. urbem* alii cum Servio. cf. Burm.—442. *Aterna rā,*

## NOTÆ

429 *Trinacrii Pachyni] Pachynum, meridionale promontorium Siciliae: unum e tribus, quæ ipsam Trinacriam efficiunt, Capo Passaro, 687.*

437 *Junonis, &c.] De ea, ejusque in Trojanos odio, Æn. 1. 27. 28. 33.*

441 *Cumæam, &c.] Cumæ, urbs fuit Italiae, in littore Campaniæ, nunc ever- sa. De hac Æn. vi. 2. *Dicini lacus sunt; Avernus, et Lucrinus, in Puteolanis ins. prope Baiae et Cumas. Dicini dicti: propter vicinum Sibyllæ-**

Divinosque lacus, et Averna sonantia sylvis:  
 Insanam vatem aspicies; quæ rupe sub ima  
 Fata canit, foliisque notas et nomina mandat.  
 Quæcumque in foliis descripsit carmina, virgo  
 Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.  
 Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.  
 Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus  
 Impulit, et teneras turbavit janua frondes,  
 Nunquam deinde cavo volitantia prendere saxo,  
 Nec revocare situs, aut jungere carmina curat.  
 Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.  
 Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti;  
 Quamvis increpitent socii, et vi cursus in altum  
 Vela vocet, possisque sinus implere secundos;  
 Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas.  
 Ipsa canat, vocemque volens atque ora resolvat.

445

450

455

*et Avernum inter sylvas sonantem: videbis Sibyllam furentem, quæ sub antro pro-*  
*fundo aperit fata, committiisque frondibus literas et vaticinia. Virgo disponit in*  
*ordinem, et manens clausa in antro reliquo ante ostium vaticinia, quæ scripsit in*  
*frondibus. Illa vaticinia stent suis locis immota, nec recedunt a situ. Sed quando*  
*revolutio cardini levius afflavit ea, et porta aperta turbarit frondes: nunquam*  
*postea curat colligere vaticinia ex eo in antro, aut restituere in ordinem, aut jungere.*  
*Excent sine consilio, et oderunt dominus Sibyllæ. Illic ne ulla dannosa mora sint tibi*  
*cura: et si soci te incutis, et navigatio per vim invitet vela in altum mare, et possis*  
*replere vento faciente sinus velorum: innu potius conveni Sibyllam, et ora precibus*  
*ut ipsa reddat oracula, et libens operiat os et vocem. Illa explicabit tibi gentes*

-----  
*Averna loca ap. Lucret. vi, 740. iterum v, 732. vii, 91. Græcis est ἡ Αὐρηνή, unde Avernus lacus. Tandem et lacus Avernus ut ap. Liv. xxiv, 12.—443. Insanam vatem Sprot. adspicias Exc. Burm. sub ipsa altera Hamb.—444. et carmine Parrhas, sed v. Burm.—446. Degerit Medic. se clausa Exc. Burm. reliquo vulgo ante Heins. cum parte codd.—448. carcere pr. Hamb. testio Menag. pr.—449. turbarit flamine ingeniose conj. Jo. Schrader. in Schedia.—450. succa Medic.—451. nec jungere Zulich. carmina jungere duo.—452. ademque Gud. a m. pr.—453. Hæc t. in marg. Parrhas. flant d. Hugen. tenta multi, sed male.—454. increpitent tres Heins. et un. Goth. vi tentus Leid. pro var. lect. ex. v. 256. et tua cursus Witt.—455. vocem Medic. a m. sec. Gud. cum allis; et sic Servius cum Pompon. Sab. legerat; male.—457. canet et resolvet quatuor Burm., quod possit placere; sed Ipsa canat sc. poscas. inf. vi, 76 Ipsa canas, oro. canat et resolvet Gud. volenque ora Parrhas. ipse*

## NOTÆ

*astrum. De his fuso Ge. ii. 161. Et vis, quas excidit Agrippa, locusque*  
*Æn. vi. 237. Avernus, plur. Averna, deinde multis sedificiis amoenus red-*  
*montibus undequaque horrebat et syl-*  
*destitus est. De Sibylla, Æn. vi. 10.*

Illa tibi Italæ populos, venturaque bella,  
Et, quo quemque modo fugiasque ferasque laborem,  
Expediet; cursusque dabit venerata secundos.

460

Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.

Vade age, et ingentem factis fer ad æthera Trojam.

Quæ postquam vates sic ore effatus amico est:  
Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto  
Imperat ad naves ferri, stipatque carinis  
Ingens argentum, Dodonæosque lebetas,

465

Loricam consertam hamis auroque trilicem,

*Italia, et futura bella, et qua ratione tolerabis aut evitabis unquamque laborem: et a te culta impetrabit tibi cursus felices. Hæc sunt de quibus licet admoneri te mea voce. I perge, et factis extolle ad astra magnum Trojanum. Postquam vates ore benevolo locutus est ista: deinde jubet portari ad naves manera gravia auro et sciso ebore: et congerit in naves multum argenti, et ollas Dodonæas, loricam compactam hamis, et triplici licio auri: et apicem pulchras cassidie, et cristas capillatas, quæ*

\*\*\*\*\*

ora duo Burm. Versus hic et sup. 446 aberat a Voss.—459. Et quocunque m. Witt. Ex quo et expediat Franc. effugias aliquot Pier.—460. veneranda Wall. ex interpr. venerata sacerdos ed. Ven. et aliquot codd. ap. Pierium et Burm. cum Goth. pr. ex compendio scripturæ scđos.—461. moreri Ven.—462. fatis septem codd. Burm. et Goth. alter a m. sec.: et sic auguror poëtam maluisse. Nam in fatis hoc esse, ut Troja revocetur, ubique inculcare amat; idque totius carminis economia postulat.—463. affatus multi ap. Burm., male. effari proprie de vatibus. Servius, ut solet, ex augurali disciplina repetit: Ergo, subiicit, religioso verbo voluit uti, qui potuit dicere: Quæ postquam vates sic ore est fatus amico. est deest pr. Hamb.—464. Dona Dei hinc ed. Junt. gravida Giphæn. in Ind. Lucret. septoque Franc. elephante Zulich.—465. catenis pr. Menag.—466. Dodoneaque aliquot libri: Dodoneaque lebetas fere omnes; ante Pier. lebetes, quod pauci libri habent. lebetos Franc. Est autem Δωδεκάναιος.—467. consortam Keg. squamis a. tr. Serv. iv Ge. 91.—

## NOTE

460 *Venerata*] Passive dictum: sic Horatius Sat. I. II. 2. 124. 'Et venerata Ceres ut culmo suggester alto.'

464 *Elephantos*] Ebore, quod ex dentibus elephanti securatur et perporlatur.

466 *Dodonæosque lebetas*] Pelves Dodonæas, id est arpas: as enim Dodonæ, ut Corinthi, celebre fuit. At duo fuere lebetum genera: alii qui admovebantur igni ad culmine ministeria, ad abluendas manus: alii qui

appendebantur ad ornatum, sive in domibus, sive in templis. Et vero aiunt, locum, ubi Dodonæi Jovis oracula reddebantur, cinctum fuisse lebetibus, ita sibi invicem conjunctis, ut commoto uno ceteri moverentur, sonitumque diu redderent: unde proverbium fuit *Dodonæum æs*, in loquaces. Fuit autem Dodona locus sylvaque, Jovis oraculo et queru fatidica celebris, in Epiro. Ecl. IX. 18. et supra, 392.

467 *Loricam consertam hamis, &c.*]

Delph. et Ver. Clas.

Virg.

2 Q

Et conum insignis galeæ, cristasque comantes,  
Arma Neoptolemi. Sunt et sua dona parenti.  
Addit equos, additque duces;  
Remigium supplet; socios simul instruit armis.

470

Interea classem velis aptare jubebat  
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.  
Quem Phoebi interpres multo compellat honore:  
Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,

475

fuerant arma Pyrrhi: sunt quoque pro patre meo sua munera. Adjicit equos, addicit etiam duces. Substituit remiges: simul instruit armis socios meos. Interim Anchises imperabat eos instruere naves velis, ne ulla mora opponeretur vento faventi. Quem vates Apollinis alloquitur magno honore: O Anchisa, qui honoratus es conubio gloriose Veneris, qui ea cura Deorum, et his servatus e Trojano excidio; ecce

469. *Sunt hac Franc.*—471. *instruct Medic.* Versus idem fere inf. viii, 80 geminasque legit de classe biremes, *Remigioque aptat, socios simul instruit armis.*—472. *classim Sprot.* ut et sup. v. 5. *classeis pr. Hamb.*—473. *vento fieret Parrhas.* fuerint multi ap. Burm. et sic Goth. alter; male h. l. nam de vento secundo agitur, ut bene Serv.—474. *amore Hugen.* et pr. Moret. pro var. lect., et ita alibi variatur. Burm.—475. *Anchisa Priscian.*, sed vid. Heins. *Anchisa*

## NOTÆ

*Lorica tunica quædam est, ac munitum pectoris in bello: quæ quia primum e loris et coriis fiebat, lorica dicta est. Contexta deinceps ex lamina ferreis: tum annulis sibi invicem hanorum instar impactis et conatenatis: denique squamis etiam ferreis, aut laminae aut corio confertim insertis. Hæc autem aliquando simplex, aliquando etiam duplex, ac triplex erat. Unde Statius l. vii. 812. ‘ter iusuto servant ingentia ferro Pectora.’ Et Virgil. l. ix. 707. ‘Nec duplici squama lorica fidelis et auro.’ Duplex vocabatur *bilis*; triplex, *trilix*: id est, *bino* et *trina* *licio*, sive *textu*: parte pro toto accepta. Atque ut multiplex *textus*, per multiplex *licium* hic exprimitur; sic a Silio l. iv. per *subtemen*, quæ pars in ipso *textu* alia est. ‘Nexilia in numero chalybium subtemine thorax.’ De *licio* et *subtemine*, infra 483. Quid vero si dicamus auro *trilicem loricam*,*

unico ac simplici ferreorum annulorum textu fuisse; sed cuius extrema ora triplici *licio* anreto sive triplici annulorum anreorum versus ornata et quasi fimbriata esset? Audi Valerium l. iii. 199. ‘Per clypei cedentis opus, partemque trilicem, Qua stomachi secreta ferit.’ Ergo in thorace, non contextus totus, sed pars tantum aliqua *trilix* fuit: eaque ima; quæ ad *secretum stomachi*, sive ad ventrem proxime accederet.

468 *Conus, &c.] Proprie conus, est quicquid in pineæ nucis figuram aspergit, et ex rotundo in acutum densit. Transfertur ad eam galeæ partem, quæ ex ejus convexo eminet; sustinetque cristas, sive e jabis equinas, sive e versicoloribus pennis: quæ in modum capillorum sive cornuarum diffundebantur.*

470 *Duces]* Nempe itineris, qui scopulos et syrtes ostenderent.

475 *Anchisa, &c.] Vocativus Graecus,*

Cura Deum, bis Pergameis erepte ruinis,  
 Ecce tibi Ausonias tellus: hanc arripe velis.  
 Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est;  
 Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.  
 Vade, ait, o felix nati pietate! quid ultra                          480  
 Provehor, et fando surgentes demoror Austros?  
 Nec minus Andromache, digressu moesta supremo,  
 Fert picturatas auri subtemine vestes,  
 Et Phrygiam Ascanio chlamydem; nec cedit honori;

*tibi præsens est terra Italæ, hanc apprehende navibus. Et tamen opus est, ut  
 naviges mari ultra istam partem. Pars ista Italæ, quam aperit Apollo, procul  
 est. I, inquit, o fortunæ propter pietatem filii! quid ultern pergo, et retardo  
 surgentes Austros loquendo? Nec minus Andromache, tristis ob ultimum discessum,  
 fert Ascanio amictus versicolores aureo testu, et chlamydem Phrygiam: nec male*

Medic., sed e expuncta, et Menth. pr.—477. eripe Ven. reperi Goth. tert.—  
 478. præterlabere quinque ap. Burm. cum edd. Ven. et Junt. ut præterlabere  
 quatnor, sed recentiores.—480. Vade age o f. n. p. quod Medic. a m. pr.—  
 481. Imitatus est Avienus fab. xvi, ut Heins. notat.—483. subtegmæ et sub  
 tegmine libri fere etiam h. l.—484. Ausonie Goth. tert. a pr. m. chlamyden

## NOTE

qui longam habet ultimam. Venus  
 amavit Anchisen, ex quo Æneam pe-  
 perit. *Æn.* ii. 649.

476 *Bis Pergameis, &c.]* Primo, cum  
 Hercules Laomedonti offensus ob  
 negatam sibi pro Hestione filia, e ceti  
 fauibus liberata, pactam mercedem;  
 expugnavit Trojam, Hesianen Tela-  
 moni Salaminio conjugem dedit, Po-  
 darcen Laomedontis filium captivum  
 abduxit, qui deinde redemptus, dictus  
 est Priamus, a *πλακαι* emo. Secundo  
 cum a Gracia Troja incensa est. De  
*Austris*, ventis meridionalibus, *Ecl.*  
 ii. 58.

483 *Picturatas auri subtemine vestes]*  
 Aliqui legunt subtegmæ: male. Nam  
 machina tota in qua tela texitur, et  
 præsertima ea pars cui alligatur, di-  
 citur jugum: prima fila, quæ jugo  
 junguntur, telamque ordinantur, ac  
 definiunt, vocantur licio: fila que in  
 longum ducta alligantur licio, et  
 subinde attolluntur deprimiturque,

sunt stamna: fila, quæ inter stamna  
 transversum inseruntur, alterna sta-  
 minum depressione et sublatione,  
 sunt subtemine, quasi substamina: in-  
 strumentum quo deprimitur attolli-  
 turque stamen, dicitur arundo; quo  
 inseritur subtemen, dicitur radix; quo  
 addensatur subtemen cum sta-  
 mine, dicitur pecten. Patent ista ex  
 his Ovidii versibus, Metam. vi. 53.

‘Haud mora consistunt diversis par-  
 tubis ambæ;

Et gracili geminas intendunt stamna  
 telas.

Tela jugo juncta est: stamen secernit  
 arundo:

Inseritur medium radis subtemen acu-  
 tis;

Quod digitæ expediant, atque inter  
 stamina ductum

Percusso feriant inserti pectine den-  
 tes.’

484 *Phrygian chlamydem]* Vestem  
 breviorem, et vulgo militarem, quæ

Textilibusque onerat donis, ac talia satur : 485  
 Accipe et haec, manuum tibi quae monumenta mearum  
 Sint, puer, et longum Andromachæ testentur amorem,  
 Conjugis Hectoreæ. Cape dona extrema tuorum,  
 O mihi sola mei super Astyanactis imago.  
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat; 490  
 Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.  
 Hos ego digrediens lacrymis affabar abortis :  
 Vivite felices, quibus est fortuna peracta  
 Jam sua : nos alia ex aliis in fata voeamur.

*respondet dignitati ejus : et cumulet operibus textilibus, et hoc dicit : Accipe etiam  
 haec, o puer, que tibi sint monumenta mearum manum, et diu probent amorem An-  
 dromache, uxoris Hectoris : accipit ultima munera tuorum, o unica effigie, que  
 mihi restat mei Astyanactis. Sic ille gerebat oculos, sic manus, sic vultum. Et jam  
 tecum adolescenti pari ætate. Ego discedens eos alloquebar lacrymis cruentibus :  
 Vivite fortunati, vos quibus una fortuna jam perfecta est : nos trahimur in fata alia*

alter Mentel. nec cedit honore : sic Scaurus legebat apud Servium, sive is inter  
 eos fuit, qui Aeneidem recensuerunt, sive hanc tanquam grammaticus emen-  
 dationem proposuit. Venit ea lectio in Gudianum, probata Heinsio mihique  
 non minus pro vera habetur : sive ut sic accipias : nec cedit honore sc. ver-  
 borum, ad conjugis exemplum v. 474 Quem Phœbi interpres multo compellat  
*Honore* : sive ut cum Scauro, qui ita explicabat : non cedit Heleno liberalitate  
 et munificentia. cf. Pompon. Sabin. Heumannus olim totum hemisticchium  
 ab aliena manu esse putabat ; et sustulerant id jam alii ante Cordam ; nec  
 ipse ab iis dissentio ; video etiam Bronckium accedere ; potuit quoque totas  
 locas a poëta affectus tantum, non autem curis secundis elaboratus esse : ap-  
 posuerat forte duo hemisticchia ; poteratque versus sic constare : Et Phrygiam  
*Acanio vestem ; tum talia satur*. In Mentel. pr. erant tantum illa : nec cedit.  
 —486. *Textilibus* in nonnullis scriptum. que deeat Grav. —487. *Andromache*  
*Heins.* e scriptis et grammaticis. Eo alludunt Medic. et alii : *Andromache*.  
*Vulgo Andromaches.* Wall. *Andromachen*. Duo Burm. testantur, tres alii ho-  
 norem proclivi lapsu. —490. tenebat legit Rufinian. de fogg. p. 28. gerebat Nouiss  
*in super*, sed *ferebat* Priscianus, Diomedes, Macrobus, cum libris scriptis ; et  
 firmat Burm. in primis ex Statii imitatione i Achill. 339. —492. *Hu et affabor*  
*sec.* Moret. *degradiente* Sprot. v. sup. 410. *abortis* plerique Pier. et nostri  
*Goth.* —493. *parata* Ven., et sic Achill. Stat. ad Tibull. II, 4, 1, b. e. constituta  
 et parta. Sed prestat vel sententia vi alterum : nam *pergeru dicimus* im-  
 perata, injuncta, mandata, labores. Memineris illud inf. IV, 653 Vixi, et,  
*quom dederat cursum Fortunam, peregi, et fortuna h. l. idem quod mox fatum, quod*  
*jam notatum Pomponio Sabino.* Porro distinguit Cerdà cum aliis : *Vivite.*  
*Felices, quibus—Jam sua!* cf. Burm. Minus bene. Sed : *Vivite felices vee, q.* —

## NOTE

superponebatur thoraci, ad ornatum,  
*casaque.* *Phrygiam* id est, aca pic-  
 tam : nam Plin. I. VIII. 48. ‘*Pieta*  
 vestes jam apud Homerum fuere,

undè triumphales natu : aca facere,  
 id Phryges invenerunt, ideoque Phry-  
 giones appellati sunt.’ De *Astyanacte*.  
*Æn.* II. 457.

|                                                  |     |
|--------------------------------------------------|-----|
| Vobis parta quies : nullum maris æquor arandum ; | 495 |
| Arva neque Ausoniæ, semper cedentia retro,       |     |
| Quærenda. Effigiem Xanthi Trojamque videtis,     |     |
| Quam vestræ fecere manus; melioribus, opto,      |     |
| Auspiciis, et quæ fuerit minas obvia Graiis.     |     |
| Si quando Tybrim, vicinaque Tybridis arva,       | 500 |
| Intraro, gentique mœse data mœnia cernam :       |     |
| Cognatas urbes olim, populosque propinquos,      |     |
| Epiro, Hesperia, (quibus idem Dardanus auctor,   |     |
| Atque idem casus) unam faciemus utramque         |     |
| Trojam animis. Maneat nostros ea cura nepotes.   | 505 |

Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta :

post alia. Vobis quies acquisita est, nulla plenities maris est secunda, neque querendi agri Italia semper fugientes retro: cernitis imaginem Xanthi, et Trojam, quam manus vestre fecerunt melioribus omnibus, ut capio, et quæ minus exposita sit Græcis. Si unquam ingrediari Tybrim et agros Tybidi propinquos, et auspiciam muros destinatos meo populo: quandam urban consanguineas, et nationes vicinas, ex Epiro, et ex Italia, quibus idem conditor est Dardanus, et eadem fortuna, faciemus utramque Trojam unam voluntatis: ea cura spectet nostros posteros. Progredimur mari prope vicina Ceranaria, unde via et trajectus brevissimus est mari in Italiam.

\*\*\*\*\*

jam sua, exquisitus.—495. arandum est Parrhas.—496. Arva nec Parrhas. et Goth. tert.—498. Quæ sec. Moret.—499. fuerint Gud. cum allis Heins. et Burm. etiam apud Serv. Ita auspicia minus obvia Graiis essent, quæ a Græcorum auspiciis ac fatis non æqua, atque ante, vincerentur, nec lis essent inferiora.—500. Sic q. Goth. tert. et vicina Witt. a pr. m.—502. Cognataque ante Heins., sed quæ abesse a codd. monuerat jam Pierius. qui aliquot Heins.—503. Epiro Voas. Epiro Hesperiam Medic. Gud. a m. pr. duo Moret. pr. Rottend. et Zulich. An olim fuit Epiro, Hesperiam?—populosque verendos Sprot.—505. Trojanis. M. alter Hamb.—506. Vir doctus Britannus volebat

#### NOTÆ

497 Xanthi, &c.] De Xantho, Troadis fluvio, cuius nomen Andromache rivo alicui dederat, ut et Trojæ nomen alicui vico, Æn. i. 477. De Epiro, supra 292.

503 Idem Dardanus auctor] Non Epiro et Hesperia; sed populis in utramque regionem appulsiis: nempe Trojanis; qui, cum Heleno in Epiro jam sederant, cum Æneas in Hesperia sive Italia sessuri erant. Utrique jactati Trojæ caibas, et a Dardano oriundi supra 167.

504 Unam faciemus utramque Tro-

jam, &c.] Nempe hanc Trojam in Epiro factam ab Heleno; et alteram Trojam, quam in agro Laurente Italie condituras erat Æneas, Æn. vii. 158. Sive potius, utrosque Trojanos intellegit; tam Epiro, quam Italiam.

506 Ceranaria] Montes sunt altissimi, et ideo crebro fulmine percussi: unde etiam *Acroceraunia* nuncupantur, ab ἄκραι σύναυμα, et κεφαλὴ fulmen. Termini sunt Epiro ad septentrionem; ut et Maria Ionii, quod inde Adriaticum dici incipit. Hinc cursus in Italianam brevissimus: quare facile

Unde iter Italiam, cursusque brevissimus undis.

Sol ruit interea, et mentes umbrantur opaci.

Sternimur optatae gremio telluris ad undam,

Sortiti remos, passimque in littore siccō

510

Corpora curamus; fessos sopor irrigat artus.

Necdum orbem medium Nox horis acta subibat:

Haud segnis strato surgit Palmurus, et omnes

Explorat ventos, atque auribus aëra captat;

Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo,

515

Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones,

Armatumque auro circumspicit Oriona.

Postquam cuncta videt cœlo constare sereno:

*Interim Sol cœli, et montes densi obscurantur. Decumbimus in situ desiderata terre, prope aquam, partiū officia navalia: et passim in littore siccō reficiunt corpora, somnus fuit in lassa membra. Nondum nox protecta horis attigerat medium cursum: impiger Palmurus surgit e lecto, et observat omnes ventos, et auditus captat aërem: notat omnia astra decurrentia cœlo silentie, Arcturum, et imbriseras Hyadas, et geminos Triones; et aspicit Oriona armatum aurea luce. Postquam cernit omnia congruere in cœlo*

versus 506. 507 collocare post 520; repugnare enim inter se, quod proiecta dicatur classis et tamen mox adhuc in littore moretur. At v. Not. Prochimus Deid. un. v. sup. v. 72.—508. et deest Wall.—509. Sternimus ed. P. Dan. ad undas Ven.—511. f. s. occupat Voss. repetitum, alt Burm., ex iv Ge. 190. —512. atra alter Hamb. horas atra Ven. horis apta Goth. pr. non malo lapsu. —514. uribus Goth. pr.—515. notant Sprot. tacita Gud.—516. Pliadasque H. codicum pars apud Pierium, Heins. et Burm. cum binis Goth., neque alter Macrobius legerat v Sat. 2. Sed repugnat id metro. Idem versus sup. lib. i, 748 cum simili varietate. septemque triones pr. Hamb.—517. circum

#### NOTÆ

a media nocte ad Auroram transmissio mari Aeneas potuit in conspectum Italie venire.

510 *Sortiti remos]* Remigandi officium apud veteres, non in reos, sed in ipsos milites sorte dividebatur; ut et excubandi cura. De *Palmiro*, navis Aeneae gubernatore, En. v. 838. et vi. 837.

516 *Arcturum, &c.]* Stellam in signo Bootæ, quæ aliquando pro toto signo sumitur: Ge. i. 68. *Hyadas*, stellas septem in fronte tauri, ibid. 188. *Geminos Triones*, utramque ursam, maiorem ac minorem: En. i. 748.

517 *Oriona]* Orion venator fuit,

comes Dianæ, qui scorpii morsu in talo vulneratus occubuit: et Deorum miseratione in sidus mutatus est. *Scorpius* autem, vel a Terra in eum immisus est, quod Orion nullam sibi feram insuperabilem esse gloriaretur; vel, juxta alios, a Diana, cui vim inferre in venatione volserat. *Orion* in cœlo lucidissimum sidus stellis constat sex et quinquaginta, pingiturque accinctus gladio et clavam intendens: unde *armatus auro* dicitur, id est, *aurea luce conspicuus*. De ejus ortu, En. i. 539.

518 *Constare]* Omnia serenitatis signa sibi respondere, inter se con-

- Dat clarum e puppi signum ; nos castra movemus,  
Tentamusque viam, et velorum pandimus alas. 520  
Jamque rubescet stellis Aurora fugatis :  
Cum procul obscuros colles humilemque videmus  
Italianam. Italianam primus conclamat Achates ;  
Italianam læto socii clamore salutant.  
Tum pater Anchises magnum cratera corona 525  
Induit : implevitque mero ; Divosque vocavit  
Stans celsa in puppi.  
Di, maris et terræ tempestatumque potentes,  
Ferte viam vento facilem, et spirare secundi.  
Crebrescunt optatae auræ, portusque patescit 530  
Jam propior, templumque appetit in arce Minervæ.

*sereno, e puppe dat clarum signum : nos movemus classem, et ingredimur iter, et extendimus alas velorum. Etiam stellis expulsis Aurora rubescet : cum videmus procul colles obscuros et planam Italianam. Achates primus conclamat Italianam : socii clamore hilari salutant Italianam. Tunc pater Anchises cinxit magnum poculum corona, et replevit vino, et invocavit Deos erectus in alta puppe : O Dii, ait, prasides maris et terræ et tempestatum : date nobis viam facilem per ventum, et favete prosperi. Augentur flatus desiderati, et portus jam propior aperitur, et in monte appetit*

aspicit Goth. sec.—520. tendimus alter Rottend.—521. Tumque Franc.—522. Tum procul idem cum Oudart. o. montes Parrhas.—523. primus sec. Moret. conclamat primus Dorvill. Statii imitationes iv Theb. 807. iii Sylv. 2, 23 laudat Burmann.—524. leti sec. Moret. et Goth. socii læto quatuor Burm. et unus Goth.—526. vocabat Wall.—527. Stant Medic. prima in puppi. Gud. pro div. lect. quod probat Heins., ut variorum hemistichium, quod et VIII, 680. ix, 261 recurrit.—529. venti Montalb. ab interpolatore. v. vel nobis Zulich. facile vento Dorvill. et adspirate Wall. secunde alter Rottend.—530. Crebrescunt multi et hic male. cf. ad Ge. i, 359.—531. que abest a Leid.

## NOTÆ

gruere : eaque certa, et firma, et constantia ; non varia.

520 *Velorum alas*] Mutua translatio est, inter volandi et navigandi verba. Æn. i. 228.

522 *Humilem Italianam*] Tum quis in ea parte altis montibus caret : tum quia e longinquo spectantibus altissima quaque humilia videntur : tam quia universalis mare terris altius apparet.

525 *Cratera corona Induit*, &c.] *Corona* poculum, das significat. Aliquando implere vina, ut diximus Ge.

ii. 528. Aliquando cingere corona florea, ut hic : si quidem hic utrumque distinguitur, ‘corona Induit, implevitque mero.’ Et libationem exprimit, facile ac quotidianum Diis ferre omnibus sacrificium, vini effusionem in mare. De libatione, Æn. i. 740.

531 *Templum in aree Minervæ*] Templo in promontorio Iapygio, sive Sallentino : de quo Strabo l. vi. de Sallentinis loquens : Ἐπειώντας λέγει μάθοσόν τοις Αθηναῖς λέγει μάθοσόν τοις ; &c. ‘Hic vero fuit et Minervæ

Vela legunt socii, et proras ad littora torquent.

Portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum;

Objectae salsa spumant aspergine cautes:

Ipse latet; gemino demittunt brachia muro

535

Turriti scopuli, refugitque ab littore templum.

Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi

Tondentes campum late, candore nivali.

Et pater Anchises: Bellum, o terra hospita, portas;

Bello armantur equi; bellum haec armenta minantur.

540

*templum Palladis. Socii colligunt vela, et vertunt proras ad littora. Portus ab orientali mari curvatur in arcum, rupe opposita spumant salsa aspergine, ipse portus occultus est: scopuli turribus similes demittunt utrumque latera quasi duplicit mare: et templum recedit a littore. Illic vidi in pratis quatuor equos candore niveo late carpetes herbam, quod fuit primum omen. Et pater Anchises ait: O terra hospita, portendis bellum. Equi armantur ad bellum: haec armenta minantur bellum.*

\*\*\*\*\*

—533. et deest Wall. prioris Goth. sec. a m. pr. ad l. vertunt tres Burm.—533. Vulgo Eoo. At Euroo omnes paene codd. Pierii, Medic. et ceteri vetustiores Heins. et sex Burm. Nova tamen ea forma ab Euros, eti analogiam habet in Arctous, Leobous et al., et confunduntur fere Euros et Eooz; poteratque primo erratum esse Eoo pro Eoo, ut Eoo est in pr. Hamb. et in multis Euro. Vide Heins. ad h. l., qui Eoo, quod vulgata codd. habebant, cum Pierio retinuit; non tamen, nisi in tribus quatuorve, iisque recentioribus libris, illud reppererat; adde duo Goth. at alter eroo. Euros tamen etiam Servius interpretatur; et usus est ea voce Priscian. in Periegesi, v. 871. stat. Exc. Cort. ex Hamb. sec., idque videbatur in Parrhas. fuisse, in quo etiam Eoo reposuit erat. curvatur aliquot Heins. et Burm. cum codd. Ald. Junt. sinuatus sec. Moret.—534. *aspergine*, antiqua forma, reposuit Heins., Medic. et Gudiano, Grammaticisque Veli Longo et Nonio auctoriibus. Vulgo asperginae. De voce Burm. laudat Barth. ad Stat. II Theb. 675. Goth. sec. vertigine, quod absolute ita dictum euidem non memini.—535. dimittunt pleisque codd., excepto tamen Medic. et nonnullis aliis. deducunt ed. Ven. Porro Late patet male Donatum legere, in Servianis notatum: quod tamen in nostro Donato non occurrit.—536. Krecti sc. aliquot Pier. ab littore idem ex antiquis, et Heins. e posterioribus. Vulgo a littore ut in uno Goth.—539. At p. A. quinque Burm. Tunc un. Leid. sic inf. 538. o abeat a Rottend. tert. bellum contra h. Goth. sec.—540. Bella haec alter Hamb.—541. Et tamen Ven.

#### NOTÆ

templum dives olim, et scopulus quem vocant promontorium Iapygium, multum procurrens in mare contra ortum hybernum.'

533 *Portus] Arcem accipio; vel pro munitione aliqua, que locum defenseret; vel pro ipso scopulo promontorii quod daper dicitur, ut expliqui-*

*mus ad illud, Ge. IV. 461. 'fierunt Rhodopeim arces.'*

535 *Brachia mare Turriti scopuli] Nec turres erant, nec brachia: sed rupea porrecta in modum brachiarum, et erecta instar turriam. Propert. l. III. 20. 24. 'Scandam ego Thessæ brachia longa via.'*

Sed tamen idem olim curru succedere sueti  
 Quadrupedes, et fræna jugo concordia ferre:  
 Spes et pacis, ait. Tum numina sancta precamur  
 Palladis armisonæ, quæ primæ accepit ovantes;  
 Et capita ante aras Phrygio velamus amictu; 545  
 Præceptisque Heleni, dederat quæ maxima, rite  
 Junoni Argivæ jussos adolemus honores.

*Sed tamen iidem equi assueti sunt subire currum, et portare fræna concordia sub  
 iugo: spes est pacis. Tunc oramus sanctam divinitatem Palladis armigere, quæ  
 prima accepit letos: et ante altaria tegimur Phrygio amictu circa capita, et ex  
 munitis Heleni, quæ dederat maxima, offerimus rite Junoni Argivæ sacrificia pre-*

cursu Witt. *currum succedere* un. Leid., forte hoc exquisitus. Burm. landat not. ad Ovid. Met. XIII. 611.—542. *et ferre* j. c. *frena* Zulich. a m. sec.—543. *Spes* est p. ante Heins. ut plerique codd. et edd., etiam in Servianis ad v. 537 et sup. ad 1. 447. Sed Medic. cum aliis melioribus *Spes* et p. Cum alter Menag. *numina sancta*. Ad h. v. Pompon. Sab. “*Ita et Probus legit et Apronianus.*” Quæ adeo memorabili hic sit varietas, non assequor; nisi est quod alii *sacra* exhibuerunt, ut ex sec. Hamb. et Leid. notavit Burm.—544. *qua primam* duo Moret. et Rottend. sec.—545. *capite* ed. Jant. *capite* —*velabat* Rufinian. de Schem. Lex. p. 25 (255). *capite et capute velamus sex* vel septem ap. Burm. miro laepu:—*ante aram* idem Rufinian. l. c. Goth. tert.,

## NOTÆ

541 *Curru, &c.]* Pro *curru*, dativo contracto, Ecl. v. 29. De *Pallade armisone*, Æn. I. 43. De *evocatione*, pro *hætitia*, supra 189.

545 *Phrygio velamus amictu]* Observat præceptum Heleni: de quo supra 406. *Amictum illam volent esse tutulus*, de quo Æn. II. 689. *Phrygum* antem vocat, vel simpliciter quasi Trojanum, vel arte factum Phrygia, id est acu elaboratum, ut supra 484. Hic autem aliqui volunt accidisse Æneæ, quod attigimus Æn. II. 166. ut Diomedes, qui cum Ulysse fatale Palladium ex arce Trojana eripnerat; pelous deinde fatus adversis in Italiana, et jussus a Diis illud Trojanum restituere, Æneam forte illuc appulsum, et operto capite sacrificantem nactus, hoc eidem redi-

dere non ausus sit, ne turbaret sacra, sed cuidam ex Æneæ sociis tradiderit, cui nomen *Nautæ*. Et vero regnasse dicitur Diomedes in Apulia, quæ Sallentinis et Calabris contumina est ad occidentem, quanquam satis longo intervallo distata.

547 *Junoni Argica]* Quæ celebatur in Argia Peloponnesi regione: ita ut cum *Mycene* et *Argi*, vicina illic urbes, quæ Danao simul paruerant, in duo deinde regna divisisse sunt; templum celebre Herseum dictum, ‘*Heraea*’, id est Junonium, licet ad Mycenæ situm, utrique tamen regi commune easet: Strabo I. viii. Hinc profecti in Italianam Græci, sacra Junoni Argiva ibidem instituerunt: Diomedes lucum apud Venetos; ex Strabone I. v. Jason fanum in Lukania, ex eodem, I. vi.

Haud mora : continuo perfectis ordine votis,  
 Cornua velatarum obvertimus antennarum,  
 Grajugenumque domos suspectaque linquimus arva.      550  
 Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti

*scripta. Abusque mora, votis continuo ordine persolutis, concertimus cornua antennarum velitarum: et deservimus sedes Graecorum, camposque suspectos. Hinc videtur sinus Tarenti, si verus est rumor, Herculei: ex adverso templum Deo*

Montalb. et Voss. hic etiam velatur, et Wall. a m. pr. velatur.—548. *prefectis Franc.*—549. *avertimus* conj. Jo. Schrader. in schedis. Idem tamen commode laudat Ovid. Met. III, 676 *obstantes dum vult obvertere remos. antennarum* scribant multi codd. *ante minarum Goth. alter.*—550. *domus* Gud. cum aliis. *domum sec.* Moret. a m. pr.—551. *si fama est vera Ven.*—552. *Cal-*

## NOTÆ

548 *Continuo*] *Continuo ordine*, id est, non interrupto sacrificio: ideoque caput velare jussus fuerat, supra 406.

549 *Cornua velatarum, &c.] Antennae sunt ligna transversa in malo, quibus alligantur vela: antennarum extrema vocantur a Virgilio *cornæ*: unde ipsas antennas appellat Lucanus I. VIII. 177. *summos ceruchos*: id est, *habentes cornua*, ab ἔχει habeo, et κέπας cornu.*

*Overtimus]* Ab extremo illo Italico promontorio Iapygio, ad partem maxime meridionalem, cujas descriptionem habes, 396.

551 *Herculis Tarenti]* De Tarenti situ 396. urbs est cum portu celebri, in recessu maxime septentrionali sinus Tarentini; bella olim gessit maxima cum Romanis, advocate in auxilium Pyrrho Epiri rege, Romanis deinde subdita, tum in Annibalis protestatem redacta, iterum ad Romanos reversa est. Hujus conditor Tarus; qui heros, iuxta Strabonem; iuxta Servium, Neptuni filius fuit: iustinator aut potius invasor, *Phalentus*; Lacedæmonius; qui cum Partheniis, notha Lacedæmoniorem prole, expulsus e patria, ibidem sedes statuit, et divinis honoribus post mortem affectus est: ut est apud Strabonem I. vi. et Justinum I. III. 4. *Herculus*

Tarentum cur appelletur non liquet: videturque Virgilius de nominis veritate ipse dubitare, cum addit, ‘*si vera est fama.*’ Quadruplicem conjecturam afferro. I. est ex Servio, qui ait Phalentum ex Herculis fuisse posteris, ab eoque octavum: sed hoc quasi commentum rejicitur. II. Est ex Erythreo, qui docet ex Aristotelis libro de Mirabilibus Auditibus, locum quem Tarentini occupaverunt, vocatum esse postea *Heracleam*, cum prius dictus esset *Pleon*, et *Sigeanum*. Addit vero quod plase incertam est, Tarentinos ab *Hercale* fuisse dominatos. III. Est ex Pomponio Sabino, qui ait in *Hercale* tutela Tarentum fuisse. Et vero legitima in Strabone I. vi. fuisse in illa urbe colossum *Herculus* seruum, opus Lysippi; a Fabio Maximo, qui recepit urbem, inde sublatum, et in Capitolio dedicatum. IV. Addo: non urbem solum, sed totam tractam, *Hercalis* itineribus et memoria fuisse insignem: quod colligit ex eodem Strabone: urbs enim ibidem fuit *Heraclea*, id est, *Hercules*; ubi communis agebatur conventus Graecorum omnium, qui has regiones tenebant: tum *Louca* urbe, ubi fons festinans aquæ, excitatus e sanguine Gigantum Lenterniorum, quo ab usque Phlegrais Italicis Campanis

Cernitur. Attollit se Diva Lacinia contra,  
Caulonisque arces, et navifragum Scylaceum.  
Tum procul e fluctu Trinacia cernitur Ætna;

*Lacinia erigit se, et arces Caulonis, et Scylacrum navifragum. Deinde procul e mari videtur Ætna Sicula, et eminus audimus magnum fremitum maris, et scopulos*

lonesque Wall. Servius: "Aulonisque arces. Aulon mons est Calabriæ, ut Horat. II Od. 6 et amicus Aulon Fertili (ita legitur) Baccho; in quo oppidum fuit, a Locris conditum, quod secundum Hyginum, qui scripsit de situ urbium Italicarum, Aulon est" (etsi in his postremis voc. dubia lectio). Potest hæc Serviana lectio doctrinæ speciem habere; nam similiter Aulonisque exhibet Acron ad Horat. I Od. 16 (sed Cruqu. Comment. Caulonis) et Aulonesque arces pr. Rottend. Legitur autem ap. Strabon. VI, p. 261 B. ed. Par. Καυλωνία, πρότερον ὁ Αὐλώνιος λεγούμενός ήδη τὸν προσκεπέμενον αὐλῶνα, h. e. convalem. Etiam Steph. Byz. b. v. ab Hecatœo Aulonian vocatam memorat, ήδη τὸ μέσην αὐλῶνος εἶαι (addit idem ab heroë Caulone mutatum nomen; qui forte Caulus ille est apud Servium, Clite Amazonia filius; sed probabilius est, dialecti aliqua duritie gutturali accessisse, nam in Mazochii somniis ad Tabb. Heracleens. p. 527 sqq., ubi ex Hebr. Kol, de voce tonitru accepta, dicit, non moramus). Ex altera tamen parte primam literam in principio versus excidisse in uno vel altero codice, quo Servius utebatur, non minus probabile est. Quod ap. Horat. II Carm. 6, 18 occurrit et amicus Aulon Fertili Baccho, ubi Vet. Schol. montem esse Calabriæ ait, et intpp. laudant Martialis illud: *Nobilis et laetitia et felix vitibus Aulon*, id ad Tarentinum agrum spectat, non ad hunc Locrorum Epizephyriorum, ut jam satis docti viri docuerunt, adeoque nñ juvat, quod h. l. *Caulonia arces* h. e. mons vel promontorium memoratur. eod. v. *navifragum Scylaceum*. Σκυλακεύοντο. Multum aberratum est in his vocibus a libriis: *navifragum, navifragium—Scyllaceum, Scyllaceum, Scilla-  
ceum, Silaceum, Scyllum*, v. Pier. et Burmann.—554. Cum Rottend. sec. et Hamb. sec. Trinactis Serv. sup. ad v. 384. *cernitur hora pro ora Hamburg.* pr. et Græv., quod et Jo. Schrader. malebat. v. Burm. Leid. *cum procul—*

## NOTE

campis persecutus Hercules ibidem terra obruerat.

552 *Diva Lacinia contra]* Junonis Lacinia templum, prope Crotonem urbem, sanctum omnibus circa populis, ex Livio l. XXIV. cuius tegulas marmoreas Fulvius Flaccus in censura sua, transtulit in sedem Fortune equestris, quam Romæ faciebat; ex Valerio l. I. 2. ubi ara sub dio posita, in qua cinis, perflantibus procellis, semper immobilis, ex Plin. l. II. 107. *Contra]* Meridiem versus, in promontorio Lacinio, cum Tarentam ait ad septentrionem, 396.

553 *Caulonisque arces, et navifragum, &c.]* Prior tamen occurrit *Scylaceum*, quam Caulon. Est Caulon,

vel *Caulonia*, urbs prius *Aulonia* dicta, a valle quam habebat in prospectu, erat enim in Apennini jugo sita: Graece autem αὐλῶν, vallis. Ab Achivis condita ex Strab. l. VI. nunc *Castel vetere*; mons adhuc *Casto*.

*Navifragum Scylaceum]* *Scylaceum* sinus, in media sinus ora *Scylaceum* habet urbem, coloniam Atheniensium, qui Mnestheum regem ad Trojam secuti dueem fuerant. Strabo l. VI. Sed hic varia est lectio. Dubitat Scaliger, Poët. I. II. §1. an sit, *Navifragum Scylaceum*, redundante syllaba, aut extremis duabus in unam coalescentibus; an vero, *Navifragum Scylaceum*, ubi amphimacer in dactyli locum succederet. Turnebus-

Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa  
Audimus longe, fractasque ad littora voces;  
Exultantque vada, atque æstu miscentur arenæ.  
Et pater Anchises: Nimirum haec illa Charybdis;  
Hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat.  
Eripite, o socii; pariterque insurgite remis.

555  
560

*repercussos, et sonitus raptor ad littora: et fluctus exiliunt, et arenæ turbantur ebullitione. Et pater Anchises ait: Scilicet haec est illa Charybdis: Helenus pre-dicebat hos scopulos, has rupeis horrendas. Extrahite hinc vos, o socii, et pari-*

\*\*\*\*\*

*tollitur Ætna, non male. Rottend. tert. Trinacria cernitur. Ætnam Et gemitum p.—556. ab littore aliquot Heins., minus bene. Sic tamen quoque Medic. a manu emendatrice.—557. Exultantque vado tert. Mentel. a m. pr., non infelici lapsu.—558. At sec. Rottend., ut alibi sepe. Sic sup. v. 539. Haec abest a Mentel. pr. Goth. sec. hic illa Medic. cum aliquot Pierianis.—560. o deest Leid. et plerisque, quos Pierius viderat, cum Goth. alt. cęque*

#### NOTÆ

censem l. xix. 21. commodius legi posse *Scyllæum*; quod, vel est promontorium *Canya*, coda *della volpe*, in angustiis freti Siculi; vel *Scylla* scopulus; etiam ultra Cænæ leuca integræ remotus. Sed sane cum Æneas ne ad Charybdim quidem nisi eminus accesserit; vix potuit *Scyllæum* videre. Igitur commodius est legere cum antiquis plerisque codicibus *Naufragium Scylaceum*, per unicum l: præsertim cum dicat Strabo *Scyllæum* antiqua, recentioribus dictum esse *Ιανθάδων*, *Scylacum*.

555 Et gemitum ingentem pelagi,  
[q.e.] Videtur hic Virgilii verius quam ceteri poëtae naturam Charybdis expressisse. Quippe Cluverius, qui ad pernoscendam loci naturam se Messanam contalerat, ait, probatque in Sicilia Antiqua, l. i. c. 5. etiæ vortex ille circa Messanam ostendatur, appelleturque *Calefaro* et *la rema*; tamen mare toto freto vorticosem esse, ac tumultuosum: landaque Thucydidem, qui fretum totum Charybdim appellavit, l. iv. ‘Est autem fretum, mare inter Rhegium et Messanam, qua minimum Sicilia distat a conti-

nente: et hoc illud est, quod Charybdis appellatum fuit, qua Ulysses fertur transnavigasse: καὶ οὐτις ἡ χαρυβδίς αληθῆσα τοῦτο,’ &c. Hinc a quibusdam ad Pelorum promontorium, ab aliis ad Messanam, collocatur; ab Homero sub scopulo caprificis arboribus inumbrato; ab aliis ut hians abaque scopulis vorago describitur. Re autem ipso impetus est maria, a septentrione vehementius quam a meridiæ infinitis: cuius fluctus, adversis ventis obstantibus, Austro præsertim a meridie ssviente, repelluntur in freti angustias; ibique compressi, ingenti murmure et littorum scopulorumque mugita in vortices conformatur. Scite ergo Virgilii, nulla certi loci mentione facta, generatum gemitum, littora, saxe, vada, æstu commemorat: additique ‘nimisrum haec illa Charybdis.’ Male ergo plerique cum Cerdano saxe et scopulo, interpretantur de *Scylla*: que ut ostendemus 686. nimis distat a vulgari Charybdis loco, quam ut ejus latratus inde audiri possit. De fabula *Charybdis* et *Scyllæ*, supra 490.

Haud minus ac jussi faciunt: primusque rudentem  
 Contorsit lævas proram Palinurus ad undas;  
 Lævam cuncta cohors remis ventisque petivit.  
 Tollimus in coelum curvato gurgite, et idem  
 Subducta ad Manes imos desidimus unda.  
 Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere:  
 Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.  
 Interea fessos ventus cum Sole reliquit;  
 Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris.

Portus ab accessu ventorum immotus, et ingens 570

*impetu incumbite remis. Nec faciunt minus quam jussi erant facere: et primus Palinurus deflexit proram stridentem ad aquas sinistras: turba omnis abiit in sinistram partem remis et tentis. Erigimus in coelum sinuato mari, et tides subducta aqua delabimur ad imos inferos. Ter scopuli sonitus emiserunt intra cava saxa; ter vidimus spumam impactam et sidera stillantia. Interim ventus cum Sole destituit nos fatigatos: et iuncti via appellaverim ad littus Cyclopum. Portus est imperturbatus ab ingressu ventorum, et ipse capax; sed Aetna prope tonat horribili*

Franc.—561. *hac j. Franc. primunque r. Reg. rudentes Gud. a m. pr. et Exc. Burn. rudente aliquot ap. Burn. et Pierium, ex interpolatione puto, ut ad funem referrent. stridentem proram conj. Heins. inf. ad v, 143 et Jo. Schrader. in schedis.—562. lævam proram ed. Ven.—in unda Leid. a m. pr.—563. petebant pr. Hamburg.—564. ad cactus Medic. Pierii. turbato trea Burn., male. in gurgite pr. Hamb.—565. Subducti Parrhas. Mox vulgg. edd. ante Heins. descendimus; verum reposuerat ille (tanquam exquisitus) cum Medic. aliquique praestantioribus suis et Pierianis descendimus, quod Bened. et Pierina, tum ipse copiose illustratum dederunt; desidimus ex una Montalb. proferebat, tanquam quod cum Tollimus ncelius tempore conveniret, et nunc receptum ab Burnanno vides. concessimus unus Leid., male.—566. ad concava Parrhas. dederunt Ven.—567. Totus versus aebest a Goth. pr., alter rotantia; quamquam piget talia notare.—568. relinquunt tres Burn. duo Goth.—569. illabimur Franc. undis sec. Rottend.—570. incensus pr. Hamb. et abcessu alter. ab*

## NOTÆ

565 *Ad Manes]* In profundum maris, et quasi ad Inferos, sedem umbrarum et animarum, quæ *Manes* dicuntur, de quibus, Ge. iv. 469.

567 *Rorantia astra]* Stillantem aërem, deplente aqua, quæ maris impetu ejecta sursum fuerat.

569 *Cyclopum oris]* Ex Cluverio de Sicilia l. i. 2. *Cyclopes* primi Sicilie, sive Trinacrie habitatores fuerunt: præcipue circa montem Aetnam, et agrum Leontinum. Fatetur eos statuta fuisse gigantea, quod probat multis ibidem repertia cadaveribus

insolitas magnitudinis: eos item aegrestes, et hospitibus infestos memorat. Hinc fixerunt poëtae vesci eos humanis carnibus; unicum habere media in fronte rotundum oculum, unde nomen ipsis, *a'klos circulus*, et *o'kus*. Tum, ob Aetnae montis, et Liparearum in septentrionali Sicilie littore septem insularum viciniam: addiderunt eosdem Vulcani ministros esse, quis illis in officinis, ad fabricanda Jovis fulmina; Neptuni antem filios, quia solent fabulæ sceleratos omnes ei pro filiis attribuere. Portus

Ipse ; sed horrificis juxta tonat *Ætna* ruinis,  
 Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,  
 Turbine fumantem piceo et candente favilla ;  
 Attollitque globos flammamarum, et sidera lambit :  
 Interdum scopulos avulsaque viscera montis  
*Erigit* eructans, liquefactaque saxa sub auras  
 Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

575

*tumulti* : et aliquando emitit ad coenum nigram nubem, fumantem turbine piceo et ferventibus favillis : et attollit globos flammamarum, et tangit astra : aliquando erigit eromens rupe et disrupta viscera montis, et cum sonitu congerit in aere saxa comminuta, et ebullit ex imo fundo. *Rumor* est, corpus *Encheladi* semiustum fulmine,

accensu Zulich. ab occasu Græv., sed ascriptum accessu—motus Vratisl.—571. *Ipse* Pierius et alii cum *Ætna* jungunt. v. Burm. *ipa Erf.* sed, *Ipse* portus. sub horrificis—ruinis aliquot ap. Pier., sed id esset vulgarius ; tonat meliores, ut vis poëtica postulat. Multi sonat, ut semper variant.—572. *prorumpit* Dorvill. ad abeat a Gud.—573. *cavente* a m. pr. Leidens. *candore* Voss. —574. Hæserant Critici jam apud Gellium (v. Exc. xv) in hoc, quod poëta uno tempore fumum et flammas emitti faciat, cum tamen, quod Pindarus bene observaverit, interdum fumet *Ætna*, nocte *flammet*. Cui, si poëta id vitiouse a se ponи putasset, facile potuisse occurrere, scribendo : *Attollitque globos*. Enimvero si poëta tam subtiliter rem tractare voluisse, cum noctu Trojana classis appulerit, nihil aliud quam *flammarum* memorare debuerat. Sed intervalla habet intestinus *Ætnas* labor non modo majora illa extremitur furoris et remissionis, vide v. c. Strab. vi, p. 274 A. C., verum etiam cum semel exarsit, minora illa, fumi modo continuit, modo inter fumum flammæ ; interdum cum flamma expulsa saxa. Utrumque sequi poëta potuit ; conjunxerat etiam omnia pariter Lucret. vi, 690—693, quem ante oculos habuisse videtur Virgiliius.—575. *convoluta* aliquot Pier. et Leid.—576. *Erigit* Heina. cum melioribus retinuit. At *Egeria* pr. Moret. alter Voss. et tert. Rotend. pro var. lect., Erf. et malit Burm. propter rō *eructans*, et astruit copiosius Burm. Sec. ad Anthol. Lat. p. 350. Permutatio sane utriusque vocis est satis obvia ; v. sup. 423, et *egerere* per se elegans esset ; sed *erigere* et exquisitus ac doctius esse et majorem vim habere videtur, ut in altum continuo tractu surgentia saxa ac metallæ eniti videoas. Inf. ix, 239 *æterisque ad sidera fumus Erigitur*. vii, 529 *Pavlatim sese tollit mare et altius undas Erigit* ; inde imo consurgit ad æthera fundo. Porro eruit Menag. sec. *eruptans* Franc. sub astra sec. Menag.—577. *glomerant* Hugen.—578. *Encheladi* Wall. cum aliis. *semiustum*

## NOTÆ

Cyclopum a Virgilio fingitur, circa littus ubi nunc est Catana urbs, ad radices *Ætnæ* : patet enim e subsequenti narratione, eum in Siciliæ continentि, loco sylvoso describi : non in iis scopolis, qui circa idem littus a Cyclopus vulgo nomen habent.

571 *Ætna*] *Mont Gibel*, non longe a littore Siciliæ orientali : miræ fertilitatis.

572 *Prorumpit nubem*] Activum hic est ; unde passivum, apud Lucret. l.

vi. 435. ‘Prorumpit in mare venti Vis :’ neutrum vero *Æn.* x. 379. ‘medius densos prorumpit in hostes.’ 573 *Candente*] Non solum *candida*, sed *fervente*, quæ ex fervore candorem contraxerit. Sic *Æn.* XII. 90. ‘Ensem quem... Stygia carentem tinixerat unda.’

576 *Liquefactaque saxa*] Exesa in pumices, comminuta in cineres, qui torrentium instar inde erumpunt ; et Catanensem agrum, vicinumque mare

Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus  
 Urgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam  
 Impositam ruptis flammam exspirare caminis ;                       580  
 Et, fessum quoties mutet latus, intremere omnem  
 Murmure Trinacriam, et cœlum subtexere fumo.  
 Noctem illam tecti sylvis immania monstra  
 Perferimus ; nec, quæ sonitum det causa, videmus.  
 Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus aethra               585

*premi hac mole, et magnam Ætnam superimpositam exhalarē ignem fractis caminis : et, quoties Enceladus vertit latus fatigatum, Siciliam totam tremere tumultu, et involvere cœlum fumo. Per illam noctem occulti in sylvis patimur infanda prodigia, nec cognoscimus quæ causa emitta illum sonitum. Nam nec erant lumina*

merito revocavit Heins. Libri plerique et edd. *semestri*, cum non viderent, duas vocales contractas in unam efferrī, ut sapissime fit apud Græcos:—579. *more* Gud. a m. sec. *hac mole* Oudart. que deat Montalb.—580. *expugnare* alter Hamburg. *spirare* Oudart.—581. *quotiens* duo Goth. et sic Medic. *mutat* cum Medic. et aliis bonis libris Heins. *mutat* Donatns cum aliis; uti et bini Goth. (tert. *morat*). *Sane mutare latus* bene dicitur; et docuit satis illud Heins. cum aliis. Ad Callim. H. in Del. 143 frustra provocant: Nam *εἰς ἔρημόν Βραχὺς ἐποιῆσα κυνηγέοντο* potest esse et *motat* (*movet se*) et *mutat*. Sed *motat* pro *moret* agnoscit codicum pars, etiam ap. Pierium, et defendit Servius, cum viris doctis; v. Cerdā, et ante eum Guellius; possitque id tanquam exquisitus præferriri, nisi perpetua et temeraria harum vocum in libris occurreret permutatio. Apud Statium III Theb. 595 *ant ubi tentat Enceladus mutare latus*, Virgilii imitatione, nulla varietas occurrit, nisi quod unus versare legit. In nonnullis etiam *motet*; in Wall. *moreat*. cf. Burm.—583. *Nocte illa aliquot Pieriani, et duo Burm., sed hoc vulgarius. tecti sylvis omnes fere libri Pier. et Heins. itaque in recte sublatum.* De sensu ambigunt Cerdā et Burm. *Sed in littus excendisse Trojanos noctemque ibi exegisse, dubitare nec narrationis modus nec veterum hominum mos sinit;* neque aliter Ulysses in eo ipso loco, quem Virgilius hic expressit Odys. I. 150. 151. *tecti sylvis* ad littus procurrentibus, in loco nemoroso, in his ipsa sylvis, ab interiori parte, accedentem mane ad se vident Achemenidem v. 590. Non autem, eaque olim latæ, sylve defuerunt Ætnæ, ut ex Pindaro discas Pyth. I, altera Antistrophæ: *Ἄλλας δὲ μελαψφύλλοις κορυφαῖς καὶ πέδῃ. immania Medic. a pr. m.*—585. *nec l. aether Sidera habet. polus—Sprot. aether etiam Voss. cum Goth.*

## NOTÆ

interdum operiunt. Vide Cluverium  
 loco citato.

578 *Enceladi semiustum, &c.] Causam* affert hujus incendi fabulosam: nempe bello gigantæo, maximum gigantum Enceladum, Titanis ac Terræ filium, fulminatum a Jove fuisse, et Ætna monte obiectum. Pindarus, et Ovidius hoc supplicium Typhœo attribuerunt: eundemque volunt non hoc uno monte, sed Sicilia tota, oppressum esse: Ovid. Met. v. 346. Veram

alii causam proferunt: quod totus ille tractus, ad usque Campaniam, sulfure abundet ac speluncis, in quas admissi venti incendia excitant. Unde existimo non aliam ob causam Lipareas insulas, et *Æolianas*, et *Vulcanias* appellatas esse; earumque regnum et *Æolo* et *Vulcano* ex æquo attributum; quam quod et igne et vento perinde agitantur.

585 *Æthra Siderea] Cœlestis ignis sphæra, ut aiunt, quæ vocatur aether;*

Siderea polus ; obscurō sed nubila coelo ;  
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Postera jamque dies primo surgebat Eoo,  
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram :  
Cum subito e sylvis, macie confecta suprema,  
Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu,  
Procedit, supplexque manus ad littora tendit.  
Respicimus. Dira illuvies, immissaque barba,  
Consertum tegumen spinis : at cetera Graius,  
Et quondam patriis ad Trojam missus in armis.

590

595

*siderum, nec cerum fulgens splendore aetheris : sed nebulae tenebrose aëre, et nox importuna incidebat Lunam in nube.* Et jam dies sequens nascebatur primo diluculo, et Aurora dispulerat e celo humidas tenebras : cum repente prodiit et noctis nova figura homini ignoti, exesa macie summa, et miserabilis habitus ; et supplex tendit manus ad littora. *Respicimus : fœda erant sorde, et barba diffusa, vestis contexta spinis ; quantum ad alia Graecus, et olim missus ad Trojam in patrio*

tert.—586. *obstruso*—*celo* Goth. sec., felici errore, si modo error nec prisca lectio est, ruinjs interpretamentum sit *obscuro*. Nam *obstrusus* exquisite pro clausum, occlusum, adeoque obductum, obscurum. In libris fere illud cum voc. *abstrusum* variat, apud Lucan. Stat. et Claudian., quod vel Lexica docent.—587. *in deest binis* Burm. *limbo* Goth. pr.—588. *namque* Montalb. Goth. pr. *primo* Goth. tert., frequenti lapsu.—589. *Humentaque umbras* Ven. v. lib. iv, 7 et sepe alibi.—590. *Tum* Leid. Mox *e deest* Wall., etiam edd. nonnullis vulgg. *conspeta* pr. Hamb. pro var. Lect. v. Burm.—591. *notasem* sec. Rottend. *vultu* tres ap. Burm.—592. *ad sidera* Zulich. a m. pr. et Wall., librarii lapsu, cuius animo frequenter ratio insedera. —593. *Respicimus* aliquot Pierian. *ingravies* Sprot. *dimissaque barba* idem cum Vratiel. cum Goth. sec. (*pro demissa*, *promissa*). Nonius in *promittere*, et Gud. a m. pr. : utrumque vulgarius præ eo, quod excusum est. *immissaque* Witt. Servium arguntari arbitror. —594. *tegumen* Heins. scriptum cum Medic. et aliis vetustis. cf. eund. inf. vii, 666, et ad Ovid. xiv Met. 166. Item Pierius e duobus. Ceteri *tegimen* vel *tegmen* : hoc habebant edd. vulgg. Mox et vel ac cetera multi ap. Burm.—595. *Ut quondam ita* repositus Burm. ex Hugen., ut sententiam melius connecteret : poni enim ut, quemadmodum sepe, ut erat, sicut erat. Inde illa illuvies, inde detritæ vestes, quod diu in obsidione Trojæ hu-serat. Vulgo legitur *Et*. Videat lector, an in hoc acquiescere malit ; equidem hoc revocavi. Nam primum *Ut* parum commodum, quocumque modo accipias ; (melius tamen positum dicas pro *quippe* qui. Ex Burm. sententia *Ut erat* plene suisset eloquendum). *erat* Graecus, h. e. Graeco habitu, *quippe* qui ante Trojam fuisset. Haec vix cohærent. Porro, detritarum vestium causas ab obsidione Trojæ repetere, jejunnum videtur.

## NOTE

et pro coelo, et aëre, et astrorum splendore sumitur.

587 *Nox intempesta*] Ad agendum inepta, atque intempestiva.

588 *Eoo*] Lucifero, Veneris stella, qui pro diluculo, sumitur : nomen ab h̄is, *Aurora*. De eo, Ecl. vi. 86. De

*Aurora*, Ge. i. 249.

594 *Consertum tegumen spinis*] Vestis e frondibus arborum, que spinis inter se assutæ et composite erant. *Cetera*] Quantum ad cetera, nempe statum, incessum, colorem, vocis sonum.

- Isque ubi Dardanios habitus et Troia vidit  
 Arma procul : paulum aspectu conterritus hæsit,  
 Continuitque gradum ; mox sese ad littora præcepis  
 Cum fletu precibusque tulit. Per sidera testor,  
 Per Superos, atque hoc coeli spirabile lumen : 600  
 Tollite me, Teucri ; quascumque abducite terras ;  
 Hoc sat erit. Scio me Danaïs e classibus unum,  
 Et bello Iliacos fateor petiisse Penates :  
 Pro quo, si sceleris tanta est injuria nostri,  
 Spargite me in fluctus, vastoque immergite ponto. 605  
 Si pereo ; hominum manibus periisse juvabit.  
 Dixerat ; et genua amplexus, genibusque volutans

*exercitu. Atque ille quando vidit eminus vestes Trojanas et Trojana arma ; paulum substitit territus risu, et pedem cohibuit : deinde currens contulit se ad littora cum precibus et fletu : aitque : Obscurò per astrā, per Deos, et per hanc lucem quæ qua respilo : auferite me, o Trojani, asportate in quaslibet terras. Hoc satis erit. Scio me unum esse e classe Græca, et fateor me invasisse armis Iliacas domos. Pro qua re, si tanta est iniurias mei criminis, projicite me in undas et demergite vasto mari. Si pereo manibus hominum, dulce erit perire. Dixerat : et amplectens genua nostra, et aliectus in genua, hærebat. Incitamus eum, ut dicat*

\*\*\*\*\*

Sufficit aliquem per tres menses vitam in sylvarum latebris exegisse. Itaque sequi malim Servium : v. Not. Nisi forte, quod arbitror, totus versus alienus et ex lib. II, 87 *Pauper in arma pater primis huc misit ab annis confictus.* Certe eum, si absit, nemo facile desideret. Lenior medicina foret hæc, ut versu seq. pro *Isque legas Namque* ; ut sic oratio procedat : *at cetera Graui, Et quandam patria ad Trojam missus in armis. Namque ubi Dardanios habitus et Troia vidit Arma procul, p. a. c. hæsit.* Ita omnia inter se nexa ; etsi Serviana ratio sic satis rem expedit.—607. *aspectu paulum* Witt. *punctu aspectu* Goth. sec. *paulum a conspectu* Goth. tert.—600. Rufinian. de fogg. p. 26 (209 R.) citat : *per Superos atque hoc cælum* ; lapsu, hand dubie, memoriae, *perque hoc cæli* Wall., non male. v. Burm. *nomen Leid. spirabile numen* a m. pr. Medic. —601. *quescunque aliquot, antique*, v. Pierium. *in quascumque aliquot aliis Pier.* adducite terris Medic. a m. pr. *adducite aliis multi Heins.* et Burm., solenni lapsu : *adverte etiam alter Hamb. pro var. lect.* —602. *de classibus* Montalb. et sec. Moret.—603. *Argolicos* Rufinian. de Schem. Dianaear. p. 269.—604. *acceri* Medic., sed a m. pr.—605. *in abest a binis Burni.* *in fluctu Venetus.* —606. Praclare hanc lectionem reduxit Heins. codicum fere omnium, etiam Pierianorum, auctoritate ; in edd. vulgg. erat : *Si pereo, manibus hominum,* p. j. *Fuere quoque qui distingueunt :* *Si pereo manibus hominum p. j. multo tenuius.* Porro *Si peream* aliquot Pier. Male. Quod pereo : *hominum* cuni nullo hiatus metu ponitur : græco more fit, quo & ante vocalēm sequentem hand facit hiatem ; imprimis in versus articulo.—607. *amplectens* duo Moret. Leid. um. Goth. pr. *volatus* iidem et alter Leid., sed hoc vulgarius. Vul-

## NOTÆ

600 *Cæli spirabile lumen]* Vel aërem, tratur ; vel lucem ipsam Solis vitalem, quem rēspiramus, et qui luce pene-qua cuncta fruuntur ac veluti sp̄irant.  
*Delph. et Var. Clas.* Virg. 2 R

Hærebatur. Qui sit, fari, quo sanguine cretus,  
Hortamur; quæ deinde agitat Fortuna, fateri.

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,  
Dat juveni; atque animum præsenti pignore firmat.  
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:

Sum patria ex Ithaca, comes infelcis Ulixi,  
Nomen Achemenides, Trojam, genitore Adamasto  
Paupere, (mansissetque utinam Fortuna!) profectus.  
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,  
Immemores socii vasto Cyclopis in antro

610

615

*qui sit, quo ortus sanguine; utque postea fateatur, quæ sors cum vexet. Ipse pater Anchises, non expectans diutius, porrigit dexteram juveni, et confirmat ejus animum hoc prospero testimonio fidei. Ille excuso metu hac demum loquitur: Sum ex patria Ithaca, comes miseri Ulyssis, nomen mihi est Achemenides, qui iveram Trojam, patre Adamasto paupere existente, et utinam illa sors mihi mansisset! Hic socii, dum fugiunt festini crudelem domum, oblitus mei me reliquerunt*

gatum defendit etiam Carisius.—608. *Qui sit* Heins. cum melioribus, ut jam ante Pierium lectum; alii *Quis sit* vulgari ratione. *quo fari sanguine* Sprot. *fari a quo* Menag. alter.—609. *agitat* Hamb. alter.—610. *haud plura Parbas.*, ex communi formula. v. Burm. *loquatus* Wall. a m. pr.—612. Idem versus sup. II, 76 in controversiam vocatus. *Ipse* Dorvill.—613. *Ulrix* et hic ab Heins. cf. Pier.—614. *Nomen*, post Ge. Fabric. Pieriumque, revocavit Heins. e codd. cf. Toll. ad Auson. p. 297. Vulgo *Nomine*, quod vulgare. Porro *Achemenides* scriptum, cum Medic. aliisque præstantioribus, etiam ap. Ovidium, ut sit δῶ τὰ ἄχν μέρει. Vulgo *Achemenides*, quod nomen aliquide notius esse poterat. *Achemenides* alii, ut omnes Gothani. *Agamenides* Franc. et sic Nannius. v. Burm. at græcum est Ἀχημενίδης. Tandem *Adamasto*, ex Ἀδάμαστος, varie corruptum: *Adamasco* ap. Pier. et al., *Damasco*, *Damasto*, *Adamastro*.—616. *trepidum* Sprot. *tepidi* Ven. *lumina* alter Hamb. et Goth.—

## NOTÆ

611 *Præsenti pignore*] Tradita manus: quod fidei signum fuit. Sic Curtius I. v. Darium morientem ita inducit cum Polystrato loquentem: ‘Alexandro hoc fidei regis unicum dextræ pignus pro me dabis. Hæc dicentem accepta Polystrati manu vita destituit.’

613 *Ex Ithaca, &c.*] Insula est ad sinum Corinthiacum, pars regni Ulyssis: supra, v. 270. 272. *Ulixi* pro *Ulixis*. Æn. I. 224.

614 *Achemenides*] Fictum nomen ab ἄχος μέρος, et μέρει μανεο: quia de relictus a sociis in moerore diu fuerat:

unde miror Nannium hujus nominis nullum etymon reperisse; ideoque rescribendum duxisse *Agamenides*, quasi ab ἄχαρ ταλδε, et μέρω μανεο: eoque miror magis, quod Ovidius, qui Metam. libro XIV. totum hoc iter ex Virgilio quasi exscripsit, hunc ipsum saepius *Achemenides* vocat.

615 *Paupere*] Ut se ad Trojam non voluntate profectum ostendat; habeatque necessitatis excusationem. Sic Sinon ad Priamum Æn. II. 87. ‘*Pauper in arma pater primis* hoc misit ab annis.’

617 *Cyclopis in antro*] Polypheui. Is

Deseruere. Domus sanie dapibusque cruentis,  
Intus opaca, ingens. Ipse arduus, altaque pulsat  
Sidera, (Di, talem terris avertite pestem !)

620

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Visceribus miserorum et sanguine vescitur atro.  
Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro  
Prensa manu magna medio resupinus in antro  
Frangeret ad saxum, sanieque exspersa natarent

625

*in vasta caverna Cyclopis. Domus est interius tenebrosa, magna, tubo et sanguinolentis cibis plena : ipse Cyclops altissimus, et tangit alta astra : (Dii serrate terras a tali pernicie !) nec facilis videri, nec sermone affabilis cuiquam : pascitur visceribus miserorum et nigro sanguine." Vidi ego ipse, cum supinus media in caverna allideret ad rupem duo corpora de numero nostro comprehensa magnis manibus,*

618. *Domos Medic.* (a m. pr.) tert. Rottend. Sane *Domus sanie dapibusque cruentia* durissima juncta dictum, pro saniosa. Burmannus videtur probasse H. Stephani interpretationem : *opaca sanie et dapibus*; quod et durum et jejunum est. Obvia est emendatio : *Domus sanie dapibusque cruenta*; sicne Wittianum habere video ; modo distinguas : *domus sanie dapibusque cruenta Intus, opaca, ingens*. Sæpe epitheta librariorum accommodant proximo vocabulo. *Dapes autem ipsæ erant cruenta*, hinc sine dubio cruentatum antrum. Exemplis res non indiget. Inf. VIII, 297 *janitor Orci Ossa super recubans antro semesa cruento*.—619. *ingens ipse* jungit Waddelius ap. Burm., qui recte rejicit. —621. *affibilis* retinuit Heins. codd. Grammaticorumque auctoritate ; et Macrobi. vi, 1 ab Accio in Philoctete sumtum testatur : *Quem neque tueri contra negre affari queas*. Statim etiam imitatione afferit Burm. III Sylv. 3, 72 *Terribilem affatu passus visuque tyrrannum*. Servius tamen nec dictu *affabilis*, sermone non explicabilis ; et inf. v. 644 *infandi Cyclopes*, ineffabiles, ubi ad h. l. provocat. Easset itaque πλευρά θύμητος, vel Hesiodeo voc. οὐρα φατεῖν, quod Ruhkenius ingeniose restituit Orpheo v. 926, et videri potest exquisitus. Sunt etiam codices, qui ita legunt, apud Pierium, plerique Heins. et Burm. possuntque similia memorari, v. c. Silius I, 175 *serum visu dictuque*. Et affine huic alterum : *visu auditive*, quod sepe occurrit, jam inde ab Orpheo Argon. 901. cf. ad Pindar. P. 1, 50. Recte tamen alterum præfertur, quandoquidem junctum cum *nec visu facilius*.—622. *pascitur* Gud. tert. Rottend. et alt. Voss. cum pr. Goth.—624. *Pressa* etiam hic duo Burm. cum tert. Goth.—625. *exspersa* Servius : “ *Hæc fuit vera lectio, id est, mafacta : nam si aspersa dixeris, tapis nos et hyperbole junguntur, scilicet adspersa et natarent.* ” Fatoe me non satis assequi discrimen hoc inter *exspersa* et *aspersa* : sed præferendum video alterum tanquam rarius et doctius : non quod major vis insit. Erat tamen Serviana lectio in nullo Pieriano, sed in optimo Menag. et quatuor aliis Heinsii, qui egregie astruxit, et in tribus Burm. et tert. Goth. Add. Bened. Reliqui

## NOTÆ

Ulyssem, appulsum in Siciliam, et plicuit, et cum grege ex antro emergum sociis duodecim ad se venientem, antro inclusum tenuit : devoratisque sex ex illis, ab Ulysse vini potu sopitus, impacta in oculum clava excæcatus est. Ulysses deinde sub arietum villis socios seque ipsum impulerat,

**Limina ; vidi atro cum membra fluentia tabo  
Manderet, et tepidi tremerent sub dentibus artus.  
Haud impune quidem. Nec talia passus Ulixes,  
Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.**

**Nam simul, expletus dapibus, vinoque sepultus,  
Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum  
Immensus, saniem eructans ac frusta cruento  
Per somnum commixta mero : nos, magna precati  
Numina, sortitique vices, una undique circum  
Fundimur, et telo lumen terebramus acuto  
Ingens, quod torva solum sub fronte latebat,**

630

635

*et porta redundaret sanguine infecta; vidi, cum dévoraret membra stillantia tabo,  
et membra calentia tremerent sub ejus dentibus. Non tamen aboque ultione: nec  
Ulysses toleravit talia, aut Ithacensis oblitus est sui in tanto periculo. Nam statim  
atque Cyclops satiatus cibis et sepultus rino, demisit collum incurvatum, et  
jacuit per cavernam vastus, inter dormendum ejectans tabam et frusta mixta cum  
vino sanguineo: nos postquam invocassemus magnos Deos, et duxissemus sorte  
officia, simul undique circumstisimus: et perfodimus telo acuto oculum magnum, qui*

-----  
*aspera vel adspersa (quod interpretamentum est alterius); resparsa Sprot.  
et pr. Moret. exparsa Witt. in margine. cf. sup. ad v. 634. Est autem  
expurgere proprie foras spargere et hinc dispergere, dissipare; et tandem  
limina exparsa, resparsa sanie ac cruento ex illis humi corporibus.—627.  
trepidus artus Medicis aliquorumque vetustiorum auctoritate receperat Heinsius,  
non offensus eadem rei natura bis expressa: trepidi h. e. tremuli, tremerent.  
Tacite eum deseruit Burm. antiquo revocato tepidi, scilicet vitali calore.  
Paulo melius Ovidius XIV Met. 196 elisi trepident sub dentibus artus.—629. est  
deest binis ap. Burm.—630. meroque Wall., perperam.—631. per antrum Im-  
mensum; sic Servius, Gud. a m. pr. alter Mentel. a m. pr. Voss. pr. duo  
Hamburg. totidem Moret. et Ven. ap. Heinsium, qui preferebat; additio duo  
Goth. jacuitque per a. Immensus Medic. cum ceteris etiam Pierianis; idque  
Burmannus potius duxit; recte quidem meo qualicumque judicio; nam et  
poetica oratione dignius et ἀριστείαν majorem habet, quam alterum. Nam,  
quod Servius ait: Immensus ad Polypheimi magnitudinem pertinet, quasi  
in toto antro jacuerit; id potius ad rd per antrum valet, quod majus rei  
phantasma offert, quam in antro. Jam etsi adjicias: jacut per antrum Im-  
mensum, hoc non æque rem in majus effert; potius enim immensi antri quale-  
cumque spatium occupare; quam jacut immensus; et nunc deus est illud  
alterum per antrum, ut implete suo corpore totum antrum. cf. similem  
varietatem Ovid. III Met. 37, et ad lectionem dijudicandam Quintil. VIII,  
4, 83, idem interpretationem nostram firmat. Porro Immensem saniem aliquot Pieriani, et Zulich. a m. pr., Prave. et fr. scripti Heins. Burm. cum  
Goth. tert. cruento Witt.—633. summa p. Nannia Dorvill.—634. Nomina  
Medic. una ordine Wall. a m. pr.—635. tenebramus h. e. obscuramus, exre-  
camus, le. ebat Donatus, cum aliis apud Servium, adversus Homeri et Enri-  
pidis fidem et exemplum, ut jam Pier. et alii monuerunt: est enim τένειν,  
θεύειν, τοπεύειν.—636. jacebat Ven., male. v. Notam.—637. Phœbei Wall.—*

## NOTÆ

636 *Latebat*] Clausus erat tunc oculus, nempe somno.

Argolici clypei aut Phœbæ lampadis instar :  
Et tandem læti sociorum ulciscimur umbras.  
Sed fugite, o miseri, fugite, atque ab littore funem  
Rumpite.

640

Nam, qualis quantusque cavo Polyphemus in antro  
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat,  
Centum alii curva hæc habitant ad littora vulgo  
Infandi Cyclopes, et altis montibus errant.

645

Tertia jam Lunæ se cornua lumine compleunt,  
Cum vitam in sylvis, inter deserta ferarum  
Lustra domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas  
Prospicio, sonitumque pedum vocemque tremisco.  
Victum infelicem, baccas lapidosaque corna,

*unicus occultabatur sub feroci fronte, in modum scuti Argolici et solaris lampadis : et leti vindicamus denique animas sociorum. Sed fugite, o infortunati ! fugite, et abscindite funem a littore. Nam qualis et quantus Polyphemus includit cavo in specu greges ovinos, et premit ubera ; tales ac tanti centum alii horrendi Cyclopes manent circa hæc sinuosa littora, et vagantur per altos montes. Jam tertia Luna cornua implent se luce : ex quo duco vitam in sylvis, inter cubilia vacua et sedes ferarum ; et e rupe specto Cyclopas immanes, et trepido ad sonum pedum et vocem. Rami præbent mihi misera alimenta, baccas, et lapidosa corna, et herbae nutriti*

\*\*\*\*\*

638. *umbram* alter Hamb.—639. *a littore* Witt. Edd. Ald. et Junt. P. Dan. cum tribus Goth. *atque hoc ab littore* sec. Moret. *funes* Franc.—641. *Jam* pr. Moret., eleganter, inquit Heins.; quod vix verum h. l. Versus 641 ad 644 ab aliena manu interpositos acute suspicabatur Jac. Bryant, offensus in primis τῷ : *qualis quantusque claudit*: de quo v. Not. Omnino loco huic ultima poëte manus defuit.—642. *presat* alter Hamb. v. ad Ecl. III. 99. *pressat* Montalb. *presat* Franc.—643. *hæc abest* ab Ven. *hic Vrat.* *habitant curva hæc* ad pr. Hamb. *volgo* Gud. *passim* pr. Hamburg.—644. *et in a.* duo Burm. *atque altis manibus* Parrhas. et tres alii.—645. *lumina tres,* vitiōse. *se oormi lumina compleunt* Sprot. Satis bene.—647. *domusque* Menag. alt. Goth. alt. *vastaque ab rupe* Oudart. *vastoque* Franc. *a rupe* tres Burm., quem v.—648. *tremesco* scribunt fere codices, testibus Pierio et Burm.—

## NOTÆ

637 *Argolici clypei aut Phœbæ lampadis]* Tria notat, figuram, magnitudinem, et splendorem oculi. Notat *figuram* quidem rotundam; *qua figura* erat *clypei*, et Cyclopes vocabantur a rotundo oculo, 569. Notat *magnitudinem* ingentem; *qualis* erat *clypei* *Argolici*, qui totum tegebat militem, ita ut cæsorum corpora in cly-

peis exportarentur. Notat denique *splendoris* vim acerrimam, qualis est *Phœbæ lampadis*, id est, Solis.

649 *Lapidosa corna]* Fructus cori arboris, cornuiller: qui rubicundi sunt, intus ossiculo muniti durissimo. *Baccae*, sunt exigui quilibet arborum fructus.

- Dant rami, et vulsis pascunt radicibus herbæ. 650  
 Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem  
 Conspexi venientem. Huic me, quæcumque fuisset,  
 Addixi: satis est gentem effugisse nefandam.  
 Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.  
 Vix ea fatus erat: summo cum monte videmus 655  
 Ipsum inter pecudes vasta se mole moventem  
 Pastorem Polyphemum, et littora nota petentem:  
 Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen adomtum.  
 Trunca manu pinus regit, et vestigia firmat.  
 Lanigeræ comitantur oves: ea sola voluptas, 660  
 Solamenque mali.

me vulsis radicibus. Circumspiciens omnia, tidi hanc primo classem tendentem ad littora: destinavi me illi, quæcumque esset: sufficit evitasse nationem immam. Vos potius quam illa, extinguite hanc meam vitam morte. Vix ista locutus erat, cum cernimus in summo monte ipsum pastorem Polyphemum moventem se vasta mole inter greges, et tendentem ad littora sibi cognita: monstrum horribile, deformis, immame, cui lux ablata est. Pinus truncata sustinet manum, et firmat incessum. Oves lanigeræ sequuntur eum, hac unica oblectatio est ipsi, et solarium

\*\*\*\*\*

650. *arulsi* Wall. pro et v.—651. *hanc partem ad littora* Donatus legit, quod Ge. Fabricio videbatur habere aliquid antiquitatis. *hanc primo a littore* Nonnius in *lustrare*: quod placuisse Heinsio mireris, cum primæ littoris parti vix credere se potuerit, qui latebras quærebatur; ut recte jam Burm. monuit. Et cf. Ovid. xiv Met. 218 sq. loco e Virgilio expresso: *Hanc procul asperxi longo post tempore natim ad littusque cucurri. primum in littore Ven.* Burmann. malit: *hanc primam ad l. classim.*—652. *Prospcri Medic. Gud. pro div. lect. Colot. Parrhas.*, sed jam *Prospicio* v. 618. *Conspicio Ven.*, idem *Hinc me.* alter Hamb. *Huc me.*—654. *assumite tres ap. Burn.*—655. *in monte* aliquot Burm. et Goth. pr.—656. *gerentem pr. Hamb.* Unde Burm. *conj. ferentem.* Sed vulgatum se morentem multo præclarius esse cum *casta mole* junctum, quis non videat?—659. *manu Medic.* (etsi interpolatus, et a recent. manu) cum præstantioribus omnibus Heins. et Pier. et utrique id probatum. At Burm. veterem lectionem *manum* revocaverat, recentibus tantum codd. et auctoritatibus firmatam, attamen in Quintil. Inst. viii, 4, 24 lectam, et a qua lapsus difficultior fuisset ad alteram. Oritur ergo disceptatio inter auctoritatem et rationem. Sed nec *manum* bene dictum esset; quorsum enim *manus* a baculo regenda fuisset sed *pinus* h. e. *truncus pinus*, *manu*, h. e. quam manu tenebat, *regit et firmat vestigia* h. e. gressus. Etiam Servius *manu* explicat, sed fere ut Pierius, qui *Monstrum pinus regit* jungere videtur. Lapsus in primis statim exemplaribus obrepere potuit: quod factum esse in multis veterum locis animadvertere licet. *Trunca manus pinum* Goth. pr. et tert. *gerit. format* Leid.—660. *hac s. r. Goth. tert.*—661. *malis tert. Rot-* tend. Versus inexplicatus in Ge. Fabricii libris, in Medic. duobus Meutel. uno Pier., quibus additæ Fragm. Vatic., etsi et ibi recenti manu ascriptum supplementum: *de collo fistula pendet*, quod ceteri fere codd. etiam editi habent, nisi quod duo tresve *pendebat fistula collo*, ut et Goth. tert. a m. sec., Montalb. *dependit f. c.* Rejecta haec ab Heins. post multas virorum doc- torum disputationes. v. Bened. Pier. Cerdà et quos Burm. laudat. Neque,

- Postquam altos tetigit fluctus, et ad æquora venit,  
 Luminis effossi fluidum lavit inde cruem,  
 Dentibus infrendens gemitu; graditurque per æquor  
 Jam medium; neandum fluctus latera ardua tinxit. 665
- Nos procul inde fugam trepidi celerare; recepto  
 Supplice, sic merito; tacitique incidere funem;  
 Verrimus et proni certantibus æquora remis.  
 Sensit, et ad sonitum vocis vestigia torsit.
- Verum ubi nulla datur dextra affectare potestas, 670

*miserice: tibia pendet e collo. Postquam attigit summos fluctus, et percenit ad mare; inde abstergit sanguinem fluentem ex oculo excacato, stridens dentibus inter gemendum: et jam incedit per medium mare, nondum tamen aqua madefecit alta ejus latera. Nos timentes cœpimus properare fugam procul inde, admiso supplice, qui sic increbatur; et silentes secamus funem, et incurvi percurrimus mare remis inter se contendentibus. Agnovit hoc Polyphemus, et retulit pedem ad murmura vocum. Sed quoniam nulla datur ipsi facultas jungendi manum, nec*

si ex codicu[m] auctoritate rem æstimes, versus facile retineri potest. Nam aliis reprehensionibus interpunctione occursas: ea sola voluptas; Solamenque mali de collo fistula pendet. Si tamen ad sensum meum judico, etiam illa tollenda sunt: ea sola voluptas Solamenque mali: manifestum enim fit, esse eos conatus explendi versus, a diversa auctoribus profectos. Nec bene cohærent: ea sola v. cum: *Lanigere comitantur ores.*—663. *effusi* alter Menag. et nonnulli alii, uti suspicari licet; item Medic., sed a m. pr. *effuso*, *fluidum* multi ap. Pier. et Burm., ut et aliis scribitur. *ille* Menag. sec. *latal* Goth. sec.—664. *infrendis* Gud. a m. pr. *infrens* fragm. Vatic. a m. pr., suppletum *infremens*.—665. *fluctu*, quod et ipsum bonum esset, et *fluctus* legi Servius testatur et ex eo Pompon. Sab., sed hoc alterum omnes habent Pieriani, excepto Porcio, in quo *s* abrasa, et Heinsiani, prater unum Rottend. *strinxit* aliquot Pier. Leid. *tingit*. Medic. et Sprot. *texit*, sed ille a m. pr., Fragm. Vatic. nil mutat.—666. *celare* duo Burm. Goth. tert. a m. pr. *Nos* *trepidi procul inde f. c.* hic ordo verbor. ex Argent. Boecleri ap. Cuning.—668. *Verrimus* edd. etiam antiquiores quas Pierius respicere videtur, et inter Heinsianos pr. Moret. et Ven. a m. sec. Prætulit hoc Heins. et Burm., ille, puto, tanquam exquisite poëticum, hic, quoniam *taciti* volebant discedere. At *terrere* de remis vim illam motus taciti non habet; nisi argutias ex etymologia capias; et *territus* ceteri omnes, etiam Medic. fragm. Vatic. et Donat, quod sane et ipsum esse poëticum quis neget, quodque et alibi apud poëtas occurrit, et inf. v. 141 *ficta versa*; quare codicum auctoratem quid infringat, non video. Neque mihi videtur gravior strepitus exire, si mare *certant* remi, quam si *terrant*.—670. *Diu hæsi, an,* *dextra* affectare, recipere: potest hoc ratio ac sententia suadere; alterum critica auctoritas; etsi, ut infinitis in locis, in tanta varia lectionis sylva, difficile dictu est, in utram lectionem major librorum pars consentiat. *dextram affectare* multos codd. habere Pierius affirmat; Heins. et Medic. a m. pr. laudat, sed vitio forte scriptum, pro *dextrum*, nam sic a m. pr. præfert Fogginius. Etiam Burm. e solo Menag. laudat, *dextram affectare*, non tamen ascriptum, quid in

## NOTÆ

670 *Dextra affectare]* Cum affectu et aviditate apprehendere.

Nec potis Ioniōs fluctus æquare sequendo,  
Clamorem immensum tollit: quo pontus, et omnes  
Intremuere undæ, penitusque exterrita tellus  
Italiæ, curvisque immugit Ætna cavernis.

At genus e sylvis Cyclopum et montibus altis  
Excitum ruit ad portus, et littora complevit.  
Cernimus astantes nequicquam lumine torvo  
Ætnæos fratres, cœlo capita alta ferentes,

675

*potest procedendo æqualis esse fluctibus Ioniis; emittit clamorem, quo mare et omnes fluctus tremuerunt; et terra Italiae intime tremefacta, atque Ætna sinusis cavernis remugit. At gens Cyclopum evocata e sylvis et altis montibus currit ad portum, et legit litus. Videmus fratres Ætnæos frustra stantes oculo fero, attol-*

.....  
ceteris ejus libris legatur. At habet illum fragm. Vatic., cuius est antiquissima auctoritas. Quid sit dextram affectare, Servius explicat, esse: dextram intendere et injicere, scilicet ut possit navem tenere: Terent. Heaut. III, 3, 60. Ad dominam qui affectant riam, id est intendunt, faciunt. Subjicit Servius: "Nam, si dextra legeris, sit, ut sit, dextra affectare, id est contingere, caret exemplo." At multo magis caret exemplo non modo, sed et analogia, affectare dextram, nam quanto casu effertur id, quod appetitur, cui manus injicitur. Sic Ge. IV, 562 riāmque affectat Olympo. Sic regnum, famam, plausum affectare. Itaque e communi usu affectare dextram esset appetere manum alterius, h. l. Trojanorum; quod hic sensum non habet. Proorsus novo itaque more poëta dixisse dicendum: affectare dextram, pro admovere. Contra dextram affectare sc. nos, navem; analogiæ consentaneum esset, hoc sensu: τὴν δεξιὰν ὅρκασθαι τὴν νῆσον. E codd. tamen istam lectionem enotatam non video, nisi quod a Pierio et nonnullis antiquioribus dextra attractare, quod et pr. Rottend. habebat, vulgatae sc. interpretationem, a Catrœo tamen receptum. assertare Wall. in marg. *dextra affectare tert.* Moret. a m. sec. non male, inquit Heins. Nam affectare vel injectare dextram, quæ facile cuivis in mente veniant, acutioribus non facile se probent. Prins illud, dum Marklandi locum in Epist. Crit. ad Fr. Hare p. 17 a Saxio indicatum evolvo, video a Valesio jam olim propositum, et ab Editore Cantabrig. probatum, a Marklando refelli et *dextra affectare* præferri et illustrari. Hoc tandem et ipse cum Brunck. prætuli.—672. *Clamorem horrendum* pr. Hamb. *ingentem* alter. ponit aliquot Pier. cum fragm. Vatic. a m. pr.—673. *Contremuere* Medic. cum Colot. *infremuere*, quod sane et ipsum frequens de mari et fluctibus. Sed hic jongitur: *exterrita tellus*.—674. *tellus Trinacria* Parrhas. et aliquot Pier. cum Goth. pr. ex interpolatione, quoniam Ætna sequitur, immugit scribitur in multis codd., sed v. Heins. *caminis Vratisl.*, hand dubie ex 580.—675. Et g. Ven. *Et gens Voss.* pr. et Hugen. *e montibus* Medic. Gud. cum aliis Heins. *et sylvis Cyclopum et montibus Ven.* Goth. pr.—676. *ad portas* duo Burm. *complet* plures alii.—679. *consilium*

## NOTE

671 *Nec potis Ioniōs, &c.]* Nec potis est, nec potest: antique voces, *pos* et *potis*: unde *compos*, *impos*: et *verbum possum*, quasi *pos sum*: et *potire* a *potis* apud Plautum. *Ioniōs fluctus* Quia mare *Ioniūm* a Sicilia ad usque Græciam appellatur, supra 210. De Ætna, 571. De *Cyclopibis*, 569.

- Concilium horrendum : quales cum vertice celso  
 Aëriæ quercus, aut conifera cyparissi 680  
 Constiterunt, sylva alta Jovis, lucusve Dianæ.  
 Præcipites metus acer agit quocumque rudentes  
 Excutere, et ventis intendere vela secundis.  
 \* Contra iussa monent Heli, Scyllam atque Charybdim  
 \* Inter utramque viam, leti discriminæ parvo, 685

*lentes ad celum alta capita, turbam horrendam : quales cum aëriæ quercus, vel cyparissi conifera alto cacumine eriguntur, altum nemus Jovis, aut sylva Diana. Timor gravis compellit socios festinos tollere funes quacumque in partem, et immittere vela propitiis ventis. Contra autem, præcepta Heli monent, ne iter habeant inter utramque viam, nempe Scyllam et Charybdim, quæ parum distat a*

-----  
 alter Menag. cum Goth. tert. *vertice summo* Hugen.—680. *corniferae* tert. Goth.—681. *Constiterunt* Heins. cum melioribus suis et Pier. Vulgo *Constiterant*. aliquot Burm. et Goth. sec. *Constiterint*. Venetus *astiterant*. luceo duo Burm. *lucire unus*, que Goth. tert.—682. *raentia* fragm. Vatic.—684. *monent* aliquot Pier. duo Heins. fragm. Vatic. duo Goth. ut fere alias variatur. *Scyllamque Charybdis* quidam scripti et editi, *Scyllaque Charybdis* alii ap. Pier. cum Rottend. sec. ; at pr. et dno alii Heins. *Scyllæ atque Charybdis* ; unde suspicari possit *Scyllæ atque Charybdis* *Inter utramque viam* ab aliis lectum fuisse. Heins. conjiciebat *Scyllamque Charybdisque Inter*, non male. *Scillam Charibdim* ed. Ven. *Charybdis Gud.* cum aliis. *Scylla atque Charybdis* fragm. Vatic., unde suspicatur aliquis fuisse : *Contra iussa monent Heli, Scylla atque Charybdis. Inter utramque viam*—*Ni teneant cursus, certum est dare linea retro. aut : Contra iussa monent Heli, Scyllam atque Charybdis. Inter et reliqua eodem modo.* Sed et hoc parum expeditum foret, et facile præferas vulgatum, quod et Servius et Donatus habent. Enimvero et melior sensus, et rei criticæ usus, mosque versificatorum, antiquorum in primis etatuum, facile eo adducit, ut tibi persuadeas, tres versus hos esse ab interpolatoribus, et quidem pluribus eundem lapidem moventibus, profectos, qui, varia tentando, explere volebant versus imperfectum relictum : *Contra iussa monent Heli.* Nisi forte ne hoc quidem Virgilianum erat; sed meminerat aliquis intempestivo loco discriminis a vento per fretum ferente, et præceptorum Heli sup. vss. 410 sq. Sequebatur post 683 in Virgiliano auto-

## NOTÆ

680 *Conifera cyparissi*] Fructus pini et cupressi, quia rotundi in acumen abeunt, ideo dicuntur *coni*; *conus* enim hæc ipsa figura est, 468. Querqus dicata Jovi erat : ideo, *sylvæ Jovis*. Cupressus, arbor luctuosa, Proserpine; quæ Diana eadem erat : ideo, *lucusque Diana*. *AEn. iv. 511.*

685 *Inter utramque viam*] Utraque tis hic, pro Scylla scopulo, et Charybdi voragine sumuntur; quam qui teneat, vitæ discriminæ adeat : et si,

pro se dictum esse, consentiunt omnes interpretes. Monnerat enim Helenus, supra 429. ne illac transirent, sed retro potius abirent, et, cursu ad sinistram reflexo, Siciliam circumnavigarent.

*Leti discriminæ parvo*] Non hoc dicit; utramque monstrum *Scyllam et Charybdis* parum inter se distare: sciebat enim, id quod jam scimus, distantiam ac discriminem inter utramque esse, ut minimum, dñodecies mille

\* Ni teneant cursus : certum est dare lintea retro.  
 Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori  
 Missus adest. Vivo prætervehor ostia saxo  
 Pantagiæ, Megarosque sinus, Thapsumque jacentem.

*morte : deliberatum est retro agere vela. Ecce autem Boreas oritur flana ab angusto freto Pelori: præternavigo ostia e vivo saxo Pantagie, et sinus Megaros,*

'grapho: *Ecce autem.*—686. Ne Gud. cum aliquot Pier., sed Ni antique. v. Serv. Heins. Ceterum hoc hemisticium: *certum est dare lintea retro*, tanquam a sententi alienum, a nova manu ad supplendum versum attextum esse videtur.—687. *ab s.* Heins. e libris et more poëtæ. Vulgo *a sede*.—689. *Pentagia, Pantugyæ* (hoc et Med. et Rom. cum fragm. Vatic., sed *Pantagia, δέ την οὔτων πάρα οὐδεὶς ιμπετού*), *Thapsunque, Tassunque, Taxunque, Thabunque, Capounque, librariorum lapus*: *Thartunque* Rom. Est *Θάρος*.

#### NOTÆ

passuum. Sed hoc dicit: in his freti angustiis, totaque adeo via, quicunque cursum tenent *parum a morte distare*, propter frequentes vortices, supra 555.

687 *Boreas*] Ventus septentrionalis, de quo Ecl. vii. 51. Et hic quidem proprie, quia Siculum Fretum rectis faucibus a septentrione ad meridiem patet; unde a *Peloro* promontorio ad *Pachynum* navigantibus omnino Borea opus est.

*Angusta ab sede Pelori*] Bene *angusta*, hic enim sunt maximæ Siciliæ Freti angustiæ: passum scilicet mille quingentorum, qui leucam circiter mediæ efficiunt. Atque hic opus est brevem Siciliæ descriptionem at texere.

Sicilia, omnium Mediterranei Maris insularum maxima, multis nominibus appellata fuit, multos habuit incolas. I. *Cyclopes*, ut diximus 509. II. *Sicanos*, Hispaniæ populos circa fluminum Sicanum; qui juxta alio est *Sicoris*, *Segre*; juxta alios *Cinga*, *Cinca*: ab his dicta est *Sicania*. III. *Italos*, qui Siculo duce, Sicanos in occidentalem insulæ partem ejecerunt: a quibus dicta est *Sicilia*: quanquam aliis alter placet. IV. *Græcos* complures ac barbaros, qui colonias in

eam deduxerunt. Denique Carthaginensisibus paruit, Romanis, &c.

Nomen antiquissimum est, *Trinacria* a triangulari figura, quam efficiunt triplex *tropa*, tria extrema, seu *promontoria*. Primum est *Pelorus*, *Capo di Faro*, ad septentrionem, sic dictum a Pharo, sive specula et turri, quæ illic ad dirigendas naves extracta est. Secundum est *Pachynus*, *Capo di Pasaro*, ad meridiem. Tertium *Lilybeum*, *Capo di Marsalla*, vel, *di Boeo*, ad occidentem.

In orientali latere occurrrunt, *Pantagias* fluvius, *Megareus* sinus, *Thapsus* peninsula, *Ortygia* insula, *Plemmyrium* promontorium, *Helorus* fluvius, *Pachynus* promontorium.

In meridionali latere, a *Pachyno*: sunt, *Camarina* palus, *Geloi* campi: *Gela*, *Agratas*, *Selinus*, urbes: tum *Lilybeum* promontorium. In septentrionali latere, a *Lilybæo*, *Drepanti portus*.

689 *Pantagia*] *Pantagias*, fluvius brevissimus, nunc *Porcari*: cuius ostia utrumque præempto saxo etiam nunc includuntur, viginti ferme cubitos alto: hic tamen hybernus auctus torrentibus, e Leontinis collibus magnam secum saxorum copiam devexit ingenti murmure: unde *Claudianna*

- Talia monstrabat relegens errata retrorsum                    690  
 Littora Achemenides, comes infelicis Ulixii.  
 Sicanio prætenta sinu jacet insula contra

*et Tapsum humilem. Hæc ostendebat nobis Achemenides, comes miseri Ulyssis, retro redens littora jam ante a se pererrata. Insula jacet objecta sinu Siculo, con-*

—690. *mandabat Parrhas. retrorsus apud Priscian. et in codd. Pier. et Heins. retrorsum Goth. tert.* —691. *Ulyssi* Priscian. et Probus. Vulgo *Ulysei*. Ultima, comes i. U. ex v. 609 assuta putabat Burn., offensus scilicet epitheto *infelicitus*: quod in Æneæ ore gravius aliud desiderabat. —692. *Sicanio*. Fuere qui

## NOTÆ

enum vocat l. II. De Raptu, 58. De Rotantu, Pantagiam: nomenque deducit Cluverius, a *πάτερα omnia*, et *ἄγω traho*: quamvis alii a *πάτερος fragor*.

689 *Megarosque sinus*] Apud Ovid. *Megareos*. Sinus est hic a Tauro promontorio ad Thapsum peninsula. In media sinus ora fuit urbs *Megare*, vel *Megaris*; a Megarenibus Achaiae sic appellata; prius *Hybla* dicta, ab *Hybleis* collibus vicinis, thymi et mellis feracibus: jamdiu penitus extinta.

*Thapsusunque jacentem*] Peninsula est *Thapsus*, sinus Megarensem a meridie definiens, plana, æqua fluctibus, et iis quasi sepulta: unde forte nomen habet a *θάπτω sepelio*: præcipue isthmum habet humilem et angustum; quare insula dicitur a Servio, et adhuc vocatur, *Isola dell' Manghisi*.

690 *Relegens errata retrorsum*] Nempe Virgilius corum opinionem sequitur, qui putant Ulyssem, e Lotophagorum terra, qua Meninx insula est, ad Syrtim Africæ minorem, per meridionale ac deinde orientale Sicilia latitudinem, ad montem Etnam et ad Cyclopes venisse, Odyss. l. ix. Juxta quam opinionem, Achemenides visa jam a se littora retro legit; ab orientali quippe latere, ad meridionale navigans. At Cluverius ab illa opinione abhorret:

probatque in Sicilia, l. II. 17. Ulysses a Lotophagis ad Lilybæum promontorium Drepanumque navigasse: et, cum Cyclopes totam insulam occuparent, Polypedium illic in Eryce monte, non in Ætna, latuisse.

692 *Sicanio, &c.*] De hoc Siciliæ nomine, supra 687. Syllabus habet ad arbitrium longas aut breves: legitur enim Ecl. x. 4. 'fluctus subterlabere Sicanos.' Hoc autem *Sicanio sinus* significat sinum, consequentibus post Æneam temporibus, *Syracusum* dictum: cuius fauces ad septentrionem insidebat urbs ipsa *Syracusa*; ad meridiem, *Plemmyrium* castellum in promontorio cognomine. Inter urbem et promontorium, insula erat *Ortygia*, ponte quidem urbi juncta, urbis ipsa pars; magis autem a promontorio remota, et quasi sinu prætenta, ne laxius pataret. Urbs nunc *Saragusa* dicitur: cuius Virgilius quare hic non meminerit, dicimus, 707. *Plemmyrium*, quod *radosum* significat, a *πλημμυρος maris inundatio*, nomen promontorio conveniens; nunc dicitur, *Massa d'Olivero*. Denique *Ortygia* insula, juxta Diodorum l. v. nomen inde habuit, quod sit sacra Diana, quæ, cum nata sit in *Ortygia* Delo, de qua 124. soli natalis appellationem, in illam transtulit.

Plemmyrium undosum: nomen dixerat priores  
 Ortygiam. Alpheum fama est hoc Elidis amnem  
 Occultas egisse vias subter mare: qui nunc  
 Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.  
 Jussi numina magna loci veneramur; et inde  
 Exsupero præpingue solum stagnantis Helori.

695

*tra Plemmyrium undosum: maiores dedere ipsi nomen Ortygiam. Fama narrat Alpheum, Elidis fluvium, seciae sibi secretum iter hoc usque sub mari; qui fluvius nunc exiens per os tuum, o Arethusa, miscetur aquis Siculis. Adoramus magnas Deos regionis, ut jussi eramus: et inde prætereo pingues terras Helori stagnantis.*

Sicano emendarent: quia media alibi producitur; sed v. ad i. 557.—693. *Plemmyrium* Rom. Medic. et aliis duo; ut et græce scriptum ap. Steph. Byz. Sed plerique Πλεμμύριον. At *Plemirium*, *Plemurium*, *Pleuron* librariis debentur. unde dixerat Parthas.—694. hic ed. Ven.—695. habuisse rias unus Pier., sed v. Burm. que nunc duo Burm.—696. confunditur Menag. pr. perfunditur aliquot Pier.—697. Ordinem verborum ex optimis libris reduxit Heins. Vulgo: *Numina m. l. jussi* v. Sed alter ordo gravitatis plus habet. *venerantur* Sprot.—698. *Helori* inde a Pier. et Heins. *Etoros*. Vulgo *Etori*.—699. *Hic Menag.*

## NOTÆ

694 *Alpheum fama est]* *Alpheus*, fluvius est Elidis, regionis in Peloponneso. *Arethusa*, fons in occidentali Ortygiæ insulae latere, in sinum Syracusanum erumpens; munitione et mole lapidum a mari disjunctus, ne fluctus operiatur; tanta dulcissimarum aquarum copia, ut fluvium emittere statim in ortu dicatur. Hunc porro fluvium arbitrabantur veteres ipsum esse Elidis Alpheum: qui, vel per subterraneos meatus, vel inter maris fluctus incorruptus, eo penetraret: idque vel inde certum volebant, quod ludia Olympicis, qui in Elide quinta quoque estate celebrabantur; victimarum sorores in Alpheum projectæ, per os Arethusa Siculae emergent. Hoc figmentum expludit Strabo l. vi. Hinc fabulosos Alphi et Arethusæ Nymphae amores, vide Ecl. x. 1. Nunc fons Arethusa in ea insula, fere ignoratur: nempe multos in alveos ad usus opificum divisus fuit; aut fluctibus ea littora, unde erumperat, exe-

dentibus, ex ipso mari nunc erumpit; ubi nunc multæ sunt ejusmodi dulcis aquæ non longe a littore scaturientes. Ita Fazellus Decad. i. lib. iv. 1. quocum recentiores consentiunt.

697 *Jussi numina magna, &c.]* Admoniti, vel tum ab Achemenide, vel prius ab Heleno. *Numina*, fortasse Diana, cui dicatam hanc insulam fuisse ex Diodoro retulimus, 692.

698 *Stagnantis Helori]* *Helorus*, panlo supra Pachynum promontorium, ad septentrionem: fluvius amoenissimus: in decursu nunc dictus *Atelleri*, circa ostium, *Abyso*; qua parte stagni instar leniter fluens, hybernis praeterea auctus imbris, more Nilii vicinos in agros æpè restagnat: unde *stagnans* hic dicitur: tanta porro amoenitate atque ubertate, ut Ovidius Fast. iv. 476. locum illum ‘*Heloria Tempe*’ vocaverit. Fuit non procul urbs *Helorum*, et arx *Helorus*: utraque diruta.

- Hinc altas cautes projectaque saxa Pachyni  
Radimus; et fatis nunquam concessa moveri 700  
Apparet Camarina procul, campique Geloi,  
Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.  
Arduus inde Acragas ostentat maxima longe  
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum.

*Inde radimus altas rupes et saxa procurrentia Pachyni: et procul videtur Camarina, quam sata nunquam permisérunt moveri, et campi Geloi, et ingens Gela, appellata de nomine fluvii. Inde altissimus Agragas, olim ferax generosorum equorum, ostendit*

alter.—700. *Redimus* Goth. sec. a m. sec.—701. *Camarina* sane maxima scriptorum pars. Sed in talibus scripti non sunt audiendi, sed Græci; quibus *Kapapivs*: et si Salmasio ad Chronic. Euseb. p. 250 hoc dandum, vulgari usq; tandem literam inflexam fuisse. *monterque* G. Parrhas. *Geloni Ven. Vratisl. Geloti Wall.*—702. *Immanisque Gela fluvii cognomine dicta*. Hæremus in voc. *immanis*, quo modo urbe Gela ita appellari possit: v. Notam. Forte fuit *In-* *nautis* sc. campis fl. ut Horat. III, 17, 7. *innantem Marica Litoribus tenisse Lirin.* Gela noli mutare; urbe proprie δέ Γέλα, et fluv. δέ Ηλας. *de nomine* Parrhas. et Hamb. pr.—703. *A. atque A.* Puget. Fluctuant et hic libri inter *Aragas* et *Acragas*. *ostendit* alter Menag.—704. quondam vatem decebat, non

## NOTÆ

699 *Saxa Pachyni*] *Pachynus*, vel *Pachynum*; prima syllaba vulgo brevi, longa tamen apud Ovid. Metam. XIII. 726. promontorium est meridionale Sicilie, duorum fere milliarium spatio in mare projectatum, in peninsulae modum: que altis cautibus prærupta, sexcentorum est passum ambitu; cunus isthmus, passum admodum viginti, tumescente mari insula speiem præbet.

701 *Camarina*] *Petus*, verius *lacus*, cum e viginti fontibus erumpat: prope urbem cognominem, extractum a Syracusanis, nunc omnino dirutam. Lacum medium, nunc *Lago di Camarana*, fluvius *Hipparis* præterfluit, nunc *Fiume di Canarana*. Dicitur 'fatis nunquam concessa moveri:' quia ex Suida, et veteribus grammaticis, cum aliquando deficiente aqua pestilentiam ex ponte creasset; petiassent que Camarinenses ab Apolline, num eam penitus exsiccarent: prohibuit Deus: quod tamen præter Dei iussum cum fecissent; morbus quidem

extinctus est, at hostes per spatium palidis ingressi Camarinam urbem expugnarunt. Qna de re extat oraculum Apollinis hoc carmine conceputum in Anthol. I. IV. Μή κίνει Καπαπίνα, ἀλλ' εργός γάρ ἀκείνων: 'Ne moveas Camarinam; immota enim melior.'

*Gelo, Immanisque Gela*] *Gela* urbs olim ingens, unde *immanis* dicitur; et propriis regibus insignis fuit, quibus frequens cum Syracusanis bellum: a Rhodiis et Cretensibus condita: ab Agrigentinorum tyramo Phintia tandem diruta: urbs *Gela* dicebatnr; fluvius, unde ipsi nomen, *Gelas*, nunc *Fiume di Terranova*; populi *Geloi*, et *Gelenzes*. In voce *Gela* brevis ultima syllaba producitur, ob sequentem in *fluvio* geminam consonantem.

703 *Acragas*] Græcis, δέ Ἀκράγιας, Latinis *Agrigentum*, nunc *Gergenti*: ad fluminum cognominem, nunc *Fiume di S. Biagio*; urbs olim in vertice rupis extracta a Gelensibus.

704 *Generator equorum*] Habemus

Teque datis linquo ventis, palmosa Selinus ;  
 Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.  
 Hinc Drepani me portus et illætabilis ora  
 Accipit. Hic, pelagi tot tempestatibus actus,

705

*eminus maximos muros. Te quoque prætero fæventibus rentis, o palmosa Selinus: et trajicio rada Lilybeia, aspera scopulis occulta. Inde portus Drepani et injuncta regio me excipit. Hic agitatus tot procellis maris, heu! amitto patrem Anchisen,*

.....

poëtam, qui Aeneam narrantem inducit. Jo. Schrader. ea re offensus in schedis delet versum, et continuat: *Acragas ostentat mania longe, Teque d.* Ita vero plura in hoc loco erunt delenda, in quibus temporum ratio neglecta. cf. Not. ad 700. 701.—705. *Selinis vel Selinis etiam hic fere libri. Salinis Goth.* tert. cum ed. Ven. v. Pier. Heins. et doctiss. Commentar. Burmanni ad Numism. Sicil. p. 420. 421. *Est Σελινοῦς, ex Σελινεῖς.*—706. *cæcis L. saxis* Goth. pr.—707. *Drepani Moret. sec. portus me et primus. me deest Montalb.* ineluctabilis Zulich. a m. pr. *illectabilis* Goth. pr.—708. *actus omnes Pier. et magna pars Heins. et Burm. cum ipso Romano. Alii e. edd. *actus*, inter quos et Mediceus referendus. *actum* Voss., scilicet genitorem. *aptis* Goth. pr. Jam *tempestates actus*, hoc est, vel pulsas vel exactas, dici, dubitari nequit. v. h. l. Heins. cf. ad Ge. I, 413. Sed an *tempestates dispulse fuerint*, nunc non queritur. Igitur recte, *actus*, de Aenea. Solent autem librarii flectere*

## NOTÆ

ex Servio, qui Pindarum citat, Agri-  
 gentinos equos in Græciæ Indis nobi-  
 les fuisse: ex Diodoro l. XIII. Exsene-  
 tum, Olympicis victorem, curru nr-  
 hem ingressum esse, bigis Agrigentini-  
 nis comitantibus trecentis, albi colo-  
 ris; tum sepultra victoribus equis  
 magnifice interdum ibidem extorta.

705 *Palmosa Selinus]* Megarensi-  
 bus Siculis condita, de quibus 680.  
 Nunc plane diruta: diciturque locus,  
*Terra de li Pulci*: ad fluvium cognomi-  
 nem, hodie *Madiuni*. Nomen dedit  
*σέλων*, *apium*, *persil*; cuius adhuc  
 ibidem, ut et palmarum agrestium,  
 ingens copia est.

706 *Saxis Lilybria cæcis]* *Lilybæum*,  
 tertium Siciliæ promontorium, ad oc-  
 cidentem: planum quidem, sed ad  
 tria passuum millia excurrens in mare,  
 aquis ad cubitorum trium altitudinem  
 superfusis. Unde hic *saxis cæcis dura*  
*vada* dicuntur. Ibi olim urbs *Lily-*  
*bæum*, cuius in ruinis urbs est hodie  
*Marsella*: a qua promontorium appell.

latur *Capo di Marsella*; vel a Latino  
 nomine corrupto *Capo di Boeo*. Græca  
 vox *Λιλυβάτης*, Ionice *Λιλυθήν*, unde  
 Virgilius deduxit *Lilybeia* pro *Lily-*  
*bæa*.

707 *Drepani me portus, &c.]* A Lily-  
 beo in Boream deflectendo, portus  
 hic occurrit capacissimus, ad radices  
*Erycis montis*, qui nunc est mons *S.* *Juliani*, et *Eryci* ibidem urbis: unde  
 diu dictus est *Portus Erycinorum*, sive  
*Drepanum*; a littoris curvatura in mo-  
 dum *falcis*, quæ Græcia est *δρέπανος*.  
 Hic Hamilcar Carthaginensis oppi-  
 dum condidit, Eryce urbe destructa,  
 anno primi belli Punici primo, u. c.  
 circiter 480 quæd opidum nunc *Dre-*  
*panum* est; sive neutro plurali *Dre-*  
*pana*, vulgo *Trapani*.

Atque hic non abs re erit obser-  
 vare prudentiam Virgilii: qui, cum  
 sciret Punici belli et conditi Drepani  
 recentem esse memoriam, quippe non-  
 dum annis ducentis et quinquaginta  
 distantem ab ætate sua; cavit omni-

- Heu genitorem, omnis curæ casusque levamen,  
Amitto Anchisen. Hic me, pater optime, fessum  
Deseris, heu, tantis nequicquam erepte periclis !  
Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,  
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.  
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.  
Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. 710  
715

*solutum omnium curarum et casuum. Hic me deseris, o pater optime, heu ! frustra servate a tantis periculis. Nec vates Helenus, cum prænunciaret aspera plurima, mihi predixerat hunc dolorem; neque ipsa Celæno. Hoe fuit ipsi extrellum malum, hic terminus longæ navigationis. Hinc me profectum Dii applicuerunt ad vestra*

adjectiva et participia ad proprius vocabulum.—709. *oneris* Ven. *omnis* Par-  
has. in litura.—710. *Anchisum* Parrhas. *Anchisem* Ven.—711. *nequicquam*  
*erepte ruinis* Sprot.—713. *nec dira aliquot* Burm. *Duo quoque dura*.—714. *hæc*  
*deest alteri Menag.*—715. *digressum* Witt. *restra*—*oræ* Gud. a m. pr., sed v.

## NOTÆ

no, ne quam Æneas suus mentionem de urbe faceret, de portu tantum et ora locutus. Idem cavit in Syracusis omittendis: cujus urbis cum esset maximum Romæ nomen, et celebratissima per Marcellum expugnatio; multi ejus originem noverant; sciebantque ab Archia Corinthisque conditam, annis ab excidio Trojæ plus quadringentis. In ceteris vero, quorum obscuriora initia, non veritus subtillorum hominum supercilium, indulsit aliquid rudiorum simplicitati, plebeiis usus et notis urbium nominibus. Sic *Megaridem* et *Thapsum* passus est ab Æneas commemorari: quamvis eadem prope, ac Syracusæ, ætate essent. Sic ad *Camerinæ* urbis casum alludi: quamvis annis centum ac triginta recenter Syracusis, et Syracusanorum colonia esset. Sic *Gelam* urbem lundari, annis post Syracusas quadraginta quinque conditam a Cretensibus et Rhodiis: *Agrigentum* quoque,

Gelsenium opus; et *Selinuntem*, Megarenum Siculorum. Quæ temporum ratio partim ex Strabone, partim ex Thucydide, certissima est.

710 *Amitto Anchisen*] Verno tempore: ut patebit Æn. v. 46. cum anniversarios patri ludos celebribat. De *Anchisa*, Æn. i. 621. De *Heleno*, Æn. ii. 263. De *Celæno* et *Harpyiis*, supra 211.

715 *Hinc me digressum, &c.*] E Drepani portu in vicinam Italiam solvens, tempestate ad littus Africæ rejectus est, ut vidimus Æn. i. Idque contigit æstate post Trojæ excidium septima, ut est Æn. i. 759. Ita ut totos annos sex jam errando consumserit. Quanquam vix constat hæc tam longi temporis ratio: nisi dicatur per unum alterumve annum in Thracia, itemque in Creta perstisset ad condendas urbes: neque enim videtur aliis in locis moram fecisse nisi brevem.

Sic pater Aeneas, intentis omnibus, unus  
 Fata narrabat Divum, cursusque docebat.  
 Conticuit tandem, factoque hic fine quievit.

*littera. Sic pater Aeneas solus, omnibus attentis, narrabat fata a Diis sibi imposita, et referebat errores suos. Denique sibit, et hic posito fine secessit ad quietem.*

Burm. applicat Parrhas.—717. *Fataque narrabat aliquot Pier. enarrabat alter Menag. recensebat qu. Moret. Sed renarrabat haud dubie vere; non ut arguti velim cum Servio et aliis, sed ut ant pro simplici et vulgari, narrare, sit positum, poëtarum more, aut ad eum modum formatum, quo repeti et iterari res, quas narramus, dicuntur. cf. Burm. Divum, parum commode interpositum, offendebat quoque Jo. Schrader, qui emendabat, Troum.—718. fateque Rottend. sec. his Sprot.*









*pink*

UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 06828 9373



